BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
Racc.
de Marinis
247
NAPOLI

XC. II. D. 47. 745

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CAJI SUETONII TRANQUILLI

O P E R A,

& in illa commentarius

SAMUELIS PITISCI,

In quo

ANTIQUITATES ROMANÆ

ex auctoribus idoneis fere nongentis,

GRÆCIS ET LATINIS,

veteribus & recentioribus, perpetuo tenore explicantur.

Huic accedunt


TERNI INDICES:

I. *Editionum.* II. *Auctorum cum laudatorum, tum obiter notatorum, emendatorum, explicitorum.* III. *Rerum abſolutiſſimus & locupletiſſimus.*

IMPERATORUM IMPERATORESQUE arctiſſimo gradu contingentium icones: & figuræ ex veterum monumentis ad hiſtoriam illuſtrandam depromptæ, in æs eleganter inciſæ.

Editio ſecunda priori ornatior & limatior.

TOMUS II.




LEOVARDIÆ,

Excudit FRANCISCUS HALMA, D. D. Ordinum Friſiæ Typographus ordinarius. cIↄ Iↄ ccxv.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google



NERO CLAUDIUS CÆSAR.

CAPUT I.

ARG. *L. Domitium originis, & cognominis auctorem habent, honoribus funguntur, inter patricios alleguntur, nulla pranomina, praterquam Cnai & Lucii uſurpant Ænobarbi.*

EX GENTE DOMITIA duæ familiæ claruerunt, CALVINORUM, & ÆNOBAR- 1
BORUM. Ænobarbi auctorem originis itemque cognominis habent L. Domi- 2
tium: cui rure quondam revertenti, juvenes gemini [a] auguſtiore forma ex occurſu

imperaſſe

NERONIS vitam quam negligenter nonnulli ſcripſerint, prodidit Joſeph. Ant. Jud. xx. 5. Πολλοὶ τὴν περὶ Νέρωνα συντετάχασιν ἱστορίαν· ὧν οἱ μὲν, διὰ χάριν εὖ πεπονθότες ὑπ' αὐτοῦ, τῆς ἀληθείας ἠμέλησαν· οἱ δὲ διὰ μῖσος, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν, οὕτως ἀναιδῶς ἐνεπαρῴνησαν τοῖς ψεύσμασιν, ὡς ἀξίους αὐτοὺς εἶναι καταγνώσεως. *Multi de Nerone hiſtoriam compoſuerunt: quorum aliqui in gratiam ejus, ut bene de ſe meriti, veritatem neglexerunt: alii indulgentes ſuis odiis, tam impudentibus mendaciis in ejus famam debacchati ſunt, ut merito damnandi ſint.*

2. JUVENES GEMINOS Caſtores fuiſſe creditos docet Dionyſ. A. R. VI. p. 351. Μετὰ τὴν τροπὴν τῶν Λατίνων, καὶ τὴν ἅλωσιν τοῦ χάρακος αὐτῶν περὶ δείλην ὀψίαν, τὸ τέλος λαβούσης μάχης, ἐν τῇ Ῥωμαίων ἀγορᾷ τὸν αὐτὸν τρόπον ὀφθῆναι δύο νεανίσκοι λέγονται πολεμικὰς ἐνδεδυκότες στολὰς, μήκιστοι, καὶ κάλλιστοι, καὶ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν ἔχοντες, αὐτοί τε φυλάττοντες ἐπὶ τῶν προσώπων ὡς ἐκ μάχης ἥκοντες, τὸ ἐν ἀγῶνι σχῆμα, καὶ τοὺς ἵππους ἱδρῶτι διαβρόχους ἐπαγόμενοι· ἀποβάντες δὲ τῶν ἵππων ἑκάτεροι, καὶ ἀπονίψαντες ἀπὸ τῆς λιβάδος ἣ παρὰ τὸ ἱερὸν τῆς Ἑστίας ἀναδίδωσι, λίμνην ποιοῦσα ἐμβύθιον ὀλίγην, πολλῶν αὐτοὺς περιστάντων, καὶ εἴ τι φέρουσιν ἔτι καινὸν ἀπὸ στρατοπέδου μαθεῖν ἀξιούντων, τήν τε μάχην αὐτοῖς φράζουσιν ὡς ἐγένετο, καὶ ὅτι νικῶσιν.... νομίσαντες τῶν αὐτῶν θεῶν εἶναι ἄμφω τὰ φάσματα, ὥσπερ εἰκὸς, Διοσκούρων ἐπείσθησαν εἶναι τὰ εἴδωλα. *Poſt fugam Latinorum, & eorum capta caſtra, ferunt circa veſperam, finito prælio, Romæ in foro, eodem modo conſpectos fuiſſe duos adoleſcentes, militaribus indutos veſtibus, proceriſſimos & pulcerrimos, & eadem ætate, & in ipſo vultu adhuc retinentes quaſi ex prælio redirent, eandem ſpeciem, quam in certamine habuerant, & equos ſudore madidos adduxiſſe: ex equis quum ambo deſcendiſſent, ſeque ab-*

Yyyy 3

luiſſent

imperaſſe traduntur, nuntiaret ſenatui, ac populo victoriam [1], de qua incertum adhuc erat: aque in fidem majeſtatis [4] adeo permulſiſſe malas [5], ut ſe nigro [6] rutilum,
3 æriique aſſimilem [7] capillum redderent. Quod inſigne manſit & in poſteris ejus, ac
4 magna pars rutila barba fuerunt. Functi autem conſulatibus VII [8], triumpho [9], cenſuraque duplici [10], & inter patricios allecti perſeverarunt omnes in eodem cogno-
5 mine [11]. Ac ne prænomina quidem ulla, præterquam Cnæi & Lucii uſurparunt: eaque ipſa notabili varietate, modo continuantes [12] unumquodque per trinas perſonas [13], modo alternantes [14] per ſingulas. Nam primum ſecundumque ac tertium Ænobarborum Lucios, rurſus ſequentes tres ex ordine Cnæos accepimus [15]: reliquos non niſi viciſſim,

luiſſent aqua, quæ profluit ex fonte, qui eſt ad ædem Veſtæ, quaque parvum quidem, ſed profundum lacum efficit, multis eos circumdantibus, & ſcire cupientibus, ecquid novi ex caſtris adferrent, pugnam, ut erat commiſſa, & victoriam illis narraſſe...rati eorundem deorum fuiſſe utrumque ſpectrum, veriſimili conjectura crediderunt Caſtorum eas fuiſſe imagines. Eadem *Plutarch. Coriol. p.* 215. *A. Æmil. p.* 268. C. *Val. Max.* I. 8. 1. *Cicer. N. D.* II. 2. *Lactant.* II. 7. *Liv.* XXIV. 19.

3. VICTORIAM, quam A. Poſtumius dictator apud lacum Regillum, bello Latinorum, cum Octavio Mamilio Tuſculanorum duce dimicans reportavit Idibus Quintilibus A. Poſtumio, T. Virginio conſulibus, ſive anno ab U. C. 257. quo anno illos fuiſſe conſules docent *Faſti Capitolini*, & *Triumphales*, & ex illis *Pigh. Ann.* I. *p.* 86.

4. IN FIDEM MAJESTATIS 1. ut fidem facerent, ſe deos eſſe, V. *Plutarchum* infr. §. 7.

5. MALAS deſcripſit Plinius ſupr. Aug. 100. 1. §. 2. *Barbam* vero Domitii permulſiſſe Caſtores dicit Tertull. Apolog. c. 22. *Quid ergo de ceteris ingeniis, vel etiam viribus fallaciæ ſpiritualis ediſſeram? barbam tactu irrufatam.* Dicet quoque *Plutarch.* §. 7.

6. NIGRUM CAPILLUM ſua laude non caruiſſe docemur a Mart. VIII. 60. 7.

Sit moro coma nigrior caduco.

Horatius ea de re Od. I. 32. II. dicit

—— *Lycum nigris oculis, nigroque*
Crine decorum

Unde Pantheæ Philoſtr. Icon. II. p. 795. A. tribuit comam atram ac denſam, humeris, ac cervici circumfuſam. *Χαίτην μὲν ἔχει μέλαινάν τε, καὶ ἀμφιλαφῆ περιχέουσαν τοῖς ὤμοις, καὶ τῷ αὐχένι.* Plura *Jun. de Pict.* III. 9. §. 6.

7. RUTILUM, ÆRIQUE ASSIMILEM *e nigro Domitii capillum reddidiſſe* Caſtores docet Plutarch. in Æmil. p. 268. C. *Ὁ δ' ἐντυχὼν πρῶτος αὐτοῖς κατ' ἀγορὰν πρὸ τῆς κρήνης ἀναψύχουσι τοὺς ἵππους ἱδρῶτι πολλῷ περιῤῥεομένους, ἐθαύμαζε τὸν περὶ τῆς νίκης λόγον. Ἔθ' οἱ μὲν ἐπιψαῦσαι λέγονται τῆς ὑπήνης αὐτοῦ ταῖν χεροῖν ἀτρέμα μειδιῶντες: ἡ δ' εὐθὺς ἐκ μελαίνης τριχὸς εἰς πυῤῥὰν μεταβαλοῦσα, τῷ μὲν λόγῳ πίστιν, τῷ δ' ἀνδρὶ παρασχεῖν ἐπίκλησιν τὸν Ἀηνόβαρβον, ὅπερ ἐστὶ χαλκοπώγων. Qui primus illos invenit ad fontem in foro reficientes equos, qui multo ſudore manabant, mirabatur victoriæ nuntium. Mox ferunt eos arridentes leniter attrectaſſe manibus illius barbam, quam confeſtim in rufam ex nigra verſam, fidem nuntio, ac viro Ænobarbi dediſſe cognomen.*

8. CONSULATIBUS SEPTEM. Imo octo, ut docent Faſti Capitolini. Illorum primum geſſit cum P. Cornelio Lentulo Cn. Domitius Cn. F. L. N. Ænobarbus anno ab U. C. 591. Secundum cum C. Fannio Strabone Cn. Domitius Cn. F. Cn. N. Ænobarbus anno ab U. C. 631. Tertium cum C. Caſſio Longino Cn. Domitius Cn. F. Cn. N. Ænobarbus anno ab U. C. 657. Quartum cum C. Cœlio Caldo L. Domitius Cn. F. Cn. N. Ænobarbus anno ab U. C. 659. Quintum cum Appio Claudio Pulchro L. Domitius Cn. F. Cn. N. Ænobarbus anno ab U. C. 699. Sextum cum C. Soſio Cn. Domitius Cn. F. Cn. N. Ænobarbus anno ab U. C. 721. Septimum cum P. Cornelio Scipione L. Domitius Cn. F. L. N. Ænobarbus anno ab U. C. 737. Octavum cum A. Vitellio, poſt Vitellii obitum cum M. Furio Camillo Scriboniano, & deinde cum Camillo Aruntio Cn. Domitius L. F. Cn. N. Ænobarbus anno ab U. C. 784. *Strein. & Auguſtin. de Fam. Roman. in Domitia.*

9. TRIUMPHUM egit *Cn. Domitius Cn. F. Cn. N. Ænobarbus Procos. de Galleis Arverneis* XVI. K. *A.* 633. Faſti triumphales.

10. CENSURA DUPLICI, quarum priorem geſſit cum L. Cæcilio Metello Cn. Domitius Cn. F. Cn. N. Ænobarbus anno ab U. C. 638. *Faſti Capitolini.* Liv. Epit. 62. *L. Cæcilius Metellus, Cn. Domitius Ænobarbus cenſores duos & triginta ſenatu moverunt.* Poſteriorem cum L. Licinio Craſſo Cn. Domitius Cn. F. Cn. N. Ænobarbus anno ab U. C. 661. *Faſti Capitolini.* De horum *cenſura* etiam Plin. XVII. I. *Nobiliſſimarum gentium ambo Craſſus atque Domitius cenſuram poſt conſulatum ſimul geſſere anno conditæ Urbis 662, frequentem jurgiis propter diſſimilitudinem morum*, & Valer. Max. infr. 2. §. 13.

11. IN EODEM COGNOMINE Ænobarborum.

12. CONTINUANTES *per trinas perſonas*, ut *tres* perpetuo tenore, & *continua* ſerie dicerentur Cnæi, & mox totidem Lucii. *Beroaldus.*

13. PERSONÆ trinæ & ſingulæ ponuntur pro tot hominibus gentis Domitiæ. Cicer. Fam. V. 12. *Si uno in argumento, unaque in perſona mens una tota verſabitur.* V. *Celeb. Perizon. in Sanct. Min.* I. 12. & *ad Franz. Epiſt.* II. *p.* 30.

14. AL-

viciſſim, tum Lucios, tum Cnæos. Plures e familia cognoſci referre arbitror: quo 6
facilius appareat ita degeneraſſe [16] a ſuorum virtutibus Nero, ut tamen vitia cujuſque quaſi tradita, & ingenita retulerit.

14. ALTERNANTES, ut poſt Lucium Cnæus, poſt Cnæum Lucius quadam quaſi viciſſitudine nominarentur. *Beroaldus.*

15. ACCEPIMUS i. ex aliis didicimus. Salluſt. Catil. c. 6. *Urbem Romam, ſicuti ego accepi, condidere, atque habuere Trojani.* Contra dare, docere. Virg. Ecl. I. 20.

Iſte deus qui ſit, da Tityre nobis.

16. DEGENERASSE i. deſciviſſe. *Degenerare, inſitutio, genere ſe indignum præbere.* Proprie *degenerare* quid ſit docet Serv. Georg. I. 198. *Cum ex bonis fuerint ſeminibus, mala effici & prava.*

CAPUT II.

ARG. *Sacerdotum ſubrogandorum jus ad populum transfert tribunus, ſuperatis.... elephanto per provinciam invehitur conſul Cn. Domitius: in Julium Cæſarem multa conatus ad Corfinium capitur, & inde dimiſſus Maſſilienſes adventu ſuo confirmatos deſtituit, atque Pharſalica occumbit L. Domitius.*

Ut igitur paullo altius [1] repetam, atavus [2] ejus Cn. Domitius in tribunatu [3] pon- 1
tificibus offenſior, quod alium quam ſe [4] in patris ſui locum cooptaſſent, jus ſacerdotum ſubrogandorum [5] a collegiis [6] ad populum [7] tranſtulit: ac in conſulatu [8] Allobrogibus [9] Arverniſque [10] ſuperatis, elephanto [11] per provinciam vectus eſt; turba

PAULLO ALTIUS, quod *ſupra repetere* dicit Salluſt. Catil. c. 5.

2. ATAVUS eſt *abavi pater.* Iſidor. IX. 5. Majorum ſeriem tradit Saturio apud Plaut. Perſ. I. 2. 5.

Pater, avus, proavus, abavus, tritavus,
Quaſi mures ſemper edere alienum cibum.

3. TRIBUNUS PLEBIS fuit *Cn. Domitius C. Mario II, C. Fimbria conſulibus.* Aſcon. in Cicer. p. 142. ſive anno ab U. C. 649. Faſti Capitolini & Pigh. Ann. III. p. 153. Vel C. Mario III. L. Aurelio Oreſte conſulibus, ſive anno ab U. C. 650. Paterc. II. 12. 3. *Tertius* Marii conſulatus *in apparatu belli conſumptus eſt: quo anno Cn. Domitius tribunus plebis legem tulit, ut ſacerdotes, quos antea collegæ ſufficiebant, populus crearet.*

4. ALIUM QUAM SE. Aſcon. in Cicer. p. 171. *Cn. Domitius, qui conſul fuit cum Caſſio, cum eſſet tribunus plebis, iratus Scauro, quod eum in augurum collegium non cooptaverat....*

5. SUBROGANDORUM i. in defunctorum locum eligendorum, ſubſtituendorum. Cicer. Brut. Epiſt. 5. *Omnino Panſa vivo, celeriora omnia putabamus: ſtatim enim collegam ſibi ſubrogaſſet.*

6. COLLEGIUM univerſus pontificum cœtus vocabatur. Cicer. pro Dom. c. 12. *Quid eſt aut tam arrogans, quam de religione, de rebus divinis, ceremoniis, ſacris, pontificum collegium docere conari....* A collegio ab ipſis Numæ temporibus pontifices cooptabantur ad Domitium hunc uſque. Dionyſ. A. R. II. p. 133. Ἐκλιπόντος δέ τινος αὐτῶν τὸν βίον, ἕτερος εἰς τὸν ἐκείνου καθίσταται τόπον, οὐχ ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρεθεὶς, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων, ὃς ἂν ἐπιτηδειότατος εἶναι δόξῃ τῶν πολιτῶν: παραλαμβάνει δὲ τὴν ἱερατείαν ὁ δοκιμασθεὶς, ἐὰν ὄρνιθες τύχωσιν αἴσιοι γενόμενοι. *Deſimile autem aliquo eorum, in ejus locum ſufficitur alius, non a populo delectus, ſed ab illis ipſis, qui omnium civium maxime idoneus viſus fuerit: qui autem probatus fuerit, ita demum ſacerdotium accipit, ſi fauſta auguria illi contigerint.*

7. AD POPULUM *jus ſubrogandorum ſacerdotum tranſtulit* omnino Cn. Domitius tribunus. Cicer. Agrar. II. 7. *Atque hoc idem de ceteris ſacerdotiis Cn. Domitius tribunus plebis, vir clariſſimus tulit: quod populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui eſſet factus, is a collegio cooptaretur.* Paterc. ſupr. §. 3.

8. IN CONSULATU Domitium ſuperaſſe Allobroges dicit etiam Obſeq. c. 92. Fuit conſul anno ab U. C. 631. ſupr. a. §. 8. Fuiſſe *proconſulem* dicunt Livius & Oroſius §. 9. Quos ſuperaſſe *Sex. Domitium Calvinum* dum dicit Eutrop. IV. 16. jure hiſtoriam, & conſulatus tempora illum invertere monet ad illum *Glareanus.* Duos *Domitios*, patrem & filium confundere, & duorum hiſtorias uni dare noſtrum, cum duo fuerint, diſtantibus conſulatibus ſex & viginti plus minus annis, opinantur Glareanus & Caſaubonus ad hunc locum, & Onuphrius in Faſtis. Quod ſi verum eſſet, mirum non foret, cum mira ubique, etiam in bello hoc Gallico, apud Romanos hiſtoriæ variatio eſt.

9. ALLOBROGES *Galli* ſunt. Oroſ. V. 13. *Cneus quoque Domitius proconſul Allobroges Gallos juxta oppidum Vindalium graviſſimo bello vicit.* Stephanus. Ἀλλόβρυγες, ἔθνος δυνατώτατον Γαλατικόν. *Allobryges, populi Galliæ potentiſſimi.* Alpium convalles colere, vulgo per vicos habitare, præſtantiores Viennam, antea pagum, gentis metropolim, ad Rhodanum ſitam habere dicit Strab. IV. p. 129. Νῦν δὲ γεωργοῦσι τὰ πεδία, καὶ τοὺς αὐλῶνας, τοὺς ἐν ταῖς Ἄλπεσι: καὶ οἱ μὲν ἄλλοι κωμηδὸν ζῶσιν, οἱ δ' ἐπιφανέστατοι τὴν Οὐίενναν ἔχοντες, κώμην πρότερον οὖσαν, μητρόπολιν δ' ὅμως τοῦ ἔθνους λεγομένην κατεσκευάκασι πόλιν: ἵδρυται δ' ἐπὶ

2 ba militum, quaſi inter ſollennia triumphi [12], proſequente. In hunc dixit Lici-
nius Craſſus [13] orator [14], *Non eſſe mirandum, quod æneam barbam haberet, cui os* [15] *fer-*
3 *reum* [16], *cor plumbeum* [17] *eſſet.* Hujus filius prætor [18] C. Cæſarem abeuntem con-
ſulatu,

ἐπὶ τῷ Ῥοδανῷ. Qui etiam ad Vindalium urbem, ſitam ad Sulgam, ubi Rhodano miſcetur, Allobrogum multa millia ingenti pugna fudiſſe Domitium dicit p. 128. Τρίτος δὲ Σούλγας, ὁ κατὰ Οὐίνδαλον πόλιν μισγόμενος τῷ Ῥοδανῷ, ὅπου Γναῖος Ἀηνόβαρβος μεγάλῃ μάχῃ πολλὰς ἐτρέψατο Κελτῶν μυριάδας. Belli cauſam aperit Liv. Epit. 61. *Cn. Domitius proconſul contra Allobroges ad oppidum Vindalium feliciter pugnavit. Quibus bellum inferendi cauſa fuit quod Teutomium Salviorum regem fugientem recepiſſent, & omni ope juviſſent, quodque Æduorum agros, ſociorum populi Romani vaſtaviſſent.* Quo modo & quot numero ſuperaverit Domitius, docet Oroſius.... *Vicit, maxime cum elephantorum nova forma equi hoſtium, hoſteſque conterriti, diffugiſſent. Viginti millia ibi Allobrogum cæſa referuntur, tria millia capta ſunt.*

10. Ἀρουέρνοι δὲ ἵδρυνται μὲν ἐπὶ τῷ Λίγηρι: μητρόπολις δ' αὐτῶν ἐστὶ Νεμωσσὸς, ἐπὶ τῷ ποταμῷ κειμένη. Τῆς δυνάμεως δὲ τῆς πρότερον Ἀρουέρνοι μέγα τεκμήριον παρέχονται τὸ πολλάκις πολεμῆσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους..... καὶ πρὸς Δομίτιον δ' ὡσαύτως Ἀηνόβαρβον..... πρὸς δὲ Δομίτιον κατωτέρω ἔτι, κατὰ τὴν συμβολὴν τοῦ τε Σούλγα, καὶ τοῦ Ῥοδανοῦ. *Arverni fluvio Ligeri inſident: caput eorum Nemoſſus ipſi impoſita flumini. Magnam olim fuiſſe Arvernorum potentiam inde ſciri poteſt, quod multa adverſus Romanos bella geſſerunt.... & contra Domitium item Ænobarbum.... contra Domitium aliquanto inferius, ubi Sulga Rhodano miſcetur.* Strab. IV. p. 132. Illorum regionem Galli parum corrupto nomine *Auvergne* vocant. Illis quare bellum intulerint Romani, legere eſt apud Flor. III. 2. 4. *Arverni arma noſtra ſenſere, quum adverſus eos Æduorum querelæ opem, & auxilium noſtrum flagitarent.* Illorum regem quare, & quo modo vinctum Romam deportandum curaverit, prodit Val. Max. IX. 6. 3. *Iratus Betulto regi Arvernorum, quod cum ſuam, tum etiam Allobrogum, ſe etiam tum in provincia morante, ad Q. Fabii ſucceſſoris ſui dextram confugere hortatus eſſet: per colloquii ſimulationem arceſſitum, hoſpitioque exceptum vinxit, ac Romam nave deportandum curavit.*

11. ELEPHANTIS in bello uti cœperunt Romani bello Macedonico geſto P. Sulpicio, C. Aurelio conſulibus, ſive anno ab U. C. 553. Ita enim Liv. XXXI. 36. *Poſtero die omnibus copiis conſul in aciem deſcendit; ante prima ſigna locatis elephantis: quo auxilio tum primum Romani, quia captos aliquos bello Punico habebant, uſi ſunt.* His in hoc bello uſus eſt Domitius. Flor. III. 2. 5. *Maximus barbaris terror elephanti fuere, immanitati gentium pares.* Oroſius ſupr. §. 9. Et hunc intelligendum eſſe noſtrum dicit ad Florum *Freinſhemius.*

12. SOLLENNIA TRIUMPHI i. ritus in *triumpho* uſitatos.

13. LICINIUM hunc Craſſum vocant *Lucium* Valer. Max. IX. 1. 4. *Cn. Domitius L. Craſſo collegæ ſuo altercatione orta objecit, quod columnas Hymettias in porticu domus haberet.* Plin. XVII. 1. *Clariſſimo, ut equidem arbitror, exemplo L. Craſſi, atque Cn. Domitii Ænobarbi.* Tacitus ſupr. Cæſ. 4. 1. §. 6. Cicer. intr. §. 14.

14. ORATOR fuit *Craſſus* etiam *Graccho politior & ornatior.* Auctor de corr. eloq. cauſ. 18. 3. De illo Cicer. Verr. III. 1. *Hoc ex homine clariſſimo, atque eloquentiſſimo, L. Craſſo ſæpe auditum eſt.* Offic. I. 30. *Erat in L. Craſſo multus lepos.* Et multa de Orat. III. 1—5.

15. Os abſolute pro impudentia dicit Cicer. Verr. II. 20. *Noſtis os hominis, noſtis audaciam.* Fam. IX. 8. *Noſti os adoleſcentioris Academiæ.*

16. FERREUM *os* dicunt etiam Cicer. in Piſon. c. 26. *Si os tuum ferreum ſenatus convicio verberari noluiſti.* Et Catull. 42. 17.

——— *ruborem.*
Ferreo canis exprimamus ore.

Dicterium eſt in homines impudentes jactatum. Unde impudentem *ferreum* vocat Ariſtoph. Ἀχαρν. II. 5. 2.

Ἴσθι νῦν ἀναίσχυντος
Ὢν σιδηροῦς τ' ἀνήρ.

Et quibus tale conveniat *os*, docet Artemid. I. 24. Χαλκοῦν δὲ, ἢ σιδήρεον, ἢ λίθινον μέτωπον δοκεῖν ἔχειν, τελώναις, καὶ καπήλοις, καὶ τοῖς μετὰ ἀναιδείας ζῶσι μόνοις συμφέρει. *Æneam, vel ferream, vel ligneam frontem videri habere, publicanis, & inſtitoribus, & impudenter viventibus ſolum convenit.* Tales vocant Græci χαλκοπροσώπους. Chryſoſt. adv. Judæos Orat. III. p. 475. C. Ἄκουε τί φησιν ὁ μεγαλοφωνότατος Ἡσαΐας πρὸς τὸν λαὸν τὸν Ἰουδαϊκόν: γινώσκω ὅτι σκληρὸς εἶ σὺ, καὶ νεῦρον σιδηροῦν ὁ τράχηλός σου, τουτέστιν ἀκαμπής: καὶ τὸ μέτωπόν σου χαλκοῦν, τουτέστιν ἀναίσχυντον: οὕτω γὰρ καὶ ἡμεῖς ἔθος πολλάκις τοὺς ἐρυθριᾷν μὴ εἰδότας, χαλκοπροσώπους καλεῖν. *Audi quid dicat vocaliſſimus ille Eſaias ad populum Judaicum: ſcio quod durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, hoc eſt, inflexibilis: & frons tua ærea, hoc eſt, impudens. Sic & nos frequenter ſolemus eos, qui neſciunt erubeſcere, æream habentes faciem appellare.* V. etiam *Caſaubonum* & *Victor. V. L.* XXII. 15.

17. PLUMBEUM *cor*, vel ingenium per cavillum a cunctatione, vel ab immobilitate exprobramus, ubi quem obtuſum, ſtupidum, & tardum ad ea excogitanda, conſulenda, conſtituenda, adeunda, & peragenda, quæ uſu veniunt, inſpexerimus. Terent. Heaut. V. 1. 3.

——— *In me quidvis harum rerum convenit,*
Quæ ſunt dicta in ſtultum: caudex, ſtipes, aſinus,
plumbeus.

Vel

ſulatu, quem adverſus auſpicia legeſque geſſiſſe exiſtimabatur, ad diſquiſitionem ſe-
natus vocavit. Mox [19] conſul imperatorem [20] ab exercitibus Gallicis retrahere [21] 4
tentavit. Succeſſorque [22] ei per factionem nominatus, principio civilis belli ad Cor- 5
finium [23] captus eſt. Unde dimiſſus, Maſſilienſes obſidione [24] laborantes cum ad- 6
ventu ſuo confirmaſſet [25], repente deſtituit [26]; acieque [27] demum Pharſalica occu-
buit [28]. Vir neque ſatis conſtans [29], & ingenio truci: in deſperatione rerum [30] mor- 7
tem timore appetitam ita expavit [31], ut hauſtum venenum pœnitentia [32] evomuerit [33],
medi-

Vel ubi hominem infirmum & ineptum dixerimus. Cicer. Tuſc. Quæſt. I. 29. *In animi autem cognitione dubitare non poſſumus, niſi plane in phyſicis plumbei ſimus.* Ita *plumbeum gladium* vocat Cicero judicium ineptum & infirmum Attic. I. 13. *Cum illum plumbeo gladio jugulatum iri diceret.* Et Diogenes apud Laert. VI. p. 406. C. adoleſcentem formoſum, indecora, & deformia loquentem ſic compellat: οὐκ αἰσχύνῃ ἐξ ἐλεφαντίνου κολεοῦ μολυβδίνην ἕλκων μάχαιραν. *Non te pudet ex eburnea vagina plumbeum gladium extrahere.* V. *Cognat. Adag. p.* 971. *Victor. V. L.* XIV. 20. *Vechner. Hellenol.* II. 4.

18. PRÆTOR fuit L. Domitius Cn. F. Cn. N. Ænobarbus cum C. Memmio Gemello, L. Calpurnio Piſone & A. Gabinio conſulibus, ſive anno ab U. C. 695. Urbanam juriſdictionem ſortitum fuiſſe putat *Pigh. Ann.* III. *p.* 359.

19. MOX, anno ab U. C. 699. V. ſupr. I. §. 8.

20. IMPERATOREM *Cæſarem.*

21. RETRACTURUM ſe *ab exercitibus* Cæſarem minatus fuerat ſupr. Jul. 24. I.

22. SUCCESSOR qua occaſione nominatus Cæſari fuerit Domitius, narrat Appian. B. C. II. p. 448. V. illum ſupr. Jul. 34. 2. §. 5.

23. CORFINIUM V. ſupr. Jul. 34. 2. §. 6.

24. OBSIDIONEM Maſſiliæ V. quoque ſupr. Jul. 34. 3. §. 25.

25. CONFIRMATOS I. in ſpem erectos fuiſſe adventu Domitii docet Dio XLI. p. 163. D. Καὶ ἔς γε μὴν οἱ Μασσαλιῶται ἐν τούτῳ ναυμαχίᾳ πρὸς τοῦ Βρούτου τῷ τε μεγέθει τῶν νεῶν αὐτοῦ, καὶ τῇ ῥώμῃ τῶν ἐπιβατῶν, καίπερ καὶ τῷ Δομιτίῳ συμμάχῳ χρώμενοι, καὶ τῇ ἐμπειρίᾳ τῶν ναυτικῶν προέχοντες, ἡττήθησαν, καὶ τούτῳ παντελῶς ἀπεκλείσθησαν. *Eodem tempore D. Brutus magnitudine navigiorum, claſſiariorumque robore fretus, Maſſilienſes auxilio Domitii, uſuque rei navalis præſtantes, navali prælio victos in Urbem penitus compulit.*

26. DESTITUIT ſentiens Maſſilienſes Cæſari ſeſe dedere conſtituiſſe. Docet hoc ipſe Cæſar. B. C. II. 22. 2. *Maſſilienſes omnibus defeſſi malis, ſeſe dedere ſine fraude conſtituunt. Sed paucis ante diebus L. Domitius, cognita Maſſilienſium voluntate navibus tribus comparatis, ex quibus duas familiaribus ſuis attribuerat, unam ipſe conſcenderat, nactus turbidam tempeſtatem, eſt profectus.* Clam tamen dimiſſum dicit Dio XLI. p. 165. B. Καὶ διακωχήν τινα, ὡς καὶ τῷ Καίσαρι, ἐπειδὰν ἔλθῃ, προσχωρήσοντες, ποιησάμενοι, τόν τε Δομίτιον ὑπεξέπεμψαν. *Et inducias pacti, dum Cæſar veniret, in cujus ſeſe poteſtatem dedituros ferebant, Domitium clam ex Urbe emiſerunt.*

27. ACIE non ipſa, ſed *ex caſtris in montem refugiens, quum vires eum laſſitudine defeciſſent, ab equitibus eſt interfectus.* Cæſ. B. C. III. 99. 4.

28. OCCUBUERIT quomodo Domitius, narrat Lucan. VII. 607.

Mors tamen eminuit clarorum in ſtrage virorum
Pugnacis Domiti: quem clades fata per omnes
Ducebant: nuſquam Magni fortuna ſine illo
Succubuit, victus toties a Cæſare, ſalva
Libertate perit: tunc mille in vulnera lætus
Labitur, ac venia gaudet caruiſſe ſecunda.
Viderat in craſſo volventem ſanguine membra
Cæſar, & increpitans: jam Magni deſeris arma
Succeſſor Domiti, ſine te jam bella geruntur?
Dixerat, aſt illi ſuffecit pectora pulſans
Spiritus in vocem, morientiaque ora reſolvit.
——— non plura locutum
Vita fugit, denſæque oculos preſſere tenebræ.

29. CONSTANS I. in ſententia manens. Inconſtantiam & ſtultitiam ejus taxat Cicer. Attic. VIII. I. *Nec me M. Lepidi, L. Volcatii, Ser. Sulpicii comitum pœniteret: quorum nemo nec ſtultior eſt, quam L. Domitius; nec inconſtantior, quam App. Claudius.*

30. IN DESPERATIONE RERUM. Plutarch. Cæſ. p. 724. E. Δομίτιον δ' ἡγεμόνα σπειρῶν τριάκοντα, καὶ κατέχοντα Κορφίνιον, ἐπελθὼν παρεστρατοπέδευσεν. Ὁ δὲ ἀπογνοὺς τὰ καθ' ἑαυτόν, ᾔτησε τὸν ἰατρὸν οἰκέτην ὄντα φάρμακον: καὶ λαβὼν τὸ δοθέν, ἔπιεν ὡς τεθνηξόμενος. *Hinc caſtra poſuit ſub muris Corfinii, quod Domitius cum triginta cohortibus tenebat. Hic ſpe abjecta ſalutis popoſcit a ſervo ſuo medico venenum, datumque pro letali hauſit.*

31. MORTEM APPETITAM EXPAVIT. Plin. VII. 53. *L. Domitius clariſſimæ gentis apud Maſſiliam victus, Corfinii captus ab eodem Cæſare, veneno poto propter tædium vitæ, poſtquam biberat, omni ope ut viveret, annixus eſt.*

32. POENITENTIÆ cauſam nos docet Plutarchus. Μετ' ὀλίγον δὲ ἀκούσας τὸν Καίσαρα θαυμαστῇ τινι φιλανθρωπίᾳ χρῆσθαι πρὸς τοὺς ἑαλωκότας, αὐτὸς αὑτὸν ἀπεθρήνει, καὶ τὴν ὀξύτητα τοῦ βουλεύματος ᾐτιᾶτο. *Mox mirifica accepta Cæſaris in captivos humanitate, deploravit ſe, caloremque incuſavit conſilii ſui.*

33. EVOMUISSE *venenum* Domitium dicit noſter, ſoporiferum duntaxat dediſſe medicum Plutarchus. Τοῦ δὲ ἰατροῦ θαῤῥύνοντος αὐτόν, ὡς ὑπνωτικόν, οὐ θανάσιμον πεπωκότα, περιχαρὴς ἀναστὰς ἀπῄει πρὸς Καίσαρα. *Quem ubi medicus erexit, ſomnificum indicans, non*

medicumque [34] manumiſerit, qui id ſibi prudens [35] ac ſciens minus noxium temperaſſet.
8 Conſultante autem *Cn. Pompejo de mediis ac neutram partem ſequentibus, ſolus cenſuit hoſtium numero habendos.

letale bibiſſe eum medicamentum, ſurrexit admodum hilaris, & ad Cæſarem contendit. Senec. Benef. III. 24. *Tum ille promiſit, & medicamentum innoxium bibendum illi dedit: quo cum ſopitus eſſet, acceſſit ad filium ejus: jube me, inquit, aſſervari, dum ex eventu intelligas, an venenum patri tuo dederim.*

34. Medico, *eidemque ſervo ſuo, ut ſibi venenum daret, imperavit Domitius. Cum tergiverſantem videret: quid cunctaris, inquit, tanquam tua in poteſtate totum iſtud ſit? mortem rogo armatus.* Seneca.

* 35. Prudens interdum idem qui ſciens, ut ex Nepote & Plinio docui ad Curt. VII. 1.4.§.13. interdum *prudens & ſciens* conjunguntur, non tantum noſtro; ſed etiam Cicer. Fam. VI. 6. *Sic ego prudens & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus.* Terent. Eun. I. 1. 27.

—— *& prudens, ſciens,*
Vivus, vidensque pereo.

Ubi Donatus. *Prudens eſt, qui intelligentia ſua aliquid ſentit. Sciens, qui alicujus indicio rem cognoſcit.* V. quoque Clar. *Cronium ad Bud. de Philol. p. 68.*

CAPUT III.

ARG. *Lege Pedia damnatus, ad Caſſium, Brutumque ſe confert, claſſem partibus profligatis Antonio tradit, in patriam reſtitutus honores percurrit, redintegrata diſſenſione civili Antonio eſt legatus, ſed ad Auguſtum tranſit, & in diebus paucis obit Cn. Domitius.*

1.2 Reliquit filium omnibus gentis ſuæ procul dubio præferendum. Is inter conſcios Cæſarianæ necis [1], quamquam inſons [2], damnatus lege Pedia [3], cum ad Caſſium Brutumque [4] ſe, propinqua ſibi cognatione junctos, contuliſſet, poſt utriuſque interitum claſſem [5] olim commiſſam retinuit [6]: auxit [7] etiam, nec niſi partibus ubique profligatis, M. Antonio [8] ſponte, & ingentis meriti loco tradidit [9], ſoluſque

Inter conscios Cæsarianæ necis damnatum fuiſſe Domitium prodit etiam Appian. B. C. V. p. 703. Ἦν γὰρ Ἀηνόβαρβος τῶν κατεγνωσμένων τι ἐκ δίκης ἐπὶ Γαΐῳ Καίσαρι φόνῳ, καὶ προγεγραμμένων ἐπὶ τῇ καταδίκῃ. *Damnatus enim fuerat Domitius, ut conſpirationis in Cæſarem conſcius, ideoque relatus in proſcriptorum numerum.* Unde patris ſui percuſſorem, publico judicio damnatum, & proſcriptum Domitium vocat Octavius apud Appian. p. 707. Ἐπαγαγόντα Ἀηνόβαρβον φονέα τοῦ ἐμοῦ πατρὸς, ψήφῳ, καὶ ἀριστεί, καὶ ὑπογραφῇ κατεγνωσμένον.

2. Insontem Domitium pronuntiat L. Cocceius apud Appianum. Ἀηνόβαρβος δὲ οὐκ ἔστι τῶν ἀνδροφόνων, οὐδὲ ψῆφος αὐτῷ κατ᾽ ὀργὴν ἐπῆκται, οὐδὲ γὰρ τῆς βουλῆς πω τότε μετεῖχεν: *Ænobarbus non eſt e parricidis, damnatus ab infenſis judicibus, ne conſcius quidem illius conſilii.*

3. Pedia *lege*, lata a *Q. Pedio*, de quo ſupr. Cæſ. 83. 3. §. 15. Deſcribit illam Paterc. II. 69. 5. *Et lege Pedia, quam conſul Pedius collega Cæſaris Auguſti tulerat, omnibus, qui Cæſarem patrem interfecerant, aqua, ignique damnatis interdictum erat.* Ejus meminit noſt. Galb. 3. 5.

4. Ad Cassium Brutumque, quia ab illis recipiebantur, quotquot effugere poterant. Appian. B. C. IV. p. 610. Αἱ μὲν δὴ φυγαὶ τοῖς δυναμένοις ἦσαν ἐς Κάσσιον ἢ Βροῦτον.

5. Classem quinquaginta navium. Appian. p. 639. Καὶ αὐτῷ Δομίτιος Ἀηνόβαρβος ὑπὸ τῶν ἀμφὶ τὸν Κάσσιον, ἐς τὸ αὐτὸ ἔργον ὡς χρησιμώτατος ὤν, μετὰ νεῶν ἄλλων πεντήκοντα, καὶ τέλους ἑνὸς καὶ τοξοτῶν ἐφθη. *Id agenti, Murco, Domitius Ænobarbus, ut commodiſſimus a Caſſianis cum navibus aliis quinquaginta, & legione una, ſagittariorumque præſidio miſſus eſt.*

6. Retinuit *claſſem commiſſam* poſt Caſſii & Bruti interitum Ænobarbus. Paterc. II. 72. 3. *Cn. Domitius occupatis navibus, cum magno ſequentium conſilia ſua comitatu, fugæ, fortunæque ſe commiſit, ſemet ipſo contentus duce partium.* 76. 2. *Pollio Aſinius, Antonium petens, vagum adhuc Domitium, quem digreſſum e Brutianis caſtris poſt cædem ejus prædiximus, conſiliis ſuis illectum, ac fide data, junxit Antonio.*

7. Auxit *claſſem commiſſam* Ænobarbus cum Murco. Appian. B. C. V. p. 679. Ἀηνοβάρβου δὲ, καὶ Μούρκου στατὸν, καὶ ναῦς ἄλλας συναγειρόντων. *Ænobarbo etiam, Murcoque, claſſem aliam, & exercitum colligentibus.* Unde Tacit. Ann. IV. 44. 2. *L. Domitium decoravit pater civili bello maris potens, donec Antonii partibus, mox Cæſaris miſceretur.*

8. Antonio, cui Ænobarbum junxit Pollio Aſinius. Appian. p. 700. Ἀσίνιος δὲ Ἀηνόβαρβον συνετίθετο φίλον εἶναι πρὸς Ἀντώνιον, καὶ ἐπίστελον ἀμφω τά δὲ τῷ Ἀντωνίῳ. *Aſinius Ænobarbum pertraxit ad amicitiam Antonii, & hæc ambo Antonio ſcripſerunt.* Paterc. ibid. §. 6.

9. Tradiderit quomodo *claſſem* Antonio Ænobarbus, narrat Appian. p. 703. Πλεόντι τε ἤδη αὐτῷ

que omnium ex iis, qui pari lege damnati erant, reſtitutus in patriam, ampliſſimos honores [10] percucurrit: ac ſubinde redintegrata [11] diſſenſione civili, eidem Antonio legatus, delatam ſibi ſummam imperii ab iis quos Cleopatræ [12] pudebat [13], neque ſuſcipere, neque recuſare fidenter, propter ſubitam valetudinem [14], auſus, tranſiit ad Auguſtum [15]: & in diebus paucis [16] obiit [17], nonnulla & ipſe infamia adſperſus. Nam Antonius eum deſiderio amicæ Serviliæ Naidis [18] transfugiſſe jactavit [19].

ἀλλήλων ἤδη, καὶ αἱ ναυαρχίδες ἐκ τῶν σημείων ἐφαίνοντο, καὶ ἀλλήλαις προσέπλεον, καὶ τῶν ῥαβδούχων ὁ ἡγούμενος Ἀντωνίῳ κατὰ τὴν πρῷραν, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἑστὼς, ὡς ὑπηκόοις, ἢ ἐλάττοσιν ἀνδράσιν ὑπαντῶσι προσέταξε καθελεῖν τὸ σημεῖον· οἱ δὲ κατῆγόν τε, καὶ τὴν ναῦν ἐς τὰ πλάγια τῆς Ἀντωνίου νεὼς περιέστρεφον. Ὡς δὲ καὶ συνιδόντες ἀλλήλους ἠσπάσαντο, καὶ ὁ στρατὸς ὁ τοῦ Ἀηνοβάρβου τὸν Ἀντώνιον ἡγεμόνα προσεῖπεν. Ὁ Ἀντώνιος ἐς τὴν ἑαυτοῦ ναῦν τὸν Ἀηνόβαρβον ἀναδεξάμενος, ἐς Παλόεντα κατέπλευσεν, ἔνθα ἦν Ἀηνοβάρβῳ καὶ τὸ πεζὸν, καὶ ὁ Ἀηνόβαρβος τῆς σκηνῆς ἐξίστατο Ἀντωνίῳ. *Jamque e propinquo agnoſcebant ſe invicem, & patebant naves prætoriæ conſpectis inſignibus, quum primarius lictor Antonii ſtans in prora, ut mos eſt, ut ſubditis, aut inferioribus occurrentibus, imperavit detraherent inſignia: detraxerunt illi, & navem appulerant ad latus navis Antonii. Secuta deinde ſalutatione inter ductores, milites Ænobarbi Antonium appellarunt Imperatorem. Antonius recepto in ſuam navem Ænobarbo ad Polenta appulit, ubi erant Ænobarbi terreſtres copiæ, ibi Ænobarbus Imperatori ceſſit ſuo tentorio.*

10. HONORES. Fuit conſul anno ab U. C. 721. cum C. Soſio. V. ſupr. 1. §. 8. ante triennium, pace cum S. Pompejo facta, deſignatus. Illam cum retuliſſet pergit Appian. p. 714. Ἀπέφηναν δὲ τοὺς ἐπιόντας ὑπάτους ἐς τετραετὲς, Ἀντώνιον μὲν καὶ Λίβωνα πρώτους· ἐπὶ δ' ἐκείνοις Καίσαρά τε καὶ Πομπήιον· εἶτα Ἀηνόβαρβον καὶ Σόσσιον· εἶτ' αὖθις Ἀντώνιόν τε καὶ Καίσαρα. *Sequenti die conſules deſignati ſunt in quadriennium, ante omnes Antonius & Libo: poſt illos Cæſar & Pompejus: tum Ænobarbus & Soſius: deinde rurſum Antonius & Cæſar.*

11. REDINTEGRATA i. rurſus inchoata, reſtaurata. Cicer. Fam. XI. 9. *Ne bellum nobis redintegrare poſſit.* V. ſupr. Aug. 17. 1.

12. CLEOPATRÆ i. præſentis imperii, quo omnia *Cleopatra* libidine gerebantur. *Sabellicus.*

13. PUDUIT *Cleopatræ* Ænobarbum, ut *ſolus Antonianarum partium nunquam* illam *niſi nomine ſalutaverit.* Quod ſupr. Aug. 13. 4. §. 17. dixit Paterculus. Et ideo illi forte ſuccenſuit Cleopatra. Dio L. p. 427. B. Κἀν τούτῳ καὶ ὁ Δομίτιος ὁ Γναῖος ἀχθεσθείς τι τῇ Κλεοπάτρᾳ, μετέστη. Unde contra Cleopatræ ſententiam cum illo, dum generoſe omnia impedimenta cum amicis & ſervis illi miſit, egiſſe Antonium dicit Plutarch. p. 945. A. Εὐγνωμόνως δὲ καὶ Δομιτίῳ προσηνέχθη παρὰ τὴν Κλεοπάτρας γνώμην.... ὅλως πάντα αὐτοῦ τὴν ἀποσκευὴν, μετὰ τῶν φίλων, καὶ τῶν θεραπόντων ἀπέπεμψε.

14. VALETUDINEM, febrem. Plutarchus. Ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνος ἤδη πυρέττων εἰς μικρὸν ἐμβὰς ἀκάτιον, πρὸς Καίσαρα μετέστη.... *Quum enim febre jam correptus ille minutum acatium conſcendiſſet, atque ad Cæſarem tranſiiſſet....*

15. TRANSIIT AD AUGUSTUM, viſus propterea ab Antonio profugiſſe, quod de rebus ejus deſperaſſet. Dio. C. Ἔδοξεν οὖν ὡς καὶ κατεγνωκὼς τῶν πραγμάτων παρ' ὅσον ἦν, αὐτομολῆσαι.

16. PAUCIS DIEBUS, paullo poſt. Dio. Καὶ χρήσιμος μὲν οὐδὲ τῷ Καίσαρι ἐγένετο, νοσήσας γὰρ, οὐκ ἐς μακρὰν ἐτελεύτησεν. *Qui quidem Cæſari nihil profuit, paullo poſt enim morbo exſtinctus eſt.*

17. OBIIT; *obitus* cauſam indicat Plutarchus. Καὶ Δομίτιος μὲν, ὥσπερ ἐπὶ τῷ μὴ λαθεῖν τὴν ἀπιστίαν αὐτοῦ καὶ προδοσίαν μεταβαλλόμενος, εὐθὺς ἐτελεύτησεν. *Domitius vero, tanquam pœniteret eum, quod perfidia ſua, & proditio non eſſet clam, illico exſpiravit.*

18. SERVILIA NAIS libertina videtur fuiſſe. Hoc enim *Naidis* cognomen indicat. Et illa per cauſam manumiſſionis nomen illud *ſerviliæ* gentilitium ſibi induiſſe videtur.

19. JACTAVIT i. contumelioſe dixit. Ita *jactare convicia* dicit Propert. III. 6. 11.

Quæ mulier rabida jactat convicia lingua.

CAPUT IV.

ARG. *Familiæ emptor in Auguſti teſtamento, aurigandi arte, ornamentiſque triumphalibus clarus eſt, conſorem via ſibi decedere ædilis cogit, equites & matronas in ſcenam producit, venationeſque & munus dat L. Domitius.*

Ex hoc Domitius naſcitur, quem emptorem familiæ [1] pecuniæque [2] in teſtamento Auguſti 1

EMPTOR FAMILIÆ dicebatur, qui cum per æs & libram teſtamentum fiebat, adhibitis quinque teſtibus, qui, ut inquit Feſtus, claſſici dicuntur, & libripende, per imaginariam quandam mancupationem, certa juris ſollennitate, hæreditatem emebat, nuncupato interea in hunc modum teſtamento. Tabulas tenens teſtator, *Hæc*, inquit, uti tabulis, ceriſque ſcripta ſunt, ita do, ita lego,

 ita

Digitized by Google

2 Auguſti fuiſſe, mox vulgo notatum eſt. Non minus aurigandi [3] arte in adoleſcen-
3 tia clarus, quam deinde ornamentis triumphalibus [4] ex Germanico bello [5]. Verum arrogans, profuſus [6], immitis [7], cenſorem [8] L. Plancum via ſibi decedere [9] ædilis [10] coegit, præturæ conſulatuſque honore equites Romanos matronaſque ad agendum mimum [11] produxit [12] in ſcenam. Venationes [13] & in circo & in omnibus Ur-
4 bis regionibus [14] dedit: munus etiam gladiatorium; [15] ſed tanta ſævitia [16] ut neceſſe fuerit Auguſto clam fruſtra monitum edicto [17] coercere.

ita lego, ita teſtor, itaque vos Quirites teſtimonium præbetote. *Familiæ* enim nomine, cum ad res refertur, pecunia omnis, ac bonorum conſtantia continetur. In duodecim tabulis, *proximus agnatus familiam habeto*. Et *familiæ erciſcundæ judicium* eſt, quod de hæreditate dividunda inſtituitur. Et Terent. Heaut. v. 1. 36.

Decem dierum vix mihi eſt familia.

decem diebus rem univerſam abſumptum iri ſignificat. Dicis ergo cauſa tantum adhibebatur *familiæ emptor*, non ipſe hæres, ſed ut teſtator vivens quodammodo bona ſua alienaſſe videretur, quæ demum poſt mortem ejus hæres acciperet. *Torrentius*, *Beroaldus*, *Briſſon. de Form.* VII. *p.* 585. & *Ravard. de auctor. prud. c.* 11.

2. Pecuniæque quod conjunctim dicit Suetonius, mihi de mendo ſuſpectum eſt. Interpres aliquis non ineptus, ad verbum familiæ, id eſt, *pecuniæ* aſſcripſerit. Hinc natus error. Nam *pecuniæ* emptorem apud Ictos non invenies. *Torrentius.*

3. Aurigandi ſtudio etiam viros principes deditos fuiſſe docui ſupr. Cal. 54. 2. §. 4.

4. Ornamentis triumphalibus deſcriptis ſupr. Aug. 38. 7. §. 5.

5. Germanico bello, a Tiberio, Auguſti auſpiciis, in *Germania* geſto. V. illud ſupr. Tib. 20. 1.

6. Profusum, quia non ſine ingenti impendio, matronas, & viros honeſto ordine locatos, ſine majore quadam præmii ſpe, ad famam prorſus abjiciendam non inducendos, in ſcenam produxiſſe credibile, dictum putat Ænobarbum *Sabellicus.*

7. Immitis quis V. ſupr. Tib. 59. 2. §. 4.

8. Censor cum quo quando fuerit L. Munatius Plancus docui ſupr. Claud. 16. 1. §. 3.

9. Via decedere alicui inter honores illi habendos non erat minimus. Cicer. de Senect. c. 18. *Hæc ipſa ſunt honorabilia, quæ videntur levia, atque communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli: quæ & apud nos, & in aliis civitatibus, ut quæque optime morata, ita diligentiſſime obſervantur.* * Ælian. V. H. III. 21. Ἔστω προσιόντος Πεισιστράτου, ὁ παιδαγωγὸς ἔφη τῷ Θεμιστοκλεῖ, μικρὸν ἐκχωρῆσαι τῆς ὁδοῦ, προσάγοντος τοῦ τυράννου. *Ita tunc obvio Piſiſtrato, pædagogus dixit Themiſtocli, de via decederet paullulum, tyranno accedente.* Claudianus ſupr. Jul. 78. 4. §. 17. Noſt. Tib. 31. 9. *Decedebant* vero majoribus magiſtratibus minores, non minoribus majores. Perperam ergo cenſorem ædilis ſibi *via cedere* coegit Domitius.

10. Ædilis potuerit fuiſſe hic Ænobarbus anno illo, quo Plancus & Lepidus fuere cenſores, ſexto poſt anno factus conſul. *Torrentius* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 516.

11. Mimum agere quid ſit, dictum ſupr. Cæſ. 39. 4. §. 17.

12. Produci quid V. ſupr. Aug. 43. 4. §. 26.

13. Venationes V. ſupr. Cal. 30. 7. §. 34.

14. Urbis regionibus. illas V. ſupr. Aug. 30. 1.

*15. Munus gladiatorium V. Cæſ. 10. 4. §. 22. Hoc dabant conſules. Cicer. Off. II. 16. *Magnificentiſſima Pompeji munera ſecundo conſulatu.* Marcellus I. 36. de condit. & demonſtr. *Vivo Mævio Sejus conſul deſignatus eſt, & munus edidit.* Prætores. Plutarch. Brut. p. 988. D. *Ab aliis quidem prætoribus munera, & ſpectacula, & gladiatores: a te vero depulſionem tyrannidis exſpectant.* Lipſ. Saturn. II. 9.

16. Tanta sævitia, ita ut temere nimis jugulari juſſerit gladiatores, nec cuiquam pepercerit. *Torrentius.*

17. Edicto, quod ille non tam tuto, quam ſimplicem monitionem ſperneret. *Torrentius.* V. *Lipſ. Saturn.* II. 21.

CAPUT V.

ARG. *Omni parte vitæ deteſtabilis vivit, filium Neronem tollit, & morbo decedit Cn. Domitius.*

1 Ex Antonia majore [1] patrem Neronis procreavit, omni parte vitæ deteſtabilem [2].
2 Siquidem comes ad orientem C. Cæſaris juvenis, occiſo liberto [3] ſuo, quod potare

Antonia majore, cujus cum Domitio conjugium V. ſupr. Cal. 1. 1. §. 3.

2. Detestabilem.... quem tamen, ſed perperam, *nobiliſſimæ ſimplicitatis juvenem* vocat Paterculus, palpator egregius II. 10. 3.

3. Occiso liberto.... Contra bene ceſſit Adriano, *quod tria ani moribus obſecuturus, vino indulſerat* apud Spartian. c. 3.

4. E

tare quantum jubebatur recuſarat, dimiſſus e cohorte amicorum [4] nihilo modeſtius
vixit. Sed & in viæ Appiæ [5] vico repente puerum citatis jumentis haud ignarus ob- 3
trivit. Et Romæ medio foro cuidam equiti Romano liberius jurganti [6] oculum e- 4
ruit. Perfidiæ vero tantæ, ut non modo argentarios [7] pretiis rerum coemptarum, 5
ſed & in prætura [8] mercede [9] palmarum aurigarios [10] fraudaverit. Notatus ob hæc 6
& ſororis joco, querentibus dominis [11] factionum, [12] *repræſentanda* [13] *præmia in poſte-
rum* ſanxit [14]. Majeſtatis quoque & adulteriorum [15], inceſtique cum ſorore Lepi- 7
da [16] ſub exceſſu Tiberii reus, mutatione temporum evaſit. Deceſſitque Pyrgis [17] 8
morbo aquæ intercutis, ſublato filio Nerone ex Agrippina [18] Germanico genita.

4. E COHORTE AMICORUM i. numero domeſticorum, & contubernalium. Juſtin. XVII. 2. 2. *Et, quod majus victoria putabat, ſolum ſe de cohorte Alexandri remanſiſſe.* Noſt. Cal. 19. 5. Galb. 7. 2.

5. VIAM APPIAM deſcripſi ſupr. Tib. 72. 2. §. 6.

6. JURGIUM V. ſupr. Tib. 2. 9. §. 58.

7. ARGENTARIUS quis fuerit, dixi ſupr. Aug. 2. 9. §. 23. Huic etiam res quædam vendendæ committebantur, præſertim auri, atque argenti ſpecies, nummi veteres, vaſa cælata, gemmæque, & lapides. Scævola Digeſt. XLVI. 3. 88. *Filia inteſtato patri heredis negotia mater geſſit, & res vendendas per argentarios dedit, idque ipſum codice conſcriptum eſt. Argentarii univerſum redactum venditionis ſolverunt.* Unde etiam ἀργυροπράται vocantur a Juſtiniano l. pen. de pignoribus, & Novell. conſtit. 137. & Suida in ἀργυραμοιβοί. Quin & auctionibus præfuit. Senec. Declam. procem. 1. p. 73. *Aut quod fecit Hortenſius, qui a Siſenna provocatus, in auctione perſedit totam diem, & omnes res, & pretia, & emptores ordine ſuo argentariis recognoſcentibus, ita ut in nullo falleretur, recenſuit.* Quod quoque narrat Quintil. Inſtit. XI. 2. *Et forſitan in hoc ſunt adjuti, qui actione dimiſſa, quid cuique vendidiſſent, teſtibus argentariorum tabulis reddiderunt. Quod præſtitiſſe Hortenſium dicunt.* V. quoque Beroaldum & Torrentium.

8. PRÆTURAM M. Junio Silano, & L. Balbo conſulibus, ſive anno ab U. C. 771. Neronis patrem obtinuiſſe putat Pigh. Ann. III. p. 549.

9. MERCES *palmarum* eſt id, quod præter *palmas* ipſis victoribus, recepto a Græcis more, donandas, eorum magiſtris, ſeu curatoribus etiam debebatur. *Torrentius.*

10. AURIGARIOS dicit noſter, ut *trigarios* Plin. XXVIII. 17. *Feruntque & Neronem principem hac potione recreari ſolitum, cum ſic quoque ſe trigario approbare vellet.* Et *quadrigarios* ipſe infr. 16. 7. Erant vero *aurigarii*, qui ornandi, inſtruendique agitatores curam gerunt, ut docet etiam Torrentius. V. tamen quoque *Scheff. de re vehic.* I. 17.

11. DOMINOS *factionum* dicit etiam Lampr. Comm. c. 16. *Circenſes multos addidit ex libidine potius quam religione, & ut dominos factionum ditaret.* Inſcriptio, quæ exſtat Lanuvii etiam *magiſtros.* M. AVRELIO LIBERO, PATRI. ET MAGISTRO. ET SOCIO. DOMINO ET AGITATORI FACTIONIS PRASINÆ. AVRELIVS CÆCILIVS PLANETA PROTOGENES OB III PALMAR. HOC DONVM VOVIT. NATIONE AFR. Et noſter infr. 22. 3. *Conditores factionum.* Inſcriptio, quæ exſtat Romæ.

D. M.
C. POMPEJO. EVSCINO
CONDITORI. FACTIONIS. RUSSATAE
PATRONO. B. M.
OPTIMO. ET
PIENTISSIMO
LIBERTI. ET HEREDES. FECIRVNT
DE. SVO.

Erant hi, qui, cum quatuor eſſent factiones, ſuæ quiſque factioni præerant, ac circi jura tuebantur. V. *Torrentium*, *Buleng. de circ. c.* 43. *Onuph. Panvin. de lud. circ.* I. 11. & ad illum *Argol. p.* 23. *a. Gonſal. in Petron. p.* 110.

12. FACTIONUM, de quibus egi ſupr. Cal. 55. 6. §. 13.

13. REPRÆSENTANDA i. ſtatim ſolvenda. ſupr. Aug. 102. 4. §. 27.

14. SANXIT i. dixit *ſanciendum eſſe.* Grævius.

15. MAJESTATIS ET ADULTERIORUM. Tacit. Ann. VI. 47. 4. *Multorum amoribus famoſa Albucilla defertur impietatis in principem: connectebantur ut conſcii & adulteri ejus, Cn. Domitius, Vibius Marſus, L. Arruntius.*

16. LEPIDA *Domitia*, filia L. Domitii & Antoniæ majoris (V. ſupr. Claud. 26. 7. §. 8.) Ex Antonia ſuſtulit Domitius duas filias, quarum utraque gentis nomine Domitia fuit dicta; ſed minor, ut a ſorore diſtingueretur, etiam *Lepida* cognomine.

17. PYRGI oppidum fuit Etruriæ inter Graviſcas & Cære. Strab. V. p. 156. Ἀπὸ δὲ Γραουΐσκων εἰς Πύργους μικρὸν ἐλάττους τῶν ρπ΄. Ἔστι δ' ἐπίνειον τῶν Καιρετανῶν ἀπὸ ν΄ σταδίων. *A Graviſcis ad Pyrgos ſtadia ſunt paullo minus* 180. *Ab his ad quinquaginta ſtadia abeſt Caretanorum navale.* Virg. Æn. X. 183.

Qui Carete domo, qui ſunt Minionis in arvis,
Et Pyrgi veteres, intempeſtæque Graviſcæ.

De *Pyrgis* etiam *Diodor. Bibl.* XV. *p.* 337. *Plin.* III. 5. *Mel.* II. 4. *Serv. ad Virgilium. Cluver. Ital. ant.* II. 2. 37. *Pined. in Stephanum.*

18. AGRIPPINÆ ſtemma ponit Dio LXI. p. 695. A. Οὕτω μὲν ἡ Ἀγριππῖνα, ἡ τοῦ Γερμανικοῦ θυγάτηρ, ἡ τοῦ Ἀγρίππου ἔγγονος, ἡ τοῦ Αὐγούστου ἀπόγονος, ὑπ'

αὐτῇ τοῦ υἱέος, ᾧ τὸ κράτος ἐδεδώκει, δι᾽ ὃν ἄλλους τε καὶ τοὺς θείους ἀπεκτόνει, κατεσφάγη. *Et ſic Agrippina, Germanici filia, Agrippæ neptis, Auguſti abneptis, a filio ſuo, cui regnum detulerat, & cujus cauſa prater alios patruum quoque necaverat, interfecta eſt.* Domitio hanc nuptum collocaverat Tiberius. Tacit. Ann. IV. 75. 1. *Cæterum Tiberius neptem Agrippinam Germanico ortam, cum coram Cn. Domitio tradidiſſet, in Urbe celebrari nuptias juſſit.* Quod Appio Junio Silano, P. Silio Nerva conſulibus, ſive anno ab U. C. 780. accidiſſe putat Pagh. Ann. III. p. 556. De horum conjugio Joſeph. Ant. Jud. XX. 5. Ταύτης πατὴρ μὲν ἦν Γερμανικὸς Καίσαρος ἀδελφὸς, ἀνὴρ δὲ Δομίτιος Ἀηνόβαρβος ὁ τῶν ἐπισήμων κατὰ τὴν Ῥωμαίων πόλιν. *Hujus pater fuit Germanicus Imperatoris frater, maritus vero Domitius Ænobarbus, unus ex Romanis illuſtrioribus.*

CAPUT VI.

ARG. *Naſcitur, patrem amittit, apud Lepidam nutritur, Paſſieni hereditate ditatur, & matris revocatæ potentia valde floret Nero Claudius Cæſar.*

1 Nero [1] natus [2] eſt Antii [3] poſt IX menſes [4] quam Tiberius exceſſit, XVIII Kalend. Januarias [5]: tantum quod [6] exoriente ſole, pæne ut radiis prius, quam
2 terra contingeretur [7]. De genitura ejus ſtatim multa & formidoloſa multis conje-
3 ctantibus. Præſagio fuit etiam Domitii patris [8] vox, inter gratulationes amicorum, negantis quidquam ex ſe & Agrippina [9] niſi deteſtabile & malo publico naſci [10] po-
4 tuiſſe. Ejuſdem futuræ infelicitatis ſignum evidens die luſtrico [11] exſtitit: nam C. Cæſar,

NERO L. *Domitius*, qui *Neronis* nomen adoptionis jure ſibi induerat. Tacit. Ann. XI. 11. 4. *L. Domitius adoptione mox in imperium, & cognomentum Neronis adſcitus.* Joſeph. Ant. Jud. XX. 5. Τοῦτον γὰρ ὕστερον αὐτὸν ἐκάλεσεν εἰσποιησάμενος υἱὸν ὁ Καῖσαρ. *Huic enim poſtea privigno adoptato nomen mutaverat Cæſar.* Unde *Nero* dictus ſit, dictum ſupr. Tib. 1. 6. §. 23.

2. NATUM *pedibus* Neronem, cum *ritu naturæ capite hominem gigni mos ſit, parens ejus ſcribit Agrippina.* Plin. VII. 8. Forte *in commentariis*, quibus *vitam ſuam, & caſus ſuorum poſteris memoravit.* Tacit. Ann. IV. 53. 4.

3. ANTIUM deſcripſi ſupr. Aug. 58. 2. §. 4. *Antii* natum eſſe Neronem dicit & Tacit. Ann. XV. 23. 2. *Locus puerperio colonia Antium fuit, ubi ipſe generatus erat.*

4. POST NOVEM MENSES..... I. ultimo die *noni menſis* a morte Tiberii. Hunc exceſſiſſe decimo ſeptimo Kalendas Aprilis anni ab U. C. 789. dixit noſter ſupr. 73. 2. V. de hoc loco inter ſe concertantes *Petav. de doctr. temp.* II. 15. & *Pagi diſſert. Hypat. part.* I. c. 2. §. 1. & 2.

5. XVIII KAL. JANUARIAS cum Nerone natalem habuit Verus Imperator. Capitol. c. 2. *Natus eſt Lucius Romæ in pretura patris ſui,* XVIII *Kal. Januarias, die quo & Nero, qui rerum potitus eſt.*

6. TANTUM QUOD.... I. nihil amplius quam exoriente ſole. V. Aug. 63. 2. §. 3. Hoc inter præſagia, quæ Neroni imperium portenderunt, ita commemoratur a Dione LXI. p. 690. A. Ἀκτῖνες τικτόμενον αὐτὸν ὑπὸ τὴν ἕω ἐξ οὐδεμιᾶς τοῦ ἡλίου φανερᾶς προσβολῆς περιέσχον. Καί τις ἀστρολόγος ἔκ τε τούτου, καὶ ἐκ τῆς τῶν ἀστέρων φορᾶς τῆς ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐπιμιξίας, δύο ἅμα περὶ αὐτοῦ ἐμαντεύσατο, ὅτι τε βασιλεύσει, καὶ ὅτι τὴν μητέρα φονεύσει. *Naſcentem cum ſub auroram radii circumfulſerunt, a ſole, quod quidem appareret, non immiſſi. Qua ex re, tum etiam animadverſo ſtellarum curſu, qui tunc erat, atque earum conjunctione, quidam aſtrologus duo ſimul prædixit; eum & regnaturum eſſe, & matrem necaturum.*

7. TERRA CONTINGERETUR I. naſceretur. V. ſupr. Aug. 5. 2. §. 15.

8. DOMITIUS PATER unde hæc prædixerit docet nos Dio. C. Καίτοι καὶ τὴν πονηρίαν καὶ τὴν ἀσέλγειαν τὴν τοῦ Νέρωνος καὶ ὁ Δομίτιος ὁ πατὴρ ἐκεῖνος οὐκ ἐκ μαντείας, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν τρόπων τῶν τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν τῆς Ἀγριππίνης προεῖδετο. καὶ εἶπεν, ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν ἄνδρα τινὰ ἀγαθὸν ἔκ τε ἐμοῦ καὶ ἐκ ταύτης γεννηθῆναι. *Porro nequitiam & petulantiam Neronis Domitius pater non ex vaticinio, ſed ex ſuis, & Agrippinæ moribus prædixit: non enim, inquit, fieri ullo modo poteſt, ut ex me & illa vir bonus naſcatur.*

9. EX SE ET AGRIPPINA. Unde Sibyll. Orac. V. 146,

> Εἰς ἀλόχους ἥμαρτε, καὶ ἐκ μιαρῶν ἐτέτυκτο.
> *Conjugibuſque parum fidus, praviſque creatus.*

* 10. MALO PUBLICO NASCI vel fieri dicebant veteres Principes malos. Senec. de Clem. I. 18. *Quanto autem non naſci fuit; quam numerari inter publico malo natos?* Hinc Cajum *natricem populo Romano ſe educare* dicit Tiberius Cal. II. 2.

11. DIES LUSTRICI *infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum nonus, quia his luſtrantur, atque eis nomina imponuntur.* Feſtus. Ritus illis uſitatos deſcribit Perſ. Sat. II. 31.

> *Ecce avia, aut metuens divum matertera, cunis*
> *Exemit puerum, frontemque, atque uda labella*
> *Infami digito, & luſtralibus ante ſalivis*
> *Expiat, urentes oculos inhibere perita.*

Tunc

Cæſar, rogante [12] ſorore [13], ut infanti, quod vellet, nomen [14] daret, intuens Claudium patruum ſuum, a quo mox [15] principe Nero adoptatus eſt, ejus [16] ſe dixit dare: neque id ipſe ſerio, ſed per jocum, aſpernante Agrippina, quod tum Claudius inter ludibria aulæ [17] erat. Trimulus patrem amiſit, cujus ex parte tertia hæres, ne hanc quidem integram cepit, correptis per cohæredem Cajum univerſis bonis, & ſubinde matre etiam relegata, pæne inops atque egens [18] apud amitam Lepidam nutritus eſt, ſub duobus pædagogis, ſaltatore [19] atque tonſore. Verum Clau- 5 6
dio

Tunc manibus quatit, & ſpem macram ſupplice voto
Nunc Licini in campos, nunc Craſſi mittit in ædes.
Hunc optent generum rex & regina: puella
Hunc rapiant: quidquid calcaverit hic, roſa fiat.

Maribus is nonus, feminis octavus eſt. Macrob. Saturn. I. 16. Plutarch. Quæſt. Rom. 102. Quare diem poſt ſeptimam ſumpſerint, & quare femellas citius quam maſculos luſtraverint veteres, pluribus docet ibidem Plutarchus. De *die luſtrico* etiam *M. Donatus*, *Ruben. Elect.* I. 5. *Fab. Semeſt.* I. 6. *Buleng. Imp.* III. 18. *Meurſ. de puerp. c.* 6. *Barthol. de puerp. p.* 136. & 149. *Laurent. Polym.* I. 11. *Lonici. de Luſtrat. c.* 27. *Scalig. & Dacier. in Feſtum in Luſtrici. Caſaub. in Perſium Stuck. A. C.* I. 16. *Mell. in Long. p.* 7.

* 12. ROGATI infantibus nomen dederunt apud veteres, & vicini. Ruth. 4. 17. *Indiderunt ei vicinæ nomen dicentes....* & cognati. Luc. 1. 59. *Et factum eſt, ut die octavo vicini & conſanguinei venerint ad circumcidendum puerulum. Vocabant autem eum ex nomine patris ipſius, Zachariam.* Polyæn. Strat. VI. I. 6. Ἰάσων παιδίου γεννηθέντος αὐτῷ, μέλλων ὄνομα τίθεσθαι τοὺς ἀρίστους Θετταλῶν καλέσας, παρεκάλεσε τὸν ἀδελφὸν προστῆναι τῆς ὑποδοχῆς.... Τῷ ἀδελφῷ σπονδῶν κατάρχειν ἐπέτρεψε, καὶ κύριον αὐτὸν εἶναι τῆς θέσεως τοῦ ὀνόματος τοῦ παιδίου. *Jaſon, puero ſibi procreato, ad imponendum ei nomen principibus Theſſalorum convocatis, advocavit fratrem, ut primas in eo negotio partes ipſe ſuſciperet.... Fratri litationum principatum conceſſit, eique poteſtatem nomen puero indendi dedit.*

13. SORORE *Agrippina* infantis matre.

14. NOMEN, quod die luſtrico infantibus imponebatur. Unde *nominalia* ille dies dictus. Tertull. de Idolol. c. 16. *Circa officia privatarum & communium ſollennitatum, ut togæ puræ, ut ſponſalium, ut nuptialium, ut nominalium, nullum putem periculum obſervari.* Gloſſæ. *Nominalia*, ὀνοματοθεσία. *Nomen* autem pro prænomine hic eſt capiendum, quia ipſa gentilia *nomina* certa ſemper, eademque erant; at prænomina modo mutabant. V. quoque *Terrentium*, *Scalig. in Feſtum p.* 80. & *Rubenium*. * Gentilitium intelligunt *Robort. de cognom. & appellat. Inop. Miſc. Erud. Ital. Tom.* I. *p.* 654. & *Panvin. de Nomin. Roman. p.* 2035. *A.* Sed illos refellunt *Caſtal. de Puer. prænom. Miſc. Ital. ibid. p.* 89. & *Sigon. Emend. c.* 18. & 25.

15. MOX pro deinde, poſtea, uſurpari monui ſupr. Aug. 17. 14. §. 49. Hic moram notat undecim vel tredecim annorum.

16. EJUS, *Claudii.* Verum fuit Caji præſagium. Nam *Claudius Nero* dictus eſt, ubi Claudiorum familiæ per adoptionem inſertus fuit. *Beroaldus.*

17. AULA pro comitatu principis ſumitur. *Aula* quid ſit, docet Athen. V. p. 189. Ὁ γὰρ ἐκπεπταμένος τόπος αὐλὴ λέγεται· καὶ διαυλωνίζειν φαμὲν τὸ δεχόμενον ἐξ ἑκατέρου πνεῦμα χωρίον. Νῦν δὲ τὰ βασίλεια λέγουσιν αὐλάς· ὥσπερ Μένανδρος, αὐλὰς θεραπεύειν καὶ σατράπας. Καὶ Δίφιλος.

Αὐλὰς θεραπεύειν ἐστὶν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
Ἢ φυγάδος, ἢ πεινῶντος, ἢ μαστιγίου.

ἤτοι διὰ μεγάλους ἔχειν τοὺς πρὸ τῶν οἴκων ὑπαιθρίους τόπους· ἢ τῷ παραυλίζεσθαι, καὶ παρακοιμᾶσθαι τοὺς δορυφόρους τοῖς βασιλείοις. *Apertus, perflatuſque locus* αὐλὴ *dicitur, &* διαυλωνίζειν *locum dicimus, qui ex utraque parte ventum admittit. Nunc autem regias aulas vocant, ut Menander, aulas, & ſatrapas colere. Et Diphilus.*

Aulas colere eſt, ut equidem cenſeo,
Aut exſulis, aut famelici, aut verberonis.

aut quia ampla ſunt ſpatia ante domos regias, aut quia ſtipatores excubant proxime ædes regias. V. etiam *Buleng. de Imperat.* II. 17.

* 18. INOPS ATQUE EGENS differunt. *Inops* eſt, qui eſt ſine opibus & ope, atque auxilio. *Egens*, cui neceſſaria deſunt. *Egeſtas* plus eſt quam paupertas. *Inopia* plus quam utrumque illorum. Cicer. Cat. II 11. *Præſidia veſtra cum illius latronis inopia, atque egeſtate conferre debeo.* Popm. de Differ. verb. II. 73. Non aſſentior. *Inops* enim qui opis indigus: egens, qui omnibus ideo caret, quia eget omnibus. Contradicit illi Cicero productus. Ineptum enim ſit in tam numeroſa oratione minus majori ſubnectere. Pro nobis Symmach. Epiſt. X. 10. *Inopia, vel potius egeſtas ordinis Formiani.* Plin. Epiſt. X. 18. 1. *Inopia, vel potius, ut Lucret.* I. 83. *egeſtate patrii ſermonis.* Et ipſe Suet. h. l. & infr. Gramm. 8. 2. *Barth. in Ruſin.* I. 36. *Juret. in Symmachum. Cellar. in Plinium.*

19. SALTATOR eſt, qui *ſaltandi* artem callet, quam *nobilium filii, & filiæ virgines inter ſtudioſa numeraverint* licet *teſte Scipione Africano Æmiliano in oratione contra legem judiciariam Tiberii Gracchi* hæc dicente: *Docentur præſtigias inhoneſtas, cum cinædulis, & ſambuca pſalterioque eunt in ludum hiſtrionum: diſcunt cantare quæ majores noſtri ingenuis probro duci voluerunt: eunt, inquam, in ludum ſaltatorium inter cinædos virgines puerique ingenui:* tamen *uno eodem tempore tribus nobiliſſimis civibus non modo ſtudium ſaltandi,*

Digitized by Google

dio imperium adepto, non ſolum paternas opes recuperavit: ſed & Criſpi Paſſieni [20]
7 vitrici ſui hæreditate ditatus eſt [21]. Gratia quidem & potentia revocatæ reſtitutæ-
que matris uſque eo floruit, ut emanaret in vulgus, miſſos a Meſſalina uxore Clau-
8 dii, qui eum meridiantem [22] quaſi Britannici æmulum [23] ſtrangularent. Additum fa-
bulæ eſt, eoſdem dracone [24] e pulvino ſe proferente conterritos refugiſſe. Quæ fa-
bula exorta eſt, deprehenſis in lecto ejus circum cervicalia ſerpentis exuviis [25]: quas
tamen aureæ armillæ [26] ex voluntate matris incluſas dextro brachio geſtavit aliquam-
diu, ac tædio tandem maternæ memoriæ abjecit, rurſuſque extremis ſuis rebus fru-
ſtra requiſivit.

di, ſed etiam, ſi dis placet, peritiam objectam fuiſſe dicit Macrob. Sat. II. 10.

20. Crispi Passieni, de cujus cum Agrippina conjugio Plin. XVI. 44. *In hoc arborem eximiam ætate noſtra adamavit Paſſienus Criſpus bis conſul, orator: Agrippina matrimonio, & Nerone privigno clarior poſtea. Duas* enim *habuit uxores, primam Domitiam, deinde Agrippinam, illam amitam, hanc matrem Neronis Cæſaris.* Schol. Juven. IV. 81.

21. Hæreditate ditatus est. *Poſſedit* vero, ut prodit modo laudatus Juvenalis Scholiaſtes, bis mille ſeſtertia. Ubi bis millies ſeſtertium ſcribendum eſſe contendit Lipſ. in Tacit. Ann. p. 128. I. quinque milliones Philippicorum, illud ad noſtram monetam transferente Rader. in Mart. Epig. IV. 41. 7.

22. Meridie quieviſſe veteres, docui ſupr. Cal. Cal. 38. 9. §. 20.

23. Æmulatio *dupliciter dicitur, ut & in laude, & in vitio hoc nomen ſit. Nam & imitatio virtutis æmulatio dicitur: & eſt æmulatio ægritudo, ſi eo, quod concupierit, alius potiatur, ipſe careat.* Cicer. Tuſc. Quæſt. IV. 8.

24. Dracones *adſuiſſe infantiæ ejus in modum custodum vulgabatur, fabuloſa, & externis miraculis adſimulata: nam ipſe haudquaquam ſui detractor, unam omnino anguem in cubiculo viſam narrare ſolitus eſt.* Tacit. Ann. XI. II. 5.

25. Exuviæ hæ ſunt ſitus, & muccus, quo obducuntur ſerpentes, dum diu torpent in cavernis. Qui concreſcit, & condenſatur circa corpus univerſum, ac cutis ſpeciem habet. Sic affecta ſerpens locum quærit anguſtum, cumque penetrando diſtringit hanc quaſi pellem, quæ & vulgo vera, & antiqua pellis putatur. V. *Voſſ. de Idolol.* IV. 15. Hæc quid ſignificaverint, exponunt vates apud Dion. LXI. p. 690. C. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου λεβηρὶς περὶ τὸν αὐχένα τοῦ Νέρωνος παιδίου ἔτ' ὄντος εὑρεθεῖσα παρέδωκε τοῖς μάντεσι λέγειν, ὅτι ἰσχὺν παρὰ τοῦ γέροντος μεγάλην λήψεται: ἐπειδὴ τὸ γῆρας διὰ ταῦθ' οἱ ὄφεις ἐκδύεσθαι νομίζονται. *Progrediente vero tempore, exuviæ ſerpentis ad cervicem Neronis pueri inventa, præbuerunt vatibus cauſam dicendi, eum a ſene quodam magnam potentiam accepturum: ſerpentes enim poſitis exuviis una exuere ſenectutem putantur.*

26. Armillis & morborum remedia includebant veteres. Plin. XXVIII. II. *Vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant.*

CAPUT VII.

ARG. *Trojam luſit, a Claudio adoptatur, Seneca in diſciplinam traditur, Britannicum fratrem ut ſubditivum arguere conatur, amitam Lepidam teſtimonio affligit, in decurſione ſcutum manu præfert, pro Bononienſibus, Rhodiis, Llienſibus verba facit, juriſdictionem auſpicatur, uxorem Octaviam ducit, &.... pro Claudii ſalute edit Nero Claudius Cæſar.*

1 Tener [1] adhuc, needum matura pueritia, circenſibus ludis [2] Trojam [3] conſtantiſſi-
2 me [4] favorabiliterque [5] luſit. Undecimo [6] ætatis anno a Claudio adoptatus [7] eſt,
Annæo-

Tener quis V. ſupr. Aug. 64. 3. §. 8.

2. Circenses ludos V. ſupr. Cæſ. 39. I. §. 7.

3. Trojam V. ſupr. Cæſ. 39. 6. §. 32.

4. Constantissime I. intrepide, confidenter. V. ſupr. Aug. 10. 4. §. 13.

5. Favorabiliter I. cum *favore.* Minus Latinum eſſe putat Voſſ. de Vit. Serm. IV. 32. Sed errat. Nam præter noſtrum illo utuntur Quintilianus & Macrobius. Apud illum IV. 3. *Favorabiliter excurrere.* apud hunc Sat. VII. 2. *Favorabiliter excipere* legitur.

6. Undecimo, imo *tertio & decimo.* Adoptatus enim eſt anno ab U. C. 802. ſive C. Antiſtio, M. Suillio conſulibus, ut nos docuit Tacitus ſupr. Claud. 27. 6. §. 17. natus ſub finem a. 789. ſupr. 6. I. §. 4. V. quoque *Torrentium, Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 132. *Ryck. in eund. p.* 164.

7. Adoptatum eſſe Neronem Agrippina, & Pallante auctoribus, dixi ſupr. Claud. 27. 6. §. 17. Ideo *inſitus & adoptivus* dicitur Tacit. Ann. XIII. 14. 3. *Præceps poſt hæc Agrippina ruere ad terrorem, & minas, neque principis auribus abſtinere, quo minus teſtaretur,*

Annæoque Senecæ [8] jam tunc ſenatori in diſciplinam traditus. Ferunt Senecam 3
proxima nocte [9] viſum ſibi per quietem C. Cæſari [10] præcipere [11] : & fidem ſomnio
Nero brevi fecit [12], prodita immanitate naturæ, quibus primum potuit experimentis. Namque Britannicum fratrem [13], quod ſe poſt adoptionem ÆNOBARBUM [14] 4
ex conſuetudine ſalutaſſet, ut ſubditivum [15] apud patrem arguere conatus eſt. Ami- 5
tam etiam Lepidam ream [16] teſtimonio coram afflixit, gratificans matri, a qua rea
premebatur. Deductus in forum [17] tyro [18], populo congiarium [19], militi donati- 6
vum [20] propoſuit : indictaque decurſione [21] prætorianis, ſcutum ſua manu prætulit:

retur, adultum jam eſſe Britannicum, veram, dignamque ſtirpem ſuſcipiendo patris imperio, quod inſicus & adoptivus, per injurias matris exerceret. Et ex Gronovii emendatione *inſitivus* Senec. Octav. I. 249.

Iſte inſitivus, Domitio genitus patre.

8. Annæo Senecæ *in diſciplinam* quare Neronem tradiderit Agrippina, narrat Tacit. Ann. XII. 8. 3. *At Agrippina ne malis tantum facinoribus noteſceret, veniam exſilii pro Annæo Seneca, ſimul præturam impetrat, lætum in publicum rata, ob claritudinem ſtudiorum ejus, utque Domitii pueritia tali magiſtro adoleſceret, & conſiliis ejuſdem ad ſpem dominationis uteretur: quia Seneca fidus in Agrippinam memoria beneficii, & infenſus Claudio dolore injuriæ credebatur.* Unde de Agrippina Dio LX. p. 686. D. Τὴν ἐς τὸ κράτος ἐξήνεγκε, καὶ παρὰ τῷ Σενέκᾳ ἐξεπαίδευε.

9. Proxima nocte, quæ n. diem illum, quo Neronem inſtituendum ſuſceperat, ſecuta eſt. *Beroaldus* & *Sabellicus.*

10. C. Cæsari *Caligula*, tanquam Nero futurus eſſet alter *Caligula.* Beroaldus.

11. Præcipere i. *præceptorem* eſſe, docere. Curt. IV. 13. 8. *Latrunculorum & furum iſta ſolertia eſt, quam præcipitis mihi.* Horat. Od. I. 24. 2.

——— *præcipe lugubres*
Cantus Melpomene.

Noſt. Gramm. 10. 3: 16. 2. Sic monente Caſaubono ἐπιστέλλειν pro *magiſtrum epiſtolarum eſſe* dicit Philoſtr. ſophiſt. II. p. 569. C. Μάρκου τοῦ βασιλέως δεδωκότος αὐτῷ τὸ ἐπιστέλλειν Ἕλλησι. *A Marco imperatore, qui illum fecerat magiſtrum epiſtolarum Græcarum.* p. 574. A. Τελευτῆσαι τὸν Ἀλέξανδρον οἱ μὲν ἐν Κελτοῖς φασὶν ἔτι ἐπιστέλλοντα: οἱ δ' ἐν Ἰταλίᾳ, πεπαυμένον τοῦ ἐπιστέλλειν. *Obiit Alexander, ut quidam aiunt, cum adhuc in Celtis epiſtolarum magiſter eſſet; alii in Italia, cum non amplius epiſtolarum magiſter eſſet.*

12. Fidem somnio fecit. Nam Caji ſcelera non æquavit modo, ſed etiam ſuperavit Nero. Comparat hoſce Plinius ſupr. Cal. 11. 3. §. 11. Et a Nerone ſuperatum Cajum dicit Xiphil. LXI. p. 691. D. Τέλος ἀπεβδελύξατο, καὶ πάντα τὰ παραγγέλματα αὐτῶν συγχέας, καὶ καταπατήσας, πρὸς τὸν Γάϊον ἐτείνετο· ὃν δ' ἅπαξ ζηλῶσαι αὐτὸς ἐπεθύμησε καὶ ὑπερεβάλετο, νομίζων τῆς αὐτοκρατορικῆς καὶ τοῦτ' ἰσχύος ἔργον εἶναι, τὸ μηδὲ ἐν τοῖς κακίστοις μηδένος ὑστερίζειν. *Tandem pudorem omnem exuit, & omnibus eorum,* Senecæ & Burrhi, *præceptis confuſis, & proculcatis Caji veſtigia ſecutus eſt: quem ut primum imitari ſtatuit, facillime ſuperavit, exiſtimans imperatoriæ majeſtatis & poteſtatis eſſe, efficere, ut nemini ne in peſſimis quidem rebus cederet.*

13. Fratrem Neronis Britannicum quamvis adoptivum etiam vocant Tacit. Ann. XIII. 15. 4. *Neque jubere cædem fratris palam audebat.* & Senec. Octav. I. 242.

——— *ſpiritum fratri abſtulit.*

14. Ænobarbum quod Britannicus Neronem ſalutavit, *diſcordiæ* inter illos *initium* fuiſſe dicit Tacit. Ann. XII. 41. 5. *Obvii inter ſe, Nero Britannicum nomine, ille Domitium ſalutavere. Quod, ut diſcordiæ initium, Agrippina multo queſtu ad maritum defert: ſperni quippe adoptionem, quæque cenſuerint patres, juſſerit populus, intra penates abrogari: ac niſi pravitas tam infenſa docentium arceatur, erupturа in publicam perniciem.* Proprio nomine appellari, illa tempeſtate contumelioſum fuiſſe, dictum eſt ſupr. Aug. 13. 4. §. 17.

15. Subditivum i. ſuppoſitum, alterius loco poſitum. Plaut. Amph. I. 2. 35.

Amphitruo ſubditivus, eccum, exit foras.

II. 2. 198.

De illo ſubditivo Soſia mirum nimis eſt.

Gloſſæ. *Subditivus,* ὑποβολιμαῖος, ὑποδοχιμαῖος.

16. Rea quorum criminum fuerit Domitia Lepida, dixi ſupr. Claud. 43. 2. §. 2.

17. Deductus in forum quando, & quare fuerit Nero, tradit Tacit. Ann. XII. 41. 1. *Tib. Claudio quintum, Ser. Cornelio Orfito conſulibus* (V. ſupr. Claud. 14. 2. §. 3.) *virilis toga Neroni maturata, quo capeſſendæ Reipublicæ habilis videretur. Et Cæſar adulationibus ſenatus libens ceſſit, ut viceſimo ætatis anno conſulatum Nero iniret: atque interim deſignatus, proconſulare imperium extra Urbem haberet, ac princeps juventutis appellaretur. Additum nomine ejus donativum militi, congiarium plebi.* Quo modo in *forum deducerentur* tyrones, docui ſupr. Aug. 26. 4. §. 20.

18. Tyrones quinam dicantur, dixi ſupr. Aug. 26. 4. §. 18.

19. Congiarium deſcripſi ſupr. Cæſ. 27. 2. §. 13.

20. Donativum quid fuerit, dixi ſupr. Cal. 46. 2. §. 10.

21. Decursio hæc alia eſt ab illa funebri, de qua dixi ſupr. Claud. 1. 7. §. 38. Nam hæc exercitu fuit,

7 lit [22]: exinde patri gratias in ſenatu egit [23]. Apud eundem conſulem [24] pro Bono-
8 nienſibus [25] Latine, & pro Rhodiis [26] atque Ilienſibus [27] Græce verba fecit. Auſpicatus [28] eſt & juriſdictionem præfectus Urbis [29] ſacro Latinarum [30], celeberrimis patronis, non tranſlatitias [31], ut aſſolet, & breves, ſed maximas plurimaſque poſtulationes

fuit, ſolita uſurpari ter, quotmenſibus ex inſtitutione Auguſti. Veget. I. 27. *Praterea & vetus conſuetudo permanſit, & divi Auguſti, atque Adriani conſtitutionibus pracavetur, ut ter in menſe, tam equites, quam pedites, educantur ambulatum: hoc enim verbo hoc exercitii genus nominant. Decem millia paſſuum armati, inſtructique omnibus telis pedites, militari gradu ire, ac redire jubebantur in caſtra, ita ut aliquam itineris partem curſu alacriore conficerent. Equites quoque diviſi per turmas, armatique ſimiliter tantum itineris peragebant, ita ut ad equeſtrem meditationem interdum ſequerentur, interdum cederent, & recurſu quodam impetus repararent.* Campicurſio dicitur eidem III. 4. *Campicurſionem (ut ipſi appellant) inſpectionemque armorum aſſidue faciant.* Et *campeſtris decurſio* noſtr. Galb. 6. 7. V. *Lipſ. Tacit. Ann. p.* 47. *Demſter. Paral. ad Ant. Rom. Roſin.* v. 25. *Spanhem. in Julian. orat.* I. *p.* 109.

22. PRÆTULIT *ſcutum* Nero, tanquam ipſe in decurſione præcurreret, & prætoriani milites eum *ſcutum præferentem* ſequerentur ex ritu decurſionis. *Beroaldus.*

* 23. GRATIAS EGIT, quod huic decurſioni ſe præeſſe voluiſſet.

24. APUD EUNDEM CONSULEM Claudium n. cum Orfito dicit noſter, quem non concilio cum Tacito hæc, & ſequentia referente ad D. Junium Q. Haterium conſules, ſive ad annum ab U. C. 805. quo hoſce conſules fuiſſe dicunt *Faſti Capitolini.* V. & *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 139.

* 25. BONONIAM V. ſupr. Aug. 96. I. §. I. *Bononienſi coloniæ igni hauſtæ eodem*, Nerone, *oratore ſubventum centies ſeſtertii largitione.* Tacit. Ann. XII. 58. 2.

* 26. RHODUM V. ſupr. Cæſ. 4. I. §. 8. *Eodem*, Nerone, *oratore Rhodiis redditur libertas, adempta ſæpe aut firmata, prout bellis externis meruerant, aut domi ſeditione deliquerant.* Tacit. Ann. XII. 58. 3. Adempta illis nuper fuerat libertas ab ipſo Claudio propter cives quoſdam Romanos in crucem actos. Dio LX. p. 681. B. Τῶν τε Ῥοδίων τὴν ἐλευθερίαν ἀφείλετο, ὅτι Ῥωμαίους τινὰς ἀνεσκολόπισαν. Lipſius ad Tacit. n. 140. Neronis honori adierit epigramma Anthol. I. 58. 5.

Ὡς πάρος ἀελίου, νῦν Καίσαρος ἡ Ῥόδος εἰμὶ
Νᾶσος· ἴσον δ' αὐχῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων.
Ἤδη σβεννυμέναν με νέα κατεφώτισεν ἀκτὶς,
Ἅλιε, καὶ παρὰ σοὶ φέγγος ἔλαμψε Νέρων.
Πῶς εἴπω; τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὃς μὲν ἔδειξεν
Ἐξ ἁλὸς, ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυομέναν.

Qui prius ſolis, jam Cæſaris Rhodus ſum
Inſula: æqualem vero jacto lucem ab utriſque.
Jam vero obſcuratam me novus obſcuravit radius,
O ſol, & juxta tuum lumen reſplenduit Nero.
Quomodo dico? cui prius debeo? ille enim demonſtravit
E mari: hic vero jam liberavit mergendam.

Et nummus a Rhodiis percuſſus eſt, qui mulierem alatam, quæ altera manu palmam, altera coronam habuit, cum inſcriptione ΡΟΔΙΩΝ. quod addit Vertranius.

* 27. pro ILIENSIBUS qui verba fecerit, & quid illis impetraverit Nero, dictum ſupr. Claud. 25. II. §. 36.

28. AUSPICARI eſt aliquid ex munere delibare, & leves aliquas, & tranſlatitias cauſas dicis gratia propoſitas audire. Moris enim erat, ut quicunque munus, aut magiſtratum caperent, primo ejus die leviter aliquid delibarent, *auſpicii* ſaltem cauſa. Aſcon. p. 98. in illud Ciceronis in Verrem. Qui auſpicato a Chelidone ſurrexiſſet: *Auſpicari dicuntur ineuntes magiſtratus: & quia chelidon, ideſt, hirundo Urbem frequentat, facete urbanam provinciam Chelidonis, auſpicio meretricis dicit eſſe ſuſceptam.* Tacit. Ann. IV. 36. I. *Ut feriarum Latinarum diebus, præfectum Urbis Druſum, auſpicandi gratia tribunal ingreſſum, adierit Calpurnius Salvianus.* Nec magiſtratus ſolum, ſed etiam privati homines vulgo Kalendis Januariis artes ſuas, religionis, ominiſque cauſa *auſpicabantur.* De opificum *auſpicio* Ovid. Faſt. I. 167.

Tempora commiſi naſcentia rebus agendis;
Totus ab auſpicio ne foret annus iners.
Quiſque ſuas artes ob idem delibat agendo:
Nec plus quam ſolitum teſtificatur opus.

Hinc explicabis noſtrum infr. 46. 6. V. *Lipſ. Tacit. Ann. p.* 88. 89. *Roa Singul.* I. 4. II.

29. PRÆFECTUM URBIS V. ſupr. Claud. 4. 8. §. 22. Aug. 37. I. §. 7. * Hujus juriſdictionem auſpicatus eſt Nero I. jus cœpit dicere a rebus quæ ſpectant ad officium *præfecti Urbis*: ad quod quænam ſpectent docet Ulpian. Digeſt. I. 12. I. *Omnia omnino crimina præfectura Urbis ſibi vindicabit: nec tantum ea, quæ intra Urbem admittuntur; verum ea quoque quæ extra Urbem intra Italiam.* Docet Dio ſupr. Aug. 37. I. §. 7.

30. SACRUM LATINARUM deſcripſi ſupr. Cæſ. 79. 2. §. 2.

31. TRANSLATITIUM vulgatum eſſe dixi ſupr. Aug. 10. 5. §. 21. Et *poſtulationes tranſlatitiæ* hinc ſunt explicatu faciliores. Senſus eſt: interdixerat Claudius, ne patroni cauſarum ingererent numeroſas, implicataſque *poſtulationes* apud Neronem, ne ille adhuc tyrunculus in jure dicendo vexaretur; habendam

ſtulationes [32] certatim ingerentibus [33]: quamvis interdictum a Claudio eſſet. Nec 9
multo poſt duxit uxorem Octaviam [34]: ediditque pro Claudii ſalute [35] circenſes, &
venationem.

bendam enim cenſebat rationem ætatis juvenilis in actione cauſarum. Illi tamen perſeveraverant in propoſito, ut *maximas plurimaſque poſtulationes* pro viribus quiſque *ingererent*. V. *Beroaldum*.

32. Postulationes quid ſint, dicam infr. Ner. 15. 1. §. 2.

33. Ingerere quid, dixi ad Curt. iv. 2. 19. §. 85.

34. Octaviam Claudii filiam. V. ſupr. Claud. 27. 4.

35. Pro salute ſua, cum invidioſum ſibi id eſſe intelligeret, munus edi prohibuit Claudius. Dio lx. p. 668. B. Τοῖς τε στρατηγοῖς τοὺς ἀγῶνας τοὺς ὁπλομαχικοὺς ἀπηγόρευσε μὴ ποιεῖν, καὶ εἰ δή τις ἄλλος αὐτοὺς ὁπωσδήποτε ἐπιτελοίη, ἀλλὰ μή τι γε ὡς καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ σωτηρίας γιγνομένους σφᾶς ἢ γράφεσθαι, ἢ καὶ λέγεσθαι ἐκέλευσε. *Prætoribus porro prohibuit, ne munera gladiatoria darent: at ſi quis alius ea præberet, ne vel ſcripto, vel dicto, pro ſua ſalute facta perhiberet.* Pro *ſalute* principis alias gladiatores in arena commiſſos fuiſſe, dictum ſupr. Cal. 14. 3. §. 11.

CAPUT VIII.

ARG. *Ad excubitores procedit, Imperator ſalutatur, in caſtra, & inde in curiam defertur, & patris patriæ nomen recuſat Nero Claudius Cæſar.*

Septemdecim natus annos [1], ut de Claudio palam factum [2] eſt, inter horam ſextam [3] 1
ſeptimamque [3] proceſſit ad excubitores [4]: cum ob totius diei diritatem [5] non aliud auſpicandi tempus accommodatius [6] videretur: proque Palatii [7] gradibus [8] IMPERATOR [9] conſalutatus [10], lectica in caſtra, & inde raptim appellatis militibus [11] in curiam [12] delatus eſt: diſceſſitque jam veſperi: ex immenſis, quibus cumulabatur, honoribus, tantum PATRIS PATRIÆ [13] nomine recuſato propter ætatem.

Septemdecim *natum annos* Neronem, quum de Claudio palam factum eſt, dum dicit noſter, cœptum, aut nondum completum pro completo annum ponit. Natus enim fuerat annos ſedecim, menſes decem, diebus duobus minus, tertium ante Idus, ſive 13. Octobris anno ab U. C. 806. quo exceſſit Claudius ſupr. 45. 3. §. 4. 5. in lucem editus 18. Kal. Januarias, ſive 15. Decembris a. 789. Unde decimum ſeptimum egiſſe illum annum dicit Zonar. Ann. ii. p. 188. Ἑπτακαιδέκατον γὰρ ἔτος ἦγε τότε τῆς ἡλικίας. V. & Celeberr. *Ryckium in Tacit. p.* 195.

2. Palam facere quid, dixi ſupr. Tib. 22. 1. §. 1.

3. Inter horam sextam septimamque i. *medio diei*, ut Tacit. Ann. xii. 69. 1. *Tunc medio diei, tertium ante Idus Octobris, foribus Palatii repente diductis, comitante Burrho, Nero egreditur ad cohortem, quæ more militiæ excubiis adeſt.* Et hoc diei tempus *ex monitis Chaldæorum* obſervaſſe Agrippinam dicit idem ibid. 68. 3.

4. Excubitores V. infr. Galb. 10. 4. §. 12.

* 5. Diritatem i. triſtem & infelicem diei rationem, qua fiebat, ut reliquæ omnes horæ *diræ* ac inauſpicatæ eſſent. Quid *dirum*, docui ſupr. Tib. 21. 4. §. 11.

6. Accommodatius *viſum* fuiſſe illud tempus quod dicit noſter, ſic intelligo, ut, cum reliquæ ejus diei horæ diræ, atque inauſpicatæ haberentur, Agrippina illud temporis punctum ſumpſerit, nota mulicicularum ſuperſtitione, de qua Juven. Sat. vi. 575.

Ad primum lapidem vectari cum placet, hora
Sumitur ex libro.

Torrentius.

* 7. Palatii hi gradus diverſi fuerunt ab illis, de quibus noſt. Vitell. 15. 4. In illa *Palatii* parte, ubi domus Tiberiana fuit, extitiſſe probabile eſt. *Nardin. Rom. Vet.* vi. 13.

* 8. Gradibus ad januam, in optimatum ædibus, regiiſque principum, in edito quæ erat, adſcendebant veteres. Senec. Epiſt. 84. *Præteri iſtos gradus divitum, & magno aggeſtu ſuſpenſa veſtibula.* Virg. Æn. ii. 442.

—— poſteſque ſub ipſos
Nituntur gradibus.

Juven. iii. 200.

—— Gradibus trepidatur ab imis.

Noſt. infr. Vit. 15. 4. V. etiam *Lacerd. ad Virgilium. Sagittar. de ian. c.* 8. §. 34. *Donat. de Urb. Rom.* iii. 2.

9. Imperatoris appellatio quot modis accipiatur. V. ſupr. Jul. 76. 2. §. 8.

10. Consalutatus ab iis, qui in ſtatione erant. *Feſtis vocibus exceptum fuiſſe*, monente præfecto, dicit Tacit. Ann. xii. 69. 1.

11. Appellatis militibus. Tacit. n. 3. *Illatus caſtris Nero, & congruentia tempori præfatus, promiſſo donativo, ad exemplum paternæ largitionis Imperator conſalutatur.*

12. In curiam. *Sententiam* enim *militum ſecuta patrum conſulta.* Tacit. n. 4.

13. Patres patriæ quare Imperatores fuerint dicti, dixi ſupr. Cæſ. 76. 2. §. 9.

Digitized by Google

CAPUT IX.

ARG. *Claudium laudatum conſecrat, memoria patris honores habet, matri omnium rerum ſummam permiſit, & Antium coloniam deducit Nero Claudius Cæſar.*

1 Orſus hinc a pietatis oſtentatione [1], Claudium apparatiſſimo funere elatum lauda-
2 vit [2], conſecravitque. Memoriæ Domitii patris honores maximos habuit [3].
3.4 Matri ſummam omnium rerum publicarum, privatarumque permiſit [4]. Primo etiam
imperii die ſignum [5] excubanti tribuno dedit [6] *Optimam matrem* [7]: ac deinceps ejuſ-
5 dem ſæpe lectica per publicum ſimul [8] vectus eſt. Antium [9] coloniam deduxit, adſcriptis [10] veteranis e prætorio [11], additiſque per domicilii tranſlationem [12] ditiſſimis primi-

A PIETATIS OSTENTATIONE recte orſum Neronem dicit noſter, cum principatus initium & alii laudent auctores. Senec. de Clem. I. 1. *Rariſſimam laudem, & nulli adhuc principum conceſſam concupiſti, innocentiam. Non perdis operam: nec bonitas iſta tua ſingularis ingratos, aut malignos æſtimatores nacta eſt.* **Refertur tibi gratia. Nemo unus homo, uni homini, tam carus unquam fuit, quam tu populo Romano, magnum, longumque ejus bonum. Sed ingens tibi onus impoſuiſti: nemo jam divum Auguſtum, nec Tiberii Cæſaris prima tempora loquitur: nemo quod te imitari velit, exemplar extra te quærit. Principatus tuus ad anni guſtum exigitur.* Aurel. Victor. de Cæſ. 5. 2. *Qui, Nero, cum longe adoleſcens dominatum parem annis vitrico geſſiſſet, quinquennium tamen tantus fuit, augenda Urbe maxime, uti merito Trajanus ſæpius teſtaretur, procul differre cunctos principes Neronis quinquennio.* Elegantiorem principatus futuri formam curatius ipſe deſcribit apud Tacit. Ann. XIII. 4. & 5. Ab illa imperatores orſos eſſe imperium, dictum ſupr. Claud. 11. 4. §. 7.

2. LAUDAVERIT quomodo Claudium Nero, legere eſt apud Tacit. Ann. XIII. 3. 1. *Die funeris laudationem ejus princeps exorſus eſt. Dum antiquitatem generis, conſulatus, ac triumphos majorum enumerabat, intentus ipſe, & ceteri: liberalium quoque artium commemoratio, & nihil regente eo Reipublicæ triſte ab externis accidiſſe, pronis animis audita: poſtquam ad providentiam, ſapientiamque flexit, nemo riſui temperare, quamquam oratio a Seneca compoſita multum cultus præferret.*

3. MEMORIÆ.... Huc pertinent honores expreſſi in fragmento lapidis fratrum Arvalium, in quo ita inciſum eſt.... IDVS DECEMBR.... M. ARVALIVM. NOMINE. IMMOLAVI. IN. SACRA. VIA..... MORIAE. CN. DOMITI. AENOBARBI. B. M. *Urſinus*, & *Caſaubonus.*

4. MATRI QUAS RES PERMISERIT Nero, explicat Xiphil. LXI. p. 690. D. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἡ Ἀγριππῖνα πάντα αὐτῷ τὰ τῇ ἀρχῇ προσήκοντα διῴκει, καὶ τὰς ἐξόδους ἅμα ἐποιοῦντο, πολλάκις μὲν καὶ ἐν τῷ αὐτῷ φορείῳ κατακείμενοι: τὸ δὲ δὴ πλεῖον, ἡ μὲν ἐφέρετο, ὁ δὲ συμπαρείπετο: ταῖς τε πρεσβείαις ἐχρημάτιζε, καὶ ἐπιστολὰς καὶ δήμοις, καὶ ἄρχουσι, καὶ βασιλεῦσιν ἐπέστελλεν. *Agrippina principio adminiſtrabat omnia, quæ ad principatum ſpectabant, ambo exibant foras, & ſæpenumero eadem lectica vehebantur: quamquam illa magna ex parte vehi, hic conſequi ſolebat: illa reſpondebat legatis, literaſque ad populos, & principes, & reges mittebat.*

5. SIGNUM hoc V. ſupr. Cal. 56 4. §. 22.

6. DEDIT, quia hoc *dare* erat Imperatoris. V. ſupr. Cal. 56. 4. §. 21.

7. OPTIMAM MATREM, *ſignum excubanti tribuno* dediſſe Neronem, prodit & Tacit. Ann. XIII. 2. 5. *Propalam tamen omnes in eam*, Agrippinam, *honores cumulabantur, ſignumque more militiæ petenti tribuno dedit*, OPTIMAE MATRIS.

* 8. SIMUL cum matre. Nam lectica ferebantur non ſemper unus ſolus; ſed etiam plures *ſimul.* Cicer. Attic. X. 10. *Hic tamen Cyteridem ſecum lectica aperta portat.* Tacit. Hiſt. III. 67. 4. *Simul ferebatur lecticula parvulus filius.* Noſt. Ner. 28. 7.

9. ANTIUM deſcripſi ſupr. Aug. 58. 2. §. 4. Eo coloniam deduxit Nero anno ab U. C. 812. ſive ie IV & Coſſo Cornelio conſulibus, quibus *veteranos Tarentum & Antium adſcriptos* dicit Tacit. Ann. XIV. 27. 3.

10. ADSCRIPTI dicebantur, qui in colonias nomina dediſſent, ut eſſent coloni. Alio verbo *tranſcribi* dicuntur Virg. Æn. V. 750.

Tranſcribunt Urbi matres.

Ubi Servius. *Romani moris verbum eſt. Tranſcripti enim in colonias deducebantur.* Beroaldus.

11. E PRÆTORIO I. ex militibus *prætorianis*, e corpore cohortium *prætorianarum.* Tacit. Hiſt. IV. 46. 9. *Militiam* (*prætorianam*, ut n. 1.) *& ſtipendia orant. Preces erant, ſed quibus contradici non poſſet. Igitur in prætorium accepti.* Noſt. Ner. 47. 2. V. eruditiſſimum virum *Jacob. Perizon. Diſſert.* I. *de prætor.* §. 35: II. §. 11--16.

12. DOMICILII TRANSLATIO fit, quando coloni ex Urbe Roma transferuntur ad coloniam habitandam: ubi illis *domicilia* & agri aſſignantur. *Beroaldus* & *Sabellicus.* Addit hæc auctor, ut coloniæ magnificentiam indicet, in quam miſſi ſunt cives Romani, iique *optimo iure cives*, relicto eo, quo gaudebant Romæ, *domicilio.* Ii enim dicebantur *cives Romani optimo jure*, qui *domicilium*, qui tribum, qui horum poteſtatem habebant, unde qui municipia incole-

Digitized by Google

primipilarium, ubi & portum [13] operis ſumptuoſiſſimi fecit.

incolebant, quamquam & tribum, & honorum petitionem haberent, quia tamen *domicilio* carebant, eos Cicero in Bruto appellat non ingenuos cives Romanos, donec Romam cum ſuis rebus commigraſſent. *Domicilium* hoc non in Urbe tantum ipſa, ſed in agro Romano patuit. V. *Sigon. de ant. jur. civ.* I. 1. & 2. & ex illo *Babelonium.*

13. PORTUM, quo antea Antium caruiſſe ſcribit Strab. v. p. 160. Ἔξω δ' ἐστὶ Ἄντιον, ἀλίμενος καὶ αὐτὴ πόλις.

CAPUT X.

ARG. *Ex Auguſti praſcripto imperat, liberalitatis.... exhibenda occaſionem non omittit, vectigalia abolet, aut minuit, pramia.... ad quartas redigit, populo nummos, ſenatoribus annua ſalaria, pratorianis frumentum conſtituit, damnati ſupplicio ſubſcribere gravatur, declamat, & carmina recitat Nero Claudius Caſar.*

Atque, ut certiorem adhuc indolem oſtenderet, *ex Auguſti praſcripto* [1] *imperaturum* 1
ſe profeſſus, neque liberalitatis [2], neque clementiæ [3], ne comitatis [4] quidem
exhibendæ ullam occaſionem omiſit. Graviora vectigalia [5] aut abolevit, aut mi- 2
nuit. Præmia [6] delatorum [7] Papiæ legis [8] ad quartas [9] redegit. Diviſis populo vi- 3 4
ritim quadringenis nummis [10], Senatorum nobiliſſimo cuique, ſed a re familiari deſtituto, annua ſalaria [11] & quibuſdam [12] quingena [13] conſtituit: item prætorianis cohortibus

PRÆSCRIPTO 1. præcepto. V. ſupr. Cæſ. 28. 3. §. 31.

2. LIBERALES, *qui ſuis facultatibus aut captos a pradonibus redimunt, aut as alienum ſuſcipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adjuvant, aut opitulantur, vel in re quarenda, vel augenda.* Cicer. Offic. II. 16.

3. CLEMENTIA, *per quam animi temere in odium alicujus invectionis concitati, comitate retinentur.* Cicer. Rhetor. II. 54. Unde Senec. de Clem. I. 20. *Clementem vocabo, non in alieno dolore facilem, ſed eum, qui cum ſuis ſtimulis exagitetur, non prosilit: qui intelligit magni animi eſſe, injurias in ſumma potentia pati, nec quidquam eſſe glorioſius principe impune laſo.*

4. COMES, *benigni, faciles, ſuaves homines eſſe dicuntur ---, qui erranti comiter monſtrant viam, benigne, non gravate.* Cicer. pro Balb. c. 16.

5. VECTIGALIUM *quadrageſima, quinquageſimaque, & qua alia exactionibus illicitis nomina publicani invenerant.* Tacit. Ann. XIII. 51. 3. *Eodem anno crebris populi flagitationibus immodeſtiam publicanorum arguentis, dubitavit Nero, an cuncta vectigalia omitti juberet, idque pulcerrimum donum generi mortalium daret. Sed impetum ejus, multum prius laudata magnitudine animi, attinuere ſenatores, diſſolutionem imperii docendo, ſi fructus, quibus Reſpublica ſuſtineretur, deminuerentur.* Idem ibid. 50. 1. *Vectigal quoque quinta & viceſima venalium mancipiorum remiſſum, ſpecie magis quam vi: quia cum venditor pendere juberetur, in partem pretii emptoribus accreſcebat.* Idem ibid. 31. 3.

6. PRÆMIA delatoribus & olim conſtituta fuerunt. Aſcon. in Cicer. p. 205. *Milo poſtero die factus reus ambitus apud Manlium Torquatum abſens damnatus eſt. Illa quoque lege accuſator fuit ejus Appius Claudius: & cum ei pramium lege daretur, negavit ei. Poſt paucos dies quoque Milo apud Favonium quaeſtorem de ſodalitiis damnatus eſt, accuſante P. Fulvio Neratio, cui lege pramium datum eſt.*

7. DELATORES *Papia legis* dicimus, ſicut *delatores* Juliæ, Pompejæ, Corneliæ legis, intelligi volentes illos, qui accuſant tranſgreſſores, prævaricatoresque earum legum. *Beroaldus.*

8. PAPIÆ LEGI qui nomen dederint V. ſupr. Claud. 19. §. 4.

9. AD QUARTAS. Erant enim inter delatores criminum publicorum quidam *quadruplatores* nominati, qui *quartam* partem de proſcriptorum, quos detulerant, bonis conſequebantur. Hi ex Neronis conſtitutione non niſi *quartam illius quartæ* præmiorum antea conſtitutorum partis abſtulerunt. *Beroaldus* & *Babelonius.* Octavam quoque confiſcatorum bonorum partem delatoribus decreverat Gajus. Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Ῥᾴδιον ψευδομαρτυροῦσί τε κατὰ τῶν κυρίων πιστευθῆναι, καὶ τὰ χρήματα ἐνδείξασιν αὐτῶν, ἅμα ἐλευθέροις τε εἶναι καὶ πλουσίοις, μισθὸν τῶν κατηγοριῶν, διὰ τὰ ἄθλα αὐτοῖς προκεῖσθαι τὰς ὀγδόας τῶν οὐσιῶν. *Facile erat idem impetrare conficta calumnia, & indicata herili pecunia non libertatem ſolum aſſequi, ſed & divitias, quod delatoribus octava confiſcatorum bonorum pars decreta eſſet.*

10. NUMMUS quid valuerit V. ſupr. Aug. 40. 4. §. 18.

11. ANNUA SALARIA *conſtituiſſe ſenatoribus....* teſtatur etiam Senec. Brev. vit. c. 8. *Annua congiaria homines clariſſimi accipiunt.* Imo *Aurelio quoque Cottæ, & Haterio Antonino annuam pecuniam ſtatuit, quamvis per luxum avitas opes diſſipaſſent.* Tacit. Ann. XIII. 34. 3.

12. QUIBUSDAM. In illis fuit Valerius Meſſala.

5 hortibus frumentum menſtruum [14] gratuitum [15]. Et cum de ſupplicio cujuſdam capite damnati, ut ex more ſubſcriberet [16], admoneretur, *Quam vellem*, inquit, *ne-*
6.7 *ſcire* [17] *literas* [18]! Omnes ordines ſubinde [19], ac memoriter, ſalutavit. Agenti ſena-
8 tui gratias, reſpondit: *Cum meruero.* Ad campeſtres exercitationes ſuas admiſit &
9 plebem. Declamavit ſæpius publice: recitavit & carmina, non modo domi, ſed in theatro, tanta univerſorum lætitia, ut ob recitationem ſupplicatio decreta ſit, eaque pars carminum aureis literis [20] Jovi Capitolino dicata.

Tacit. Ann. XIII. 34. 3. *Sed nobili familia honor auctus eſt, oblatis in ſingulis annis quingenis ſeſtertiis, quibus Meſſala paupertatem innoxiam ſuſtentaret.*

13. QUINGENA *ſeſtertia*, ut plenius noſter Veſp. 17. 1. Ubi narrat *conſulares inopes quingenis ſeſtertiis annuis* a Veſpaſiano eſſe ſuſtentatos. Illa vero nobis efficiunt 12500 coronatos.

14. MENSTRUUM, quia frumentum militare per *menſes* computabatur, nec plus quam in *menſem* dabatur. Liv. XLIII. 1. *Tum Aquilejenſes, nihil ſe ultra ſcire, nec audere affirmare, quam triginta dierum frumentum militi datum.* V. & *Schel. ad Polyb. c. 7. p.* 238.

15. GRATUITUM i. ſine pretio. Tacit. Ann. XV. 72. 1. *Quibus perpetratis Nero, & concione militum habita, bina nummum millia viritim manipularibus diviſit, addiditque ſine pretio frumentum, quo ante ex modo annona utebantur.*

16. SUBSCRIPSISSE Imperatores ſuam ſententiam in catalogo eorum, quos ante judices damnaverant, nos docuit Ælianus ſupr. Cal. 27. 1. §. 3. Neronem, ut de ſupplicio duorum latronum *ſubſcriberet*, admonuit Burrhus. Senec. de Clem. II. 1. *Animadverſurus in latrones duos Burrhus præfectus tuus, vir egregius, & tibi principi notus, exigebat a te, ut ſcriberes, in quos, & ex qua cauſa animadverti velles. Hoc ſæpe dilatum, ut aliquando fieret, inſtabat.*

17. QUAM VELLEM NESCIRE....! Quod dictum jure laudat Seneca de Clem. II. 1. *Invitus invito cum chartam protuliſſet, traderesque, exclamaſti; vellem neſcire literas. O dignam vocem, quam audirent omnes gentes, quæ Romanum imperium incolunt, quæque juxta jacent dubiæ libertatis, quæque ſe contra viribus, aut animis attollunt! O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cujus verba principes, regeſque jurent! O vocem publica generis humani innocentia dignam, cui redderetur antiquum illud ſeculum!* Sumptum forte ex Ariſtoph. Veſp. n. 956. ubi Bdelycleon.

Σύγγνωθι· κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται.
Ἐγὼ δ᾽ ἐβουλόμην ἄν, οὐδὲ γράμματα,
Ἵνα μὴ κακουργῶν ἐνέγραφ᾽ ἡμῖν τὸν λόγον.
Ignoſce quæſo; non enim eſt cithara ſciens.
Quam vellem, ut ille neſciiſſet literas,
Injuria hujus ſcripta non eſſet dica.

Simile eſt, quod de Biante narrat Stob. Serm. 44. Βίας θανάτῳ μέλλων κατακρίνειν, ἐδάκρυσεν. Εἰπόντος δέ τινος, τί κλαίεις αὐτὸς κατακρίνων, καὶ κλάεις; εἶπεν: ὅτι ἀναγκαῖον ἐστι τῇ μὲν φύσει τὸ συμπαθὲς ἀποδοῦναι, τῷ δὲ νόμῳ τὴν ψῆφον. *Bias damnaturus quempiam ad mortem, lacrymatus eſt. Et cum dixiſſet quidam: quid eſt, quod fleas, cum penes te ſit condemnare hominem? reſpondit: quia neceſſarium eſt naturæ affectum, legi ſuffragium reddere.*

* 18. *Literæ* notant ipſam ſcripturam. Petron. c. 11. *Et tu literas ſcis.* Modeſtin. Digeſt. XXVII. 1. 6. 19. *Ejus, qui ſe neget literas ſcire, excuſatio accipi non debet, ſi modo non ſit expers negotiorum.* Hinc *illiteratus*, qui neſcit ſcribere. Colum. 1. 8. *Poteſt etiam illiteratus, dummodo tenaciſſima ſit memoria, rem ſatis commode adminiſtrare.* Et de jure non ſcripto Gell. XI. 18. *Ejus*, Draconis, *leges tacito illiteratoque Athenienſium conſenſu obliterata ſunt.* Wouwer. Polym. c. 4. §. 8.

19. SUBINDE pro continue dixiſſe videtur *Torrentio.*

20. AUREIS LITERIS, ob excellentiam, & populi favorem. Plin. VII. 32. *Rurſus mortales oraculorum ſocietatem dedere Chiloni Lacedæmonio, tria præcepta ejus Delphis conſecrando aureis literis.* Etiam decretum in Cæſaris honorem factum in argenteis columnis ſcripſiſſe Romanos narrat Dio ſupr. Aug. 7. 1. §. 7. Ex materia non liquida etiam literas fabricaſſe veteres docui ad Auguſti l. l.

CAPUT XI.

ARG. *Juvenales, circenſes, ſcenicos ludos edit Nero Claudius Cæſar.*

1 Spectaculorum plurima & varia genera edidit: juvenales [1], circenſes [2], ſcenicos ludos,

JUVENALES inſtituit Nero. Tacit. Ann. XIV. 15. 1. *Ne tamen adhuc publico theatro dehoneſtaretur, inſtituit ludos Juvenalium vocabulo.* Quorum inſtitutorum cauſam tradit Xiphil. LXI. p. 698. C. Μετὰ δὲ ταῦτα ἑτέραν αὖ τινα ἑορτὴν ἤγαγεν (ἐκαλεῖτο δὲ Ἰουβενάλια, ὥσπερ τινὰ νεανισκεύματα) καὶ ἐτελέσθη ἐπὶ τῷ γενείῳ αὐτοῦ, καὶ γὰρ τοῦτο τότε πρῶτον ἐξύρατο, καὶ τάς γε τρίχας ἐς σφαιρίον τι χρυσοῦν ἐμβαλὼν, ἀνέθηκε τῷ Διὶ τῷ Καπιτωλίνῳ. *Poſt hæc celebravit feſta alterius generis, quæ dicuntur juvenalia: ea propter barbam ejus,*

quæ

ludos [3], gladiatorium munus [4]. Juvenalibus ſenes quoque conſulares [5] anuſque ma- 2
tronas [6] recepit ad luſum [7]. Circenſibus loca equiti ſecreta [8] a cæteris tribuit, com- 3
commiſitque etiam camelorum [9] quadrigas. Ludis, quos pro æternitate imperii 4
ſuſceptos appellari *Maximos* [10] voluit, ex utroque ordine [11] & ſexu [12] plerique ludi-
cras partes ſuſtinuerunt. Notiſſimus eques Romanus elephanto ſuperſedens per cata- 5
dromum [13] decucurrit. Inducta eſt Afranii [14] togata [15], quæ *Incendium* [16] inſcribitur: 6
con-

qua tum primum raſa fuerat, facta ſunt: cujus pilos in ſphæram auream conjectos Jovi Capitolino conſecravit. Primum per domos & hortos agebantur. Tacit. Ann. XV. 33. 1. *C. Lecanio, M. Licinio conſulibus* 1. anno ab U. C. 816. V. Faſtos Capitolinos, *acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiſcuas ſcenas frequentandi: nam adhuc per domum, aut hortos cecinerat Juvenalibus ludis, quos ut parum celebres, & tanta voci anguſtos ſpernebat. Non tamen Romæ incipere auſus, Neapolim quaſi Græcam urbem delegit.* Unde Plin. XXXVII. 2. *Ut auferente liberis ejus Nerone Domitio, theatrum peculiare trans Tiberim hortis expoſita occuparent: quod a populo impleri canente ſe, dum Pompejano præludit, etiam Neroni ſatis erat.* Noſt. infr. 21. 2: 22. 4. V. quoque *Torrentium, Turneb. Adv.* XXVII. 18. *Rhodig. A. L.* XIX. 22. *Pium Annot. poſt. c.* 21. *Fabr. Semeſt.* 1. 20. *Rycq. de Capitol. c.* 14. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 163.

2. CIRCENSES V. ſupr. Cæſ. 39. 1. §. 7.

3. SCENICOS LUDOS V. ſupr. Cal. 26. 8. §. 25.

4. GLADIATORIUM MUNUS V. ſupr. Cæſ. 10. 4. §. 22.

5. SENES CONSULARES. Tacit. Ann. XIV. 15. 1. *In quos,* Juvenales, *paſſim nomina data: non nobilitas cuiquam, non ætas, aut acti honores impedimento, quo minus Græci Latinive hiſtrionis artem exercerent, usque ad geſtus modosque haud viriles.*

6. ANUS MATRONAS: & in illis Aeliam Catulam. Xiphil. LXV. p. 698. D. Τεκμήριον δὲ Ἀιλία Κατῦλα, τῦτο μὲν γένει καὶ πλύτῳ προήκυσα, τῦτο δὲ καὶ ἡλικίᾳ προφέρυσα (ὀγδοηκοντῦτις γὰρ ἦν) ὠρχήσατο: οἵ τε λοιποὶ οἱ διὰ γῆρας ἢ νόσον ἰδίᾳ μηδὲν ποιῆσαι δυνάμενοι, ἐχορῴδησαν: ἤσκυν μὲν γὰρ πάντες, ὅ τι τις καὶ ὁπωσῦν οἷός τε ἦν, καὶ ἐς διδασκαλεῖα ἀποδεδειγμένα συνεφοίτων οἱ ἐλλογιμώτατοι ἄνδρες, γυναῖκες, κόραι, μειράκια, γρᾶαι, γέροντες. *Cujus rei argumentum eſt, quod Aelia Catula, femina nobiliſſima, ac jam grandis natu (erat enim annorum octoginta) ſalsavit: cæteri, qui propter ſenectutem, aut morbum nihil ſeorſum pro ſe facere poterant, in choro cecinerunt: ſe enim exercebat unusquisque ut poterat, erantque ob eas res ſcholæ conſtitutæ, quas frequentabant clariſſimi viri, mulieres, puellæ, adoleſcentuli, vetulæ, ſenes.*

7. RECEPIT AD LUSUM, i. paſſus eſt in ſcena ſaltare.

8. EQUITI SECRETA *a cæteris loca* tribuerat lex Roſcia in ſpectaculis theatralibus. In illis enim eques a populo ſeparatus ſpectabat. V. ſupr. Cæſ. 39. 4. §. 21. In circenſibus ut *a cæteris ſecreta* eſſent, voluit Nero. Tacit. Ann. XV. 32. 2. *Equitum Romanorum locos ſedilibus plebis antepoſuit apud circum, quia lex Roſcia nihil niſi de quatuordecim ordinibus ſanxit.* V. *Beroaldum, Torrentium, Panvin. Lud. Circ.* 1. 5. *Lipſ. in Tacitum, Chiment. de Honor. biſell. c.* 12.

9. CAMELOS, ut in circo curſu certarent, vehiculis junxerunt veteres. Lamprid. Heliogab. c. 23. *Fertur etiam junxiſſe camelos quaternos ad currus in circo privato ſpectaculo.* V. & *Bochart. Hieroz.* 1. 2. 2. *Panvin. Lud. Circ.* 1. 9. *Scheff. R. V.* 1. 9.

10. MAXIMOS, quia pro re *maxima*, imperii ſcilicet æternitate ſuſcepti fuerant. *Torrentius.*

11. EX UTROQUE ORDINE i. ſenatorio & equeſtri.

12. EX UTROQUE SEXU i. maſculino & feminino. Feminarum pugnas V. infr. Domit. 4. 2.

13. CATADROMUM i. funem, qui ſummo theatro alligatus, declivis ad imum theatri pertinebat ſolum, defigebaturque, per quem hiſtriones ingrederentur, ſaltarent, & decurrerent. Interpretem adfero Xiphil. LXI. p. 697. D. Ὅτι δὴ καὶ ἐλέφας ἀνήχθη ἐς τὴν ἀνωτάτω τῦ θεάτρυ ἀψῖδα: καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ σχοινίων κατέδραμεν ἀναβάτην φέρων. *Quo tempore elephas introductus in theatrum, in ſummum ejus fornicem conſcendit, atque inde vehens hominem in fune decurrit.* Ipſum etiam vocabulum notionem deſcendentis & decurrentis præ ſe fert. Labeo Digeſt. XIX. 1. 54. *Si periculoſam rem ante venditionem facere ſolitus eſt, culpa tua id factum eſſe videbitur: puta enim eum fuiſſe ſervum, qui per catadromum deſcendere, aut in cloacam dimitti ſolitus eſſet.* Funambulos elephantos adfert quoque noſt. Galb. 6. 1. De *catadromo* etiam agunt *Turneb.* XXVII. 18. *Brod. Miſc.* III. 7. *Buleng. de venat. c.* 21. *de theatr.* 1. 42. *Bud. in Pandect. p.* 165. *Lipſ. Epiſt. Centur.* 1. 50.

14. AFRANIUS *excellit togatis, utinamque non inquinaſſet argumenta puerorum fœdis amoribus mores ſuos faſſus.* Quintil. Inſtit. X. 1. De illo & Horat. Epiſt. II. 1. 57.

Dicitur Afrani toga conveniſſe Menandro.

15. TOGATAS deſcripſi ſupr. Aug. 45. 11. §. 30.

16. INCENDIUM fuit nominata una inter Afranii togatas fabulas ab argumento. Sicut olim nonnulli *incendium* Phaetontis ſcripſiſſe produntur. Et Lucanus condidit Iliaconitim, quo poemate *incendium* Trojæ continebantur. *Beroaldus.* Noſtrum illuſtrat Pollux. IX. p. 452. Ὁ δὲ ἐμπρήστης, τάχ᾽ ἂν πυρκαεὺς ὀνομάζοιτο κατ᾽ Ἀισχύλον καὶ Σοφοκλέα οὕτως ἐπιγράψαντας τὰ δράματα. τὸ μὲν τὸν Προμηθέα, τὸ δὲ τὸν Ναύπλιον. *Incendens vero, forſan incenſor dicetur ſecundum Aeſchylum & Sophoclem: qui ſic fabulas ſuas inſcribunt, hanc quidem Prometheum, illam vero Nauplium.*

17. * SPAR-

conceſſumque, ut ſcenici ardentis domus ſupellectilem diriperent, ac ſibi habe-
7 rent. Sparſa & populo [17] miſſilia omnium rerum per omnes dies [18] ſingula quotidie millia [19]. Avium [20] cujuſque generis multiplex penus, teſſeræ frumentariæ [21], veſtis, aurum, argentum, gemmæ, margaritæ, tabulæ pictæ, mancipia, jumenta, atque etiam manſuetæ feræ: noviſſime naves, inſulæ, agri [22].

* 17. SPARSA ET POPULO.... Laborat locus interpunctione. Inepte & parum Latine dicitur: *avium cujuſque generis multiplex penus.* Interpunge, & omnia recte ſe habebunt: *Sparſa populo miſſilia omnium rerum per omnes dies: ſingula quotidie millia avium cujuſque generis, multiplex penus.* Grævius.

18. PER OMNES DIES; plures enim occupabat ſpectaculum. Mart. de Spectac. 23. 3. infr. 12. 4. §. 14. Noſt. Cal. 39. 7. Claud. 21. 9. Hinc Martial. VIII. 73.

Omnis habet ſua dona dies.

V. & *Rader. Mart. p.* 60.

19. SINGULA MILLIA.... i. ex ſingulis generibus ſingula millia: ut mille turdos, mille phaſianas, mille pavones, & hujus generis alia. *Sabellicus & Gravius.*

* 20. AVES in populum ludis ſparſiſſe Imperatores docent quoque Stat. Sylv. I. 6. 75.

Inter quæ ſubito cadunt volatu
Immenſæ volucrum per aſtra nubes:
Quas Nilus ſacer, horriduſve Phaſis,
Quas udo Numidæ legunt ſub Auſtro.

Mart. VIII. 78. 12.

Sortitur dominos, nec laceratur avis.

21. FRUMENTARIÆ *teſſeræ*, quas qui tollebant, *frumenti* ſummam illis notatam auferebant. Quid *teſſera*, dixi ſupr. Aug. 40. 3. §. 10.

22. VESTIS, AURUM.... quo modo ſparſa fuerint docet Xiphil. LXI. p. 698. A. Πάντα μὲν γὰρ τὰ πολυτελέστατα, ἃ ἄνθρωποι ἐσθίουσι, πάντα δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ τιμιώτατα, ἵππους, ἀνδράποδα, ζεύγη, χρυσίον, ἀργύριον, ἐσθῆτα ποικίλην ἐδίδου διὰ συμβόλων: σφαίρια γὰρ μικρά, γεγραμμένα ὡς ἕκαστα αὐτῶν ἔχοντα, ἐς τὸν ὅμιλον ἐρρίπτει, καὶ ἐδίδοτο ὅ τι τις δι' ἐκείνων ἥρπασεν. *Omnia delicatiſſima, quæ homines comedunt: omnia pretioſiſſima, equos, mancipia, eſſeda, aurum, argentum, variam veſtem, hæc dabat per ſymbola quædam & teſſeras. Globulos parvos enim inſcriptos, ut quæque eorum erant, hos jaciebat in populum, & reipſa mox dabatur, quod quiſque eorum in teſſera haberet.* Et hoc de more fiebat. Ita enim amphitheatri dedicatione etiam Titus. Docuit nos hoc Xiphil. LXVI. p. 757. D. V. illum ſupr. Cal. 18. 4. §. 9. Auguſtus apud Dion. XLIX. p. 417. C. Caligula apud eundem LIX. p. 647. A. Domitianus infr. 4. 14.

CAPUT XII.

ARG. *Munere neminem occidit, ad ferrum ſenatores, naumachiam, pyrrichas exhibet, certamen quinquennale inſtituit, thermas atque gymnaſium dedicat, orationis, carminiſque Latini coronam ſibi recipit, citharam ad ſe delatam adorat, barbam poſitam Jovi conſecrat, & virgines Veſtales ad athletarum ſpectaculum invitat Nero Claudius Cæſar.*

1.2 Hos ludos ſpectavit e proſcenii [1] faſtigio. Munere [2] quod in amphitheatro [3] ligneo [4], in regione Martii campi intra anni ſpatium fabricato, dedit, neminem
3 occidit, ne noxiorum [5] quidem. Exhibuit autem ad ferrum [6] etiam quadringentos ſena-

PROSCENIUM erat locus ante *ſcenam* porrectus, in quem exibant actores, & hiſtrioniam agebant. Virg. Georg. II. 381.

——— *veteres ineunt proſcenia ludi.*

Noſt. infr. 26. 7. V. *Diomedem de præpoſitionibus. Bud. in Pandect. p.* 94. *Buleng. de theat.* I. 26. *Philand. in Vitruv.* V. 6.

2. MUNUS quid, dictum ſupr. Cæſ. 10. 4. §. 22.

3. AMPHITHEATRUM quid, docui ſupr. Aug. 29. 13. §. 46.

* 4. LIGNEUM hoc fuiſſe Neronis amphitheatrum prodidit etiam Tacit. Ann. XIII. 31. 1. *Laudandis fundamentis & trabibus, queis molem amphitheatri apud campum Martis Cæſar adſtruxerat, volumina implere.*

5. NOXIORUM i. ex iis, qui in ludum venatorium, aut ad beſtias ſententia judicis damnati erant. Spartian. Adrian. c. 17. *Trecentos noxios cum auratis chlamydibus in arenam miſit.* Aurel. Victor. de Cæſ. 5. 7. *Quippe noxiorum vinctis modo pelle tectus feræ, utrique ſexui genitalia vultu contrectabat.* Gladiatorum enim varia fuerunt genera, & in iis, qui ad ferrum damnabantur. Tertull. de ſpect. c. 19. *Etiam qui damnantur in ludum, quale eſt, ut de leviore delicto in homicidas emendatione proficiant.* Noſt. Cal. 27. 2. & 9. Claud. 14. 6. * Primus Pompejus illos damnavit. Senec. de Brev. Vit. c. 13. *Num & Pompeium primum in circo elephantorum duo deviginti pugnam edidiſſe, commiſſis more prælii noxiis hominibus, ad ullam rem bonam pertinet?* V. etiam Gronov. Obſerv. I. 8. & Fabr. Semeſtr. II. 7.

6. AD FERRUM i. ut *ferro*, armiſque, gladiatorum

Digitized by Google



NAPOLI

Digitized by Google

ſenatores [7], ſexcentoſque equites [8] Romanos, & quoſdam fortunæ [9] atque exiſtimationis [10] integræ, ex iiſdem ordinibus [11] confectores [12] quoque ferarum, & varia arenæ miniſteria [13]. Exhibuit & naumachiam marina [14] aqua innantibus belluis [15], 4
item pyrrhichas [16] quaſdam e numero ephebotum [17], quibus poſt editam operam diplomata civitatis Romanæ ſingulis obtulit [18]. Inter pyrrhicharum argumenta, tau- 5
rus

rum more inter ſe dimicarent. Sic *ad ferrum damnatos*, & *ad ferrum datos* dicunt Icti. Et de feminis gladiatorum amore captis, qualem deſcribit Hippiam, Juven. Sat. VI. 112.

—— ferrum eſt quod amat.

Quod obſervarunt *Torrentius*, & *Coler. Alex.* VI. 19.

7. SENATORES *ad ferrum* eſſe *exhibitos* queruntur etiam Tacit. Ann. XV. 32. 3. *Feminarum illuſtrium, ſenatorumque plures per arenam fœdati ſunt.* Et Juven. Sat. VI. 189.

—— populi frons durior hujus,
Qui ſedes, & ſpectas triſcurria patriciorum,
Planipedes audit Fabios, ridere poteſt qui
Mamercorum alapas, quanti ſua funera vendat,
Quid refert? vendunt nullo cogente Nerone,
Nec dubitant Celſi prætoris vendere ludis.

8. EQUITES *ad ferrum* eſſe *exhibitos* ab Auguſto quoque docui ſupr. 43. 8. §. 36.

9. FORTUNÆ *integræ* i. inopia non compulſos. *Sabellicus.*

10. EXISTIMATIONIS *integræ* i. ad id tempus ignominia non notatos. *Sabellicus.*

11. IISDEM ORDINIBUS, ſenatorio & equeſtri. Dio LXI. p. 697. D. Ἐκεῖνο δ' αἴσχιστον καὶ δεινότατον ἅμα ἐγένετο, ὅτι καὶ ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, οὐχ ὅπως ἱππικοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῦ βουλευτικοῦ ἀξιώματος ἐς τὴν ὀρχήστραν, καὶ ἐς τὸν ἱππόδρομον, τό τε θέατρον τὸ κυνηγετικὸν εἰσῆλθον ὥσπερ οἱ ἀτιμότατοι καὶ ηὔλησάν τινες αὐτῶν καὶ ὠρχήσαντο, τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας ὑπεκρίναντο, καὶ ἐκιθαρῴδησαν, ἵππους τε ἤλασαν, καὶ θηρία ἀπέκτειναν, καὶ ἐμονομάχησαν, οἱ μὲν ἐθελονταὶ, οἱ δὲ πάνυ ἄκοντες. *Id vero turpiſſimum viſu, atque graviſſimum fuit, quod viri, feminæque, non ſolum equeſtris, ſed etiam ſenatorii ordinis, in orcheſtram, & circum, & amphitheatrum ingreſſi ſunt ut homines viliſſimi: nonnullique eorum tibiis cecinerunt, ſaltaverunt, tragœdias & comœdias egerunt, citharœdi fuerunt, equos agitaverunt, belluas occiderunt, munus gladiatorium obierunt, hi quidem volentes, illi admodum inviti.*

12. CONFECTORES ferarum V. ſupr. Aug. 43. 4. §. 24.

13. MINISTERIA i. *miniſtros.* V. ſupr. Cæſ. 47. 2. §. 11. * Hi vero ſunt, qui ludiis arma ſuggerebant, exuebant cadavera, & aliis vacabant amphitheatri *miniſteriis.* Ii dicebantur aliter *arenarii.* Grævius.

14. MARINA i. ex *mari* proximo in naumachiam inducta. Xiphil. LXII. p. 707. D. Ὕδωρ τε ἐξαίφνης ἐς τὸ θέατρον ἐπωχέτευσε, καὶ ναυμαχίαν ἐπετέλεσε: καὶ μετὰ τοῦτο τὸ ὕδωρ ἀφεὶς μονομαχίαν ἐποίησεν. *Subito aquam in theatrum derivavit, & bellum navale dedit: deinde aqua abducta certamen gladiatorium præbuit.* Immittebatur aqua illa, monente Scheff. Mil. Nav. III. 2. per occultos, atque ſubterraneos meatus, tanta celeritate, ut a ſpectatoribus vix ſentiretur, eademque, ſi placuiſſet, iterum emittebatur. Mart. de Spectac. 23.

Si quis ades longis ſerus ſpectator ab oris;
Cui lux prima ſacri muneris iſta fuit,
Non te decipiat ratibus navalis Enyo,
Et par unda fretis, hic modo terra fuit.
Non credis? ſpectes, dum laxent æquora Martem
Parva mora eſt; dices, hic modo pontus erat.

In euripis vino plenis navales circenſes exhibuiſſe fertur Heliogabalus apud Lampr. c. 23.

15. BELLUIS, quas piſces & pecudes vocat Xiphil. LXI. p. 694. A. Ἐν δὲ τινι θεάτρῳ θέας ἐπιτελῶν, εἶτα πληρώσας ἐξαίφνης τὸ θέατρον ὕδατος θαλασσίου, ὥστε καὶ ἰχθύας καὶ κήτη ἐν αὐτῷ νήχεσθαι, ναυμαχίαν τε ἐποίησε Περσῶν δή τινων καὶ Ἀθηναίων: καὶ μετ' αὐτὴν τό τε ὕδωρ εὐθὺς ἐξήγαγε, καὶ ξηράνας τὸ δάπεδον, πεζοὺς πάλιν οὐχ ὅπως ἕνα πρὸς ἕνα, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἅμα πρὸς ἴσους συνέβαλεν. *Quum autem in theatro quodam ſpectacula præberet, primum theatro derepente aqua marina repleto, in qua piſces & pecudes natabant, bellum navale ad exemplum Perſarum cum Athenienſibus fecit: deinde ſubito aquam eduxit, & exſiccato ſolo multos pedites congredi juſſit.* Crocodilos etiam in ſuo circo exhibuit Auguſtus. Dio LV. p. 555. A. Θέας τε ποιῶν, ἐς τὸν Φλαμίνιον ἱππόδρομον ὕδωρ ἐσήγαγε: καὶ ἐν αὐτῷ ἓξ καὶ τριάκοντα κροκόδειλοι κατεκόπησαν. *Spectacula quum exhiberet, aquam in circum Flaminium induxit: in ea triginta ſex crocodili ſunt concisi.* Hippopotamum & crocodilos exhibuit etiam M. Scaurus. Plin. VIII. 26. *Primus eum*, hippopotamum, *& quinque crocodilos Romæ ædilitatis ſuæ ludis M. Scaurus temporario euripo oſtendit.*

16. PYRRHICHA qualis fuerit ludus, dixi ſupr. Cæſ. 39. 3. §. 13.

17. EPHEBUS quis dicatur, dictum ſupr. Aug. 98. 6. §. 17.

* 18. DIPLOMATA.... OBTULIT. Quod & antea feccrat Claudius. Dio LX. p. 669. D. Τήν τε πυρρίχην, ἣν οἱ παῖδες, οἱ ὑπὸ τοῦ Γαΐου μεταπεμφθέντες ἤσκησαν, ἐκεῖνοι μὲν ἅπαξ ὠρχήσαντο, καὶ ἐπὶ τούτῳ πολιτείᾳ τιμηθέντες, ἀπεπέμφθησαν. *Pueri quoque, quos ad pyrrhicham ſaltationem Caius evocaverat, ſemel duntaxat ea ſaltata, civitate donati, ac ablegati ſunt.* Pro more recepto, quo præſtantes athletæ, aut citharœdi earum urbium civitate donabantur, in quibus præclara ſuæ artis ſpecimina ediderant. V. *Illuſt. Spanhem. Orb. Rom.* I. §. 20. *Diplomata* quid hoc loco

ſint,

rus Paſiphaen ligneo juvencæ ſimulacro abditam iniit [19], ut multi ſpectantium cre-
6 diderunt. Icarus primo ſtatim conatu juxta cubiculum [20] ejus decidit [21], ipſumque
7 cruore reſperſit. Nam perraro præſidere, cæterum accubans primum parvis fora-
8 minibus [22], deinde toto podio [23] adaperto ſpectare conſueverat. Inſtituit [24] & quinquennale

ſint, dixi ſupr. Aug. 50. 1. §. 1.*

19. INIISSE (r. cum illa confer ſupr. Aug. 69. 3. §. 15.) verum taurum feminam, quæ inſtar Paſiphaes incluſa intra ſimulacrum vaccæ exceperit illum coeuntem, in fabula Paſiphaes repræſentanda ſentire videtur noſter. Paſiphaem quomodo *inierit* taurus, docet Hygin. fab. 40. *Paſiphae Solis filia, uxor Minois, ſacra deæ Veneris per aliquot annos non fecerat. Ob id Venus amorem infandum illi objecit, ut taurum, quem ipſa amabat, alia amaret. In hoc Dædalus exſul cum veniſſet, petiit ab eo auxilium. Is ei vaccam ligneam fecit, & veræ vaccæ corium induxit, in qua illa cum tauro concubuit.* Feminas præ nimia libidinis uredine & olim belluini coitus appetentes fuiſſe colligimus ex pœna illis a Moſe ſtatuta Levit. 20. 16. Et forte verum fuerit *mulierem quandam Corinthiam inſtar aſinariæ Paſiphaes* Apuleji in aſinum deformati *complexus ardenter exſpectaſſe*, ut ipſe *Minotauri matrem adultero mugiente non fruſtra delectatam putaverit* Metam. x. p. 248. Inter ſpectacula a Cæſare ſuo etiam hunc *initum* exhibitum fuiſſe indicat his verſibus Mart. de Spectac. 5.

Junctam Paſiphaen Dictæo, credite, tauro
Vidimus; accepit fabula priſca fidem.
Nec ſe miretur, Cæſar, longæva vetuſtas:
Quidquid fama canit, donat arena tibi.

V. & *Beroaldum.*

20. CUBICULUM οὐρανίσκος Græcis dicitur. Mos principum virorum in Aſia fuit, ut cum vel ad jus dicendum, vel ad ſpectandos ludos, vel aliam ob cauſam propalam ſederent, papilionibus magnificis uterentur, quos Græci οὐρανίσκους vocant. Plutarch. Phocion. p. 757. B. Ἐνταῦθα δὴ θεὶς ὁ Πολυπέρχων τὸν χρυσοῦν οὐρανίσκον, καὶ καθίσας ὑπ' αὐτῷ τὸν βασιλέα καὶ τοὺς φίλους. *Ibi Polyperchon, poſito aureo papilione, collocatiſque ſub eo rege & amicis.* Sic de Alexandro, aliiſque regibus notant hiſtorici, ſolitos χρηματίζειν ὑπὸ χρυσῷ οὐρανίσκῳ. Ex eo more eſt, quod principibus Romanis ludos ſpectantibus *ſuggeſtum* exſtruxerunt in orcheſtra. Sic appellavit noſt. Cæſ. 76. 2. Cœpit hic mos cum naſcente principatu. *Suggeſtus* autem dictum id pegma, quia inſtar tribunalis ſublime fuit. Vocatur & *cubiculum*, ut hic, a forma: quoniam exſtrui ſoliti hi ſuggeſtus, ſive οὐρανίσκοι, in modum parvi *cubiculi.* Utroque modo nominat Plin. Paneg. c. 51. n. 4. Dicitur vero οὐρανίσκος, quia cameratum, & teſtudinis ſpecie fornicatum, ipſum ſolium obtegebat, uti cœlum terram tegit. Unde οὐρανὸν vocat Tzetzes in Chiliadibus de Choſroe. Ἐν τοῖς ἀνακτόροις αὐτοῦ οὐρανὸν εἶχε τεχνηθέντα, ἐξ οὗ βρονταί, καὶ κεραυνοὶ μηχανικοί, καὶ ὄμβροι ἐσθαιόμενοι κατεβίαι ἐρρήγνυντο πρὸς θάμβος. *In regia cœlum habuit* Choſroes *artificioſe elaboratum, unde tonitrua, fulmina, pluviæque machinatione quadam erumperent ad ſtuporem omnium, cum legati exterarum gentium ad menſas accumberent.* V. *Caſaubonum*, *Buleng. de Imperat.* II. 29. *de Circ. c.* 35. *Lipſ. Amphith. c.* 11.

21. DECIDERIT quomodo in mare Icarus, prodit Hyginus. *Minos re cognita, Dædalum in cuſtodiam conjecit. At Paſiphae eum vinculis liberavit. Itaque Dædalus pennas ſibi & Icaro filio ſuo fecit, & accommodavit, & inde avolarunt. Icarus altius volans, a ſole cera calefacta, decidit in mare.* Fabulam pluribus exſequitur Ovid. Metam. VIII. 183.... 230. & hiſtoriam, ex qua illa nata, nobis narrat Diodor. V. p. 277.

22. PARVIS FORAMINIBUS *accubantem ſpectaſſe* Neronem quid eſt? An cubiculum illud concluſum, feneſtris diſtinctum? Puto ſuggeſtum velo incluſum, quod retrahi, aut contrahi potuit. *Buleng. de Circo c.* 35.

23. PODIUM mœnianorum (V. illa ſupr. Cal. 18. 7. §. 27.) ſpeciem habuit, atque inſtar pergulæ, mutulis innexum, projectum prominuit. Vitruv. V. 7. *Podii altitudo ab libramento pulpiti cum corona lyſi, duodecima orcheſtræ diametri. Supra podium columnæ cum capitulis & ſpiris, altæ quarta parte ejuſdem diametri.* E *podio* nobiliſſimi quique ſpectabant. Juven. Sat. II. 145.

Et Capitolinis generoſior, & Marcellis,
Et Catulis, Paulique minoribus, & Fabiis, &
Omnibus ad podium ſpectantibus.

V. *Torrentium*, *Lipſ. Amphith. c.* 11. *Chiment. Biſell. c.* 18. *Tiraquel. in Alex. Gen.* V. 16.

24. INSTITUIT ſe *quartum & Cornelio Coſſo conſulibus.* Tacit. Ann. XIV. 20. 1. ſive anno ab U. C. 812. *Faſti Capitolini & Pigh. Ann.* III. *p.* 593. * Obſervandum, Suetonium cap. 11. & 12. temporis ordine non ſervato agere de variis ſpectaculorum generibus, ac aſſerere Neronem quinquennale certamen, quod gymnicum erat, inſtituiſſe: quod anno Chriſti 60. factum. Tum ſubdere, eum dedicaſſe gymnaſium, quod Tacit. Annal. XIV. 47. §. 3. Pæto & C. Petronio coſſ. anno nempe Chriſti 61. contigiſſe teſtatur. Et in ea dedicatione Neronem magiſtros toti certamini præpoſuiſſe conſulares Suetonius tradit. At denique Neronem barbam poſuiſſe in eo gymnico, quod in ſeptis edidit. Itaque non de unico, ſed de triplici certamine diverſis annis editis loquitur Suetonius. Quod autem primum habitum eſt, ultimo loco memorat, quia, ut exiſtimo, duo priora longe fuere celebriora. Quinquennale enim & tunc primum inſtitutum, & in ſecundo, quod in dedicatione gymnaſii editum,

Nero

Digitized by Google

quennale [25] certamen [26] primus omnium Romæ [27] more Græco triplex, muſicum [28], gymnicum [29], equeſtre, quod appellavit Neronia [30]. Dedicatiſque thermis [31] atque gymnaſio [32], ſenatui quoque & equiti oleum [33] præbuit. Magiſtros [34] toti certamini

Nero primus ad gymnaſia oleum dedit, cum antea populo in congiario tantum daretur, ut vidit Lipſius l. l. *Pagi Critic. Hiſtor. Chronol. in Annales Baronii ad an. D. Jeſu* 59. *n.* 2. V. etiam *Scalig. de Emend. temp.* v. *p.* 470.

25. QUINQUENNALE i. *quinto* quoque anno celebrandum, ut dixi ſupr. Aug. 18. 3. §. 21. Unde *luſtrale* dicitur Neronianum ſecundo editum a Tacit. Ann. XVI. 4. 1. *Interea ſenatus propinquo jam luſtrali certamine ut dedecus averteret... offert Imperatori victoriam cantus, adjicitque facundiæ coronam, qua ludicra deformitas velaretur.*

26. CERTAMEN, quod *ludicrum* dixit Tacit. §. 25. & dicet §. 27. *agona* noſt. infr. 21. 1.

27. PRIMUS OMNIUM ROMÆ *inſtituit* hoc certamen Nero. Tacit. Ann. XIV. 20. 1... *Quinquennale ludicrum Romæ inſtitutum eſt, ad morem Græci certaminis.* Cum jam antea Neapoli inſtitutum fuiſſet, ut noſt. ſupr. Aug. 99. 5. §. 12.

28. MUSICA, ſive *ſcenica* certamina erant, quæ inſtituebantur in honorem alicujus numinis, aut eorum hominum, qui quod virtute, & fortibus factis numinibus proximi fuerant, ſummis honoribus colebantur. De illis & noſt. infr. 22. 6. 23. 1. Domit. 4. 9. In illis qui certabant, athletæ *muſici*, ſive Dionyſiaci artifices vocabantur. Ipſa enim certamina Διονυσιακὰ vocabantur. Pollux. III. 30. *Τῶν δ' ἀγώνων οἱ μὲν γυμνικοὶ, οἱ δὲ καλούμενοι σκηνικοὶ, ὀνομασθεῖεν ἂν Διονυσιακοί τε, καὶ μουσικοί. Certaminum vero alia ſunt gymnica, alia ſcenica, nominantur etiam Dionyſiaca, & muſica.* V. *Paſchal. de coron.* VI. 5. & multifariam in *Agoniſtico Fabrum.* & infr. 23. 2. §. 5.

29. GYMNICUM certamen V. ſupr. Aug. 99. 5. §. 13.

30. De NERONIIS nummi veteres ærei, CERTA. QVINQ. ROM. CONST. id eſt, certamen quinquennale Romæ conſtituit. *Certamen Neroneum* vocat noſt. Vitell. 4. 2. In quem finem hoc inſtituerit Nero, indicat Xiphil. LXI. p. 699. D. *Ὑπὲρ δὲ δὴ τῆς σωτηρίας τῆς τε διαμονῆς τοῦ κράτους αὐτοῦ (οὕτω γάρ πῃ προέγραψεν) ἀγῶνα πεντετηρικὸν κατεστήσατο, Νερώνεια αὐτὸν ὀνομάσας. Poſtea pro ſalute, ac diuturnitate imperii ſui (ſic enim edixit) certamen quinquennale inſtituit.* V. *Torrentium*, & *Scalig. in Euſeb. p.* 179. *b.*

31. THERMÆ erant loca, quæ aut calentibus aquis ipſis, ſive aqua fornice igneo calefacta lavandi, ſudandique uſum præbuerunt. Illarum extruendarum inſania a luxu eſt profecta, ut his officiis popularis auræ gratiſſimus ſuſurrus extorqueretur, dum in iis conveniens populi multitudo luſibus, ſudandoque, animi vigorem excitat, jucundiſſimoque colludentium ſpectaculo oculos mentemque recreat, dum hyemis injuriam gratiſſimo tepore levat, æſtatiſque injuriam tectorum umbra, opacitateque devitat. *Servil. de antiq. operib.* I. *p.* 21. Has *Romæ ædificavit* Nero, *quæ ante Neronianæ dictæ, nunc Alexandrinæ appellantur.* Eutrop. VII. 10. non anno a mundo condito 2078. ut ad Euſebium, Hieronymus, ſed, ut in illum ſcribens monet *Scaliger p.* 179. *a.* 2080. ut ſit biennii prochroniſmus, conſulibus n. C. Lecanio Baſſo, & M. Licinio Craſſo, quorum conſulatum ex Faſtis exhibuimus ſupr. II. 1. §. 1. *regione Urbis nona*, ut prodit *P. Victor*, *Poſt S. Euſtachii ædem, inter Pantheonis, & Longobardorum plateas. Illic thermarum olim Neronis fornices, & arcus extare videmus*, ut teſtatur *Marlian. Topogr. Urb.* VI. 7. V. tamen *Nard. Rom. Vet.* VI. 5. *Donat. de urb. Rom.* III. 9. Laudantur Mart. II. 38. 6. III. 19. 4. VII. 29. 5.

32. GYMNASIA erant ædificia ingentia, in quibus ungebantur, fricabantur, luctabantur, diſcum jactabant, aut tale quippiam factitabant. Quæ loca ita nuncupata fuerunt, quoniam exercitatores ibi ut plurimum denudabantur. Γυμνάζεσθαι enim antiquiſſima vox etiam denudari ſignificare videtur. Unde Mart. III. 68. 3.

Gymnaſium, thermæ, ſtadium eſt hac parte; recede:
Exſuimur, nudos parce videre viros.

In *gymnaſiis* athletas certare ſolitos docet & noſt. infr. 40. 7. *Mercur. Gymn.* I. 6. *Panvin. de lud. circ.* II. 1. Quinquennalium certaminum cauſa ſuum inſtituit Nero. Xiphil. LXI. p. 699. D. *Καὶ ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ γυμνάσιον ᾠκοδόμησεν.* Quia vero *thermis atque gymnaſio* dixit noſter, in thermis Græcorum more *gymnaſium* fuiſſe putat *Torrentius.* Deſcribit illud ſic Philoſtr. Apollon. IV. 14. *Ὅτε τὸ γυμνάσιον μὲν ἐξεποιεῖτο τῷ Νέρωνι, θαυμασιώτατον τῶν ἐκεῖ. Ἀσωχὴν δ' ἦγον ἐν αὐτῷ ἡμέραν, Νέρων τε αὐτὸς, καὶ ἡ βουλὴ ἡ μεγάλη, καὶ τὸ ἱππικὸν τῆς Ῥώμης. Παρελθὼν δὲ ὁ Δημήτριος ἐς αὐτὸ τὸ γυμνάσιον, διεξῆλθε λόγον κατὰ τῶν λουμένων, ὡς ἐκλελυμένων τε καὶ αὐτοὺς χραινόντων, καὶ ἐδείκνυεν ὅτι περιττὸν ἀνάλωμα εἴη τὰ τοιαῦτα. Cum Neroni gymnaſium paratum eſt, omnium, quæ Romæ eſſent, maxime admirabile. Ibi Nero, magnuſque ſenatus, & Romanus equitatus omnis ſacrificia, diemque feſtum ſumma cum lætitia celebrabant. Illud igitur gymnaſium ingreſſus Demetrius orationem habuit adverſus eos, qui balneis utebantur, propterea quod ſeipſos molles effeminatoſque reddentes, inquinarentur magis, quam mundarentur.*

33. OLEUM in gymnaſii uſum præbuit Nero. Dio. *Ἔλαιόν τι ἐς τὴν καθιέρωσιν αὐτοῦ, καὶ τοῖς βουλευταῖς, καὶ τοῖς ἱππεῦσι προῖκα ἔνειμε. In cujus, gymnaſii, dedicatione equitibus ac ſenatoribus oleum gratis diſtribuit.* Tacit. Ann. XIV. 47. 3. *Gymnaſium dedicatum eo anno a Nerone, præbitumque oleum equiti ac ſenatui Græca facilitate.* I. ut ego interpretor, Græco luxu.

ni præpoſuit conſulares ſorte, ſede prætorum: deinde in orcheſtram ſenatumque [35] deſcendit, & orationis [36] quidem, carminiſque [37] Latini coronam [38], de qua honeſtiſſimus quiſque contenderat, ipſorum conſenſu [39] conceſſam ſibi recepit [40]: citharæ [41] autem a judicibus ad ſe delatam adoravit [42], ferrique ad Auguſti ſtatuam juſſit. Gymni-

Faber. Agoniſt. III. 16. *Uſum* enim *ejus*, olei, *ad luxuriam vertere Græci, vitiorum omnium genitores, in gymnaſiis publicando.* Et ipſe Nero indies magis ac magis in vitia prolabens, *Græcam delegit urbem*, ut monuit Tacit. ſupr. II. 1. §. 1. * *Oleum* membris corroborandis adhibebatur. Senec. Epiſt. 80. *Illi*, athletarum corpori, *multo oleo opus eſt.* Prudent. Hamart. n. 365.

Sic Lacedæmonias oleo maduiſſe palæſtras
Novimus.

34. Magistros i. *judices certaminis*, ut eodem hoc numero noſter, *brabeutas* infr. 53. 4. §. 9.

35. Senatorum ſedibus in orcheſtra loca fuiſſe deſignata dixit Vitruvius ſupr. Cæſ. 39. 4. §. 23. Et, ſi dixerit *in orcheſtram ſenatumque deſcendiſſe* Neronem, non abſque tautologia idem bis dixerit noſter. Quare hanc vocem ut ab hoc loco alienam cum Groſlotio Liſlæo Epiſt. Philol. 18. removere non alienum erit, & ejus loco *ſcenam*, quam ſubſtituendam etiam vidit *Sabellicus*, ſubſtituere. Videtur hanc velle Tacitus. Hic enim *de quinquennali* Neronis *ludicro, ſecundo luſtro celebrato* Ann. XVI. 4. 2. *Sed Nero nihil ambitu, nec poteſtate ſenatus opus eſſe dictitans, ſe æquum adverſus æmulos, & religione judicum meritam laudem aſſecuturum, primo carmen in ſcena recitat.*

36. Orationis, quia in certaminibus ſacris etiam hiſtorici ſua recitabant. Lucian. Herodot. p. 572. Ἐνίσταται οὖν Ὀλύμπια τὰ μεγάλα, καὶ ὁ Ἡρόδοτος.... παρελθὼν ἐς τὸν ὀπισθόδομον, οὐ θεατὴν, ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ᾄδων τὰς ἱστορίας, καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας. *Itaque cum Olympia magna celebrarentur, Herodotus.... in ædis ſacrarium ingreſſus eſt, ubi non ſpectatorem, ſed certatorem Olympiorum ipſe ſe exhibebat, hiſtorias a ſe conſcriptas canendo, & præſentes demulcendo.* V. *Buleng. de theatr.* II. 1.

37. Carminis, quia in certaminibus ſacris etiam poetæ ſua recitabant. Acro Horat. Od. IV. 2. 13. *In eodem agone*, Olympico, *poetæ heroum laudes dicentes coronabantur, & accepto themate certabant.* Dio Chryſoſt. Diogen. p. 96. Περὶ τὸν νεὼν Ποσειδῶνος πολλῶν μὲν σοφιστῶν βοώντων, καὶ λοιδορουμένων ἀλλήλοις, πολλῶν δὲ συγγραφέων ἀναγινωσκόντων τὰ συγγράμματα, πολλῶν δὲ ποιητῶν ποιήματα ᾀδόντων. Iſthmiis *circa templum Neptuni multis quidem ſophiſtis clamantibus, & inter ſe conviciantibus, multis item ſcriptoribus legentibus ſua ſcripta, multis poetis ſua poemata canentibus.* Plura *Bulengerus.*

38. Coronam, quia in certaminibus ſacris de *coronis* oratores, poetæ, & omne genus artificum contendebant. Vetus inſcriptio. L. VALERIO PVDENT. HIC. CVM. ESSET ANNORVM. XIII. ROMAE. CERTAMINE. JOVIS. CAPITOLINI. LVSTRO. SEXTO. CLARITATE. INGENII. CORONATVS. EST. INTER. POETAS. LATINOS. OMNIBVS. SENTENTIIS IVDICVM. Petron. c. 44. *Ego poeta ſum, &, ut ſpero, non humillimi ſpiritus, ſi modo coronis aliquid credendum eſt.* Theodectes Phaſelites poeta ſacris certaminibus tredecim retulit octo *coronas*, ut docent verſus illi poſt mortem inſcripti, qui, licet minus ſani, leguntur apud Stephanum in Φασηλίς.

Ἡ δὲ χθὼν κόλποισι Φασηλίτην Θεοδέκτην
Κρύπτει, ὃν ηὔξησαν μοῦσαι Ὀλυμπιάδες.
Ἐν δὲ χθὼν, ἱεραῖς τρεῖς καὶ δέκα ἁμίλλαις,
Ὀκτὼ ἀκηράτους ἀμφεθέμην στεφάνους.

Hæc terra ſinu Phaſelitem Theodectem
Tegit, quem nutrivere Muſæ Olympiades.
Dum viverem, ſacris tredecim certaminibus
Octo incorruptæ mihi impoſitæ ſunt coronæ.

Noſt. Domit. 4. 9. V. quoque *Wouwer.* & *Genſal. in Petronium*, *Paſchal. de coron.* V. 11. *Fabr. Agon.* I. 26. *Cuper. Apoth. Hom. p.* 39. Eloquentiæ *corona* & aurea eſſe ſolebat. Stat. Sylv. IV. 2. 62.

Sæpe coronatis iteres quinquennia luſtris,
Qua mihi felices epulas, menſæque dediſti
Sacra tuæ, talis longo poſt tempore venit
Lux mihi, Trojanæ qualis ſub collibus Albæ
Cum modo Germanas acies, modo Daca ſonantem
Prælia, Palladio tua me manus induit auro.

Palladium hoc vocatur *aurum*, quia quinquennali certamine Domitianus *præſedit capite geſtans coronam auream cum Palladis effigie*, ut docet noſt. Domit. 4. 11. & ex noſtro ad *Statium Cruceus.*

39. Ipsorum consensu i. eorum, qui de eloquentia contenderant. Tacit. Ann. XIV. 21. 8. *Eloquentiæ primas nemo tulit, ſed victorem eſſe Cæſarem pronuntiatum.* Torrentius. Dio LXI. p. 699. D. Τὸν μέντοι στέφανον τὸν τῶν κιθαρῳδῶν αὐτὸς ἔλαβε, πάντων ὡς καὶ ἀναξίων τῆς νίκης ἐκκηρυχθέντων: κἀκ τούτου καὶ οἱ ἄλλοι αὐτῷ στέφανοι οἱ τῆς κιθαρῳδίας ἐξ ἁπάντων τῶν ἀγώνων ὡς καὶ μόνῳ ἀξιονίκῳ ἐπέμποντο. *Coronam obtinuit* Nero *citharœdorum, quos ipſe non vicerat, cæteris omnibus, ut indignis victoria publice pronuntiatis: itaque reliquæ citharœdorum coronæ ad eum ex omnibus certaminibus, quaſi ſolus victoria dignus eſſet, mittebantur.* * *Gratia* enim, ut etiam, in Neronem dum ſcribit, Petron. c. 44. *coronas ad imperitos deferre ſolet.* Menander quoque, ut prodiderunt Gell. XVII. 4. & Quintil. Inſt. X. 1. *a Philemone, nequaquam pari ſcriptore, in certaminibus comœdiarum ambitu, gratiaque & factionibus ſæpenumero vincebatur.*

40. Sibi recepisse *coronam* Neronem dicit *Tacitus* quoque ſupr. §. 25.

41. Ci-

Gymnico, quod in Septis [43] edebat, inter buthyſiæ [44] apparatum, barbam pri- 11
mam [45] poſuit [46], conditam in auream pyxidem [47], & pretioſiſſimis margaritis adornatam Jovi Capitolino [48] conſecravit. Ad athletarum ſpectaculum [49] invitavit & 12
virgines Veſtales [50]: quia Olympiæ [51] quoque Cereris ſacerdotibus [52] ſpectare conceditur.

41. CITHARÆ n. coronam. V. exactiſſimi judicii viros *Caſaubonum*, & *Gravium*. Hæc vero querna fuit. Mart. IV. 41. 1.

O cui Tarpejas licuit contingere quercus,
Et meritas prima cingere fronde comas.

Juven. VI. 387.

An Capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare, & fidibus promittere.

Sabellicus.

42. ADORAVIT i. magna cum reverentia oſculatus eſt. V. ſupr. Aug. 94. 15. §. 55. Stat. Theb. VIII. 283.

Illum ingens confundit honos, inopinaque turbat
Gloria, & oblatas frondes ſummiſſus adorat.

Eo enim impudentiæ, ut publice cantare auderet, nondum venerat Nero.

43. SEPTA deſcripſi ſupr. Aug. 43. 1. §. 12.

44. BUTHYSIÆ i. magni & ſollennis ſacrificii. Maxima enim taurus victuma eſt. Latine *boviciditum* dicit Solin. c. 1. *Conſeptum etiam, intra quod ritus ſacrorum, factis bovicidiis, docuit Potitios.* * Deſcribit Scholiaſtes Ariſtoph. Pluto IV. 1. 19. Καταχρηστικῶς εἴρηται ἡ βουθυσία, δηλοῦσα τόν τε ὄγκον τοῦ μεγέθους, καὶ τὸ ἐντελὲς τῆς θυσίας, ἣν ἑκατόμβην καλοῦσιν, ἐντελὴς δὲ θυσία, ἡ ἐξ ὑός, ταύρου, τράγου καὶ κριοῦ.

* 45. PRIMAM barbam eadem ratione pueri proſequebantur, qua ſenectæ canos juvenes reverebantur. Juven. XIII. 59.

Primaque par adeo ſacra lanugo ſenecta.

Unde ut juvenis ſeniori, ita puer, uti prima lanugo genas obumbrabat, aſſurgebat. Juven. XIII. 54.

Credebant hoc grande neſas, & morte piandum,
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato quicunque puer.

Et Neronis *lanuginem tractare* ſolebat amita Domitia infr. 34. 13. V. *Ferrar. Elect.* II. 12.

46. BARBAM PONERE quis dicatur, dixi ſupr. Cal. 10. 4. §. 12. Quando illam *ponere* cœperint Romani, legitur apud Varr. R. R. II. 11. *Omnino tonſores in Italia primum veniſſe ex Sicilia dicuntur poſt R. C. A.* 454. *ut ſcriptum in publico Ardea in literis exſtat eoſque adduxiſſe P. Ticinium Menam. Olim tonſores non fuiſſe adſignificant antiquorum ſtatua, quod plerumque habent capillum, & barbam magnam. Ponebant* eam ſerius, citius, plerumque ſub primum & vigeſimum annum. Macrob. in Somn. Scip. 1. 6. *Poſt ter ſeptenos annos flore genas veſtit juventa.* Et illo Neronem poſuiſſe colliges ex Faſtis, annisque. Caligula anno vigeſimo poſuit ſupr. 10. 4. Vel cum ingreſſus eſſet annum vigeſimum primum, ut quidem putat Pagi diſſ. Hypat. II. n. 57. Sed Auguſtus quarto & vigeſimo. Poſuit enim Marcio Cenſorino, & C. Calviſio Sabino conſulibus. Horum conſulatu quid factum fuerit, narrans Dio XLVIII. p. 377. D. Τὸν πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε πρῶτον ξυράμενος, αὐτός τε μεγάλως ἑώρτασε, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοτελῆ ἑορτὴν παρέσχε· καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐλειοῦτο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι. *Cæſar tum primum barbam radens, ipſe ſplendide diem eum feſtum egit, & reliquis omnibus publicum epulum dedit: ab eo tempora genas leves ſervavit, ſicut & alii.* Hos conſules fuiſſe anno ab U. C. 714. volunt *Faſti Capitolini* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 486. Natus vero fuit anno ab U. C. 690. ſupr. Aug. 5. 1. §. 1. V. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 164.

47. IN AUREAM PYXIDEM *condidiſſe* Neronem barbam dicit etiam Xiphil. ſupr. II. 1. §. 1. Et ſub perſona Trimalcionis Petron. c. 30. *In cujus adicula.... pyxis aurea non puſilla, in qua barbam ipſius conditam eſſe dicebant.*

48. JOVI CAPITOLINO *conſecraſſe* Neronem barbam dicit etiam Xiphil. ſupr. II. 1. §. 1. *Conſecravit* autem more majorum, qui deo alicui barbam *conſecrare*, & diem ſacris, & conviviis exhilarare ſolebant. Lucian. de Syria Dea p. 684. Οἱ μὲν νεηνίαι τῶν γενείων ἀπάρχονται. *Adoleſcentes quidem barbas ſuas conſecrant.* * Ad hoc videtur alluſiſſe Juven. III. 186.

Ille metit barbam, crinem hic deponit amati.

* 49. ATHLETARUM SPECTACULO interſuiſſe Veſtales docent quoque Prudent. contr. Symm. II. 1090.

Inde ad conſeſſum cavea pudor almus, & expers
Sanguinis it pietas, hominum viſura cruentos
Congreſſus; morteſque, & vulnera vendita paſtu
Spectatura ſacris oculis, ſedet illa verendis
Vittarum inſignis phaleris, fruiturque laniſtis.

& Arnob. IV. p. 151. *Sedent in ſpectaculis publicis... & caſta virgines, perpetui nutrices & conſervatrices ignis.*

50. VIRGENES VESTALES, quia illarum Romæ eadem, quæ Cereris ſacerdotum Athenis, ob ſanctitatis, & pudicitiæ opinionem, fuit reverentia. Cicer. Verr. IV. 45. *Sacrarium Cereris eſt apud Catinenſes, eadem religione, qua Roma.* V. *Torrentium.*

51. OLYMPIÆ *ſpectare* mulieribus prohibitum erat. Pauſan. Ἠλιακ. A. p. 153. Κατὰ τοῦτο τὰς γυναῖκας Ἠλείοις ἐστὶν ὠθεῖν νόμος, ἢν φωραθῶσιν ἐς τὸν ἀγῶνα ἐλθοῦσαι Ὀλυμπικόν. *Hinc de ſaxo feminas dejicere Eleorum lex jubet, qua ad Olympicos ludos penetraſſe deprehenſa fuerint.*

52. CERERIS SACERDOTIBUS ludos Olympicos ſpectare *ob ſacerdotii majeſtatem* conceſſum fuiſſe ex *Lactantio* Statii interprete loco, neſcio quo, non enim ſuppeditat mihi illum memoria, hoc docente docet *Beroaldus*.

CAPUT XIII.

ARG. *Tiridatem Armeniæ regem populo oſtendit, in theatrum perductum juxta ſe collocat, Imperator conſalutatur, & Janum geminum claudit Nero Claudius Cæſar.*

1 Non immerito inter ſpectacula ab eo edita, & Tiridatis [1] in Urbem introitum [2]
2 retulerim. Quem Armeniæ regem magnis pollicitationibus ſollicitatum, cum deſtinato per edictum die oſtenſurus populo propter nubilum diſtuliſſet, produxit, quo opportuniſſime potuit: diſpoſitis circa fori [3] templa [4] armatis cohortibus, curuli reſidens apud Roſtra triumphantis habitu [5], inter ſigna militaria, atque vexilla [6]: & primo per devexum [7] pulpitum [8] ſubeuntem [9] admiſit ad genua, allevatumque dextra exoſculatus [10] eſt: dein precanti, tiara [11] deducta [12], diadema impoſuit [13], verba

TIRIDATES quis fuerit, docet Xiphil. LXIII. p. 717. E. Ἐγὼ, δέσποτα, Ἀρσάκου μὲν ἔκγονος, Οὐολογαίσου δὲ καὶ Πακόρου τῶν βασιλέων ἀδελφός. *Ego, domine, Arſaci nepos, Vologeſi & Pacori regum frater.*

2. INTROITUM *Tiridatis in Urbem* deſcribit Xiphil. p. 716. C. Ἐπὶ δὲ Γαΐου Τελεσίνου, καὶ ἐπὶ Σουητωνίου Παυλίνου ὑπάτων ὁ Τηριδάτης ἐς τὴν Ῥώμην ἦλθεν, οὐχ ὅτι τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοῦ Οὐολογαίσου, τοῦ τε Πακόρου, καὶ τοῦ Μονοβάζου ἄγων, ἀνήχθη. *Caje Teleſino, & Suetonio Paullino conſulibus* (i. anno ab U. C. 818. V. Faſtos Capitolinos & Pigh. Ann. III. p. 599.) *Tiridates habens ſecum non ſolum ſuos, ſed etiam Vologeſi, Pacori, & Monobazi liberos, Romam deductus eſt.*

3. FORUM *tenuit populus Romanus*. Xiphil. p. 717. C. Καὶ πᾶσα μὲν ἡ πόλις ἐκεκόσμητο καὶ φωσὶ καὶ στεφανώμασιν, οἵ τε ἄνθρωποι πολλοὶ πανταχοῦ ἑωρῶντο: μάλιστα δὲ ἡ ἀγορὰ ἐπεπλήρωτο: τὸ μὲν γὰρ μέσον αὐτῆς ὁ δῆμος λευχειμονῶν καὶ δαφνηφορῶν κατὰ τέλη εἶχε. *Tota Urbe luminibus, ſertiſque ornata, magna viſa eſt ubique hominum multitudo; ſed forum inprimis refertum erat; nam populus albatus, & laureatus certis ordinibus medium forum tenuit.*

4. TEMPLA i. loca altiora, ſuperiora *fori* tenuiſſe armatas cohortes dicit etiam Xiphilinus. Τὰ δ' ἄλλα οἱ στρατιῶται, λαμπρότατα ὡπλισμένοι, ὥστε καὶ τὰ ὅπλα αὐτῶν καὶ τὰ σημεῖα ἀστράπτειν. *Cætera tenebant milites armati ſplendidiſſime, eorumque arma & ſigna relucebant inſtar fulguris.*

5. TRIUMPHANTIS HABITU. Xiphilinus: Τούτων δ' οὕτως ἐκ νυκτὸς προπαρεσκευασθέντων, εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἀγορὰν ὁ Νέρων, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ τὴν ἐσθῆτα τὴν ἐπινίκιον ἐνδεδυκώς, σύν τε τῇ βουλῇ καὶ σὺν τοῖς δορυφόροις: καὶ ἐπί τε τὸ βῆμα ἀνέβη, καὶ ἐπὶ δίφρου ἀρχικοῦ ἐκαθίζετο. *Quibus rebus jam ante nocte paratis, Nero veſte triumphali ornatus, prima luce forum introiit cum ſenatu, & prætorianis militibus: deinde tribunal conſcendit, & in ſella curuli conſedit.*

6. SIGNA ATQUE VEXILLA ſejunctim, diviſimque ponit, perinde ac diſſimilia, ſunt enim *ſigna* legionum, *vexilla* centuriarum. Veget. II. 13. *Primum ſignum totius legionis eſt aquila, quam aquilifer portat. Sed antiqui, quia ſciebant, in acie commiſſo bello, celeriter ordines, acieſque turbari, atque confundi: ne hoc poſſet accidere, cohortes in centurias diviſerunt, & ſingulis centuriis ſingula vexilla conſtituerunt: ita ut ex qua cohorte, vel quota eſſet centuria, vel illo vexillo literis eſſet adſcriptum, quod intuentes, vel legentes milites, in quantovis tumultu, a contubernalibus ſuis aberrare non poſſent.* V. & Beroaldum.

7. DEVEXUM i. leniter deſcendens. Colum. I. 2. *Agrum habebimus collibus, vel ad orientem, vel ad meridiem molliter devexis.*

8. PULPITUM V. ſupr. Cal. 54. 6. §. 15.

9. SUBEUNTEM *Tiridatem* deſcribit Xiphil. D. Καὶ μετὰ τοῦτο ὅ τε Τηριδάτης καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ διά τε στοίχων ὁπλιτῶν ἑκατέρωθεν παρατεταγμένων διῆλθον: καὶ πρὸς τῷ βήματι προσστάντες, προσεκύνησαν αὐτόν. *Tiridates cum iis, quos ſecum habebat, per ordines armatorum utrinque inſtructorum tranſiit: poſt ubi ad tribunal adſtitiſſent, illum venerati ſunt.*

10. OSCULUM reconciliationis præcipue teſſera ſtatuitur, quia per *oſculum* concordes ſibi mutuo quaſi uniuntur, & calorem, amorem, inque eo ſpiritum ipſum ſibi inſpirant atque communicant. Petron. c. 69. *Præterita aboleri oſculis placet* c. 59. *Ecce etiam oſculo iram finio.* Tacit. infr. §. 13. Plura *Savar. in Sidon. Epiſt.* IV. 23. *Kemp. de oſcul. diſſ.* 17. §. 3--6.

11. TIARA pileus eſt Perſarum, Medorum, Lydorum, Phrygum, eminens, faſtigiatus, atque turritus, qualis propemodum hodiernus eſt Turcarum, quem *tulbantem* vocamus. V. *Paſchal. de coron.* X. 1. *Soler. de pil.* §. 9.

12. DEDUCTA i. capiti detracta. Hoc ſalutationis apud Perſas indicium fuiſſe docet *Briſſon. de regn. Perſ.* II. *p.* 247.

13. DIADEMA IMPOSUIT i. regnum Armeniæ illi reſtituit, ut de Tigrane noſt. ſupr. Tib. 9. 1. * *Diadema imponere* alicui eſt illum regem facere. Cicer. Phil. X. 3. *Niſi forte eos, qui diadema impoſuerint, conſervandos: eos, qui regis nomen ſuſtulerint, deſerendos putatis.* Contra ea *diadema auferre* eſt regno privare. Pacat. Paneg. Theodoſ. p. 33. *Capiti diadema detrahitur.* Quid *diadema* fuerit, dixi ſupr. Cæſ. 79. 2. §. 16. Quomodo Tiridati *diadema impoſuerit*, docet nos Xiphil. p. 718. A. Ὁ δὲ Νέρων ἠμείψατο αὐτὸν ὧδε. Ἀλλ' εὖ γε ἐποίησας αὐτὸς δεῦρο ἐλθών, ἵνα

verba ſupplicis [14] interpretata [15] prætorio viro multitudini pronuntiante. Perductum 3
inde in theatrum [16], ac rurſus ſupplicantem, juxta ſe latere dextro [17] collocavit.
Ob quæ imperator conſalutatus, laurea in Capitolium [18] lata Janum geminum [19] 4
clauſit, tam nullo quam reſiduo bello.

ἵνα καὶ παρὼν παρόντος μου ἀπολαύσῃς· ἃ γάρ σοι οὔτε ὁ πατὴρ κατέλιπεν, οὔτε οἱ ἀδελφοὶ δόντες ἐτήρησαν, ταῦτα ἐγὼ χαρίζομαι, καὶ βασιλέα σε τῆς Ἀρμενίας ποιῶ. Ταῦτ' εἰπὼν, ἀνελθεῖν τε αὐτὸν κατὰ τὴν ἄνοδον τὴν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος πεποιημένην ἐκέλευσε, καὶ καθιζηθέντος αὐτῷ ὑπὸ τοὺς πόδας τὸ διάδημα ἐπέθηκε. *Huic Neronica reſpondit. Tu quidem quod huc veneris, recte feciſti, ut præſens præſente me fruereris: nam quæ neque pater tuus tibi reliquit, neque fratres, quæ dederant, ſervaverunt, ea tibi nunc ipſe do, teque regem Armeniæ facio. Hæc cum dixiſſet, juſſit eum adſcendere per ſurſum ducentem aditum, qui ante tribunal ad hoc ipſum factus fuerat, & ad pedes conſidenti diadema impoſuit.* Hoc vero in Armenia depoſuerat, non niſi Neronis manu reſumendum. Tacit. Ann. XV. 29. 1. *Tum placuit Tiridatem ponere apud effigiem Cæſaris inſigne regium, nec niſi manu Neronis reſumere: & colloquium oſculo finitum.* n. 5. *Ad quam,* effigiem Neronis, *progreſſus Tiridates cæſis ex more victimis, ſublatum capite diadema imagini ſubjecit.*

* 14. SUPPLICIS. Xiphil. LXIII. p. 717. A. Τὰς χεῖρας ἐπαλλάξας. *Manibus alternatis.* Manuum permutatio & tranſlatio in ſumma veneratione ſollennis fuit, ut Cruceus obſervat ad Stat. Sylv. I. 4. 45.

Dignarique manus humiles.

Ita enim de Oroondate Perſa Æthiopum regem adorante Heliodor. Æthiop. IX. Edit. Bourdel. p. 453. Ὁ δὲ Ὀροονδάτης τὼ χεῖρε προτείνας, καὶ τὴν δεξιὰν ἐπὶ θατέραν παραλλάξας, κύψας προσεκύνησε. *Oroondates autem manibus protenſis, & dextra in alteram permutatim tranſpoſita, inclinatus adoravit.*

15. INTERPRETATA paſſive, ut Sidon. Epiſt. II. 9. *Quos inter Adamantius Origines, Turranio Ruffino interpretatus, ſedulo fidei noſtræ lectoribus inſpiciebatur.* Gell. N. A. XV. 13: *Teſtata itidem & interpretata eadem ratione dixit M. Tullius in primo libro de Divinatione: ut teſtor interpretorque verba communia videri debeant.*

16. THEATRUM *Pompeji, quod operuit auro in unum diem, ut Tiridati regi Armeniæ oſtenderet.* Plin. XXXIII. 3. Xiphil. p. 718. B. Ἐγένετο δὲ κατὰ ψήφισμα καὶ πανήγυρις θεατρικὴ, καὶ τὸ θέατρον, οὐχ ὅτι ἡ σκηνὴ, ἀλλὰ καὶ ἡ περιφέρεια αὐτοῦ πᾶσα ἔσωθεν ἐκεχρύσωτο· καὶ τἆλλα ὅσα ἐσῄει, χρυσῷ ἐκεκόσμητο· ἀφ' οὗ καὶ τὴν ἡμέραν αὐτὴν χρυσῆν ἐπωνόμασαν. Τάγε μὴν παραπετάσματα τὰ διὰ τοῦ ἀέρος διαταθέντα, ὅπως τὸν ἥλιον ἀπερύκοι, ἁλουργὰ ἦν, καὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν ἅρμα ἐλαύνων ὁ Νέρων ἐνέστικτο· πέριξ δὲ ἀστέρες χρυσοῖ ἐπέλαμπον. *Ludi quoque theatrici facti fuerunt ex decreto, ipſumque theatrum, non modo ſcena, ſed omnis etiam ejus ambitus intrinſecus erat inauratus, itemque cætera, quæ inferebantur, auro ornata erant: unde illum diem aureum nominarunt. Cortina, per aerem extenſa, ſolis arcendi cauſa, purpureo erant: in medio earum Nero acu pictus currum agitabat: circum hunc undique ſidera lucebant aurea.*

17. LATERE DEXTRO, honoris illius cauſa. Tiridati enim, ut peregrino, ut novo, & a ſe facto regi omnes honores habuit Nero. *Dextra* autem honeſtior quam ſiniſtra, ut dixi ſupr. Tib. 6. 6. §. 24. & contra Johannem Goropium Becanum ſiniſtræ hoc vindicantem pluribus probant *Lipſ. Elect.* II. 2. & ad hunc locum *Caſaubonus.*

18. IN CAPITOLIUM I. *in Jovis Capitolini* gremium, ut latius dicam infr. Domit. 6. 5.

19. JANUM GEMINUM claudere, a quo, & quare inſtitutum fuerit, dixi ſupr. Aug. 22. 1. §. 6. Neronem clauſiſſe teſtantur nummi, in quibus, IMP. NERO. CLAV. CAESAR. AVG. GER. P. M. TR. P. V. P. P. a tergo, PACE. P. R. TERRA. MARIQ. PARTA. IANVM. CLVSIT. Factum hoc eſt Nerone III, & Valerio Meſſala conſulibus, ſive anno ab U. C. 810. Ab Auguſto tamen ad Veſpaſianum apertum fuiſſe *Janum* ex Taciti fragmento docet Oroſ. VII. 3. *Deinde, ut verbis Cornelii Taciti loquar, ſene Auguſto Janus patefactus, dum apud extremos terrarum terminos novæ gentes ſæpe ex uſu, & aliquando cum damno quæruntur, uſque ad Veſpaſiani duravit imperium.* Quamquam fieri potuerit, ut quemadmodum Nero falſum triumphum, & falſos arcus de Parthis admiſit: ſic etiam ambitioſe, & præter morem veterem *Janum* clauſerit *reſiduo* adhuc *bello.* Reduci etiam, & jungi apud noſtrum verba poſſent ad hunc modum: *Janum geminum clauſit tanquam nullo reſiduo bello.* Lipſ. A. L. II. 8. Videri enim voluit ridiculus princeps ambitioſa hac Tiridatis oſtentatione terrarum orbem, velut nuſquam *reſiduo bello,* pacaſſe. V. *Torrentium.*

CAPUT XIV.

ARG. *Conſulatus quatuor gerit Nero Claudius Cæſar.*

Conſu-

Digitized by Google

Conſulatus quatuor geſſit: primum [1] bimeſtrem, ſecundum [2] & noviſſimum [3] ſemeſtres, tertium [4] quadrimeſtrem, medios duos continuavit [5], reliquos inter annua ſpatia variavit.

PRIMUM *conſulatum geſſit* Nero cum L. Antiſtio Vetere, ſive anno ab U. C. 807. *Faſti Capitolini*, *& Pigh. Ann.* III. *p.* 588.

2. SECUNDUM *conſulatum geſſit* Nero cum L. Calpurnio Piſone, ſive anno ab U. C. 809. *Faſti Capitolini*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 590.

3. NOVISSIMUM, ſive quartum *conſulatum geſſit* Nero cum Coſſio Cornelio Lentulo, V. ſupr. 12. 8. §. 24.

4. TERTIUM *conſulatum geſſit* Nero cum Valerio Meſſala. V. ſupr. 13. 4. §. 19.

5. CONTINUAVIT i. ſine interruptione geſſit. V. infr. Domit. 13. 7. §. 20.

CAPUT XV.

ARG. *In juriſdictione per libellos reſpondet, in cognoſcendo quæque per vices agit, quod ipſi libet, pronuntiat, libertinorum filios diu in curiam non admiſit, candidatos ſupra numerum legionibus præponit, conſulatum in ſenos menſes dat, triumphalia ornamenta diſtribuit, & orationes ad ſenatum miſſas per conſules recitat Nero Claudius Cæſar.*

1 In juriſdictione poſtulatoribus [1] niſi ſequenti die, ac per libellos [2], non temere re-
2 ſpondit. Cognoſcendi [3] morem cum tenuit, ut continuis actionibus [4] omiſſis,
3 ſingillatim [5] quæque per vices [6] ageret. Quoties autem ad conſultandum [7] ſecede-
ret [8], neque in commune quidquam, neque propalam deliberabat: ſed & conſcriptas
ab unoquoque ſententias tacitus ac ſecreto legens, quod ipſi libuiſſet, perinde atque
4 pluribus idem videretur, pronuntiabat. In curiam libertinorum filios diu non admi-
5 ſit: admiſſis a prioribus principibus honores denegavit. Candidatos qui ſupra nume-
6 rum [9] eſſent, in ſolatium dilationis ac moræ [10] legionibus præpoſuit [11]. Conſulatum
in

POSTULARE *eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in jure apud eum, qui juriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius juriſdictioni contradicere.* Ulpian. Digeſt. III. 1. 2. Hinc *poſtulatores*, & *poſtulationes*. *Poſtulatores* Icti etiam *procuratores* fere dicunt. Et is tunc *poſtulationibus vacare* i. libellos ſupplices audire, requæſtas, ut vulgus, expedire dicitur. Plin. Epiſt. VII. 33. *Senecio cum exploraſſet conſules poſtulationibus vacaturos, convenit me: & qua concordia, inquit, injunctam nobis accuſationem executi ſumus, hac adeamus conſules, petamuſque, ne bona diſſipari ſinant, quorum eſſe in cuſtodia debent.* V. *Torrentium*, *Bud. in Pandect. p.* 88. *Pollet. For. Rom.* IV. 7.

2. PER LIBELLOS i. per juſſa, mandata, aut commiſſiones in *libello*, & ſcriptis contentas. Ulpian. Digeſt. I. 16. 9. §. 1. *Ubi decretum neceſſarium eſt, per libellum id expedire proconſul non poterit: omnia enim, quæcunque cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum non poſſunt expediri.* Joh. Imbert. Inſtit. Forenſ. 1. 2. Qui ſi tibi minus placet, horum *libellorum* explicationem petes ab *Alciat. Parad.* II. 3. *Revard. Protribun. c.* 8. *Pollet. For. Rom.* III. 3.

3. COGNITIONEM diſtinguit a juriſdictione. Nam (ut non male Donat. in Terent. Andr. II. 5. II. ait) *poſtulamus jure*. Atqui *cognitiones* fere extraordinariæ erant. Plura ſupr. Claud. 15. 2. §. 10.

4. CONTINUAS ACTIONES intellige, ſine intermiſſione. Male in vulgatis *continuis actionibus omiſſis*. Verbum *omiſſis* abeſt a duobus MSS. Hunc enim Nero tenuit morem, ut ſine intervallo lites expediret, & ad quam cauſam audiendam ſemel conſediſſet, eam *continenter* agi, & perorari voluerit, priuſquam aliam dijudicandam ſuſciperet. V. *Torrentium*, & *Guther. de Offic. dom. Aug.* I. 20.

5. SINGILLATIM i. attentiſſime, & magna diligentia, ut interpretatur *Gutherius*.

6. PER VICES i. viciſſim, & alternatim audita utraque parte. In eoque Nero Claudio prudentior, quo non alius, ut ludit Seneca in ludo Claudii, potuit citius diſcutere cauſas, una tantum parte audita, ſæpe & neutra. *Gutherius*.

7. CONSULTANDUM i. controverſiam dijudicandam. *Conſultatio* enim eſt deliberatio, ſeu conſilium procerum, ſive ſententia, quam princeps cum conſilio collocutus dicit, aut decernit. V. *Guther. ibid.* I. 24.

8. SECEDERET i. in aliud cubiculum iret. Dicitur ut *ſeducere* ſupr. Tib. 44. 4. §. 14. *ſecubare* ſupr. Tib. 7. 6. §. 26. *ſeponere* ſupr. Aug. 65. 5. §. 17.

9. SUPRA NUMERUM, quia præſcriptus erat *numerus* magiſtratuum: exempli cauſa, ut duo conſules crearentur. Unde fiebat, ut in petitione conſulatus, ſi plures eſſent candidati, duobus tantum deſignatis conſulibus, reliqui repulſam paterentur. *Beroaldus*.

10. IN SOLATIUM.... i. ut æquioribus ferrent animis,

in ſenos plerumque menſes dedit. Defunctoque circa Kalend. Januarias altero e con- 7
ſulibus neminem ſubſtituit, improbans exemplum vetus Caninii Rebili [12] uno die
conſulis. Triumphalia ornamenta [13], etiam quæſtoriæ dignitatis, & nonnullis ex e- 8
queſtri ordine tribuit: nec utique de cauſa militari. De quibuſdam rebus orationes 9
ad ſenatum miſſas, præterito quæſtoris officio [14], per conſulem [15] plerumque re-
citabat.

nimis, ſe fuiſſe præteritos, & in aliud petendi tempus dilatos. *Beroaldus.*

11. LEGIONIBUS PRÆPOSUIT i. *legionum* legatos fecit. Tacit. Ann. XIV. 28. 1. *Comitia prætorum arbitrio ſenatus haberi ſolita, quod acriore ambitu exarſerant, princeps compoſuit, tres, qui ſupra numerum petebant, legioni præficiendo.*

12. CANINII REBILI, de quo ſupr. Cæſ. 76. 5. §. 38.

13. TRIUMPHALIA ORNAMENTA quæ V. ſupr. Aug. 38. 1. §. 5.

14. QUÆSTORIS OFFICIO i. *quæſtore.* Nomine *officii* etiam dignitates veniebant. Inſcript. p. CCCLXI. PERFUNCTO OFFICIO PRAEFECTURAE PRAETORIO. Lactant. de mort. perſecut. c. 48. *De quibus etiam datis ad officium ſuum*, i. ad te judicem, *literis.* c. 31. *Omnium officiorum*, i. magiſtratuum, *milites, vel potius carnifices, ſingulis adhærebant.* Hi mox *judicum milites* vocantur. *Frequens ſuper hiſdem hominibus, vel ipſis judicibus, vel militibus judicum pugna.* V. Ampliſſ. *Cuper. in Lactantium p.* 200. & ipſum *quæſtorem* ſupr. Aug. 65. 7. §. 22.

15. PER CONSULES, quia non ſemper per quæſtores, ſed & per alios, quibus hunc honorem habebat Imperator, recitabantur orationes. Symm. Gratiano Auguſto. *Scio amore factum, quo ſummates viros plerumque dignamini, ut ſacra orationi veſtræ lector adhiberer.* Unde tantopere ſibi gaudet Symm. Epiſt. I. 89. *Conteſtare apud invictos principes gaudium meum, qui humanæ voci divinas literas crediderunt, quorum victorias ex mei oris promptuario ſenatus audivit, cum mihi a principibus æternis legenda in concilio patrum delegaretur oratio.* Buleng. de Imperat. III. 16.

CAPUT XVI.

ARG. *Ædificiorum formam novam excogitat, mœnia Oſtia tenus promovere deſtinat, modum ſumptibus adhibet, Chriſtianos ſuppliciis afficit, quadrigariorum luſus vetat, & pantomimos relegat Nero Claudius Cæſar.*

Formam ædificiorum Urbis novam excogitavit [1], & ut ante inſulas ac domos [2] por- 1
ticus [3] eſſent, de quarum ſolariis incendia arcerentur: eaſque ſumptu ſuo ex-
ſtruxit [4]. Deſtinarat etiam Oſtia [5] tenus mœnia promovere [6], atque inde foſſa mare 2
veteri Urbi [7] inducere. Multa ſub eo & animadverſa ſevere, & coercita, nec mi- 3
nus inſtituta: adhibitus ſumptibus modus [8]: publicæ cœnæ [9] ad ſportulas [10] redactæ:
interdi-

FORMAM.... EXCOGITAVIT poſt Urbis incendium. Quid *forma* dictum ſupr. Jul. 31. 1. §. 3.

* 2. INSULAS AC DOMOS diſtinguunt quoque Tacit. Ann. VI. 45. 2. *Exſolutis domuum & inſularum pretiis.* & noſt. infr. 38. 4. Quid *inſulæ* fuerint, docuit nos Feſtus ſupr. Jul. 41. 6. §. 31. Differunt ergo, quod *domus* fuerunt contigua ædificia, ut in urbibus noſtris, cum ædes ædibus proxime junguntur: *inſulæ* vero ædes, quæ cum aliis non habuerunt communem parietem, quales nunc ſunt eccleſiæ, monaſteria, palatia principum & nobiliorum hominum. Erant quoque majores interdum *domibus*, ut *inſula P. Clodii*, de qua Cicero pro Cœl. 7. V. quoque *Nardin. Rom. Vet.* III. 4. *Borrich. Ant. Urb. Fac. c.* 3. §. 5. *Græv. Ant. Rom. Præf.* IV. * *3 *Ouzel. in Gell.* XV. 1.

3. PORTICUS, de quibus Tacit. Ann. XV. 43. 1. *Cæterum Urbis quæ domus ſupererant, non ut poſt Gallica incendia, nulla diſtinctione, nec paſſim erecta; ſed dimenſis vicorum ordinibus, & latis viarum ſpatiis, cohibita ædificiorum altitudine, ac patefactis areis, additiſque porticibus, quæ frontem inſularum protegerent.* Hinc aulam deſcribit Iſidor. XV. 3. *Aula domus eſt regia, ſive ſpatioſum habitaculum, porticibus quatuor concluſum.*

4. EXSTRUXIT i. *exſtructurum, purgataſque areas dominis traditurum pollicitus eſt.* Tacit. ibid. n. 2.

5. OSTIAM deſcripſi ſupr. Tib. 10. 5. §. 18.

6. PROMOVERE i. extendere, ampliare, proferre, ut Liv. I. 44. *Ita pomœrium profert.* Propagare, ut Tacit. Ann. XII. 23. 3. *Pomœrium Urbis auxit Cæſar more priſco: quo iis, qui protulere imperium, etiam terminos Urbis propagare datur.*

7. VETERI URBI ad differentiam illius, quam Nero facere deſtinaverat mœnibus Oſtia uſque productis. *Beroaldus* & *Sabellicus.*

8. SUMPTIBUS MODUM *adhibuit* i. legem *ſumptuariam* fecit. Et hoc ſæpe factum eſt ab imperatoribus. De Nerva narrat hoc Xiphil. LXVIII. p. 770. B.

interdictum, ne quid in popinis cocti præter legumina aut olera veniret, cum antea nullum non obſonii genus proponeretur: afflicti [11] ſuppliciis [12] Chriſtiani, genus hominum ſuperſtitionis [13] novæ [14] ac maleficæ [15]: vetiti quadrigariorum [16] luſus [17], quibus

Καὶ πολλὰς μὲν θυσίας, πολλὰς δὲ ἱπποδρομίας, ἄλλας τε τοιαύτας θέας κατέλυσεν, συστείλας ὡς οἷόν τε τὰ δαπανήματα. Multa ſacrificia, multoſque ludos circenſes, aliaque nonnulla ſpectacula ſuſtulit: ut ſumptus, quoad ejus fieri poſſet, minueret. Antonino Philoſopho Capitol. c. 11. *Cavit & ſumptibus publicis.*

9. Publicæ cœnæ ſalutatoribus, & clientibus antea dari ſolitæ.

10. Sportæ, *ſportulæ*, *ſportellæ*, *nummum ſunt receptacula.* Aſcon. in Cicer. p. 50. Ex vimine fiebant. Unde, ſi vera eſt originatio Iſidor. xx. 9. *quia ex ſparto fiant*, dictæ. Illis quia cibi, qui a magnatibus, iis, qui vel officii gratia comitarentur, vel prima luce in atrium ſalutandi gratia convenirent, dabantur, ferri ſolebant: inde eſt, quod per metonymiam accipi ſoleant pro cibo illis contento. Quia vero *ſportula* non erat vera cœna, ſed cœnam ementiebatur, ideo opponitur cœnæ rectæ Martiali ſupr. Aug. 74. 1. §. 2. Has ſuſtulit Domitianus infr. 7. 2. De *ſportulis* V. præterea *Alciat. Diſpunct.* III. 17. *Turneb. Adv.* x. 27: XXVIII. 24. *Bud. in Pandect. p.* 234. *Urſin. Append. ad Ciacon. de tricl. p.* 174. 175. *Juret. in Symm. Epiſt.* IV. 55. *Pollet. For. Rom.* V. 11. *Lipen. de Stren. c.* 3. §. 77.

11. Afflexit *ſuppliciis* primus Nero Chriſtianos. Oroſ. VII. 7. *Auxit hanc molem facinorum ejus temeritas impietatis in Deum. Nam primus Romæ Chriſtianos ſuppliciis, & mortibus affecit, ac per omnes provincias pari perſecutione excruciari imperavit.* Tertull. adv. Gnoſt. c. 15. *Vitas Cæſarum legimus; orientem fidem Romæ primus Nero cruentavit.* Adv. Gent. c. 5. *Conſulite commentarios veſtros: illic reperietis primum Neronem in hanc ſectam tum maxime Romæ orientem, Cæſariano gladio ferociſſe.* * Euſeb. Hiſt. Eccl. IV. 26. *Μόνοι πάντων ἀναπεισθέντες ὑπό τινων βασκάνων ἀνθρώπων τὸν καθ' ἡμᾶς ἐν διαβολῇ καταστῆσαι λόγον ἠθέλησαν Νέρων καὶ Δομετιανός. Soli ex omnibus Nero ac Domitianus, malevolorum quorundam conſiliis inducti, religionem noſtram criminari ſtuduerunt.* Lactant. inſt. 50. 1. §. 1. Quare, & quando illos *afflixerit*, docet Tacit. Annal. XV. 33. 1: 44. 4. *C. Lecanio, M. Licinio conſulibus* (V. illos ſupr. 11. 1. §. 1.) ,... *non ope humana, non largitionibus principis, aut deum placamentis, decedebat infamia, quin juſſum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero ſubdidit reos, & quæſitiſſimis pœnis affecit, quos per flagitia inviſos, vulgus Chriſtianos appellabat.* Et Sulpicius Severus §. 12. V. quoque infr. Ner. 38. 2. §. 6.

12. Supplicia, quibus Chriſtianos afflixit Nero, denarrat Tacit. Ann. XV. 44. 7. *Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque ubi defeciſſet dies, in uſum nocturni luminis urerentur.* Et ex Tacito Sulpit. Sever. Hiſt. Sacr. II. *Interea jam abundante Chriſtianorum multitudine, accidit, ut Roma incendio conflagraret, Nerone apud Antium conſtituto. Sed opinio omnium invidiam incendii in principem retorquebat, credebaturque imperator gloriam innovandæ Urbis quæſiſſe. Neque ulla re Nero efficiebat, quin ab eo juſſum incendium putaretur. Igitur vertit invidiam in Chriſtianos, actæque in innoxios crudeliſſimæ quæſtiones: quin & novæ mortes excogitatæ, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent. Multi crucibus affixi, aut flamma uſti. Plerique in id reſervati, ut, cum defeciſſet dies, in uſum nocturni luminis urerentur. Flammare* eſt, quod Hiſpani dicunt *pringar.* Stantibus ad palum deſtinatis unco (ne motatione capitis picem cadentem declinarent) gutturi ſuffixo, e lamina ardente pix aut unguen in caput liquefiebat, ita ut rivi pinguedinis humanæ per arenam amphitheatri ſulcum facerent. Ad hoc tormentum, & hanc hiſtoriam alludit Juven. Sat. 1. 155.

> *Pone Tigillinum, tæda lucebis in illa,*
> *Qua ſtantes ardent, qui fixo gutture fumant,*
> *Et latus mediam ſulcus diducit arenam.*

Pone, ubi ſtantes ad palum alligati ſuffixo gutture, lamina impendente fumant, & totos artus liquefiunt, ita ut pinguedo diducat arenam ſulco facto. *Scalig. de Emend. tempor.* V. *p.* 471.

13. Superſtitionem verum Dei cultum vocant gentes impiæ. Tacitus *ſuperſtitionem externam* Ann. XIII. 32. 2. *Pomponia Græcina, inſignis fœmina, ſuperſtitionis externæ rea: ſuperſtitionem exitiabilem* ibid. XV. 44. 5. *Repreſſa in præſens exitiabilis ſuperſtitio rurſus erumpebat.* Plinius *ſuperſtitionem pravam & immodicam* Epiſt. x. 97. *Sed nihil aliud inveni, quam ſuperſtitionem pravam & immodicam.*

14. Novæ religionis nomine male audiverunt Chriſtiani. Arnob. 1. p. 13. *Sacrorum quondam veterrimi ritus religionum novarum ſuperſtitionibus occiderunt. Religiones, inquiunt, impias, atque inauditas cultus terrarum in orbem tradiſtis.* p. 14. *Exſecrabilis religio eſt, & infauſta, impietatis, & ſacrilegii plena, ceremonias antiquitus inſtitutas novitatis ſuæ ſuperſtitione contaminans.* Chriſtianorum cauſam eleganter, ſed verboſius agit Arnob. 71. *p.* 93. 94.

15. Maleficæ religionis nomine male audiverunt Chriſtiani. *Maleficos* incantatores, magicis rebus ſtudentes, veneniarios, interpretatur *Barth. Adv.* VIII. 17: X. 6: XLV. 24: LVII. 19. Certe *maleficum* venenatum & noxium eſt. Mela 1. 4. *Verum quod pleraque ejus, Africæ, inculta, & aut ſterilibus arenis obducta, aut ob ſitum cœli terrarumque deſerta ſunt, aut infeſtantur multo, ac malefico genere animalium.* Præſtigiatrices etiam *maleficas* dici idem monet. Nithardus Caroli Magni imperatoris nepos de geſtis diſſenſionum inter filios Ludovici I, ſive Pii II

Gerbergam

quibus inveterata licentia paſſim vagantibus, fallere ac furari per jocum jus [18] erat: pantomimorum factiones [19] cum ipſis ſimul relegatæ [20].

Gerbergam more maleficorum in Ararim mergi præcepit. Pro talibus Chriſtianos habuerunt deterrimi gentiles, forte quia dæmonia illis parebant, & ad illorum conteſtationem ejiciebantur. Anaſtaſia martyr ex diro carcere apud Suidam in voce χρυσόγονος. Ἐμὲ δὲ ὡς τινὰ φάρμακον καὶ ἱερόσυλον βαρυτάτῃ φυλακῇ παραδεδώκασι. *Me tanquam veneficum & ſacrilegum graviori cuſtodiæ tradidit.* Et pro talibus habendos eſſe illos jam antea docuerat D. Jeſus. Exinde capiendum putat *Barthius* Luc. 6. 22. Καὶ ἐκβάλωσι τὸ ὄνομα ὑμῶν ὡς πονηρόν. Nec mirum. Hoc enim genere *maleficii* D. Jeſum calumniabantur gentilium accuſationes. Arnob. 1. p. 25. *Occurſurus forſitan rurſus eſt cum aliis multis calumnioſis illis & puerilibus vocibus: magus fuit, clandeſtinis artibus omnia illa perfecit.* Sed D. Jeſu cauſam ſatis accurate ibidem agit Arnobius.

16. QUADRIGARII erant, qui agebant *quadrigas* in circenſi ludicro, imo in univerſum omnes, currus quoſcunque in circo agentes. Ita Feſtus ſupr. Cæſ. 11. §. 10. Gloſſ. Cyrill. *Quadrigarius*, ἁρματηλάτης, ἡνίοχος. *Scheff. R. V.* 11. 13.

17. LUSUS quadrigariorum quos dicat noſter, imaginari facilius eſſe, quam verbis exponere, aut certi aliquid affirmare, licet putet *Torrentius*, tamen iſtorum hominum laſciviam illi Neronis, quam deſcribit noſter c. 26. petulantiæ ſimilem intelligit *Caſaubonus*.

18. Jus illis fuiſſe dicit, quia ex talibus furtis non puniebantur. *Beroaldus.*

19. FACTIONES *pantomimorum*, quos dedimus ſupr. Aug. 45. 11. §. 44. ſunt illorum *fautores*, ut illos vocat Plaut. Amph. prol. n. 67.

Si quos fautores delegatos viderint.

Et Tacitus §. 20.

20. RELEGATÆ quare ſint pantomimorum factiones ſimul cum ipſis, docet Tacit. Ann. XIII. 25. 5. *Ludicram quoque licentiam, & fautores hiſtrionum* (pantomimos dicit noſter) *velut in prælia convertit, impunitate & præmiis, atque ipſe occultus, & plerumque coram proſpectans: donec diſcordi populo, & gravioris motus terrore, non aliud remedium repertum eſt, quam ut hiſtriones Italia pellerentur.* Illos reſtituit Nerva, & reſtitutos ſuſtulit Trajanus. Plin. Paneg. 46. 1. *Obtinuit aliquis, ut ſpectaculum pantomimorum populus Romanus tolli pateretur? ſed non obtinuit ut vellet. Rogatus es tu, quod cogebat alius, cœpitque eſſe beneficium, quod neceſſitas fuerat. Neque enim a te minore concentu, ut tolleres pantomimos, quam a patre tuo, ut reſtitueret, exactum eſt. Utrumque recte: nam & reſtitui oportebat, quos ſuſtulerat malus princeps: & tolli reſtitutos. In his enim, quæ a malis bene fiunt, hic tenendus eſt modus, ut appareat, auctorem, non diſplicuiſſe factum. Idem ergo populus ille, aliquando ſcenici imperatoris ſpectator, & applauſor, nunc in pantomimis quoque averſatur, & damnat effeminatas artes, & indecora ſeculo ſtudia.*

CAPUT XVII.

ARG. *Tabulas nonniſi pertuſas.... obſignari, teſtamenti primas duas ceras ſignaturis vacuas oſtendi, pro patrociniis certam, pro ſubſelliis nullam mercedem dari, cauſas ab ærario ad forum.... transferri, & appellationes a judicibus ad ſenatum fieri jubet Nero Claudius Cæſar.*

Adverſus falſarios [1] tunc primum [2] repertum, ne tabulæ niſi pertuſæ [3], ac ter li- 1
no [4] per foramina trajecto [5] obſignarentur [6]. Cautum, ut in teſtamentis primæ 2
duæ

FALSARIOS 1. inſtrumentorum ſuppoſitores, quos *falſarum tabularum reos* dixit ſupr. Aug. 19. 1.

2. TUNC PRIMUM, Nerone ſcilicet imperante.

3. PERTUSAS quas dixit noſter, *perforatas* tabulas dicit Paullus infr. §. 5. *Pertundo* enim idem ſignificat veteribus quod *perforo*. Unde Dea *pertunda* in nuptiis, & *pertuſa lana* Perſio, quam vulgo dicimus *veſtem foratam*. Et *ungula pertuſa* Colum. VI. 14. *Si forte ſurculum calcaverit, vel acuta teſta, vel lapide ungulam pertuderit.* V. *Salmaſ. de ſubſcr. & ſign. teſtam.* c. 20.

4. LINO ad obligandas tabellas utebantur veteres. Plaut. Bacch. IV. 4. 64.

Stylum, ceram, & tabellas, & linum.

Pſeud. I. 1. 40.

Per ceram, & linum, literaſque interpretes.

5. TRAJICERE *ter linum per foramina* ſolebant veteres tabulas obſignaturi. Paull. Sentent. V. 25. *Ampliſſimus ordo decrevit eas tabulas, quæ publici, vel privati contractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus ita ſignari, ut in ſumma marginis, ad mediam partem perforato, triplici lino conſtringantur, atque impoſitum ſupra linum ceræ ſigna imprimantur, ut exteriores ſcripturæ fidem interiori ſervent. Aliter tabulæ prolatæ nihil momenti habent.* Ante hoc SCtum ſimplici, ac ſimpliciter tabulis integris circumligato lino tabulæ obſignabantur.

6. OBSIGNARENTUR I. *ſigno* impoſito occluderentur. Quod Græcis eſt κατασφραγίσασθαι. V. *Salmaſ. de mod uſur.* c. 11. p. 441.

duæ ceræ, teſtatorum modo nomine inſcripto, vacuæ [7] ſignaturis [8] oſtenderentur [9]:
3 ac ne quis alieni teſtamenti ſcriptor legatum ſibi adſcriberet [10]. Item ut litigatores pro patrociniis certam juſtamque mercedem [11], pro ſubſelliis [12] nullam omnino darent,

7. VACUAS *primas duas ceras*, quas V. ſupr. Cæſ. 83. 3. §. 18. relinquebat teſtator, quia nolebat a teſtibus ſciri nomen hæredum, quos inſtituebat, neque primorum, neque ſecundorum, ſuo ſaltem nomine inſcripto. Satis enim erat, ut validum eſſet teſtamentum, nomen teſtatoris a teſtibus teneri, ſcirique, has ejus teſtamenti tabulas eſſe, quibus nomina ſua adſcriberent. Ubi porro ſubſcripſiſſent omnes, tum teſtator *vacuas* illas *ceras*, ſive paginas implebat nominibus hæredum, quos ignoratos voluerat eſſe teſtibus, & pro qua quemque parte inſtitueret. Tum clauſis tabulis, & lino conſtrictis, cera impoſita & affixa ſua in ea ſigna imprimebant teſtes, quorum nihil interfuit ad validitatem teſtamenti ſcire, qui in eo ſcripti eſſent hæredes, dummodo teſtamentum hoc eſſe tenerent illius teſtatoris, quod ſubſcripſiſſent. V. *Torrentium*, & *Salmaſ. ibid. p.* 459.

8. SIGNATURIS *i. ſignatoribus*, ſive teſtibus. Hi utrumque faciebant, adſcribebant primo nomen ſuum in interioribus ceris, dein & in exterioribus ſignum ſuum imprimebant. Ab hoc ultimo actu paſſim *ſignatores* vocantur. Utrumque adeo neceſſarium, ut ſi quis ex teſtibus nomen ſuum non adſcripſiſſet, qui tamen *ſignaſſet*, pro eo eſſet, ac ſi adhibitus non fuiſſet: & contra ſi ſe adſcripſiſſet, non autem *ſignaſſet*, pro nullo haberetur teſtamentum. Senec. de Benef. II. 23. *Quidam volunt nomina ſecum fieri, nec interponi pararios, nec ſignatores* i. teſtes, *advocari*. Salmaſ. l. l. & Duaren. Diſput. Anniv. I. 10.

9. OSTENDERENTUR ad nomina ſua adſcribenda.

10. NE QUIS ALIENI TESTAMENTI SCRIPTOR.... Claudius edicto prohibuit. Cod. IX. 23 3. *Senatuſconſulto & edicto D. Claudii prohibitum eſt, eos, qui ad ſcribenda teſtamenta adhibentur, quamvis dictante teſtatore, aliquod emolumentum ipſis futurum ſcribere: & pœna legis Corneliæ facienti irrogata eſt.* Calliſtr. Digeſt. XLVIII. 10. 15. *D. Claudius edicto præcepit, adjiciendum legi Corneliæ, ut, ſi quis, cum alterius teſtamentum, vel codicillos ſcriberet, legatum ſibi ſua manu ſcripſerit: proinde teneatur, ac ſi commiſiſſet in legem Corneliam.* Hoc Sctum, & Claudii edictum T. Statilio Siſenna Tauro, L. Scribonio Libone conſulibus, ſive anno ab U. C. 768. factum credunt *Torrentius*, & *Caſaubonus ad hunc locum*, *Fab. Semeſtr.* I. 25. *Auguſtin. de Sctis p.* 211. Quod ſi verum, ob ſimilitudinem nominum errore lapſus, ac deceptus eſt noſter. Claudii enim Tiberii Cæſaris, non Claudii Neronis, cui tamen noſter tribuit, hoc tribuendum erit. Sed quare hoc Neronem, qui Claudii nomen adoptionis jure retinuit, cum Suetonio caviſſe non diceremus? Certe Sctum Claudianum, quod Silaniano jungit titulus Pandectarum XXIX. Neronianum vocat Paullus Sentent. III. 5. V. & *Guther. Offic. dom. Aug.* I. 32.

11. MERCEDEM nullam patronis ut penderent litigatores lege ſua caverat M. Cincius tribunus plebis. Tacit. Ann. XI. 5. 3. *Conſurgunt patres, legemque Cinciam flagitant, qua cavetur antiquitus, ne quis ob cauſam orandam pecuniam donumve accipiat.* Tulit illam Cincius Sempronio Tuditano & Cornelio Cethego conſulibus. Cicer. de Senect. c. 4. *Quem magiſtratum, præturam, geſſi conſulibus Tuditano, & Cethego, cum ille,* Q. Maximus, *admodum ſenex ſuaſor legis Cinciæ de donis, & muneribus fuit.* Hos anno ab U. C. 549. conſules fuiſſe dicunt Faſt. Capitol. & Sicul. & ex illis Pigh. Ann. II. p. 216. *Muneralis lex* ea de re vocabatur. Feſtus. *Muneralis lex vocata eſt, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere.* *Plautus.*

Neque muneralem legem, neque lenoniam
Rogata fuerit, necne, flocci facio.

V. de lege Cincia Auguſt. de LL. p. 47. & qui de illa lege librum ſingularem ſcripſit, Julium Paullum, & ex recentioribus, qui ad legem Cinciam commentarium edidit, Andream Brunmerum. Novo Scto confirmavit Auguſtus. Dio LIV. p. 533. C. Ἐπὶ δὲ δὴ τοῦ Γαΐου τε Φουρνίου καὶ Γαΐου Σιλανοῦ ὑπάτων τοὺς ῥήτορας ἀμισθὶ συναγορεύειν, ἢ τετραπλάσιον ὅσον ἂν λάβωσιν ἐκτίνειν ἐκέλευσε. *C. Furnio, C. Silano conſulibus*, ſive anno ab U. C. 736. ut Faſti Capitol. & ex illis Pigh. Ann. III. p. 519. *cauſidicos ſine mercede cauſas agere, aut quadruplum ejus quod accepterint pendere juſſit.* Et hoc repetivit Claudius. Tacit. Ann. XIII. 42. 2. *Ejus*, P. Suilii, *qui imperitante Claudio terribilis fuit & venalis, opprimendi gratia repetitum credebatur ſenatuſconſultum, pœnaque Cinciæ legis adverſus eos, qui pretio cauſas oravi ſſent.* Quam tamen uſque ad dena ſeſtertia patrono conſtituiſſe dicit Tacit. XI. 7. 5. *Ut minus decora hæc, ita haud fruſtra dicta princeps ratus, capiendis pecuniis poſuit modum, uſque ad dena ſeſtertia, quem egreſſi repetundarum tenerentur.* Ita, ut pro modo litis, proque advocati facundia, & fori conſuetudine æſtimatio ineatur, dummodo tamen licitum honorarium quantitas non egrediatur. Unde *juſtam mercedem* patrono fuiſſe dandam dicit noſter. Et Ulpian. Digeſt. L. 13. 12. *Sic tamen ut computetur id, quod datum eſt, cum eo, quod debetur: neutrumque compoſitam licitam quantitatem excedat. Licita autem quantitas intelligitur pro ſingulis cauſis uſque ad centum aureos.* Quos, ſed peracto negotio, ſub Trajano illum capere permiſit Licinius Nepos prætor apud Plin. Epiſt. V. 21. *His verbis, ac mille præterea, & venire advocationes, & emi vetabantur. Peractis tamen negotiis, permittebat pecuniam duntaxat decem millium dare.* Nam decem millia HS, & dena ſeſtertia, & centum aurei non diſcre-

rent, præbente ærario [13] gratuita: utque rerum actu ab ærario cauſæ ad forum ac recuperatores [14] transferrentur, & ut omnes appellationes a judicibus ad ſenatum fierent.

diſcrepant, ſi aureum quinque & viginti denariis æſtimemus. Quod docebimus infr. Oth. 4. 3. §. 9. * Et hic memoria lapſus eſt Suetonius. Dedit enim Claudio Neroni, quod debuit Tiberio Claudio, errore ſcilicet ex ſimilitudine nominum nato. Nam Neronis indultu lex Cincia per novum SCtum ad priſtinam vim fuit reducta. Tacit. Annal. XIII. 5. 1. *Multaque arbitrio ſenatus conſtituta ſunt; . ne quis ad cauſam orandam mercede, aut donis emeretur.* Claudius autem *capiendis præmiis poſuit modum uſque ad dena ſeſtertia, quem egreſſi repetundarum tenerentur.* Tacit. ibid. XI. 7. 5. *Merces* igitur certa & juſta, quam patrociniis definitam a Nerone fuiſſe Suetonius ſcripſit, Claudii denis ſeſtertiis eſt vindicanda. Ut *Brummer. ad legem Cinciam c. 4. Grav. in Suetonium.*

12. SUBSELLIA judicibus, quoties prætori adeſſent, dabantur. Inde ſæpe vox *ſubſelliorum* pro ipſis judicibus, ſeu munere judicandi, ſollenni hypallage, qua locus, aut inſignia honoris pro ipſo honore, aut officio ſumuntur. Cicer. Fam. XIII. 10. *Verſatus in utriſque ſubſelliis optima & fide, & fama*, hoc eſt, in judiciis, tam privatis, quam publicis. Inſignis, & palmaris locus, atque obſervatione dignus eſt hic Suetonii. Apud illum indubitanter nihil aliud ſunt *ſubſellia* quam judices. Patronis juſtam mercedem accipere fas fuit, neutiquam judicibus vendere ſanctitatem, ſive ne quid pro ſententia tota eidem judicibus ſolvatur, quando ex ærario publice conſtituta iis ſit merces, *præbente ærario gratuita*, ſubdit ibi Suetonius. *Chiment. de Honor. biſell. c. 22. P. Manut. in Ciceronem. A. Manut. Quæſ. Epiſt.* III. 10. Pro ligneis tamen ſedibus, earumque uſu accipiunt *Caſaub. & Donat. in Suetonium. Pollet. For Rom.* I. 7. *Prevot. de* Magiſtrat. *Rom. c.* 7.

13. ÆRARIO I. *ærarii* præfectis, apud quos tabulam, in qua reorum erat elenchus, pependiſſe dixi ſupr. Aug. 32. 5. §. 24.

14. RECUPERATORES dicti fuerunt, qui de rebus privatis recipiendis, reddendiſque cognoſcebant. Feſtus. *Reciperatio, ut ait Gallus Ælius, eſt, cum inter populum, & reges, nationeſque, & civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res, recipianturque, reſque privatas inter ſe perſequantur.* Videntur judicaſſe, cum ſuper facto ipſo incidit quæſtio, utputa uter prior murum hoſtium conſcenderit. Liv. XXVI. 48. *Ea conditio quum prope ſeditionem veniret, Scipio tres recuperatores quum ſe daturum pronuntiaſſet, qui cognita cauſa teſtibuſque auditis judicarent, uter prior in oppidum tranſcendiſſet.* An facta eſſet injuria. Gell. N. A. XX. 1. *Prætores poſtea hanc adoleſcere, & relinqui cenſuerunt: injuriiſque æſtimandis recuperatores ſe daturos edixerunt.* De illis noſter etiam Domit. 8. 2. Hinc *judicium recuperatorium*, quod per hujuſmodi judices exercebatur. Plin. Epiſt. III. 20. *Nam ut in recuperatoriis judiciis, ſic nos in his comitiis quaſi repente apprehenſi, ſinceri judices fuimus.* Noſt. Veſp. 3. 1. V. *Forrentium, Sigon. de judic.* I. 22. *Coraſ. Miſc. jur.* III. 18. Jam *commiſſarios* vocari dicit *Pollet. For. Rom.* III. 2. & 15.

CAPUT XVIII.

ARG. *Ex Britannia exercitum deducere cogitat, ſed deſiſtit, & Ponti, Alpiumque regna in provincia formam redigit Nero Claudius Cæſar.*

Augendi propagandique [1] imperii neque voluntate ulla neque ſpe motus unquam 1
etiam ex Britannia [2] deducere exercitum cogitavit: nec niſi verecundia, ne obtrectare parentis gloriæ [3] videretur, deſtitit. Ponti [4] modo regnum concedente Po- 2
lemone,

* PROPAGANDI I. proferendi. Vocabulum a vineis ad omnia ea, quæ per latius ſpatium extenduntur, eſt tranſlatum. Et ita veteres. Nep. 22. 2. §. 5. *Hamilcar fines imperii propagavit.* Liv. XXXVIII. 60. *Qui imperium populi Romani propagavit in ultimos terrarum fines.* V. *Eruditiſſ. Perizon. Anim. Hiſt. c.* 6.

2. BRITANNIÆ partem in deditionem recepiſſe Claudium dixit noſter, ſupr. 17. 3. Sed *Britanni, legati, Suetonii Paullini, abſentia remoto metu, agitare inter ſe mala ſervitutis, conferre injurias, & interpretando accendere.... His, atque talibus invicem inſtincti, Voadica generis regii femina duce ſumpſere univerſi bellum ac ſparſos per caſtella milites conſectati, expugnatis præſidiis, ipſam coloniam invaſere, ut ſedem ſervitutis. Quod niſi Paullinus, eo cognito provinciæ motu, propere ſubveniſſet, amiſſa Britannia foret, quam unius prælii fortuna veteri patientiæ reſtituit.* Tacit. Agric. c. 15. 1: 16. 1. V. etiam Ann. XIV. 29.

3. OBTRECTARE PARENTIS GLORIÆ. I. Claudii, a quo adoptatus erat, victoriam in Britanniam, ut populo Romano inutilem, ſpernere. Ita *Germaniam, quatenus ſciebat patrem ſuum Cæſarem, bis trajecto ponte Rheno, quæſiſſe bellum in illius honorem concupiit facere provinciam* Auguſtus apud Flor. IV. 12. 22.

 4. PON-

lemone [5], item Alpium [6], defuncto Cottio, in provinciæ formam redegit [7].

4. Ponti *Polemoniaci*. Vopiſc. Aurel. c. 21. *Addidit Nero, ſub quo Pontus Polemoniacus, & Alpes Cottiæ Romano nomini tributæ.* Ille dictus fuit a *Polemone* rege. Aurel. Victor de Cæſ. 5. 2. *Quo etiam Pontum in jus provinciæ, Polemonis permiſſu redegit: cujus gratia Polemoniacus Pontus appellatur: itemque Cottias Alpes, Cottio rege mortuo.* Ut n. diſtingueretur a *Ponto Pelagonio*, ut obſervat *Scalig. Anim. Euſeb. p.* 180. *a.*

5. Polemones multi fuerunt Ponti reges. Hujus meminit Joſeph. Ant. Jud. xix. 7. Καὶ Πολέμωνα τὸν Πόντου κεκτημένον δυναστείαν.

6. Alpium *Cottiarum*, quas, quia molibus exſtruxit *Cottius* illarum forte rex primus, ex quo & reliqui *Cottii* videntur dicti, de nomine ſuo dixerit. Marcellin. xv. 10. *Unde ad ſolis ortus attollitur* hæc Galliæ plaga, *aggeribus cedit Alpium Cottiarum: quas rex Cottius perdomitis Galliis, ſolus in anguſtiis latens, inviaque locorum aſperitate confiſus, lenito tandem tumore in amicitiam Octaviani receptus principis, molibus magnis exſtruxit ad vicem memorabilis muneris, compendiarias, & viantibus opportunas.* Unde incipiant & deſinant, docuerunt Strabo & Marcellinus ſupr. Tib. 37. 5. §. 12.

7. In provinciæ formam redigi quænam regio dicatur, dixi ſupr. Jul. 25. 1. §. 10. In illam hæc modo regna *redacta* eſſe dicunt etiam Eutrop. vii. 11. *Duæ tamen provinciæ ſub eo factæ ſunt, Pontus Polemoniacus, concedente rege Polemone: & Alpes Cottiæ, Cottio rege defuncto.* Et Euſeb. ad a. 2081. *Duæ tantum provinciæ ſub Nerone factæ, Pontus Polemoniacus, & Alpes Cottiæ Cottio rege defuncto.* Dixerunt quoque Aurelius Victor, & Vopiſcus. §. 4.

CAPUT XIX.

ARG. *Peregrinationes, Alexandrinam, & Achaicam ſuſcipit, & ad Caſpias portas expeditionem parat Nero Claudius Cæſar.*

1 Peregrinationes duas omnino [1] ſuſcepit, Alexandrinam & Achaicam [2]: ſed Alexan-
2 drina ipſo profectionis die deſtitit, turbatus religione [3] ſimul ac periculo. Nam
circuitis templis [4] cum in æde [5] Veſtæ reſediſſet, conſurgenti ei primum lacinia [6]
3 obhæſit [7]: deinde tanta oborta caligo eſt [8], ut diſpicere non poſſet [9]. In Achaja [10]
Iſthmum [11] perfodere [12] aggreſſus, prætorianos pro concione ad inchoandum opus
cohor-

Omnino 1. tot, & non plures. V. ſupr. Aug. 20. 1. §. 2.

2. Alexandrinam et Achaicam, de quibus Tacit. Ann. xv. 36. 1. *Nec multo poſt omiſſa in præſens Achaja (cauſæ in incerto fuere) Urbem reviſit; provincias orientis, maxime Ægyptum, ſecretis imaginationibus agitans. Dein edicto teſtificatus, non longam ſui abſentiam, & cuncta in Republica perinde immota ac proſpera fore, ſuper ea profectione adiit Capitolium.*

3. Religione 1. metu ex prodigio objecto. V. Curt. iv. 10. 2. §. 7.

4. Circuitis templis, ut ſatisfaceret religioni, & diis: quibus, ſi unum modo frequentarent *templum*, ſatisfeciſſe non videbantur.

5. Ædem Veſtæ V. ſupr. Tib. 50. 6. §. 17.

6. Lacinia quid, diſputatum ſupr. Cal. 35. 8. §. 33.

7. Obhæsit ſellæ, ne poſſet ſurgere. Hoc vero ominoſum. *Beroaldus.*

8. Oborta caligo est 1. orta eſt illi vertigo capitis. Jungit hæc Plin. vii. 6. *A conceptu decimo die, dolores capitis, oculorum vertigines, tenebræque.*

9. Dispicere non posset 1. quod ante pedes erat, non videret. Tacitus n. 3. *Illic*, in Capitolio, *veneratus Deos, cum Veſtæ quoque templum iniſſet, repente cunctos per artus tremens, ſeu numine exterrente, ſeu facinorum recordatione nunquam timore vacuus, deſeruit inceptum.*

10. Achajam deſcripſi ſupr. Tib. 4. 5. §. 24.

11. Isthmi *perfoſſionem* tentaturum, ſed fruſtra, Neronem prænoverat Apollonius. Philoſt. Apoll. iv. 8. Γενομένῳ δὲ κατὰ τὸν Ἰσθμόν, μυκησαμένης τῆς περὶ τὸ Λέχαιον θαλάττης· οὗτος, εἶπεν, ὁ αὐχὴν τῆς γῆς τετμήσεται, μᾶλλον δὲ οὔ· εἶχε δὲ αὐτῷ καὶ τοῦτο πρόρρησιν τῆς σμικρὸν ὕστερον περὶ τὸν Ἰσθμὸν τομῆς, ἣν μετὰ ἔτη ἑπτὰ Νέρων ἐνενοήθη, τὰ γὰρ βασίλεια ἐκλιπὼν, ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀφίκετο. *Cum in Iſthmo conſtitiſſet aliquando* Apollonius, *& mare Lechæo portui circumpoſitum mugiret: is, inquit, terræ vertex ſcindetur forſitan: ego tamen magis credo non ſciſſum iri. Hæc autem dixit jam prænoſcens non futuram Iſthmi ſectionem, quam poſt annos ſeptem facere cogitavit Nero, qui relicta regia in Græciam venit.* Quid *Iſthmus* ſit, dictum ſupr. Cæſ. 44. 5. §. 23.

12. Perfodere *Iſthmum* quare aggreſſus fuerit Nero, docet Philoſtratus. Τότε λέγεται καὶ τῆς περὶ τὸν Ἰσθμὸν καινοτομίας ἅψασθαι, περίπλουν αὐτὸν ἐργαζόμενος, καὶ τὸν Αἰγαῖον τῷ Ἀδρίᾳ ξυμβάλλων, ὡς μὴ πᾶσα ναῦς ὑπὲρ Μαλέας πλέοι, κομίζοιτο δὲ αἱ πολλαὶ κατὰ τὸ ῥῆγμα τοῦ Ἰσθμοῦ, ξυντεμοῦσαι τὰς περιβολὰς τοῦ πλοῦ. *Et tunc de Iſthmo reſcindendo dicitur cogitaſſe, ut ipſum navibus*

cohortatus eſt: tubaque ſigno dato, primus [13] raſtello [14] humum effodit, & corbulæ congeſtam humeris extulit. Parabat [15] & ad Caſpias portas [16] expeditionem, con- 4
ſcripta ex Italicis ſenum pedum tyronibus [17] nova legione, quam Magni Alexandri [18]
phalangem [19] appellabat. Hæc partim nulla reprehenſione, partim etiam non me- 5
diocri

navibus pervium redderet, atque Ægæo Adriaticum miſceret, ne naves omnes ſupra Maleam navigarent, ſed multa per eum, quem ſcidiſſet locum, veherentur, navigationis circuitum vitantes.

13. PRIMUS, tum, more magnorum ducum, quoties opus aliquod egregium a militibus perfici vellent. Sic Germanicus *primum exſtruendo clade Variana cæſorum tumulo ceſpitem poſuit* apud Tacit. Ann. I. 62. 2. Veſpaſianus apud noſt. 8. 12. tum, ut religione deterritos confirmaret. Xiphil. LXIII. p. 722. A. Πάρεργον δὲ δὴ τῆς ἐπιδημίας τῆς ἐν τῇ Ἑλλάδι ἐποιήσατο, τὸν Ἰσθμὸν τῆς Πελοποννήσου διορύξαι ἐπιθυμήσας. Καὶ ἤρξατο τοῦ ἔργου, καίπερ τῶν ἀνθρώπων ὀκνούντων, αἷμά τε γὰρ τοῖς πρώτοις ἁψαμένοις τῆς γῆς ἀνέβλυσεν, καὶ οἰμωγαί μυκηθμοί τέ τινες ἐξηκούοντο, καὶ εἴδωλα πολλὰ ἐφαντάζετο. Λαβὼν δὲ αὐτὸς δίκελλαν, καί τι καὶ ἀνασκάψας, ἔπεισε καὶ τοὺς ἄλλους ἀνάγκῃ αὐτὸν μιμήσασθαι. *Opus autem velut obiter illo in Græciam adventu ſuo perficiendum inſtituit, dum Iſthmum Peloponneſi cupivit perfodere. Et hoc opus eſt aggreſſus, hominibus id gravate facientibus, propterea quod iis, qui primum terram attigerant, ſanguis e terra erupit, auditaque ſunt lamenta, & mugitus, & ſpectra multa apparuerunt. Quocirca accepto ligone, ipſe aliquantulum effodit, & ceteros coegit ut ſe imitarentur.*

14. RASTELLUM, τὸ ὀρύγιον, *parvum raſtrum* foſſorium. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 414. *b.* C.

15. PARABAT *expeditionem.* Plin. VI. 13. *Et Neronis principis comminatio ad Caſpias portas tendere dicebatur, cum peteret illas, quæ per Iberiam in Sarmatas tendunt.* Expeditionis cauſam indicat Tacit. Hiſt. I. 6. 4 *Quos idem Nero electos, præmiſſoſque ad clauſtra Caſpiarum, & bellum, quod in Albanos parabat, opprimendis Vindicis cœptis revocaverat.* Ipſe deliberaverat de ſuſcipienda cum aliis hac expeditione; ſed quia rem ſacram faciens ceciderat, profectionem hanc inſtituere non eſt auſus, ac domi manſit. Huc enim referri poſſunt, etſi aliter rem narret, verba Dionis in fragmentis LXII. p. 711. E. Ἐβουλεύσατο μὲν γὰρ αὐτὸς συστρατεῦσαι, ἐπεὶ δὲ θύων ἔπεσεν, οὐκ ἐτόλμησεν ἐξορμῆσαι, ἀλλὰ κατὰ τὴν χώραν ἔμεινεν.

16. CASPIÆ PORTÆ ſunt anguſtiæ Tauri montis. Strab. XI. p. 360. Οὕτω μὲν τοίνυν τίθεμεν ἐντὸς τοῦ Ταύρου τήν τε Μηδίαν, ἧς εἰσὶ καὶ αἱ Κάσπιοι πύλαι, καὶ τὴν Ἀρμενίαν. *Sic ergo intra Taurum collocamus Mediam, (cujus ſunt etiam portæ Caſpiæ) & Armeniam.* Tacit. Ann. VI. 33. 4. *Sed Hiberi locorum potentes, Caſpia via Sarmatam in Armenios raptim effundunt.* Ammian. XXIII. 6. *Ab Arctoo cardine adusque Caſpias portas conterminat, & Scytharum gentibus multis & Arimaſpis hominibus luſcis, & feris: ab occidua plaga contingit Armenios....* Deſcribit illas Plin. VI. 14. *Caſpiæ portarum nominis eadem, quæ ſupra,* n. Caucaſiarum VI. 11. *interruptis anguſto tranſitu jugis, ita ut vix ſingula meent plauſtra, longitudine* VIII. *mill. paſſ. toto opere manu facto. Dextera, lævaque ambuſtis ſimiles impendent ſcopuli, ſitiente tractu per* XXXVIII. *mill. paſſ. Anguſtias impedit corrivatus ſalis e cautibus liquor, atque eadem emiſſus. Præterea ſerpentium multitudo, niſi hyeme, tranſitum non ſinit.* V. de Caſpiis portis ſcribentes *Freinsh. Curt.* VI. 4. 19. & *Ryck. Tacit. p.* 115. *Caucaſeas* dici debuiſſe dicit Plin. VI. 13. ſed a Freinshemio refutatur.

17. TYRONUM proceritatem exactam olim fuiſſe docuit Vegetius ſupr. Tib. 68. I. 9. 2. * Videtur palus quidam menſuralis in caſtris ad hanc rem fuiſſe poſitus & defixus, ut ad eum admotis tyronibus, an ſtatura juſta, ac legitima eſſent, examinarentur. Palus iſte vocabatur incomma, vel incoma. In libris veteribus Vegetii pro *quondam,* vel, ut alii, *commodam* legitur *ad incommam.* Quam lectionem comprobant, & explicant Iſidori gloſſæ. *Incoma, menſura militum.* Ἔγκομμα ab eadem fortaſſe ratione dicebatur, quod inciſuras quaſdam, & κόμματα haberet, quibus pedum, & unciarum notæ diſtinctæ eſſent, & deſignatæ. Sic enim omnino factum oportuit, ut ad verum ſciri poſſet, quot cuique pedes & unciæ deeſſent ad explendam ſtaturam, quæ requirebatur. *Salmaſ. in Lamprid. Alexandr. Sever. c.* 4. *Reineſ. Var. Lect.* II. 14. *Du Freſne Gloſſario. Gravius in Iſidorum. Scriver. in Vegetium.*

18. MAGNI ALEXANDRI. Moris fuit Macedonicis regibus cohortem prætoriam habere, aut legionem, e tyronibus ſtaturæ procerioris, Neronianæ iſti plane ſimilem. Suidas de Antiochi Macedonica phalange, quæ dicebatur e re Ἥλικες: quod eſſent omnes ejuſdem ætatis. Ἥλικες, inquit, ἐλέγοντο ἐν Ἀντιόχῳ τῷ Ἐπιφανεῖ Μακεδόνων στῖφος, ὑψηλοὶ πάντες, ὀλίγον ὑπὲρ ἀντίπαιδας, τὸν Μακεδονικὸν τρόπον ὡπλισμένοι, τε καὶ πεπαιδευμένοι, ὅθεν καὶ τὴν ἐπίκλησιν εἶχον. *Ἥλικες vocabantur Antiochi Macedonum regis cohors; proceri omnes, paulo ultra pubertatem progreſſi, Macedonico more & armati, & inſtituti, unde etiam cognomen habebant.*

19. PHALANX proprie fuſtis eſt teres. Plin. VII. 56. *Prælium Afri contra Ægyptios fecere fuſtibus, quos vocant phalangas.* Inde ratione tropica *phalangem peditum ſtabile agmen vocant* Macedones apud Curt. III. 2. 13. Conſtituerunt ſibi ad imitationem Alexandri *phalangem* Caracalla apud Xiphil. LXXVII. p. 873. D. Περὶ δὲ τὸν Ἀλέξανδρον οὕτω τι ἐπτόητο, ὥστε φάλαγγά τινα ἐκ μόνων τῶν Μακεδόνων ἐς μυρίους καὶ ἑξακισχι-

Digitized by Google

dioeri laude digna in unum contuli: ut ſecernerem a probris ac ſceleribus ejus, de quibus dehinc dicam.

ἑξακισχιλίους συντάξαι, καὶ αὐτὴν Ἀλεξάνδρου τε ἐπονομάσαι, καὶ τοῖς ὅπλοις, οἷς ποτε ἐπ' ἐκείνου ἐκέχρηντο, ὁπλίσαι. *Alexandri autem adeo dementi ducebatur ſtudio, ut ſibi comparaverit phalangem ex ſolis Macedonibus, in qua erant hominum ſedecim millia, eamque phalangem Alexandri cognominaverit, & in armis, quibus olim ſub illo uſi fuerant, inſtruxerit.* Alexander Severus apud Lampr. c. 50. *Fecerat & phalangem triginta millium hominum, quos phalangarios vocari juſſerat.*

CAPUT XX.

ARG. *Muſica imbutus, & Terpno citharœdo doctore uſus Neapoli cantat, & plurimos adoleſcentulos, qui ſibi cantanti operam navarent, undique elegit Nero Claudius Cæſar.*

1 Inter cæteras diſciplinas pueritiæ tempore imbutus [1] & muſica, ſtatim ut imperium adeptus eſt, Terpnum [2] citharœdum [3] vigentem [4] tunc præter alios arceſſit; diebuſque continuis poſt cœnam canenti [5] in multam noctem aſſidens, paullatim & ipſe meditari [6] exercerique cœpit: nec eorum quidquam omittere, quæ generis ejus arti-
2 fices [7] vel conſervandæ vocis cauſa vel augendæ factitarent. Sed & plumbeam chartam [8] ſupinus pectore [9] ſuſtinere [10]: & clyſtere [11] vomituque purgari: & abſtinere pomis,

IMBUTUS i. edoctus. Catul. 64. 11.

Illa rudem curſu prima imbuit Amphitritem.

i. docuit pati navigationem, cujus antea expers erat. *Imbuere*, ut docet longe celeberrimus Græv. Lect. Heſ. c. 16. proprie eſt vaſa libatione ex illis diis facta luſtrare. Ad cibum enim, & potum capiendum vaſis, niſi dicto modo luſtraſſent, non utebantur veteres. Heſiod. Ἔργ. n. 748.

Μηδ' ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων ἀνελόντα
Ἔσθειν, μηδὲ λόεσθαι.
Neque ab ollis nondum dedicatis rapiens
Comedito, neque lavator.

Et ad illum Proclus. Ἀπὸ χύτρας μὴ πρότερον φάγης πρὶν σπείσης ἐξ αὐτῶν τοῖς θεοῖς. *Ex ollis non ante cibum capias, quam ex iis diis libaveris.* Noſt. Vitell. 13. 4.

2. TERPNUM, cujus & habitum induiſſe Neronem dicit Philoſtr. v. 2. Τὸν δὲ νικᾷν ἃ χρὴ ἐγκαλύπτεσθαι, καὶ τὴν Αὐγούστου τε, καὶ Ἰουλίου σκευὴν ῥίψαντα μεταμφιάννυσθαι νῦν τὴν Ἀμοιβέως καὶ Τέρπνου. *Atque hoc agit, ut victoriam quærat ex iis, quæ occulere magis deceret: quippe qui Auguſti Juliique habitu depoſito, Amœbei & Terpni nunc habitum induit.* Noſt. Veſp. 19. 2.

3. CITHAROEDI ſunt, qui *cithara* vocem addunt, ut *cithariſta*, qui *cithara* ſine voce modulantur. *Scalig. Euſeb. p.* 179. *b.*

4. VIGENTEM i. ſcenam tenentem, frequentius in ſcena canentem, & exinde florentem, & celebrem. Ita bidens, & vomer, quibus frequenter utitur agricola, & qui ideo *ſplendeſcunt*, ut de illis Virg. Georg. 1. 46. *vigere* dicuntur. Tibull. 1. 11. 49.

Pace bidens, vomerque vigent.

5. POST COENAM CANENTI. Sublatis enim ferculis, qui canerent, cœnationem intrare ſolebant. Apul. Metam. v. p. 160. *Poſt opimas dapes quidam introceſſit, & cantavit inviſus, & alius cithara pulſavit.* Hinc convivii ornamenta, cantum, & ſaltationem vocat Homer. Odyſſ. 1. 152.

Μολπή τ' ὀρχηστύς τε (τὰ γάρ τ' ἀναθήματα δαιτός.)

Et *pſaltriæ, ſambuciſtriæque, & convivalia ludionum oblectamenta, addita epulis* dicuntur Livio XXXIX. 6. V. & *Lacerd. Virg. Æn.* 1. 745. *Moll. in Long. Paſtor. p.* 74. *Kobierzyk. de Lux. Rom.* II. II. *Stuck. Ant. conviv.* III. 20.

6. MEDITARI quid ſit, dixi ſupr. Cæſ. 26. 3. §. 17. Etiam de iis qui fidibus diſcunt, uſurpari, obſervat diligentiſſimus *Munker. ad Hygin. fab.* 165.

7. GENERIS EIUS ARTIFICES ſunt phonaſci: Hi medici velut erant τῶν φωνασκούντων, puta citharœdorum, præconum, & hiſtrionum, qua comicorum, qua tragicorum. *Caſaubonus.*

8. PLUMBEAM CHARTAM vocat noſter, quam *plumbeam laminam* i. tabulam e *plumbo* in latum ductam, ob aliquam figuræ ſimilitudinem Plin. XXXIV. 18. *Nero princeps lamina pectori impoſita, ſub ea cantica exclamans, alendis vocibus demonſtravit rationem.* Et Caſſian. infr. §. 9. Quid autem ſimilius, quam *plumbi* lamina, & *charta* expanſa pagina? quin etiam in *plumbi* laminis interdum ita ſcribebant, ut in *charta* paginis; quod veteris ſcriptoris verba declarant apud Suidam, ἐν ἐλασμοῖς μολύβδων γράφοντες. Tacit. Ann. II. 69. 3. *Nomen Germanici plumbeis tabulis inſculptum.* Galenus, qui non ſemel facit mentionem *plumbearum chartarum*, quibus athletæ olim uti ſoliti, fere λεπίδας ἐκ μολύβδου λεπτὰς vocat. Hinc μολυβδίνους χάρτας dicit Græcus ſcriptor Joſeph. contra Appion. 1. p. 1058. D. Τὸν δὲ Βάκχοιο τὸν χρησμὸν λαβόντα, τούς τε ἱερεῖς, καὶ ἐπιβωμίτας προσκαλεσάμενον, κελεῦσαι ἐπιλογὴν ποιησαμένους τῶν ἀκαθάρτων, τοῖς στρατιώταις τούτους παραδοῦναι κατάξειν αὐτοὺς εἰς

pomis, cibiſque officientibus [12]: donec blandiente profectu [13] (quamquam exiguæ vocis & fuſcæ [14]) prodire in ſcenam concupiit; ſubinde inter familiares Græcum proverbium jactans, *Occulta muſica nullum eſſe reſpectum* [15]. Et prodiit Neapoli [16] pri- 3
mum: ac ne, concuſſo quidem repente motu terræ theatro, ante cantare deſtitit, quam inchoatum abſolveret νόμον [17]. Ibidem ſæpius & per complures cantavit dies: 4
ſumpto

εἰς τὴν ἔρημον· τοὺς δὲ λεπροὺς εἰς μολυβδίνους χάρτας ἐνειλήσαντας, ἵνα καταδῦσι εἰς τὸ πέλαγος. *Bocchorim autem accepto oraculo, arceſſitiſque ſacerdotibus ac ſacrificiis; juſſiſſe collectis impuratis, hos militibus tradi deportandos in deſertum: leproſos vero plumbeis chartis involutos in pelagus dejici.* Et *plumbeas chartas* Apoll. Tyr. p. 18. *Fabris navalibus convocatis jubet conſecrari, & compaginari tabulas: rimas, & foramina liniri præcepit, & facere loculum, & charta plumbea intus poſita obturari juſſit.* V. *Caſaubon. ad h. l. in Athen.* v. 10. *Reineſ. V. L.* II. 8. & *Epiſt.* 586. *Voſſ. Gramm.* I. 35. *Hugon. de prim. ſcrib. orig. c.* 10.

9. PECTORE Nero, *renum locis* athletæ plumbeam chartam ſuſtinuerunt. Caſſian. de ſpiritu fornic. c. 7. *In tantum ſe mundos a coitus pollutione cuſtodiunt, ut cum ſe præparant ad agonum certamina, ne qua forſitan per ſomnium nocturna deluſi fallacia vires minuant, multo tempore conquiſitis laminis plumbeis renum contegunt loca, quo ſcilicet metalli rigore genitalibus membris applicite obſcœnos humores valeant inhibere. Plumbi* certe *in medicina uſus eſt, adalligatis lumborum, & renum parti laminis frigidiore natura inhibere impetus Veneris. Viſaque in quiete Venerea ſponte naturæ erumpentia uſque in morbi genus, his laminis Calvus orator cohibuiſſe traditur, vireſque corporis ſtudiorum labori cuſtodiiſſe.* Plin. XXXIV. 18. Voci vero Venerem obſtrepere cui non notum?

10. SUSTINUIT hanc chartam Nero, quod voce exigua & fuſca eſſet, ut ſtatim noſter. Illam enim a medicis gymnaſtices profeſſoribus, qui non tantum vociferationibus, & cantibus agoniſtarum modum præſcribebant; ſed & vocis varia exercitatione morbos præcavebant, & perſanabant, petiiſſe veteres, & inter ipſos σωμασκητὰς traditam, propagatam, & frequentatam fuiſſe vero ſimile eſt. *Reineſ. V. L.* II. 8.

11. CLYSTER quale ſit medicamentum, docui ſupr. Claud. 44. 6. §. 21.

12. OFFICIENTIBUS I. nocentibus. Non. II. 610. *Officere, obeſſe. M. Tull. Off.* III. *Demoliri ea, quorum altitudo officeret auſpiciis.*

13. BLANDIENTE PROFECTU I. cum videretur ſibi progreſſus ſatis magnos feciſſe, & eorum, quos fecerat, minime pœniteret. *Ita hortante ſucceſſu* dicit Juſtin. XXIV. 4. 6. & *ſucceſſu acriorem* eſſe Virg. Æn. V. 210.

14. FUSCA *vox* eſt; quæ nec candida eſt, nec clara. Unde Plin. XXVIII. 6. *Vox revocatur, cum e candida declinat in fuſcam.* De vocum varietate Quintil. Inſtit. XI. 3. *Qualitas vocis magis varia eſt: nam & candida, & fuſca eſt, & plena, & exilis, & lenis, & aſpera, & contracta, & fuſa, & dura, & flexibilis, & clara, & obtuſa.* Μέλαινα dicitur Xiphil. LXI. p. 699. A. Καί τοι καὶ βραχὺ καὶ μέλαν φώνημα ἔχων, ὥστε καὶ γέλωτα ἅμα καὶ δάκρυα πᾶσι κινῆσαι. *Etſi tam parva obſcuraque voce erat, ut riſum fletumque ſimul omnibus excitaret.* Hac voce fuit procul dubio, vel ob primæ partium vocalium, laryngis, tunicæ arteriæ cartilagines ſuccingentis, pulmonum, iſta vocis vitia prodentem, conformationis rationem: vel ob τὰ περὶ τὰ ἀγγεῖα γινόμενα πάθη, *ob affectiones, quæ vaſis organiſque vocis accidere ſolent*; quas cauſas varietatis in *voce* pluribus tradit Ariſtot. περὶ ἀκουστῶν p. 1146. V. quoque *Terrentium & Reineſium.*

15. OCCULTÆ MUSICÆ..... I. in nullam æſtimationem *occultam muſicam* venire. Reſpectus eſt ratio, æſtimatio. Ad verbum eſt interpretatus verſiculum Græcum: τῆς λανθανούσης μουσικῆς οὐδεὶς λόγος. Hoc adagium his verbis concipitur a Luciano Harm. p. 586. Οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἀποῤῥήτου καὶ ἀφανοῦς τῆς μουσικῆς. *Siquidem incelebris, & ignota muſica nullum eſt emolumentum.* Ita a Gell. N. A. XIII. 30. *Noſti, inquam, magiſter, verbum illud ſcilicet e Græcia vetus; muſicam, quæ ſit abſcondita, eam eſſe nulli rei?* Ejus ſenſus eſt, quatvis egregias dotes ingenii, ſi non proferas, perinde eſſe quaſi non habeas. V. *Caſaubonum, & Cognatum ad Lucianum.*

16. NEAPOLI, utpote civitate Græca origine, ut illam deſcripſit Philoſt. ſupr. Cal. 20. 1. §. 3. & in qua Græco more jam vixerat Claudius, ut dixit Dio ſupr. Claud. 11. 7. §. 17. *Apud Græcos vero muſica, & ſaltatio, & grata, & laude digna ducuntur.* Nep. 15. 1. 2. Urbem ipſam deſcripſi ſupr. Aug. 99. 5. §. 9.

17. Νόμον I. canticum. Νόμος in poeſi, quam μελικὴν vocant, nihil aliud eſt, quam carmen, vel canticum, in honorem deorum alicujus compoſitum, muſicis modulis inſtructum, quod ad citharam, vel tibiam cantabatur. Proclus in excerptis χρηστομαθείας apud Phot. Biblioth. p. 522. Περὶ δὲ μελικῆς ποιήσεως φασὶν, ὡς πολυμερεστάτη τε, καὶ διαφόρους ἔχει τομάς. Ἃ μὲν γὰρ αὐτῆς μεμέρισται θεοῖς, ἃ δὲ ἀνθρώποις, ἃ δὲ εἰς τὰς προσπιπτούσας περιστάσεις. Καὶ εἰς θεοὺς μὲν ἀναφέρεσθαι ὕμνον, προσόδιον, παιᾶνα, διθύραμβον, νόμον, ἀδωνίδια, ἰόβακχον, ὑπορχήματα. *Melici autem carminis varia genera faciunt, in multaſque partes dividunt. Quædam enim ad deos pertinent, alia ad homines, alia denique ad fortuitas calamitates. Ad deos quidem referuntur, hymnus, proſodion, pæan, dithyrambus, nomos, adonidia, jobacchus, hyporchemata.* p. 523. Ὁ μέν τοι νόμος γράφεται μὲν εἰς Ἀπόλλωνα, ἔχει δὲ καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἀπ' αὐτοῦ· Νόμιμος

ſumpto etiam ad reficiendam vocem [18] brevi tempore, impatiens ſecreti [19] a balneis [20] in theatrum tranſiit, mediaque in orcheſtra frequente populo epulatus: *ſi paullum ſubbibiſſet* [21], *aliquid ſe ſufferti* [22] *tinniturum* [23] Græco ſermone promiſit.
5 Captus autem modulatis [24] Alexandrinorum laudationibus [25], qui de novo [26] com-
6 meatu [27] Neapolim confluxerant, plures Alexandria [28] evocavit. Neque eo ſegnius adoleſcentes equeſtris ordinis, & quinque amplius millia [29] e plebe robuſtiſſimæ [30] juventutis

γὰρ ὁ Ἀπόλλων ἐπικλήθη. *Nomos quidem in Apollinem ſcribitur; & ab illo appellationem ſumpſit; Nomionenim Apollo appellatus eſt.* Salmaſ. in Capitol. Ant. Pium c. 7. V. ſi tibi volupe eſt, quoque *Egnatium & Glareanum ad hunc locum. Calder. Obſ.* III. 9. *Bulleng. de theat.* II. 42. *Rhodig. A. L.* IX. 8. *Rittersh. Oppian. Halieut.* I. 563. *Lacerd. in Virg. Ecl.* IX. 45.

18. AD REFICIENDAM VOCEM ſumebant liquorem, vel certe ſorbitiunculam, qua fauces, ubi vox raueſcere incipiebat, colluebant. Perſ. Sat. I. 17.

—— liquido cum plaſmate guttur
Mobile collueris.

Hieronym. in Epheſ. 5. 19. *Deo non voce, ſed corde eſt cantandum: nec in tragœdorum modum guttur & fauces dulci medicamine colliniendas.* V. *Caſaubonum in Perſium, P. Petit. Miſc.* III. 23. &, ſi tibi commodum fuerit, *Turneb. Adv.* XXVIII. 26. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 85. *b. E.*

19. IMPATIENS SECRETI I. cum ſolitudinis eum pertæſum eſſet.

20. A BALNEIS I. poſtquam lotus eſſet. Nam priuſquam cibum caperent, lavabantur veteres. Juven. Sat. XI. 204.

—— Jam nunc in balnea ſalva
Fronte, licet vadas, quamquam ſolida hora ſuperſit
Ad ſextam.

Sabellicus.

21. SUBBIBERE I. pitiſſare, Græcis ὑποπίνειν. Græcorum verbum expreſſit noſter; nam ita Græce dixerat Nero, cum produſſet Neapoli, quæ urbs & Græca erat, & Græce loquebatur. *Turneb. Adv.* XXIV. 6: XXVII. 18. *Caſaub. in Athen.* I. 22. Ita *ſubdeficere, ſubreſici, ſubinſlare*, & ſi quæ ſunt talia, quæ exhibui ad Curt. VII. 7. 20. §. 55.

22. ALIQUID SUFFERTI *tinnire* eſt, quod Græce dici poteſt ὑπόπυκνόν τι ἠχεῖν. Aliter *tinniunt* vacua, aliter plena vaſa. Suntque in muſica ſoni alii, ut Græci tradunt, ἄπυκνοι, alii πυκνοί: eorumque alii βαρύπυκνοι, alii μεσόπυκνοι, alii ὀξύπυκνοι. *Suffertum* enim eſt ſubdenſum, & tanquam ὑπόπυκνον, plenum, confertum, oppletum, & quod auditoris aures impleat. Lucil. apud Gell. N. A. IV. 17.

Subjicit hinc humilem, & ſuffertus poſteriorem.

Senec. N. Q. I. 5. *Præterea, cum dicitur tibi, nubem ſole eſſe ſuffertam, non dicitur tibi, colorem illum immixtum eſſe velut duro corpori, ac ſtabili, & manenti, ſed ut fluido & vago.* V. quoque *Caſaubonum. Turneb. Adv.* XIX. 30. XXIV. 6: XXVII. 18. *Rhodig. A. L.* IX. 10. * *Suffertim* legendum eſſe contendit Juretus. V. illum in *Symm. Epiſt.* X. 54.

23. TINNIRE dicuntur, qui acuto vocis ſono garruli ſunt. Plaut. Pœn. Prol. n. 33.

Canora hic voce ſua tinnire temperent.

Ita mulierculæ apud Plaut. Caſ. II. 3. 32.

Obe jam ſatis uxor es: comprime te, jam nimium tinnis.

Pſeud. III. 2. 99.

Moleſtus ne ſis: nimium jam tinnis.

Quia ſcilicet *tintinnabula* ſemel mota longum ſonant. Juvenalis eleganter de muliebri loquacitate VI. 440.

Tot pariter pelves, tot tintinnabula dicas
Pulſari.

Et hinc *tinnula dicacitas* dicitur Apul. Metam. I. p. 105. V. *Barth. Adverſ.* XXXIII. 5. *Lampe de Cymbal.* II. 7.

24. MODULATIS I. quaſi ad numeros & *modos* cadentibus, ſuaviter decantatis. Quintil. Inſtit. IX. 4. *Ut ſint tamen pedes alii aliis crebriores, non verba faciunt, quæ neque augeri, nec minui, nec ſicut modulatione produci, aut corripi poſſunt.* *Modulari* proprie eſt metiri. Gell. N. A. I. 1. *Plutarchus ſcite, ſubtiliterque ratiocinatum Pythagoram philoſophum dicit, in reperienda, modulandaque ſtatus longitudiniſque ejus præſtantia.* Ad certos *modos* in laudationibus voces accommodaſſe veteres dictum ſupr. Cal. 6. 2. §. 8.

25. LAUDATIONIBUS forte ſimilibus illis, de quibus ſupr. Aug. 98. 3.

26. NOVO I. quæ tantum quod appulerat. * Apul. Met. XI. p. 264. *Ea litera votum inſtaurabant de novi commeatus proſpera navigatione.*

27. COMMEATU I. claſſe appellente. * *Commeatum* veteres uſurparunt pro plurium ſimul navium appulſu, ut hodie Galli *la flotte*. Hirt. Bell. Afric. c. 8. *Rabirium Poſthumum, in Siciliam ad ſecundum commeatum arceſſendum mittit.* Cæſ. B. G. V. 23. 2. *Duobus commeatibus exercitum reportare conſtituit.* Plura exempla collegit *Ruben. Elect.* II. 13. *Cataplum* dici dixi ſupr. Aug. 98. 3. §. 7.

28. ALEXANDRIAM deſcripſi in Curt. IV. 8. 2. §. 8.

29. QUINQUE MILLIA.... quæ ab hoc opere *Auguſtales* ſunt nominati. Xiphil. LXI. p. 699. B. Ἦν μὲν γάρ τι καὶ ἴδιον αὐτῷ σύστημα ἐς πεντακισχιλίους στρατιώτας παρεσκευασμένον, Αὐγούστειοί τε ὠνομάζοντο, καὶ ἐξῆρχον τῶν ἐπαίνων· ἠναγκάζοντο δὲ σφίσι καὶ ἄλλοι πάντες καὶ ἄκοντες, πλὴν τοῦ Θρασέου, ἐπιβοᾶν. *Nam & peculiare quoddam militum ad quinque millia corpus inſtituerat, qui Auguſtales nominati, incipiebant eum laudibus extollere: poſt hos cæteri omnes inviti, excepto Thraſea,*

juventutis undique elegit, qui diviſi in factiones [31], plauſuum genera condiſcerent [32] (*bombos* [33], & *imbrices* [34], & *teſtas* [35] vocabant) operamque navarent cantanti ſibi, inſignes pinguiſſima [36] coma, & excellentiſſimo cultu pueri [37], nec ſine anulo lævis [38]: quorum duces quadragena millia HS merebant.

Thraſea; acclamare cogebantur. Tacit. Ann. XIV. 15. 5. *Tuncque primum conſcripti ſunt equites Romani, cognomento Auguſtanorum, ætate, ac robore conſpicui, & pars ingenio procaces, alii in ſpe potentiæ. Hi dies, ac noctes plauſibus perſonare. Formam principis vocemque deum vocabulis appellantes, quaſi per virtutem clari honoratique agere.* Noſt. infr. 25. 3.

30. ROBUSTISSIMÆ i. quæ plenam jam haberet ætatem. Juſtin. III. 1. 2. *Artabanus cum ſeptem robuſtiſſimis filiis regiam veſperi ingreditur.*

31. FACTIONES aurigarum; atque hiſtrionum quemadmodum ſuos habuerunt, & diſpertitos fautores: ita Nero voluit ſibi plaudi diverſo plaudendi genere, qui diviſi forent per partes ad *factionum* ſimilitudinem. *Berbaldus.*

32. CONDISCERENT. Erat enim plauſuum ars quædam. Ovid. de Art. I. 113.

In medio plauſu (plauſus tunc arte carebat)
Rex populo prædæ ſigna petenda dedit.

Caſaubonus, Argol. in Onuphr. de lud. circ. p. 91. b. Ferrar. de Acclam. I. 8.

33. BOMBUS ſonitus eſt apum murmurantium. Varr. R. R. III. 16. *Ex apibus conjecturam faciunt, ſi intus faciant bombum.* Βόμβος ἐστὶν τῶν μελισσῶν ἦχος. Schol. Apollon. II. 133. Et culicum, qui odioſoque *bombo* ſtridunt circum hominis caput. Ariſtoph. Plut. II. 5. 57. Κωνώπων ...

Αἱ βομβοῦσαι περὶ τὴν κεφαλὴν ἀνιῶσιν.)

Inde raucus tubarum ſonus *bombus* dicitur. Catul. 64. 263.

Multis rauciſonos efflabant cornua bombos.

Et fauſtæ ſecundæque acclamationis genus *bombus* vocatur. Philoſt. de vit. Soph. p. 570. B. Εὐσταλὴς δ' οὕτω τοῖς Ἀθηναίοις ἔδοξεν, ὡς καὶ βόμβον ἐκλαθεῖν αὐτῶν, ἔτι σιωπῶντος, ἐκπλαγέντων αὐτοῦ τὸ εὐσχῆμον. *Sic autem elegans, & concinnus Athenienſibus viſus eſt, ut fremitus ipſorum ſubierit, adhuc eo tacente, laudantium ejus geſtus modeſtiam.* Themiſt. Orat. IV. initio. Ἄρα ὑμεῖς με, ὦ ἄνδρες, ἐπιδίδως ἔχοντα ἔτι κρότου τε καὶ ἐκβομβήσεων, ὧν δαψιλῶς μοι ἐνδίδοτε χορηγεῖν ἑκάστοτε, ὅταν λέγω. *Num me etiam creditis, auditores, veſtro illo plauſu; atque clamoribus indigentem, cujuſmodi mihi a vobis, cum dico, identidem offeruntur.* Ipſe Nero hac utitur voce in Bacchis ſuis, ex quibus tranſtulit Perſ. Sat. I. 99.

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

V. quoque *Caſaub. ad h. l. & Perſium, Buleng. de theatr. I. 60. de Imperat. II. 31. Barth. in Rutil. n. 203. Argol. in Onuphr. de lud. circ. p. 91. b. Ferrar. de Acclam. I. II.*

34. IMBRICES tegulæ ſunt excavatæ, & ſemirotundæ. Plaut. Mil. II. 6. 24.

Quod meas confregiſti imbrices, & tegulas.

Hinc appellatum eſt plauſus genus ad ſimilitudinem crepitantis ſuper tegulas pluviæ. Eum ſonitum voce καχλάζειν exprimere Græcos docent *Caſaubonus & Ferrar. de Acclam. I. II.*

35. TESTÆ erant vaſa ex argilla lutoque facta, & ad ignem toſta, unde & nomen invenere. Et has quidem olim fuiſſe percuſſas, ſeu pulſatas, multi magna auctoritate viri tradiderunt. Ariſtoph. Ran. V. 2. 49.

——— ποῦ 'στιν ἡ τοῖς ὀστράκοις
Αὕτη κροτοῦσα.
——— *ubi illa teſtulis*
Crepitans.

Græcus enarrator: Ἀντὶ λύρας ὄστρακα τινὲς λαμβάνοντες, ἦχον μὲν ἀπετέλουν. *Lyræ inopia teſtas nonnulli accipientes crepitum faciebant.* De eadem re Juvenal. XI. 169.

Non capit has nugas humilis domus; audiat ille
Teſtarum crepitus.

Interpres: *Antea percutiebant teſtas ſaltantibus pantomimis: quia tunc non erat, ut meſochori percuterent manibus.* Harum uſum Dioclem Athenienſem inveniſſe ſcribit Suidas in ὀξύβαφον & ξυλυφίων. Φασὶ Διοκλέα τὸν Ἀθηναῖον εὑρεῖν τὴν ἐν τοῖς ὀξυβάφοις ἁρμονίαν, ὀστρακίνοις ἀγγείοις, ἅτιν' ἔκρουεν ἐν ξυλυφίῳ. *Ajunt Dioclem Athenienſem inveniſſe harmoniam in oxybaphis, id eſt, fictilibus vaſis, quæ bacillo pulſabat.* Ferrar. de Acclam. I. II. Lampe de Cymb. I. 17. Buleng. de Theatr. I. 59. Brod. Miſc. IX. 17. & Caſaubonus.

36. PINGUISSIMA i. denſa, qualis laudatur ſcriptoribus. Philoſt. Icon. II. p. 795. de Panthia. Χαίτην ὑπὸ μέλαιναν τε, καὶ ἀμφιλαφῆ περιχέασα τοῖς ὤμοις, καὶ τῷ αὐχένι. *Comam ſic atram, ac denſam humeris, & cervici circumfundens.* I. p. 766. de Narciſſo. Ἀμφιλαφὴς ἡ κόμη αὐτῷ, καὶ οἷον χρυσῆς, τὸ μὲν, δὲ γινόμενος ἐφέλκεται· τὸ δ' ὑπὸ τῶν ὤτων κρίνεται· τὸ δὲ, τῷ μετώπῳ ἐπισαλεύει· τὸ δὲ, τῇ ὑπήνῃ ἐπιρρεῖ. *Ipſa denſa, & æque aurea exiſtente, partim quidem collum ad ſe trahit; partim vero ab auribus ſecernitur: pars in fronte agitatur: pars barbæ adfluit.* Noſt. Aug. 82. I. V. Jun. de pict. III. 9. 5. 6.

37. PUEROS a mala manu irrepſiſſe, cum jam adoleſcentulos illos dixerit auctor, putat criticorum facile princeps *J. G. Grævius.*

38. LÆVA manu quidem anulos geſtaverunt; in MSS tamen quatuor, pro, *nec ſine anulo leves, ac ſine anulo leves.* Quam lectionem veram puto, ut quamvis adoleſcentes eximie culti conſpicerentur,

anulos tamen non geſtarent, atque ita inter plaudendum manus anulis vacuæ minus impedirentur. *Leves* igitur vocat, quod contra onuſtæ gemmis, & auro aſperæ videantur, ut *cymbia ſignis aſpera* apud poetam Æn. v. 267. *Torrentius.* * Sed vulgata mihi cum Putean. Reliq. Conviv. Ant. Rom. Græv. Tom. XII. p. 271. ut ſymphoniacis hiſce, & velut tyronibus jus etiam *anulorum* fuerit, inſigne ſuæ artis. Apud antiquos gemma ſeu *anulus* Muſicorum fuit inſigne.

CAPUT XXI.

ARG. *Romæ agona revocat, nomen ſuum in albo citharœdorum adſcribi jubet, ſuoque ordine intrat, privatis ſpectaculis operam inter ſcenicos dat, & tragœdias cantat Nero Claudius Cæſar.*

1 Cum magni æſtimaret cantare, etiam Romæ Neroneum agona [1] ante præſtitutam
2 diem [2] revocavit. Flagitantibuſque cunctis *cæleſtem vocem* [3], reſpondit quidem, *in hortis* [4] *ſe copiam volentibus facturum*: ſed adjuvante vulgi preces etiam ſtatione [5] militum, quæ tunc excubabat, repræſentaturum ſe pollicitus eſt libens: ac ſine mora nomen ſuum in albo [6] profitentium citharœdorum juſſit adſcribi, ſorticulaque [7] in

1. Ἀγὼν Græca dictio, qua utuntur Latini, & certamen ſignificat, in quo hæc agebantur, quæ Plutarchus memorat his verbis, τὰ πλεῖστα τῶν ἀγωνισμάτων ἐμβολαῖς, παρεμβολαῖς, συνόδοις, παραθέσεσι, συνάγουσιν αὐτοὺς, καὶ ἀναμιγνύουσιν ἀλλήλοις: *plurimum certamina conſiſtunt in incurſionibus, interjectionibus, congreſſibus, contentionibus, colligunt ſe, & miſcentur alii aliis.* Gell. N. A. x. 18. *Id monumentum Artemiſia quum diis manibus Mauſoli ſ atrum dicaret, ἀγῶνα, id eſt certamen*, ut quædam addunt editiones, ſi modo interpretis verba non ſunt, *laudibus ejus dicundis facit.* Noſt. 22. 5: 23. 2: 45. 4. *Paſchal. de Coron.* VI. 5.

2. ANTE PRÆSTITUTAM DIEM i. quinquennio, quod ſuis ludis legitimum præſcripſerat, nondum exacto. *Beroaldus.*

3. COELESTEM VOCEM vulgo adulatores appellabant. Unde citharœdus ille, de quo Philoſt. Apoll. IV. 83. cum ſegniter, ac negligenter Apollonius ejuſque comites illum audirent, violatum ab eis Neronem, & divinæ vocis inimicos eſſe clamitabat. Ἀγνώμονας δὲ ἀποφαίνων, ὁ μὲν, ἀσεβεῖσθαι Νέρωνα ὑπ᾽ αὐτῶν ἔφασκε, καὶ πολεμίους τῆς θείας φωνῆς εἶναι. Et ex Græcia reverſo ſenatores omnes acclamaverunt apud Xiphil. LXIII. p. 724. A. Ἱερὰ φωνὴ, μακάριοι οἱ σοῦ ἀκούοντες. *Sacra vox, beati qui te audiunt.* Imo Thraſeæ Pæto objectabat Capito Coſſutianus apud Tacit. Ann. XVI. 22. 1. *nunquam pro ſalute principis, aut cœleſti voce immolaſſe.* Unde, ut idem ſupr. 20. 6. §. 20. *principis vocem deum vocabulis appellaſſe* dicuntur. Fuit enim ab applaudentibus dictus ὁ καλὸς Καῖσαρ, ὁ Ἀπόλλων, ὁ Αὔγουστος, εἷς ὡς Πύθιος. Xiphil. LXI. p. 699. C. Hoc vanum, & adulatorium fuit, & ſimilem vanitatem in Herode, illique adulantibus notat Luc. Act. 12. 22. Ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει· Θεοῦ φωνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου.

4. HORTOS trans Tiberim publice populo reliquiſſe Cæſarem dixit noſt. ſupr. 83. 4. Et illum locum minoris theatri inſtar illis, qui ſe Pompejano præpararent, dixit Plinius ſupr. II. 1. §. 1.

5. STATIO, & *ſtationarii*, & *excubiæ* vocabantur milites, qui in theatro, aut circo, ludorum tempore agebant ad comprimendas populi turbas. Tacit. Ann. XIII, 24. 1. *Ipſa annis ſtatio cohortis aſſidere ludis ſoliti, demovetur, quo major ſpecies libertatis eſſet: utque miles theatrali licentia non permixtus, incorruptior ageret; & plebs daret experimentum, an amotis cuſtodibus modeſtiam retineret.* Ulpian. Digeſt. I. 12. 12. *Quies quoque popularium, & diſciplina ſpectaculorum ad præfecti Urbi curam pertinere videtur. Et ſane debet etiam diſpoſitos milites ſtationarios habere ad tuendam popularium quietem, & ad referendum ſibi, quid ibi agatur.* Lipſ. Quæſt. Epiſt. III. 18. Buleng. de theatr. I. II.

6. ALBUM, ut dicitur judicum ſupr. Tib. 51. 1. §. 3. ſic dicitur citharœdorum, in quo horum nomina perſcribebantur, quando certamen muſicum profitebantur. Nero ut ne digitum quidem tranſverſum a citharœdica lege diſcederet, voluit nomen ſuum tanquam citharœdus citharœdorum *albo* adſcribi. *Beroaldus.* Hoc quam ridiculum fuerit, docet Xiphil. LXIII. p. 719. C. Καὶ εἰ μὲν μόνα ταῦτα ἐπεποιήκει, γέλωτα ἂν ὤφλησε. Καίτοι πῶς ἄν τις καὶ ἀκοῦσαι, μὴ ὅτι ἰδεῖν, ὑπομείνειεν αὐτοκράτορα Αὔγουστον ἔς τε τὸ λεύκωμα ἐν τοῖς ἀγωνισταῖς ἐγγραφόμενον. *Quæ ſi ſolus feciſſet Nero, ipſe quidem ridiculus fuiſſet. Etſi quis audire, nedum videre æquo animo poſſit, Imperatorem Auguſtum in albo athletarum inſcribi.*

7. SORTES erant teſſeræ, vel orbiculi ex terra pingui, ſi ſine aqua eſſet urna: ex materia ponderoſiore, ſi aquam haberet, ut fundum peteret, nec ſupernataret. Plaut. Caſ. II. 6. 33.

Mane dum: num iſta aut populna ſors, abiegna eſt tua?

——— *Quia metuo, ne in aqua ſumma natet.*

Nomina eorum, quorum erant, referebant. Unde *nomina* mox dicuntur Horatio & Ciceroni. *Sorte* ut docent *Buleng. de theatr.* II. 34. *circ. c.* 13. *Fab. Agon.* I. 25. ludos muſicos inibant, &, cui *ſors* faveret, is primus canebat. Plutarch. Sympoſ. IX. 3. Ἔθους δὲ ὄντος ἐν τοῖς μουσικοῖς κλήρους περιφέρεσθαι. *Cum autem moris fuerit in muſicis certaminibus ſortes circumferri.*

in urnam[8] cum cæteris[9] demiſſa intravit ordine ſuo[10], ſimulque præfecti prætorii[11] citharam ſuſtinentes, poſt tribuni militum, juxtaque amicorum intimi. Utque conſtitit, peracto principio[12] *Nioben*[13] ſe cantaturum per Cluvium Rufum[14] conſularem[15] pronuntiavit, & in horam fere decimam perſeveravit: coronamque eam, & reliquam certaminis partem in annum ſequentem diſtulit, ut ſæpius canendi occaſio eſſet. Quod cum tardum videretur, non ceſſavit identidem ſe publicare[16]. Non dubitavit 3 4.5

ferri. Ariſtides orat. καὶ μετρικῶς πρὸς Πλάτωνα I. p. 111. Καὶ τραγῳδοὺς, καὶ κιθαριστὰς, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπὶ τῆς μουσικῆς, μὴ ταυτὸ φέρεσθαι τῆς τε ἀξίας ὄνομα, καὶ τῆς τάξεως, ᾗ κλήρῳ γὰρ ἂν ἀρκεῖν μόνον, ἀλλ' ὅστις ἂν κάλλιστα ἀγωνίσηται, τοῦτον στεφανοῦν, καὶ πρῶτον ἀναγορεύειν, κἂν ὕστατος εἰσελθὼν τύχῃ. *Tragœdos, & citharistas, & cæteros qui muſicam tractant, non idem ferre nomen dignitatis, & ordinis, nec ſatis eſſe, ut ſortiantur tantum, ſed qui pulcerrime certaverit, hunc coronare ſolent, & primum renuntiare, etiamſi ultimus ingreſſus ſit.*

8. URNÆ ducendis ſortibus adhibebantur aqua, ne in fundo conſpicuæ apparerent, plenæ. Plaut. Caſ. II. 4. 17.

Sitellam huc tecum afferto cum aqua & ſortes.

Mittebantur in urnam Plaut. Caſ. II. 5. 34.

Conjiciam ſortes in ſitellam, & ſortiar,
Tibi & Chalino.

Cujus ſors prima exiiſſet, is obtinebat id, quod ſorti fuerat commiſſum. Cicer. Verr. II. 51. *Ut quot eſſent renuntiati, tot in hydriam conjicerentur: cujus nomen exiiſſet, ut is haberet id ſacerdotium.* Hiſtoria Creſphontis, quam prodiderunt Pauſan. Meſſen. p. 113. & Apollod. II. 4. Κρεσφόντης δὲ (ἐγένετο γὰρ οἱ ἐθέλειν τῆς Μεσσηνίας πάντως μοῖραν) Τημένῳ δίδωσι, παρασκευασάμενος τοῦτον τῷ κλήρῳ ἔθέλειν ἐφίησι. Τήμενος δὲ ἐς ὑδρίαν, ἐν αὐτῇ καὶ ὕδατος, καθίησι τῶν Ἀριστοδήμου παίδων καὶ Κρεσφόντου τοὺς κλήρους, ἐπὶ δεδηλωμένοις μοῖραν ἀναιρεῖσθαι τῆς χώρας προτέρους, ὁποτέρου ὁ κλῆρος ἀνέλθῃ πρότερος. Τοὺς μὲν δὴ κλήρους ὁ Τήμενος ἐποιήσατο ἀμφοτέρους: ἀλλὰ τοὺς μὲν Ἀριστοδήμου παιδὶ ξηρὰς ὑπὸ ἡλίου, Κρεσφόντῃ δὲ ὀπτῆς πυρί. Ὅτι δὴ τῶν Ἀριστοδήμου παίδων κλῆρος κατετήκετο, καὶ ὁ Κρεσφόντης οὕτω λαχὼν γῆς ᾑρεῖτο τὴν Μεσσηνίαν. *Cupiebat Creſphontes Meſſeniam ſibi aſſignari: quare Temenum rogat rem ut forti committat. Ille in ſitulam, cum eam jam aqua compleſſet, ſortes mittit, re ita conſtituta, ut ſors utra prior exiiſſet, illi Meſſenia adjudicaretur: ac quidem Ariſtodemi liberorum ſortem e ſiccata ſole argilla, Chreſphontis e coctili latercalo fecit. Quo factum eſt, ut illa ſoluta has conſtiterit, & per eam Chreſphonti Meſſenia obtigerit.* Illis in urnam conjectis movebant eam. Vopiſc. Prob. c. 8. *Cum quatuor illi milites inter ſe contenderent, ac ſortem ſibi quiſque defenderent, juſſit iterum agitari urnam.* Homer. Iliad. γ. 316. Odyſſ. κ. 206.

Κλήρους ἐν κυνέῃ χαλκήρεϊ πάλλον.

Sortes in ærea galea quaſſarunt....

Ut ſortes turbarentur & caſus in educendis ſortibus dominaretur. Cicer. Div. II. 41. *Quid in his poteſt eſſe certi, quæ fortuna monitu pueri manu miſcentur, atque ducuntur?* Eo alludit Hor. Od. III. 1. 16.

Omne capax movet urna nomen.

II. 3. 25.

——— *Omnium*
Verſatur urna, ſerius, ocius
Exitura.

9. CUM CÆTERIS, quia nulla prærogativa præcellere voluit. *Beroaldus.*

10. ORDINE SUO I. loco, quo ſors ejus urna fuerat educta. *Sabellicus.*

11. PRÆFECTI PRÆTORII tunc temporis fuerunt Fenius Rufus & Sophronius Tigellinus. Xiphil. LXII. p. 707. A. Τιγελλῖνον δέ τινα Σωφρόνιον ἀσελγείᾳ τε καὶ μιαιφονίᾳ πάντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἀνθρώπους ὑπερβάλλοντα, σὺν ἑτέρῳ τινὶ ἐπὶ τὴν τῶν δορυφόρων ἀρχὴν κατέστησε. *Tigellinumque Sophronium, qui petulans & homicida fuit ſupra omnes homines ſuæ ætatis, una cum altero quodam prætorianis militibus præfecit.* Quis ille alter, docet nos Tacit. Ann. XIV. 51. 4. *Quippe Cæſar duos prætoriis cohortibus impoſuerat: Fenium Rufum ex vulgi favore, quia rem frumentariam ſine quæſtu tractabat: Sophronium Tigellinum veterem impudicitiam in eo ſecutus.* *Præfectos prætorii* V. ſupr. Cal. 56. 2. §. 9.

12. PRINCIPIO, προοιμίῳ, anteloquio, quo citharœdi ſolebant uti emerendi favoris gratia, antequam legitimum certamen inchoarent. Illud deſcribit Xiphil. LXI. p. 699. A. Καὶ, Κύριοί μου ἐμοὶ, ἀκούσατε, εἶπεν ὁ αὐτοκράτωρ. *Quinetiam ipſe Imperator dixit: domini mei, audite me benevolis animis.* V. etiam *Beroaldum*, & *Lipſ. Tacit. in Ann. p. 160.*

13. NIOBE filia fuit Tantali & Dejones. Hanc in conjugium accepit Amphion. Quæ cum Latonæ partum antepoſuiſſet, ſuperbiuſque locuta eſſet in Apollinem & Dianam, liberis interfectis flendo lapidea facta eſſe dicitur in monte Sipylo. V. *Homer. Iliad.* XXIV. 602. .. 617. *Apollod. Biblioth.* III. 5. §. 6. *Hygin. fab.* 9. *Ovid. Metam.* VI. 146. .. 310.

14. PER CLUVIUM RUFUM, de cujus opera Neroni navata Xiphil. LXIII. p. 721. D. Ἠγωνίσατο δὲ ἐν πάσῃ ὁμοίως πόλει ἀγῶνα ἐχούσῃ. κήρυκι πρὸς πάντα τὰ κηρύγματα ὀνόματι Κλουβίῳ Ῥούφῳ ἀνδρὶ ὑπατευκότι χρησάμενος. *Certavit in omnibus urbibus, in quibus fiebant certamina, utique quotieſcunque præconio opus fuit, Cluvio Rufo viro conſulari eſt uſus.*

15. CONSUL fuit Cluvius Rufus cum Pompejo Silvano. Joſeph. Ant. Jud. XX. 1. Ἐγράφη πρὸ τεσσάρων καλανδῶν ἐπὶ ὑπάτου Ῥούφου καὶ Πομπηίου Σιλουανοῦ. *Data quarto Kalendas Rufo & Pompejo Silvano conſulibus.* Fuerunt hi conſules ex Kalendis Juliis anni

tavit etiam in privatis ſpectaculis [17] operam inter ſcenicos [18] dare, quodam prætorum [19] HS decies offerente. 6 Tragœdias quoque cantavit perſonatus [20]: heroum deorumque, item heroidum ac dearum [21] perſonis effictis ad ſimilitudinem oris ſui, & feminæ, prout quamque diligeret. 7 Inter cætera cantavit [22] *Canacem* [23] *parturientem*,

anni ab U. C. 797. V. *Faſtos Capitolinos*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 575.

16. SE PUBLICARE i. ſui *publice* copiam facere, ſe *publico* in theatro oſtendere, & cantare. Tacit. Ann. XVI. 4. 3. *Mox flagitante vulgo, ut omnia ſtudia ſua publicaret (hae enim verba dixere) ingreditur theatrum.*

17. PRIVATUM SPECTACULUM dixit etiam Lampridius ſupr. 11. 3. §. 9. Quid fuerit, dictum ſupr. Aug. 28. 2. §. 5.

18. SCENICOS artifices V. ſupr. Cæſ. 84. 6. §. 43.

19. PRÆTORIS in conſpectu privata quoque ſpectacula interdum ſunt actitata. Quintil. Inſt. III. *Qui artem ludicram exercuerit, in quatuordecim ſenatoribus ne ſedeat. Qui ſe pretori in hortis oſtenderat, neque erat productus, ſedit in quatuordecim ordinibus.* Buleng. de theat. I. 11. Juven. Sat. VIII. 149.

Nec dubitant Celſi pretoris vendere ludis.

Fuit vero hic Larcius Lydus, ut dicitur Xiphil. LXIII. p. 724. B. *Λάρκιος δέ τις Λυδὸς προσῆλθεν αὐτῷ, πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας προσφέρων, ἵνα κιθαρῳδήσῃ· καὶ ὃς τὸ μὲν ἀργύριον οὐκ ἔλαβεν, ἀπαξιώσας μισθοῦ τι ποιῆσαι.* *Tum quidam Larcius Lydus ad eum venit, obtulitque ei decies ſeſtertium*, (V. ſupr. Cæſ. 26. 4. §. 24.) *ut cithara caneret: quos etſi* Nero *repudiavit, ratus ſibi turpiſſimum eſſe, mercede aliquid facere....*

20. PERSONATUM viderat ſæpe Vindex Neronem. Xiphil. E. *Εἶδον ὦ ἄνδρες, εἶδον τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον ἐν τῷ τοῦ θεάτρου κύκλῳ, καὶ ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ, ποτὲ μὲν κιθάραν ἔχοντα, καὶ ὀρθοστάδιον, καὶ κοθόρνους, ποτὲ δὲ ἐμβάτας καὶ προσωπεῖον.* *Vidi viri, vidi inquam virum illum in ipſo theatri circulo, & in orcheſtra gerentem citharam, orthoſtadium, cothurnos, nonnunquam ſoccos & perſonam.* *Perſonatus* eſt larvatus. Senec. Epiſt. 24. *Pueri, quos amant, quibus ludunt, ſi perſonatos vident, expaveſcunt.* Hinc *perſonata fabula quadam Nævii inſcribitur, quam putant quidam primum actam a perſonatis hiſtrionibus, ſed cum poſt multos annos comœdi, & tragœdi perſonis uti experunt, veriſimilius eſt eam fabulam propter inopiam comœdorum actam novam per Atellanos, qui proprie vocantur perſonati, quia jus eſt iis non cogi in ſcena ponere perſonam, quod ceteris hiſtrionibus pati neceſſe eſt.* Feſtus. *Perſonam* hiſtrionum eſſe larvam dixi *præfat. ad Chriſtianæ religionis fundamenta p.* 5. Et illam Græci dicunt *πρόσωπον* & *προσωπεῖον*. Pollux II. 23: IV. 18. *Καὶ προσωπεῖον, τὸ μορμολύκειον, τὸ δὲ αὐτὸ, καὶ πρόσωπον, καὶ προσωπίς.* Et *προσωπίδας* vocarunt, quibus mulieres vultum tegebant, *maſquas* vulgo dicimus. Heſychius. *Προσωπεῖον, ἡ τῶν καλυμμάτων τῶν γυναικῶν προσωπίς.* Quod obſervavit illuſtriſſimus *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 401. *a. G. b. A.* Illas quis invenerit, ignorare ſe fatetur Aulot. Poet. c. 5. *Τὶς δὲ πρόσωπα ἀπέδωκε, ἠγνόηται.* *Quis autem perſonas repererit, ignoratur.* Invenit tamen Æſchylus. Horat. Art. n. 278.

Poſt hunc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus.

Suidas. *Αἰσχύλος πρῶτος εὗρε προσωπεῖα δεινὰ καὶ χρώμασι κεχρισμένα ἔχειν τοὺς τραγικοὺς σκηνίτας.* *Æſchylus primus reperit perſonas horrificas oblitas, quibus tragici uterentur.* V. *Buleng. de theat.* I. 54. *Mariſc. de perſ. c.* 2.

21. HEROIDUM.... nam & mulierum perſonas effingebant ſcenici. Juven. III. 93.

—— an melior cum Thaida ſuſtinet, aut cum
Uxorem comœdus agit, vel Dorida nullo
Cultam palliolo? mulier nempe ipſa videtur,
Non perſona loqui.

22. CANTAVIT i. illorum fabulas egit. V. ſupr. Cal. 54. 4. §. 7. Xiphil. LXIII. 719. D. *Καὶ τί ἄν τις ταῦτα αὐτοῦ μόνα δέξαιτο, ὁπότε καὶ ἐπὶ τοὺς ἐμβάτας ἀναβαίνων κατέπιπτεν ἀπὸ τοῦ κράτους, καὶ τὸ προσωπεῖον ὑποδύνων ἀπέβαλλε τὸ τῆς ἡγεμονίας ἀξίωμα; ἐδεῖτο ὡς δραπέτης, ἐποδηγεῖτο ὡς τυφλὸς, ἐκύει, ἔτικτεν, ἐμαίνετο· τόν τε Οἰδίποδα, καὶ τὸν Θυέστην, τόν τε Ἡρακλέα, καὶ τὸν Ἀλκμαίωνα, τόν τε Ὀρέστην ὡς πλήθει ὑποκρινόμενος, καὶ τά γε πρόσωπα ποτὲ μὲν αὐτοῖς ἐοικότα, ποτὲ δὲ καὶ ἑαυτῷ εἰκασμένα ἔφερε.* *Quas res quis in eo ſolas deploret: quando ſoccos induens de majeſtate imperatoria decidebat: perſonam induens principatus dignitatem abjiciebat: ut fugitivus vinciebatur, ut cæcus ducebatur, prægnans erat, pariebat, inſaniebat: Oedipum, Thyeſtem, Herculem, Alcmæonem, Oreſtem plurimum agebat, ac perſonas, nunc illis, nunc ſibi ſimiles gerebat.* Et inde dicendus fuit Thyeſtes, Oedipus, Alcmæon, Oreſtes, ut qui illorum perſonas egerit, & illas horum appellationes ſibi pro Cæſaris, Imperatoris, Auguſti nominibus impoſuerit. Xiphil. p. 725. B. *Οὗτος δὲ ὁ Θυέστης τε καὶ Οἰδίπους, Ἀλκμαίων τε, καὶ Ὀρέστης δικαιότατ' ἂν καλοῖτο· τούτους γὰρ ὑποκρίνεται, καὶ ταύτας ἀντ' ἐκείνων τὰς ἐπωνυμίας* (ut quidem legit *Sylburgius*) *ἀντεπιτίθεται.*

23. CANACES hiſtoriam hanc eſſe prodidit Plutarch. Parall. p. 312. *Αἴολος τῶν κατὰ Τυῤῥηνίαν βασιλεὺς ἔσχεν ἐξ Ἀμφιθέας θυγατέρας ἓξ, καὶ ἴσους ἄῤῥενας. Μακαρεὺς δὲ ὁ νεώτατος ἔρωτι ἔφθειρε μίαν, ἡ δὲ παιδίον ἐγέννησεν· πεμφθέντος δὲ καὶ ξίφους πεμφθέντος ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἄνομον κρίνασα ἑαυτὴν διεχειρίσατο.* *Æolus Etruriæ, & vicinorum locorum rex ex Amphithea filias ſex, totidemque filios habuit. Horum minimus natu Macareus cum ſororum una corpus miſcuit, & puerulum peperit: & miſſo a patre ad prolem necandam enſe, impium hoc rata, interfecit ſeipſam.* Fabulam vero Ovid. Hereid. XI. Hygin. fab. 238. & 243.

tem [24], Oreſtem [25] matricidam, Oedipodem [26] excæcatum, Herculem [27] inſanum. In 8
qua fabula fama eſt tyrunculum militem poſitum ad cuſtodiam aditus [28], cum eum ornari ac vinciri catenis [29], ſicut argumentum poſtulabat [30], videret, accurriſſe ferendæ opis gratia [31].

24. PARTURIENTEM. Xiphil. LXIII. p. 725. A. Εἶδον αὐτὸν κύοντα δὴ, τίκτοντα δὴ, πάνθ' ὅσα μυθολογεῖται, καὶ λέγοντα, καὶ ἀκούοντα, καὶ πάσχοντα, καὶ δρῶντα. *Vidi illum*, Neronem, *quum uterum ferret, quum pareret: vidi omnia, quæ fabulis prodita ſunt, quum diceret, & audiret, & pateretur, & faceret.* p. 720. B. Ἕτερος δὲ, ἐρομένου τινὸς, τί ποιεῖ ὁ αὐτοκράτωρ; ἀπεκρίνατο, ὅτι τίκτει· καὶ γὰρ τὴν Κανάκην ὑπεκρίνετο. *Alter rogatus, quid faceret imperator; parit, inquit: tum enim Canacem agebat.*

25. ORESTES *Agamemnonis & Clytemneſtræ filius, poſtquam in puberem ætatem venit, ſtudebat patris ſui mortem exſequi. Itaque conſilium capit cum Pylade, & Mycenas venit ad matrem Clytemneſtram, dicitque ſe Æolium hoſpitem eſſe, nuntiatque Oreſtem eſſe mortuum, quem Ægiſthus populo necandum demandaverat. Ægiſthus illos lætabundus hoſpitio recepit, ſed occaſione capta noctu Clytemneſtram matrem & Ægiſthum interficiunt.* Hygin. fab. 119. Sophocl. Electr. n. 1.... Euripides Oreſte. Hujus fabula frequentius in theatris cantabatur. Unde Virg. Æn. IV. 471.

Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes.

26. OEDIPUS *Laji & Jocaſtes filius.... re audita, poſtquam vidit ſe tot ſcelera nefaria feciſſe, ex veſte matris fibulas detraxit, & ſe luminibus privavit, regnumque filiis ſuis alternis annis tradidit, & a Thebis Antigona filia duce profugit.* Hygin. fab. 67. Apollod. Biblioth. III. 5. §. 7. 8. 9. Diodor. Biblioth. IV. p. 266. 267. Senec. Oedipo. Ejus meminit & noſt. infr. 46. 9.

27. HERCULES μετὰ τὴν πρὸς Μινύας αὐτοῦ μάχην συνέβη κατὰ ζῆλον Ἥρας μανῆναι· καὶ τούς τε ἰδίους παῖδας, οὓς ἐκ Μεγάρας εἶχεν, εἰς πῦρ ἐμβαλεῖν, *poſt confectam cum Minyis pugnam, Junonis odio in furorem incidit, ac ſuos ipſe filios ex Megara procreatos in ignem conjecit.* Apollod. Biblioth. II. 4. §. 12. Plutarch. de ſuperſtit. p. 167. C. Diodor. Biblioth. IV. p. 219. Hygin. fab. 241. Euripides & Seneca Hercule Furente.

28. ADITUS i. introitus ſcenæ, in qua Nero agebat Herculem. *Beroaldus.*

29. CATENIS *aureis.* Xiphil. p. 720. A. Χρυσαῖς μέντοι ἁλύσεσιν ἐδεσμεύετο· καὶ γὰρ οὐκ ἔπρεπεν, ὡς ἔοικεν, αὐτοκράτορι Ῥωμαίων σιδηραῖς δεῖσθαι. *Vinciebatur catenis aureis: non enim convenire videbatur, principem Romanum ferreis conſtringi.*

30. SICUT ARGUMENTUM POSTULABAT i. dum ſic inducebatur, ut perſona, quam referebat, requirebat. Hinc ornamentorum ſcenicorum mentio toties fit apud *Plaut. Amph. prol. v.* 85. *Ciſtel. greg. v.* 3. *Perſ.* I. 3. 89. *Trin.* IV. 2. 16. 17.

31. FERENDÆ OPIS GRATIA i. ut ſolveret illum. Xiphil. B. Ἀλλ' εἷς μέν τις στρατιώτης, ἰδὼν αὐτὸν δεδεμένον, ἠγανάκτησε, καὶ προσδραμὼν ἔλυσεν. *Sed unus quidam e militibus, ut illum vinctum vidit, ægre tulit, accurrit, & ſolvit.*

CAPUT XXII.

ARG. *De circenſibus plurimum loquitur, ad illos etiam minimos commeat, in hortis, circoque maximo aurigat, & Achajam, illic quoque cantaturus, petit Nero Claudius Cæſar.*

Equorum ſtudio vel præcipue ab ineunte ætate [1] flagravit, plurimuſque illi ſermo, 11
quamquam vetaretur [2], de circenſibus [3] erat: & quondam tractum [4] praſinum [5] agita-

* AB INEUNTE ÆTATE.... Idem de Nerone Tacit. Ann. XIII. 3. 7. *Nero puerilibus ſtatim annis vividum animum in alia deterſit: regimen equorum exercere.* Et ita ſolebant adoleſcentuli. De Cæſare Plutarchus ſupr. Cæſ. 57. 1. §. 1. Imo probris notabantur equitandi imperiti. Horat. Od. III. 24. 54.

——— *neſcit equo rudis*
Hærere ingenuus puer.

2. VETARETUR a præceptoribus, & pædagogis. *Sabellicus.*

3. DE CIRCENSIBUS *ſermones* illorum temporum taxant Auctor libri de cauſ. corr. eloq. 20. 3. *Jam vero propria, & peculiaria hujus urbis vitia, pæne in utero matris concipi mihi videntur, hiſtrionalis favor, & gladiatorum, equorumque ſtudia, quibus occupatus, & obſeſſus animus quantulum locum bonis artibus relinquit? quotumquemque inveneris qui domi quidquam aliud loquatur, quos alios adoleſcentulorum ſermones excipimus, ſi quando auditoria intravimus? nec præceptores quidem ullas crebriores cum auditoribus ſuis fabulas habent.* Lucian. Nigrin. p. 37. Ἤδη δὲ τούτων ἀποστὰς, τῶν ἄλλων αὖθις ἀνθρώπων ἐμέμνητο, καὶ τὰς ἐν τῇ πόλει ταραχὰς διεξῄει καὶ τὸν ὠθισμὸν αὐτῶν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὸν ἱππόδρομον, καὶ τὰς τῶν ἡνιόχων εἰκόνας, καὶ τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα, καὶ τοὺς ἐν τοῖς στενωποῖς περὶ τούτων διαλόγους. *Jam vero digrediens ab iſtis, aliorum rurſus hominum mentionem faciebat, & narrabat civiles tumultus, & plebis conſtipationes, & theatra, & circum, & aurigarum ſtatuas, & equorum appellationes,*

agitatorem inter condiſcipulos querens, objurgante magiſtro [6], de Hectore [7] ſe loqui
2 ementitus eſt [8]. Sed cum inter initia imperii eburneis quadrigis [9] quotidie in abaco [10] luderet, ad omnes etiam minimos circenſes [11] commeabat e ſeceſſu [12], pri-
3 mo clam, deinde propalam: ut nemini dubium eſſet eo die utique affuturum [13]. Neque diſſimulabat velle ſe palmarum [14] numerum ampliare [15]: quare ſpectaculum multiplicatis miſſibus in ſerum protrahebatur, ne dominis [16] quidem jam factionum [17]
4 dignantibus, niſi ad totius diei curſum, greges [18] ducere. Mox & ipſe aurigare [19], atque etiam ſpectari ſæpius voluit: poſitoque in hortis [20] inter ſervitia [21] & ſordidam plebem rudimento [22], univerſorum ſe oculis in circo maximo [23] præbuit, aliquo li-
5 berto [24] mittente [25] mappam [26]; unde magiſtratus [27] ſolent. Nec contentus harum

artium

res, & quæ de his in angiportu habentur colloquia. Caſaubonus, & Buleng. de circo. c. 39.

4. TRACTUM i. everſo curru implicitum loris, & per terram raptatum inſtar Hippolyti, & Hectoris. Scribon. Larg. XVIII. 104. *Nec minus arbore alta delapſis; vel ſcalis devolutis, excuſſis a rheda, vel curriculo, atque ita tractis.* Plin. XXVIII. 17. *Sic & quadrigis agendis tractos, rotave vulneratos.*

5. PRASINUM i. qui factionis erat *praſinæ*, de qua ſupr. Cal. 55. 6. §. 12. Radero Mart. XIII. 73. videtur, ſed perperam, agitatoris fuiſſe nomen proprium. Dicit enim: *Praſinus Purpureo dictus, Neronis auriga fuit. Suetonius in Nerone.*

6. MAGISTRO i. ludi moderatore. V. illum infr. 53. 4. §. 9.

7. DE HECTORE n. tracto ab Achille circum Iliacos muros in Patrocli ultionem. Homer. Iliad. XXII. 395.

Ἦ ῥα, καὶ Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήδετο ἔργα.
Ἀμφοτέρων μετόπισθε ποδῶν τέτρηνε τένοντε
Ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης, βοέους δ' ἐξῆπτεν ἱμάντας,
Ἐκ δίφροιο δ' ἔδησε: κάρη δ' ἕλκεσθαι ἔασεν.

Dixit, & in Hectorem divum indigna molitus eſt opera.
Amborum pone pedum perforavit nervos,
Ad talum uſque a calcaneo: bubulaque appendit lora,
Ex curru autem ligavit: caputque trahi ſivit.

8. EMENTITUS EST ſcitum mendacium. Et notandum etiam pueris tunc notum fuiſſe verſum Virg. Æn. I. 487.

Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros.

Torrentius.

* 9. QUADRIGIS parvis ex ebore factis, quæ puerili ſtudio filo protractæ, ut equis ſpatia conficiebant: & voluptas in iis erat, currus everſos, tractos aurigas.... cum riſu inſpicere. *Argol. in Panvin. de Lud. circenſ. I. 12.*

10. ABACUS tabula eſt luſoria, ſive aleatoria, ex ligno, vel ebore facta, in qua teſſeris & calculis ludebatur. Macrob. Sat. I. 5. *Vultiſne diem ſequentem, quem plerique omnes abaco & latrunculis conterunt, nos iſtis ſobriis fabulis, mutuis ex lecto relationibus exigamus?* V. *Souter. de Aleat.* I. 2. *Senfileb. de Alea c.* 11. §. 5. In illo quadrigæ eburneæ, ſive ex ebore formatæ circenſium ſimulacrum expreſſerunt. Ita Heliogabalus *quadrigas circenſium in tricliniis & in porticibus ſibi ſemper exhibuit pranſitans & cœnans* apud Lamprid. c. 27. Ut quidem putat *Caſaubonus.* Sed de veris quadrigis Lampridium interpretatur *Scheff. R. V.* I. 18. V. etiam *Argol. in Panvin. de Lud. Circ. p.* 24.

11. MINIMOS CIRCENSES i. *minimum circenſium* apparatum.

12. E SECESSU i. ex locis ſuburbanis, aut oppidis littoralibus, in quæ *ſecedere* conſueverat. *Sabellicus.*

13. AFFUTURUM in Urbe.

14. PALMAS Græco more victoribus fuiſſe datas, dixi ſupr. Cal. 32. 7. §. 23. Tria *palmarum* genera fuiſſe hujuſcemodi inſcriptiones oſtendunt: VICIT CXXX. SECVND. TVLIT. LXXXVIII. TER. TVL. VII. ut, qui primas tulit, viciſſe dicatur abſolute, alii ſint ſecundarum, tertiarumque *palmarum.* V. *Torrentium.*

15. AMPLIARE i. augere. Neronem imitatus eſt Domitianus infr. 4. 9.

16. DOMINIS, de quibus dixi ſupr. 5. 6. §. 11.

17. FACTIONUM, de quibus dictum ſupr. Cal. 55. 6. §. 12.

18. GREGES agitatorum, aurigarum. Horum enim cujuſcunque factionis multitudo *greges* vocabantur.

19. AURIGARE quid, docui ſupr. Cal. 54. 2. §. 4.

* 20. IN HORTIS ſuis in Vaticano, qui circo adjuncti in illa planitie fuerunt, quæ inter baſilicam Petri & Tiberim intercedit media. Tacit. Ann. XV. 44. 8. *Hortos ſuos ei ſpectaculo Nero obtulerat, & circenſe ludicrum edebat, habitu aurigæ permixtus plebi.* V. *Donat. de Urb. Rom.* III. 23. *Nardin. Rom. Vet.* VII. 13. *Borrich. Ant. Urb. Fac.* c. 16. §. 3.

21. SERVITIA i. ſervos. Hoc dictum ſupr. Cæſ. 47. 2. §. 11.

22. RUDIMENTUM PONERE i. antequam in circum publicum prodeas, artis periculum facere, ſpecimen dare, *experimenta dare*, ut mox noſter. Ita *rudimenta tyrocinii* IX. 1. 8. *rudimenta pueritia deponere* VII. 5. 3. dicit *Juſtinus.* V. & ſupr. Tib. 8. 1. §. 1.

23. CIRCO MAXIMO, quem deſcripſi ſupr. Cæſ. 39. 5. §. 25.

24. Li-

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

artium experimenta Romæ dediſſe, Achajam, ut diximus [28], petit, hinc maxime motus: inſtituerant civitates, apud quas muſici agones edi ſolent, omnes citharœdorum coronas ad ipſum [29] mittere. Eas adeo grate recipiebat, ut legatos [30], qui per- 6
tuliſſent; non modo primos admitteret [31], ſed etiam familiaribus epulis [32] interponeret.

24. Liberto, cum prius ipſe conſul eam *mittere ſolitus eſſet*. Juſtinian. Nov. 105. de conſule, conſulatu ſuſcepto, Kalendis Januariis in publicum proceſſuro. Μετ' ἐκείνην δὲ δευτέραν ἄξει θέαν τὴν ἁμιλλατηρίαν ἵππων, ἣν δὴ μάππαν προσαγορεύουσι.... Πάλιν δὲ θέαν ἵππων ἁμιλλατηρίων ἐπιτελέσει, ἤτοι τὴν καλουμένην μάππαν. *Ab illo ſecundum producet ſpectaculum circenſium equorum, quam ſane mappam vocant..... Rurſus aliud edet circenſium ſpectaculum, quam mappam vocant*. Juven. x. 36.

Quid ſi vidiſſet prætorem in curribus altis
Exſtantem.

Schol. *Mappam*, inquit, *mittentem in circo conſulem deſcribit poeta*. Vel prætor. Mart. xii. 25. 9.

Cretatum prætor cum vellet mittere mappam.

Vel, ſi & ille abeſſet, dictator in illum finem dictus. Liv. viii. 40. *Nec diſcrepat, quin dictator eo anno A. Cornelius fuerit: id ambigitur, belline gerendi cauſa creatus ſit, an ut eſſet, qui ludis Romanis, quia L. Plautius prætor gravi morbo forte implicitus erat; ſignum mittendis quadrigis daret, functusque eo haud ſane memorandi imperii miniſterio, ſe dictatura abdicaret*. Ita tamen, ut eam miſerint magiſtratus interdum per mapparium, qui forte noſtro hic *libertus*. Docet hoc Cedren. p. 139. Ἔθος ἦν τοῖς ὑπάτοις ἐπὶ τῶν θεάτρων εὐωχεῖσθαι, μετὰ δὲ τὸ παύσασθαι τῆς εὐωχίας τὸ ἐν χερσὶν ἐκμαγεῖον, ὃ καὶ μάππαν καλοῦσι, ἐρρίπτετο, ὅπερ ὑποδεχόμενος ὁ λεγόμενος μαππάριος τὸν ἀγῶνα παρεσκεύαζεν. *Moris erat conſulibus in theatris convivari: ſublatis vero epulis mantile, quæ mappa dicitur, jaciebant, quam excipiens, qui dicebatur mapparius, certamen adornabat*. V. quoque *Buleng. de circo c. 16. Panvin. de lud. circ. 1. 14.*

25. Missam in circenſibus fuiſſe mappam victori aurigæ præmium, ad Quintilianum §. 26. laudandum dicit vetus ejus interpres. *Cur mappam, uſitatum circo nomen Fabius dixit? an quod in ludis circenſibus mappa a prætore victori aurigæ veteri inſtituto mitti ſolebat?* ſed ſignum mittendis quadrigis Livius ſupr. §. 22. & ferarum irritamen. Senec. de Ira iii. 30. *Urſos leoneſque mappa irritat*. Ad quem Lipſius, qui habet ὁμόψηφος Demſter. Paral. ad Roſin. Ant. Rom. p. 53. ecit Traj. *Mappa, quæ candicat, mota & reciprocata beſtias illas irritavit*.

26. Mappa Punicum eſt vocabulum. Quintil. Inſtit. 1. 5. *Mappam, uſitatum circo nomen, Pœni ſibi vindicant*. Quadrigis committendis ſignum dare etiam vetuſtis temporibus moris fuit. Refert hoc in Annalibus Ennius apud Cicer. de Divin. 1. 48.

At Romulus pulcer in alto
Quærit Aventino, ſervans genus altivolantum:
Certabant, urbem Romam, Remoramne vocarent.
Omnis cura viris, uter eſſet induperator.
Exſpectant, veluti conſul cum mittere ſignum
Vult: omnes avidi ſpectant ad carceris oras,
Qua mox emittat pictis ex faucibu' currus.

Id antiquitus fiebat face accenſa. Ad quam reſpexit Solin. c. 45. *Quidam enim equorum cantibus tibiarum, quidam colorum varietate, nonnulli etiam accenſis facibus ad curſum provocantur*. Mappæ mittendæ originem ad Neronem refert Caſſiodor. Var. iii. 51. *Mappa, quæ ſignum dare videtur circenſibus, tali caſu fluxit in morem. Cum Nero prandium protenderet, & celeritatem, ut aſſolet, avidus ſpectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, juſſit abjici per feneſtram, ut libertatem daret certaminis poſtulandi. Hinc tractum eſt, ut oſtenſa mappa certa videatur eſſe promiſſio circenſium futurorum*. V. etiam *Bulengerum, Panvinium*, in hunc *Argol. p. 31. b. Calderin. Obſerv.* iii. 14. *Pancirol. de* 14. *region. Urb. p.* 18. *Braſſeum in Caſſiodorum. Mappæ* miſſæ iconiſmum exhibet *Ruben. Elect.* 1. 30.

27. Magistratus ſolebant mappam mittere ex fornicatis cameris, quæ carceribus, & oſtiis impoſitæ erant. Cujus rei quædam imago in priſcis numiſmatis expreſſa eſt. Illic, antequam mappa mitteretur, ſignum aliquod exigebatur, quo fixo omnes oculum ad mappam mittendam vertebant. Chryſoſt. Orat. de circo. Ὡς γὰρ ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ πάντων οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπὶ τὸ μαππάριον πεπηγότος τοῦ σημάντρου ἀτενίζουσι, ἐκδεχομένων τῶν ἐν τῇ βουλῇ ἐκεῖνο τὸ ἀνοίγειν. *Ut enim in circo omnium oculi feruntur in mapparium, poſtquam ſignum fixum fuit, cum ii, qui ſunt in conſilio editoris ſigni illius aperiendi poteſtatem acceperint*. Tertull. de ſpectac. c. 16. *Adſpice populum ad id ſpectaculum jam cum furore venientem, jam tumultuoſum, jam de ſponſionibus concitatum. Tardus eſt illi prætor, ſemper oculi ejus in urna ejus cum ſortibus volutantur. Dehinc ad ſignum anxii pendent, unius dementia una vox eſt. Cognoſce dementiam de vanitate. Miſit dicunt, & nuntiant invicem quod ſemel ab omnibus viſum eſt. Teneo teſtimonium cæcitatis, non vident miſſum quid ſit, mappam putant: ſed eſt diaboli ab alto præcipitati figura*. V. *Bulengerum*.

28. Ut diximus ſupr. 19. 1.

29. Ad ipsum, tanquam ad deum muſices, & Apollinem novum Μουσῶν προστάτην. *Caſaubonus.*

* 30. Legatos epulis interponere ſolebant Imperatores & Reges. Caſſiod. Var. vi. 9. *Legati pene ex tota orbis parte venientes, cum noſtris cœperint intereſſe conviviis, admirantur....*

31. Admitteret i. ante alios exſpectantes, & colloquium deſiderantes introduci vellet.

Eeeee, 32. Eru-

7 ret. A quibuſdam ex his rogatus, ut cantaret ſuper cœnam [33], exceptuſque effu-
8 ſius [34], *ſolos [35] ſcire audire [36] Græcos, ſoloſque ſe & ſtudiis [37] ſuis dignos* ait. Nec profectione dilata, ut primum Caſſiopen [38] trajecit, ſtatim ad aram Jovis Caſſii [39] cantare auſpicatus eſt.

32. Epulis imperatorum *interponi* maximi erat honoris, ut narravi ſupr. Cal. 39. 3. §. 16.

33. Super coenam V. Curt. VI. II. 27. §. 51.

34. Effusius i. immodicis laudationibus, exquiſitis acclamationibus. Adulandi enim ſcientiſſimam Græcorum gentem dicit Juven. III. 86.

Quid quod adulandi gens prudentiſſima laudat
Sermonem indocti....

Et Cicer. Epiſt. ad Q. Fratr. I. I. 5. *Sic vero fallaces ſunt permulti Græci, & leves, & diuturna ſervitute ad nimiam aſſentationem eruditi.* V. & *Beroaldum.*

* 35. Solos i. præcipue, maxime, ante omnes alios. Senec. Hippol. n.874.

Aures pudica conjugis ſolas timet.

Ubi plura *Gronovius.*

36. Audire cum judicio, pro quo *auris* ſæpe veteribus dicitur.

37. Studia Neronis artes ejus etiam dixerunt adulatores. V. Tacit. ſupr. 21. 4. §. 16.

* 38. Cassiopen Epiri urbem eſſe dicunt Stephanus & Strab. VII. p. 224. ſed & in Corcyra inſula cum Caſſii Jovis templo locat Plin. IV. 12. *Inſula ex adverſo Theſprotiæ Corcyra, cum urbe ejuſdem nominis Corcyra, liberæ civitatis, & oppido Caſſiope, temploque Caſſii Jovis.* De qua hunc locum interpretari nunc malumus.

* 39. Jovis Cassii modo meminit Plinius. Divæ Mariæ, dictæ in Caſſopo, quia ex Caſſiopes ruinis, illic nunc ædificatum eſſe templum ad Plinium docet *Dalechampius.* Nummos *Jovem Caſſium* exhibentes in Corcyra quotidie effodi, ſeque cum illas pertranſiret, plurimos contrectaſſe & comparaviſſe, dicit magnus Antiquarius *Jac. Sponius Miſc. Erud. Antiq. ſect.* 3. §. 8.

CAPUT XXIII.

ARG. *Certamina omnia obit, in unum annum cogit, præter conſuetudinem committit, ob illis revocari non vult, ex theatro neminem dimittit, & tamen trepide, anxieque certat Nero Claudius Cæſar.*

1 Certamina deinceps obiit omnia [1]. Nam & quæ diverſiſſimorum temporum ſunt, cogi in unum annum [2] quibuſdam etiam iteratis juſſit; Olympiæ [3] quoque præter conſuetudinem [4] muſicum agona [5] commiſit. Ac, ne quid circa hæc occupatum
2 avocaret

1. Omnia certamina, Olympia, Pythia, Iſthmia. Philoſt. Apollon. IV. 8. Τὰ γὰρ βασίλεια ἐκλιπὼν, ἐς τὴν Ἑλλάδα ἀφίκετο, κηρύγμασιν ὑποθήσων ἑαυτὸν Ὀλυμπικοῖς τε, καὶ Πυθικοῖς· ἐνίκα δὲ καὶ Ἰσθμοῖ. Αἱ δὲ νῖκαι ἦσαν κιθαρῳδίας καὶ κήρυκος· ἐνίκα δὲ τραγῳδοὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ. *Qui, Nero, relicta regia in Græciam venit præconiis Olympiis, Pythiiſque ſe ſubjiciens, quamvis Iſthmia etiam vicerit. Erant autem ejus victoria cantus ad citharam & præconium. Vicit etiam tragœdos in Olympiis.*

2. Cogi in unum annum, ut illorum legitimum tempus anteverteret. In hanc ſententiam Beroaldus putat dicere Philoſtr. ibid. V. 2. Πατρίου μὲν γὰρ τοῖς Ὀλυμπίοις τὸ πέμπτον ἑκάστου ἔτους, ἐκέλευσε τοὺς Ἠλείους Νέρων ἀναβαλέσθαι αὐτὰ ἐς τὴν ἑαυτοῦ ἐπιδημίαν. *Cum enim conſuetudo exigat circa finem anni ludos celebrari, Nero Elienſes juſſit in adventum ſuum illos differre.* Hinc, de Procopio ubi agit, Themiſt. Orat. 9. p. 126. Καὶ τὴν μὲν στενὴν γερουσίαν ἐπετράσσετο ἐσφοραῖς πολυταλάντοις, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἑκάστου μᾶλλον δὲ χειμῶνος ἑνός, οὐχ᾽ ἱερῶν χρόνον, ὥσπερ Νέρων, τὸν τῶν Ὀλυμπίων μετατιθεὶς καὶ μεταβάλλων, ἀλλὰ τὸ ἐς πέρυσι, καὶ τὸ ἐς νέωτα, τὸ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν μῆνα συνοχλάσας τῆς ἐσπράξεως. *Quin ampliſſimo ſenatorum ordini acerbiſſima tributa impoſuit, neſcio quomodo in unum annum, vel, ut verius dicam, hyemem, non feſti duntaxat tempus antevertens, quemadmodum olim a Nerone factum, qui Olympiorum tempus in aliud commutavit: ſed ſuperioris, & inſequentis anni tributum exigens, ita ut unum, eundemque menſem exactionibus arctaret.*

3. Olympiam deſcripſi ſupr. Cal. 57. 2. §. 1. In ludis *Olympiacis* ter viciſſe Neronem ſcribit Philoſtr. Apollon. V. 3. Ἀφικομένου δέ τινος ἐς Γάδειρα μετὰ ταῦτα, τῶν τὰς ταχίστας διαθεόντων δρόμους, καὶ κελεύοντος εὐαγγέλια θύειν, τρὶς Ὀλυμπιονίκην Νέρωνα ᾄδοντας. *Poſt hos ſermones velociſſimus quidam curſor venit Gades, jubens, ob ſauſtum nuntium incolas ſacra facere, & ter Olympiorum victorem Neronem decantare.*

4. Præter consuetudinem; quia muſicum certamen in Olympiacis celebrari non ſolebat. Philoſtr. V. 2. Τραγῳδίας δ᾽ ἀπαγγείλας, καὶ κιθαρῳδίας, οἷς μήτε σκηνὴ πρὸς τὰ τοιαῦτα· στάδιον δὲ αὐτοφυὲς, καὶ γυμνὰ πάντα. *Tragœdorum præterea, & citharœdorum propoſuit certamina apud illos, quibus neque theatrum eſt, neque ſcena eſt, ut hi agones edantur: ſed ſtadium ſpontaneum & nativum, & nuda iſta.*

5. Musici agones dicebantur, cum aut poetæ inter ſe committerentur, aut fidicines, tibicines, aut citharœdi. Tales celebrabantur apud Lalichmium in Elide. Pauſan. Eliac. p. 2.2. Ἐν τούτῳ τῷ γυμνα-

avocaret detineretve, cum præſentia ejus urbicas res egere a liberto Helio [6] admoneretur [7], reſcripſit his verbis. *Quamvis nunc tuum conſilium ſit & votum, celeriter reverti me; tamen ſuadere & optare potius debes, ut Nerone dignus [8] revertar.* Cantante eo ne neceſſaria quidem cauſa excedere theatro [9] licitum erat. Itaque & enixæ 3
quædam in ſpectaculis dicuntur, & multi tædio audiendi laudandique [10], clauſis oppidorum portis, aut furtim deſiluiſſe de muro, aut morte ſimulata funere elati [11].
Quam autem trepide anxieque certaverit [12], quanta adverſariorum æmulatione, quo 4
metu [13] judicum [14], vix credi poteſt. Adverſarios quaſi plane conditionis ejuſdem 5
obſervare, captare, infamare ſecreto, nonnunquam ex occurſu maledictis inceſſere [15]:

ac,

γυμνασίῳ καὶ βουλευτήριόν ἐστιν Ἠλείοις, καὶ ἐπιδείξεις ἐνταῦθα λόγων τε αὐτοσχεδίων καὶ συγγραμμάτων ποιοῦνται παντοίων. *In hoc gymnaſio ſenaculum eſt Eleis, & declamationes ibi fiunt orationum ex tempore, & ſcriptorum omnis generis.* V. Buleng. de theatr. II. I.

6. HELIUS *libertus* fuit *rei familiari principis in Aſia impoſitus.* Tacit. Ann. XIII. I. 3. Quam gratioſus apud Neronem fuerit, narrat Xiphil. LXIII. p. 720. C. D.

7. ADMONUIT Helius Neronem ſæpius per literas. Xiphil. p. 723. C. Ὁ δὲ Ἥλιος πολλάκις μὲν καὶ πρότερον ἐπιστείλας αὐτῷ, παραινῶν ὅτι τάχιστα ἀνακομισθῆναι· ὡς δ' οὐκ ἐπείθετο, ἦλθεν αὐτὸς εἰς τὴν Ἑλλάδα ἑβδομαῖος, καὶ ἐξεφόβησεν αὐτὸν, εἰπὼν μεγάλην τινὰ ἐπιβουλὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ παρασκευάζεσθαι κατ' αὐτοῦ. *Helius cum antea ſæpe Neronem per literas hortatus fuiſſet, ut quam celerrime reverteretur, neque is pareret: in Græciam ſeptem diebus pervenit, eumque perterruit, quod magnam conjurationem in Urbe contra ipſum parari diceret.*

8. NERONE DIGNUS, exiſtimans ſe Romam reverti non poſſe *dignum* ſemetipſo, & majeſtate imperatoria, niſi muſico certamine citharœdos ſuperaſſet. *Beroaldus.*

9. THEATRO EXCEDERE. Unde Tacit. Ann XVI. 5. 3. *Conſtitit alios, dum diem, noctemque ſedilibus continuant, morbo exitiabili correptos: quippe gravior inerat metus, ſi ſpectaculo defuiſſent, multis palam, & pluribus occultis, ut nomina, ac vultus, alacritatem, triſtitiamque coeuntium ſcrutarentur. Unde tenuioribus ſtatim irrogata ſupplicia, adverſus illuſtres diſſimulatum ad præſens, & mox redditum odium.* Not. Veſp. 4. 7.

10. Non LAUDASSE Neronem cantantem crimini fuiſſe verſum docet Xiphil. LXIII. p. 721. E. Ἐτηροῦντο δὲ ἀκριβῶς καὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων ἀεί ποτε καὶ αἱ εἴσοδοι, καὶ αἱ ἔξοδοι, τά τε σχήματα, νεύματα, καὶ τὰ ἐπιβοήματα· καὶ οἱ μὲν ἀεὶ συνόντες αὐτῷ, καὶ σπουδαίως ἀκροώμενοι, τορῶς τε ἐκβοῶντες, ἐτιμῶντο, καὶ ἐπῃνοῦντο· οἱ δὲ λοιποὶ καὶ ἠτιμάζοντο, καὶ ἐκολάζοντο. *Obſervabantur diligenter ingreſſiones & egreſſiones* omnium, *oris habitus, nutus, acclamationes: tum qui cum eo erant ſemper, ſtudioſeque auſcultabant, & voce clara exclamabant, laudibus & honoribus afficiebantur: cæteri aut notabantur ignominia, aut alias pœnas dabant.* Unde Philoſtr. Apollon. V. 2. Δίκας τὰς πολλὰς ἀναφέροντας, καὶ τὰς μὲν ἄλλας, ἴσας· τὰς δὲ ἐπὶ τοῖς θεάτροις καὶ ταῖς ᾠδαῖς οὐκ ἄλλως εἰσφερομένας Νέρωνος· ἢ παρῆσθα μὲν, ῥαθύμως δὲ ἠκροῶ· ἐγέλας, οὐκ ἔθυσας ὑπὲρ τῆς φωνῆς, ἵνα Πυθοῖ λαμπροτέρα ἔλθοι. *Accuſationes autem quot, quantaſque ex theatris oriri tenſes: cum delatores ita redarguant, non veniſti auditum Neronem, aut veniſti quidem, ſed negligenter, & non attente audiebas: riſiſti plane, non plauſiſti, non pro ipſius voce ſacrificaſti, ut clarior ad Pythium veniret.*

11. FUNERE ELATOS *multos ſimulata morte audiendi tædio* dicit & Dio p. 722. A. Ὥστε τινὰς μὴ δυναμένους ἐπὶ πολὺ ἀντέχειν (πολλάκις γὰρ καὶ μέχρι τῆς ἑσπέρας ἐξ ἑωθινοῦ παρετείνοντο) προσποιεῖσθαί τε ἐκλείπειν, καὶ νεκροὺς δῆθεν ἐκ τῶν θεάτρων ἐκφέρεσθαι. *Itaque multi, quum durare non poſſent diutius, quod ſpectacula a matutino tempore producerentur uſque ad veſperum, emori ſe ſimulabant, & inſtar mortuorum e theatris exportabantur.*

12. QUAM.... CERTAVERIT, hiſce docet Philoſtr. Apollon. V. 2. Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ὡς μὲν ἐγὼ, ἔφη, Τελεσίνου ἤκουσα, δέδιεν ὁ χρηστὸς Νέρων τὰς Ἠλείων μάστιγας. παρακαλουμένων γὰρ αὐτὸν τῶν κολάκων νικᾶν τὰ Ὀλύμπια, καὶ ἀνακηρύττειν τὴν Ῥώμην, ἤν γε, μὴ ἔφη με (ut legendum aſſerit Faber. Agon. I. 19.) βασκήνωσιν Ἠλεῖοι; λέγονται γὰρ μαστιγοῦν καὶ φρονεῖν ὑπὲρ ἐμέ. *Tunc Apollonius: audivi ex Teleſino, Elienſium lora imperatorem extimeſcere. Cum enim aſſentatores ipſum hortarentur, ut in Olympiis decertans victricem Romam præconis voce prædicari faceret: modo, mihi, inquit, Elienſes non inviderent. Feruntur enim verberibus cædere qui erraverint, atque etiam me ipſo elatiores eſſe.*

13. METUERIT quomodo judices Nero, monet Tacit. Ann. XVI. 4. 3. *Poſtremo flexus genu, cœtum illum manu veneratus, ſententias judicum opperiebatur ficto pavore.* Et juxta cum illo Xiphil. p. 719. D. Τοὺς ἀγωνοθέτας τούς τε μαστιγοφόρους φοβούμενος, καὶ χρήματα αὐτοῖς κρύφα ἅπασιν ἀναλίσκοντα, μὴ καὶ ἐλεγχθεὶς μαστιγωθῇ. *Præfectos certaminum, & flagelliferos pertimeſcere, iiſque clam pecuniam largiri, ne deprehenſus flagello cæderetur.*

14. JUDICUM, quos V. infr. 53. 4. §. 9.

15. INFAMARE.... *adverſarios.* Quod & de illo Xiphilinus. Τοὺς ἀντιπάλους ὑποβλέποντα, καὶ ἀεί τι πρὸς αὐτοὺς μεθ' ἀψιμαχίας λέγοντα. *Torve adſpicere adverſarios, eiſque ſemper per rixam maledicere.*

Digitized by Google

6 ac, ſi qui arte præcellerent, corrumpere etiam ſolebat. Judices autem prius, quam inciperet, reverentiſſime alloquebatur [16], *omnia ſe facienda feciſſe* [17], *ſed eventum in manu eſſe fortunæ* [18]: *illos ut ſapientes, & doctos viros fortuita debere excludere* [19]: atque ut auderet hortantibus, æquiore animo recedebat: ac ne ſic quidem ſine ſolicitudine taciturnitatem pudoremque quorundam pro triſtitia ac malignitate [20] arguens, ſuſpectoſque ſibi dicens.

16. REVERENTISSIME ALLOQUEBATUR, ut moris erat in veteri epigrammate de pantomimo.

Ingreſſus ſcenam populum ſaltator adorat,
Solerti pendet prodere verba manu.

Neronis in ſcenam prodeuntis vox quænam fuerit, dixit Xiphil. ſupr. 21. 3. §. 13. *Caſaubonus*, *Faber. Agon.* II. 34.

17. OMNIA SE FACIENDA FECISSE dictum erat ſollenne hieronicarum coronam ab athlothetis, aut hellanodicis, & agonum judicibus venerabunde poſcentium, opere per patientiam perfecto, atque conſummato, cum n. per totam & integram diem ſacris in agonibus legitime decertatum foret. Docet hoc Ariſtides Panathenaico. *Πῶς ἂν διὰ παντὸς ἂν εἴποι τις ἀφῖχθαι, καὶ καθάπερ τοὺς δρομέας τὰ γιγνόμενα πεπληρωκέναι.* Eo referendum eſt Apoſtoli dictum Epheſ. 6. 13. *Καὶ ἅπαντα κατεργασάμενοι στῆναι.* *Faber Agon.* II. 34. *Lyd. Agon. Sacr. c.* 35.

18. IN MANU ESSE FORTUNÆ, quia *fortuna* cum in rebus aliis, tum in certaminibus omnibus maxime dominatur. In hanc ſententiam Apul. Flor. p. 363. *Omnibus bonis in rebus conatus in laude, effectus in caſu eſt.* Beroaldus.

19. FORTUITA EXCLUDERE i. ex eventu non judicare. Sæpe numero melior a deteriore *fortuito* ſuperatur. Homines vero *hoc plerumque faciunt, ut conſilia eventis ponderent: & cui bene quid proceſſerit, multum illum providiſſe, qui ſecus, nihil ſenſiſſe dicant.* Cicer. pro Rabir. Poſt. c. 1.

20. MALIGNITATE i. invidia, ut illam explicui ad Curt. VIII. I. 23. §. 74.

CAPUT XXIV.

ARG. *Citharœdorum legi obedit, victorem ſeipſe pronuntiat, pluriſariam aurigat, & decedens provinciam libertate, civitate, & pecunia grandi donat Nero Claudius Cæſar.*

1 In certando vero ita legi [1] obediebat, ut nunquam excreare [2] auſus, ſudorem quoque frontis [3] brachio [4] detergeret: atque etiam in tragico quodam actu [5], cum elapſum

LEGES *citharæ* etiam denarrat Tacit. Ann. XVI. 4. 3. *Ne feſſus reſideret: ne ſudorem, niſi ea, quam indutui gerebat, veſte detergeret: ut nulla oris, aut narium excrementa viſerentur.*

2. EXCREARE i. vi, & conatu de pectore ſputum ejicere. Priap. II. 9.

Dentem de tribus excreavit unum.

Plaut. Amphit. IV. 3. 6.

—— *ut cum dentibus linguam excrees.*

V. & *Cyllen. in Tibul.* I. 7. 36. Hanc vero reverentiam theatro, tanquam templo, præſtabant hiſtriones. In templis enim excreare, aut mungere nefas. Arrian. in Epictet. IV. 11. *Οὐχ ἥξεις καθαρός, ἵνα σοι χαίρωσιν οἱ συνόντες, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἱερὰ ἡμῖν συνέρχῃ τοιοῦτος ὅπου πτύσαι ἢ ἀπομύξασθαι οὐ θέμις, ὅλος ὢν πτύσμα καὶ μύξα. Non mundus venies, ut familiares delectentur? Sed & una nobiſcum templa ingredieris tali habitu, ubi exſpuere, aut nares emungere religio eſt, cum totus nihil ſis niſi ſputum & mucus?*

3. FRONTE quare maxime *ſudemus*, docet Ariſtot. Probl. ſect. 2. §. 10. & 17. *Διὰ τί τὸ πρόσωπον μάλιστα ἱδροῦσιν, ἀσαρκότατον ὄν; ἢ ὅτι εὐίδρωτα μέν, ὅσα ἔφυγρα καὶ ἀραιά; Ἡ δὲ κεφαλὴ τοιαύτη· ὑγρότητα γὰρ ἱκανὴν ἔχει πλείστην. Δηλοῦσι δὲ αἱ φλέβες τείνουσαι ἐντεῦθεν· καὶ οἱ κατάρροι ἐξ αὐτῆς, καὶ ὁ ἐγκέφαλος ὑγρός, καὶ οἱ πόροι πολλοί· σημεῖον δὲ αἱ τρίχες, ὅτι πολλοὶ οἱ πόροι εἰσί, περαίνοντες ἔξω· οὐκ οὖν ἐκ τῶν κάτω ὁ ἱδρώς, ἀλλ' ἐκ τῆς κεφαλῆς γίνεται. Διὸ καὶ ἱδροῦσι καὶ πρῶτον καὶ μάλιστα τὸ μέτωπον· ὑπόκειται γὰρ πρῶτον· τὸ δὲ ὑγρὸν κάτω ῥεῖ, ἀλλ' οὐκ ἄνω. Cur facie maxime ſudemus, cum in ea minimum carnis ſit? An quod expeditius illa ſudare poſſunt, quæ humida, laxaque ſunt. Caput autem tale eſt: continet enim ſuam plurimam humiditatem. Quod utique venarum ratione pateſcit, quæ hinc pertendunt: diſtillationes quoque ex capite oriuntur, & cerebrum humidum eſt, & foramina permulta in capite habentur, quæ tam multa eſſe, ac foras uſque pertendere, capillorum indicio conſtat: igitur ſudor non a partibus imis, ſed de capite oritur. Unde etiam fit, ut primum, & maxime fronte ſudemus; cerebro enim prima eſt ſubdita; humidum vero deorſum fluit, & non ſurſum.*

4. BRACHIO, *veſte, quam indutui gerebat ex citharæ legibus.* Tacit. ſupr. §. 1. Sudario alias ſudorem detergere ſolemus. Quintil. Inſtit. V. 13. *Quum reus agente in eum Calvo candido frontem ſudario detergeret.*

5. TRA-

elapſum baculum [6] cito reſumpſiſſet, pavidus [7] & metuens, ne ob delictum certamine ſummoveretur [8], non aliter confirmatus eſt, quam adjurante hypocrita [9], non animadverſum id inter exſultationes ſucclamationeſque [10] populi. Victorem autem 2
ſe ipſe pronuntiabat [11]. Qua de cauſa & præconio [12] ubique contendit [13]. Ac, ne 3
cujus

5. Tragico actu i. tragœdia.

6. Baculum i. ſceptrum regium. V. quæ dixi ad Curt. IX. I. 30. §. 81. Hoc perſonam regis agens Nero in tragœdia ſuſtinuerit manu. Docet hoc Philoſt. Apollon. V. 2. Καὶ τὰ μὲν Κρέοντος, καὶ Οἰδίποδος ὧτος ἐξακριβῶν, ὡς δέδιεν μήπη λάθοι ἁμαρτὼν θύρας, ἢ στόλης, ἢ σκήπτρου. *Et Creontis, & Oedipi* (quos, quum hoc acciderit, ſaltaverit Nero) *facta dictave examuſſim ſcire tanti æſtimatus, ut timeat, ne forte quid in porta, aut in ſtola, ſceptrove, deliquerit.* Et ſceptrum Ægyptii regis, *virgam*, quam Joſephus prorex tenuit, dicit Prudent. Cathemer. 6. 69.

Mox præſul, ac tetrarches
Regnum per omne juſſus,
Sociam tenere virgam,
Domina reſedit aula.

Et David, ex regio more utique Deum alloquitur, Pſalm. 23. 7. *Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.* Et de D. Jeſu Pſalm. 45. 7. *Virga directionis, virga regni tui.* Hoc manu tenuerit Nero, quia hiſtriones, & præſertim ſaltatores *baculum* manu geſtabant, ſive ad concinnitatem aliquam motus, ſive ad geſticulandum. Illum incurvum fuiſſe docet Plutarch. περὶ παιδ. ἀγωγ. p. 2. D. Οἱ δ' ἁρμάτειοι τροχοὶ πάλιν καμφθέντες, οὐδ' ἄν, εἴ τι γένοιτο, τὴν ἐξ ἀρχῆς δύναιντο ἂν λαβεῖν εὐθυωρίαν: τάς γε μὴν καμπύλας τῶν ὑποκριτῶν βακτηρίας ἀπευθῦναι ἀμήχανον. *Rotas currum cum labore curvatas, cum omnia feceris, in priſtinam rectitudinem non reſtitues: & incurvos hiſtrionum baculos in rectum reducere nulla vis poſſit.* V. quoque *Caſaubonum, Fab. Agon.* I. 23. *Buleng. de theat.* I. 55. *Lipſ. Elect.* I. 28. *Ferrar. Elect.* II. 5.

7. Pavidus, quia minuta quælibet in ludis obſervabant hiſtriones. Cicer. de Aruſp. reſp. c. 11. *An, ſi ludius conſtitit, aut tibicen repente conticuit, aut puer ille patrimus, & matrimus, ſi terram non tenuit, aut thenſam, aut lorum omiſit, aut, ſi ædilis verbo, aut ſimpulo aberravit, ludi ſunt non rite facti, eaque errata expiantur, & mentes deorum immortalium ludorum inſtauratione placantur.*

8. Certamine summoveretur i. theatro illi interdiceretur. V. Cæſ. 16. 1. §. 7.

9. Hypocrita in univerſum eſt omnis qui alienam ſimulat perſonam, *hypocriſis* ipſa ſimulatio. Hiſtriones igitur, mimi, pantomimi, archimimi, ethologi, & cæteri id genus homines, *hypocritæ* ſunt. *Hypocrita* vero hic eſt, qui geſticulationem, quæ ſaltando fiebat & loquaci manu, cantando reſpondet, & pronuntiat modulate quæ hiſtrio agit. Eſt hoc loco *hypocrita*, qui *hiſtrio* ſupr. Cal. 54. 4. & Nero hic, quod illic *tragœdus* agit; *hypocrita*, quod *hiſtrio*. *Tragœdus* canebat i. modulate pronuntiabat, *hiſtrio*, vel *hypocrita*, vel pantomimus ſaltabat, & geſticulabatur. Et hoc eſt *ad manum cantare hiſtrionibus* Liv. VII. 2. Ut hæc ad Livium erudite eruditiſſimus explicat *Gronovius*.

10. Exsultare, et succlamare, lætitiæ, & approbationis argumento, quoties in ſcena, quod probaret, ageretur, ſolebat populus. Cicer. de Amic. c. 7. *Qui clamores tota cavea nuper in hoſpitis, & amici mei M. Pacuvii nova fabula: cum ignorante rege, uter eorum eſſet Oreſtes, Pylades Oreſtem ſe eſſe diceret, ut pro illo necaretur: Oreſtes autem, ita ut erat, Oreſtem ſe eſſe perſeveraret, ſtantes plaudebant in re ficta: quid arbitramur in vera fuiſſe facturos?* Illum Neroni cantanti acclamantem vidimus ſupr. 21. 2. §. 3. V. *Buleng. de theatr.* I. 16.

11. Pronuntiare *victorem* agonothetarum quondam fuit munus, & judicum, vel præconis potius obtemperantis agonothetis, non ejus qui decertaſſet. Cicer. Fam. V. 12. *Accidit etiam, ut minor ſit fides, minor auctoritas, multi denique reprehendant: & dicant, verecundiores eſſe præcones ludorum gymnicorum, qui cum cæteris coronas impoſuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiarint, cum ipſi ante ludorum miſſionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe prædicent.* Atque hoc eſt, quod Philoſtratus dixit ſupr. 23. 1. §. 1. V. quoque *Fabr. Agon.* II. 14. *Pronuntiabat* vero ſe ipſe *victorem*, quod excellentiorem ſe præconem nullum agnoſceret. A Cluvio Rufo *pronuntiatum* dicit Xiphil. ſupr. 21. 3. §. 14. Qui etiam loco illic laudato formulam, qua *victor pronuntiatus* dicitur, his exprimit verbis. Τὸ δὲ δὴ κήρυγμα ἦν, Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα, καὶ στεφανοῖ τόν τε τῶν Ῥωμαίων δῆμον, καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην. *Præconium autem fiebat his verbis, Nero Cæſar victor hujus certaminis coronat populum Romanum, & ſuum orbem terrarum.*

12. Præconum agones erant etiam Olympiæ. Pauſan. Eliac. p. 171. Ἔστι δὲ βωμὸς ἐν τῇ Ἄλτει τοῦδε πλησίον τῆς ἐσόδου ἐς τὸ στάδιον. Ἐπὶ τούτου θεῶν μὲν οὐδενὶ θύουσιν Ἠλεῖοι: σαλπιγκταῖς δὲ ἐφεστηκέναι αὐτῷ καὶ τοῖς κήρυξιν, ἀγωνίζεσθαι καθέστηκε. *Ad aram vero, quæ in Alti eſt, prope aditum eum, qui ad ſtadium ducit, nihil ulli deorum immolant Elei: tubicines tantum, & præcones ad eam priſco ritu de palma certant.* Erant & aliis in locis, ubicunque Græca certamina edebantur. Senec. Epiſt. 76. *Theatrum Neapolitanum factum eſt: & hoc ingenti ſtudio, quis ſit pithaules bonus judicatur. Habet tibicen quoque bonus & præco concurſum.* Caſaubonus.

13. Contendit *præconio* i. cum *præconibus* de *præconum*

cujus alterius hieronicarum [14] memoria, aut veſtigium exſtaret uſquam, ſubverti &
4 unco trahi [15], abjicique in latrinas omnium ſtatuas & imagines [16] imperavit. Auri-
gavit quoque pluriſariam, Olympiis vero etiam decemjugem [17]: quamvis id ipſum
5 in rege Mithridate carmine quodam ſuo reprehendiſſet. Sed excuſſus curru [18], ac
rurſus repoſitus, cum perdurare non poſſet, deſtitit ante decurſum [19], nec eo ſe-
6 cius coronatus eſt [20]. Decedens [21] deinde, provinciam univerſam libertate donavit [22]: ſimul-

conum arte, & vocis magnitudine decertavit. Hieron. ad Euſeb. chron. olymp. 211. *Nero in Olympiade coronatur cerycas*, præcones, *citharistas, tragœdos, aurigas varie certamine ſuperans. Rurſum Nero Iſthmia, Pythia, Actia celebrans inter cerycas, tragœdos, & citharistas coronatur. Quidam codices habent, quod Olympias 211 acta non eſt, Nerone in ſuam præſentiam differente.* Oroſ. VII. 7. *Petulantia percitus omnia pæne Italiæ ac Græciæ theatra perluſtrans, aſſumpto etiam varii veſtitus dedecore cerycas, citharistas, tragœdos, & aurigas ſæpe ſibi ſuperaſſe viſus eſt.* Quam turpe fuerit *præconio contendere*, docet Cicer. Fam. VI. 18. *Simul accepi a Seleuco tuo literas, ſtatim quæſivi a Balbo per codicillos, quid eſſet in lege. Reſcripſit: eos, qui facerent præconium, vetari eſſe in decurionibus, qui feciſſent, non vetari. Quare bono animo ſint & tui, & mei familiares; neque enim erat ferendum, cum qui hodie aruſpicinam facerent, in ſenatu Romæ legerentur: eos, qui aliquando præconium feciſſent, in municipiis decuriones eſſe non licere.* Noſt. Grammat. 3. 2.

14. HIERONICÆ erant ſacrorum certaminum victores. Illa quatuor fuerunt: Pythia, Iſthmia, Nemeæa, Olympia. *Periodon viciſſe dicebatur, qui illa vicerat, a circuitu eorum ſpectaculorum.* Feſtus. Ad eandem formam Πυθιονίκην, Ὀλυμπιονίκην, περιοδονίκην, παντονίκην dicit Xiphil. LXIII. p. 720. A.

15. UNCO TRAHEBANTUR & raptabantur interdum ſtatuæ per urbem contumeliæ cauſa. Xiphil. LXXIII. p. 830. D. Ἠθέλησαν μὲν γὰρ καὶ τὸ σῶμα αὐτῦ σύρας καὶ διασπάσαι, ὥσπερ καὶ τὰς εἰκόνας. *Voluerunt enim & corpus ejus, ſicut & ſtatuas, trahere, & lacerare.* Tacit. Ann. III. 14. 5. *Effigies Piſonis traxerant in Gemonias, ac divellebant ni juſſu principis protecta repoſitaque forent.* V. & Figrell. *de ſtat. Roman. c.* 37.

16. STATUAS ET IMAGINES hieronicis ponebant veteres. Plin. XXXIV. 4. *Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merentium, primo ſacrorum certaminum victoria, maximeque Olympiæ: ubi omnium qui viciſſent, ſtatuas dicari mos erat. Eorum vero, qui ter ibi ſuperaviſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconicas vocant.* Qui primi hieronicis *ſtatuas* poſuerint, docet Pauſan. Eliac. p. 196. Πρῶτοι δὲ ἀθλητῶν ἀνετέθησαν ἐς Ὀλυμπίαν εἰκόνες, Πραξιδάμαντός τε Αἰγινήτου νικήσαντος πυγμὴν τὴν ἐνάτην ὀλυμπιάδα ἐπὶ ταῖς πεντήκοντα: καὶ Ὀπουντίου Ῥηξιβίου παγκρατιαστὰς καταγωνισαμένου, μιᾷ πρὸς ταῖς ἑξήκοντα ὀλυμπιάδι: κεῖνται μὲν αἱ εἰκόνες αὗται πρὸς τοῦ Οἰνομάου κίονος, ξύλου δὲ εἰσὶν εἰργασμέναι, Ῥηξιβίου μὲν συκῆς, ἡ δὲ τοῦ Αἰγινήτου κυπαρίσσου, καὶ ἧσσον τῆς ἑτέρας πεπονηκυῖά ἐστιν. *Primi athletarum omnium Olympiæ ſtatuas dedicarunt ſuas, Praxidamas Æginæta, qui caſtibus vicit olympiade undeſexageſima, & qui prima & ſexageſima olympiade pancratiaſtas perculit, Rhexibius Opuntius: poſita ſunt non procul ab Oenomai columna: lignea utraque eſt, ſed Rhexibii e fico, e cupreſſo Æginetæ, & multo ſane minus elaborata.* Noſt. infr. 25. 6. * *Statuas* vero & *imagines* diſtinguit noſter, quia illæ ex marmore, ære, auro, argento, aliave materia duriore erant factæ, hæ in tabulis depictæ. Diſtinguunt præter noſtrum Juſtinus infr. Dom. 23. 2. §. 8. Modeſt. Digeſt. XLVIII. 4. 7. §. 4. *Crimen majeſtatis facto ex violatis ſtatuis vel imaginibus.....* Venul. Saturn. ibid. 6 §. 1. *Qui ſtatuas, aut imagines Imperatoris jam conſecratas conflaverint.*

17. DECEMJUGEM i. quem *decem* equi juncti traherent. Quem illo tempore uſurpari cœptum vero ſimile eſt, ita tamen ut non ordinarius, ſed extraordinarius fuerit, & ex provocatione, ac arbitrio certantium inter ſeſe junctus. Ordinariorum enim currus maximus fuit *ſejugus.* Iſidor. XVIII. 36. *Sejuga, maximus currus, currit Jovi, propter quod maximum deorum ſuorum eum eſſe credunt.* V. *Panvin. de lud. circ.* I. 9. *Scheff. R. V.* II. 14. *Hugo de milit. equeſt.* I. 6.

18. EXCUTERE CURRU i. facere, ut de *curru* cadat, ut dixi ad Curt. III. II. II. §. 51. * Aurigæ, quippe habenis, quas manibus temperabant, ſimul per terga circumdati, quo regendis equis pares forent, viribus inferiores a quadrigis perniciſſimis facile trahebantur, & curriculo ad velocitatem levi, ac nimis quam verſatili potiſſimum *excuſſi* lориſque irretiti. Xiphil. LXXXIX. p. 913. C. Ἱεροκλῆς ἁρματηλάτης ἐν ἱπποδρομίᾳ τοῦ ἐκπεσεῖν τοῦ ἅρματος.... *Hierocles auriga cum ludis circenſibus decidiſſet ex curru....* Scrib. Larg. 23. 101. *Nec minus excuſſis a rheda vel curriculo, atque ita tractis.* Plin. XXII. 17. *Lapſus & præcipitia, aut vehiculorum everſionis ſingularis.* Hæc ad Scribonium *Johannes Rhodius.*

19. ANTE DECURSUM i. ante finem *curſus*, antequam omne ſtadium *decurriſſet.*

20. CORONATUS EST: & hoc illi gratum fuit, Xiphil. LXIII. p. 721. C. Ἐν δὲ τοῖς Ὀλυμπίοις ἅρμα ἐλάσας, καὶ πεσὼν ἐξ αὐτῦ, καὶ ὀλίγυ δεῖν συντριβεὶς, ὅμως ἐστεφανώθη: καὶ διὰ τῦτο καὶ τοῖς Ἑλλανοδίκαις τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἔδωκε. *In Olympiis currum agitavit Nero, cumque ex eo decidiſſet, ita ut fere ex caſu attereretur, tamen coronatus eſt: quam ob rem dedit Hellanodicis decies ſeſtertium.*

21. DECEDENS Achaja. Quid provincia *decedere.* V. ſupr,

ſimulque judices civitate Romana, & pecunia grandi. Quæ beneficia e medio ſta- 7
dio Iſthmiorum [23] die ſua ipſe voce pronuntiavit.

V. ſupr. Cæſ. 8. 1. §. 1.

22. Libertate donavit imitatus T. Quintium Flaminium, qui Philippo Macedone profligato, Græciæ urbes liberas, & immunes eſſe olim juſſit in publico, & frequenti Iſthmiorum ſpectaculo. Plutarch. Flamin. p. 376. C. Καὶ γὰρ Τίτος ἐν Κορίνθῳ τότε, καὶ Νέρων αὖθις καθ' ἡμᾶς ἐν Κορίνθῳ παραπλησίως Ἰσθμίων ἀγομένων, τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἀφῆκεν, ὁ μὲν διὰ κήρυκος (ὡς εἴρηται) Νέρων δὲ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπὸ βήματος ἐν τῷ πλήθει δημηγορήσας. *Siquidem Titus Corinthi tunc, & memoria noſtra Nero iterum Corinthi, Iſthmia item celebrans, Græcos liberos ſuis legibus juſſit eſſe: ille (ut diximus) per præconem, Nero ipſe pro tribunali in foro concionem ad populum habens.* Hac de cauſa Neronem Veſpaſiano ſcribens ludit Apollonius apud Philoſtr. v. 14. Νέρων τοὺς Ἕλληνας παίζων ἠλευθέρωσε· σὺ δὲ αὐτοὺς σπουδάζων ἐδουλώσω. *Ludens Nero Græcos liberavit: tu autem agens ſerio in ſervitutem eos redegiſti.*

23. Isthmii ludi a loco, in quo inſtituti, dicti ſunt. Quinquennales fuiſſe dicunt Plin. iv. 5. & Solin. c. 9. *Iſthmi pars altera cum delubro Neptuni quinquennalibus inclyto ludis.* Sed τριεταρικοὺς eos, ita ut τριετηρίδα de ſolido biennio accipiat, exemplis pluribus *prolegomenis ad Iſthmionicas* affirmat *Schmidius.* Illos inſtituit Siſyphus frater Athamantis, cum Ino Athamantis uxor, in quam ſævierat maritus, cum filio Melicerta, in pelagus, ad petram Moluridem, deſiliiſſet: & Neptuni commiſeratione Ino in Leucotheam converſa eſſet, Melicertes vero Palæmon habitus fuiſſet. Pauſan. Attic. p. 43. Λόγοι δέ εἰσιν ἐς τὰς πέτρας, αἳ κατὰ τὸ στενὸν τῆς ὁδοῦ μάλιστα ἀνέχουσιν, ἐς μὲν τὴν Μολουρίδα, ὡς ἀπὸ ταύτης αὑτὴν ἐς θάλασσαν Ἰνὼ ῥίψαι. Μελικέρτην ἔχουσα τῶν παίδων νεώτερον· τὸν γὰρ δὴ πρεσβύτερον αὐτῶν Λέαρχον ἀπέκτεινεν ὁ πατήρ. Λέγεται μὲν δὴ καὶ μανέντα δρᾶσαι ταῦτα Ἀθάμαντα. Τότε δὲ φεύγουσα ἐς θάλασσαν, αὑτήν καὶ τὸν παῖδα ἀπὸ πέτρας τῆς Μολουρίδος ἀφῆκεν. Ἐξενεχθέντος δὲ ἐς τὸν Κορινθίων Ἰσθμὸν ὑπὸ δελφῖνος (ὡς λέγεται) τοῦ παιδός, τιμαί καὶ ἄλλαι τῷ Μελικέρτῃ δίδονται μετονομασθέντι Παλαίμονι, καὶ τῶν Ἰσθμίων ἐπ' αὐτῷ τὸν ἀγῶνα ἄγουσι. Hos poſtea diu intermiſſos reſtauravit, & Neptuno ſacros eſſe juſſit Theſeus longe, quam antea fuiſſent, illuſtriores, ita ut ob Herculem Jovi Olympia; propter ſe Neptuno *Iſthmia* a Græcis celebrari glorietur apud Plutarch. Theſ. p. 11. E. Ὡς δι' ἐκεῖνον Ὀλύμπια τῷ Διΐ· καὶ δι' αὐτὸν Ἴσθμια τῷ Ποσειδῶνι ἄγειν τοὺς Ἕλληνας.

CAPUT XXV.

ARG. *E Græcia Neapolim, Antium, Albanum, Romam revertitur, in Palatio ſacras coronas, & ſtatuas ſuas ponit, vocem conſervare ſtudet, &, prout quiſque ſe magis parciuſve laudaſſet, multis vel amicitiam offert, vel ſimultatem indicit Nero Claudius Cæſar.*

Reverſus e Græcia Neapolim, quod in ea primum [1] artem protulerat [2], albis e- 1
quis [3] introiit, disjecta parte muri [4], ut mos hieronicarum eſt. Simili modo [5] 2
Antium [6], inde Albanum [7], inde Romam [8]. Sed & Romam eo curru quo Augu- 3
ſtus

Primum, ut dixit noſt. ſupr. 20. 5.

2. Protulerat i. publicaverat, ejus ſpecimen publice dederat.

3. Albis equis. Quadrigis invectos fuiſſe hieronicas, docet Vitruv. præf. ix. *Nobilibus athletis, qui Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea viciſſent, Græcorum majores ita magnos honores conſtituerant, uti non modo in conventu ſtantes cum palma, & corona ferant laudes, ſed etiam cum revertuntur in ſuas civitates, cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia, & in patrias invehantur.*

4. Partem muri quare *disjecerint hieronicæ*, docet Plutarch. Symp. ii. 5. Καὶ τὸ τοῖς νικηφόροις εἰσελαύνουσι τῶν τειχῶν ἐφίεσθαι μέρος διελεῖν καὶ καταβαλεῖν, τοιαύτην ἔχει διάνοιαν, ὡς οὐ μέγα πόλει τειχῶν ὄφελος ἄνδρας ἐχούσῃ μάχεσθαι δυναμένους καὶ νικᾶν. *Et quod victoribus curru vehentibus permiſſum, partem muri dividere atque dejicere, hunc habet intellectum, non magnopere civitati muro opus eſſe, viros habenti, qui pugnare poſſint, & vincere.* Indicavit olim Plutarchi locum Polit. Miſc. c. 99. Eandem ob cauſam *circi maximi arcum dirutum* dicit noſt. infr. n. 4.

5. Simili modo, ut partem muri dejiceret.

6. Antium V. ſupr. Aug. 58. 2. §. 4.

7. Albanum & dicit infr. Domit. 4. 12. ut *Ocriculanum, Narnienſe, Carſulanum, Peruſinum,* dum ſocrus ſuæ Pompejæ Celerinæ ſeceſſus, & villas deſcribit Plin. Epiſt. 1. 4. & *Cumanum, Tuſculanum* ſæpius Cicero. Explicat enim ſeipſum noſter infr. Domit. 19. 4. ubi Domitiani *ſeceſſum Albanum* deſcribit. Τὸ Ἀλβανόν, & τὸ χωρίον Ἀλβανὸν dicit Xiphil. lxvii. p. 750. B. Ἀγῶνας ἐν τῷ Ἀλβανῷ ἐποίει. Τοῦτο γὰρ τὸ χωρίον ὑπὸ τῷ ὄρει τῷ Ἀλβανῷ, ἀφ' οὗπερ οὕτως ὀνομάσθη, ὂν ὥσπερ τινὰ ἀκρόπολιν ἐξείλετο. *Certamina exhibebat in Albano Domitianus. Nam eum locum ſub Albano monte, ex quo ita cognominatus eſt, tanquam arcem aliquam elegerat.*

8. Romam muri partem non tantum dejectam, ſed

ſtus olim triumphaverat, & in veſte [9] purpurea [10], diſtinctaque [11] ſtellis aureis chlamyde [12], coronamque [13] capite gerens Olympiacam [14], dextra manu [15] Pythiam [16], præeunte

ſed & portas dirutas fuiſſe, cum Urbem introiturus eſſet Nero, dicit Xiphil. LXIII. p. 723. D. Ἐπεὶ δ' οὖν ἐς τὴν Ῥώμην ἐσήλασε, τοῦ τε τείχους τι καθῃρέθη, καὶ τῶν πυλῶν περιερράγη, νομίζεσθαι τινῶν λεγόντων ἑκάτερον τοῖς ἐκ τῶν ἀγώνων στεφανηφόροις γίνεσθαι. *Quum autem Romam avectus eſſet, pars muri diruta eſt, & portæ aliqua ex parte fractæ ſunt, quod aliqui dicerent uſu receptum, ut iis utrumque fieret, qui coronas e certaminibus retuliſſent.*

9. VESTIS generali nomine, interior illa, quæ tunica Latinis, ὁ χιτὼν Græcis dicitur, ut illam ex Dione dicet Xiphil. §. 10. qui & illam a chlamyde diſtinguit, a qua & diverſa fuit, quod chlamys prætterquam quod purpurea tota, ſtellis etiam aureis diſtincta fuerit. V. *Fabr. Agon.* I. 19.

10. PURPUREA *in veſte*, quia illa inſignes erant athlothetæ. Hoc probat, de pugilum in Lyceo Athenienſi gymnaſio ſpectaculo Anacharſim loquentem dum facit in dialogo, qui Anacharſis inſcribitur, Lucianus p. 271. Ἀλλ' οὗτος ὁ ἄρχων ἤτοι διαιρεῖ αὐτοὺς, καὶ λύει τὴν μάχην· τεκμαίρομαι γὰρ τῇ πορφυρίδι τῶν ἀρχόντων τινὰ τοῦτον εἶναι. *Sed neque hic præſes ipſos ſejungit, & pugnam dirimit. Etenim ex purpura conjicio hunc eſſe ex præſidibus quempiam.* Ex illo more Commodus ἐσιὼν ἐς τὸ θέατρον, ἐνέδυ χιτῶνα ὁλοπόρφυρον, χρυσῷ καταπαστόν, χλαμύδα τε ὁμοίαν τὸν Ἑλληνικὸν τρόπον λαμβάνων, *theatrum intrans induebatur tunica tota purpurea, auro intexta, accepta chlamyde pari more Græco*, apud Xiphil. LXXII. p. 825. C. Domitianus infr. 4. II. V. quoque *Fabr. Agon.* I. 10. *Lipſ. Tacit. Ann.* p. 167. *Ferrar. R. V.* II. 3. 15. *Demſt. A. R.* X. 29.

11. AURO DISTINCTAS chlamydes fuiſſe docui ſupr. Cal. 19. 4. §. 16.

12. CHLAMYS quale indumentum fuerit, dictum ſupr. Cal. 19. 4. §. 17.

* 13. CORONAM, quam ridet Silenus apud Julian. Καισαρ. p. 310. C. Εἶτα ἀποβλέψας ἐκεῖνος πρὸς τὸν Ἀπόλλωνα, Οὗτος εἶπεν, ἐπὶ σὲ παρασκευάζεται. Καὶ ὁ βασιλεὺς Ἀπόλλων· ἀλλ' ἔγωγε αὐτὸν, εἶπεν, ἀποστεφανώσω ταχέως· ὅτι με μὴ πάντα μιμεῖται, μηδὲ ἐν οἷς με μιμεῖται, γίνεταί μου μιμητὴς δίκαιος. Ἀποστεφανωθέντα δὲ αὐτὸν ὁ Κωκυτὸς εὐθέως ἥρπασεν. I. interprete Cunæo. *Dein ad Apollinem Silenus, Iſte, inquit, ad tui imitationem ſe componit. Cui rex Apollo: ego, vero, inquit, illi e veſtigio coronam auferam, nam neque mea omnia imitatus eſt, &, ſicubi id tentavit, haud, ut decet, eſt imitatus. Illum igitur Cocytus, decuſſa de capite corona, abſtulit.*

14. OLYMPIACAM *coronam*, ita appellatam, quod illos inſigniret, qui in ludis *Olympicis* victores extitiſſent. Fiebat ex oleaſtro. Plin. XV. 4. *Græci victores oleaſtro Olympiæ coronant.* Ex quo quare facta fuerit, mox dicet Pauſanias. Et illo coronatum intraſſe Urbem Neronem dicit Xiphilinus §. 15. Quinquennales ipſi ludi fuerunt, ut addet, & quare quinto anno celebrati fuerint, docebit idem Pauſanias. Illos inſtituit Hercules. Pauſan. Eliac. p. 154. Ἐς δὲ τὸν ἀγῶνα τὸν Ὀλυμπικὸν, λέγουσιν Ἠλείων οἱ τὰ ἀρχαιότατα μνημονεύοντες, Κρόνον τὴν ἐν οὐρανῷ σχεῖν βασιλείαν πρῶτον, καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ ποιηθῆναι Κρόνῳ ναὸν ὑπὸ τῶν τότε ἀνθρώπων, οἳ ὠνομάζοντο χρυσοῦν γένος. Διὸς δὲ τεχθέντος ἐπιτρέψαι Ῥέαν τοῦ παιδὸς τὴν φρουρὰν τοῖς Ἰδαίοις Δακτύλοις· ἀφικέσθαι δὲ αὐτοὺς ἐξ Ἴδης τῆς Κρητικῆς, Ἡρακλέα, καὶ Παιωναῖον, καὶ Ἐπιμήδην, Ἰάσιόν τε καὶ Ἴδαν· τὸν δὲ Ἡρακλέα παίζοντα συμβαλεῖν τοὺς ἀδελφοὺς ἐς ἅμιλλαν δρόμου· καὶ τὸν νικήσαντα ἐξ αὐτῶν κλάδῳ στεφανῶσαι κοτίνου. παρεῖναι δὲ αὐτοῖς πολὺ δή τι οὕτω τοῦ κοτίνου, ὡς τὰ χλωρὰ ἔτι τῶν φύλλων ὑποστρῶσθαι σφᾶς καθεύδοντας· κομισθῆναι δὲ ἐκ τῆς Ὑπερβορέων γῆς τὸν κότινόν φασιν ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους ἐς Ἕλληνας. *De Olympicorum vero ludorum origine, inter Eleos ii, qui maxime priſcarum rerum memoriam conſectantur, hæc commemorant. Saturnum primum omnium cœli regnum obtinuiſſe: ei in Olympia homines eos, quod aureum genus nuncupatum eſt, templum dedicaſſe. Poſt hæc natum Jovem Rheam matrem Dactylis Idæis commendaſſe: veniſſe illos poſtea ab Ida Cretæ monte, Herculem, Pæoneum, Epimedem, Jaſium, & Idam. Herculem curſus certamen fratribus per ludum propoſuiſſe, victoremque oleaſtri corona donaſſe; magnam vero illos oleaſtri copiam habuiſſe: ſiquidem ſua etiam cubilia ejus arboris viridi fronde ſubſternebant: oleaſtrum quidem fuiſſe ex Hyperboreis ab Hercule primum ad Græcos deportatum.* V. & *Diodor.* IV. 222. V. 333. *Pindari Olympionica*, & in illa *Schmidii Prolegomena*, *Paſchal. de coron.* VI. 2. 3. 4. *Scalig. Poet.* I. 24. *Fabr. Agon. pluribus in locis.*

15. MANU præ ſe tuliſſe coronam Pythiam dicit & Xiphil. LXIII. p. 723. E. Ἔπειτα αὐτὸς ἐφ' ἅρματος ἐπινικίου, ἐν ᾧ ποτε ὁ Αὔγουστος τὰ πολλὰ ἐκεῖνα νικητήρια ἐπεπόμφει, ἁλουργίδα χρυσόπαστον ἔχων, καὶ κοτίνῳ ἐστεφανωμένος, τὴν Πυθικὴν δάφνην προτείνων. *Deinde ipſe*, Nero, *curru triumphali, in quo Auguſtus olim tot triumphos egerat, vehebatur; amictus veſte purpurea, auro intexta: & oleaſtro coronatus, laurum Pythicam præ ſe ferebat.*

16. PYTHIA *corona* primum ex eſculo, deinde ex lauru fiebat. Ovid. Metam. I. 445.

Neve operis famam poſſet delere vetuſtas,
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.
Hic juvenum quicunque manu, pedibuſve, rotave,
Vicerat, eſculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat: longoque decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

Ἐνναετηρικοὺς ludos I. octo ſolidis annis elapſis, nono currente, celebratos fuiſſe docet *prolegomenis in Pythionicas* Schmidius. Inſtitutos ab Apolline modo dixit *Ovidius*. Sed in Apollinis honorem a Diomede

Digitized by Google

præeunte pompa [17] cæterarum cum titulis [18], *ubi*, & *quos*, *quo cantionum*, *quove fabularum argumento viciſſet*: ſequentibus currum ovantium [19] ritu plauſoribus [20], *Auguſtianos* [21], *militeſque ſe triumphi ejus*, clamantibus. Dehinc diruto [22] circi maximi [23] 4
arcu [24], per Velabrum [25], forumque, Palatium & Apollinem [26] petiit. Incedenti 5
paſſim victimæ cæſæ, ſparſo [27] per vias identidem croco [28], ingeſtæque [29] aves, ac lemniſci,

mede Pauſan. Corinth. p. 75. Τούτου δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου ναός ἐστιν Ἀπόλλωνος Ἐπιβατηρίου, Διομήδους ἀνάθημα ἐκφυγόντος τὸν χειμῶνα, ὃς τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο ἀπὸ Ἰλίου κομιζομένοις, καὶ τὸν ἀγῶνα τῶν Πυθίων Διομήδην πρῶτον θεῖναί φασι τῷ Ἀπόλλωνι. *In eadem area delubrum eſt Apollinis* inſcenſoris, *Epibaterium* ipſi nominant: *ab eodem Diomede dedicatum, cum tempeſtatem effugiſſet, quæ Ilio redeuntibus Græcis immiſſa eſt: & Pythicos ludos in Apollinis honorem Diomedem primum omnium inſtituiſſe dicunt.* V. *Clem. Alex. ad gent. p.* 21. *Strab.* IX. *p.* 288. 289. *Pindari Pythionica. Paſchal. de coron.* VI. 25. *Scalig. Poet.* I. 23. *Fabr. Agon. pluriſariam.*

17. PRÆEUNTE POMPA i. prælatis per certos miniſtros cæterorum certaminum coronis, quas ex apio factas teſtatur Plutarch. Timol. p. 248. E. Οἱ γὰρ Κορίνθιοι στεφανοῦσι τοὺς Ἴσθμια νικῶντας, ἱερὸν καὶ πάτριον στέμμα τὸ σέλινον νομίζοντες: Ἔτι γὰρ τότε τῶν Ἰσθμίων, ὥσπερ νῦν τῶν Νεμείων, τὸ σέλινον ἦν στέφανος, οὐ πάλαι δὲ ἡ πίτυς γέγονεν. *Corinthii enim, qui ſacram arbitrantur & patriam apii coronam, ea victores Iſthmiorum ludicro coronant. Nam Iſthmicorum ea etiam tum ætate, ut nunc Nemeorum, apium corona erat, non dudum ſucceſſit pinus.*

18. TITULIS in tabellis haſtis affixis. Xiphil. LXIII. p. 723. D. Καὶ μετ' αὐτοὺς ἕτεροι σανίδιά τε ἐπὶ δοράτων ἀνατείνοντες, ἐφ' οἷς ἐπεγέγραπτο τό τε ὄνομα τοῦ ἀγῶνος, καὶ τὸ εἶδος τοῦ ἀγωνίσματος: ὅτι τε Νέρων Καῖσαρ πρῶτος πάντων τῶν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος Ῥωμαίων νενίκηκεν αὐτό. *Et poſt illos, qui tabellas haſtis affixas ſurſum extendebant: in quibus ſcriptum erat nomen, & genus certaminis: utque Nero Cæſar primus omnium ab ævo Romanorum in eo victor exſtitiſſet.*

19. OVATIO qualis fuerit triumphus, docui ſupr. Aug. 22. 2. §. 7.

20. PLAUDERE quid fuerit V. ſupr. Aug. 56. 8. §. 14

* 21. AUGUSTIANOS, de quorum numero & plauſu Dio LXI. p. 690. B. Καὶ αὐτοὶ τάς τε χεῖρας καὶ τὰ ἱμάτια, ὁπότε φθέγξοιτό τι, ἀνέσειον, καὶ τοὺς ἄλλους προσεπεσπῶντο. Ἦν μὲν γάρ τι καὶ ἴδιον αὐτῷ σύστημα ἐς πεντακισχιλίους στρατιώτας παρεσκευασμένον. Αὐγούστειοί τε ὠνομάζοντο. *Et cum dicturus erat aliquid, ipſi manus atque veſtes ſurſum adtollebant, & alios ut idem hoc facerent, pertrahebant. Nam & peculiare quoddam corpus ad quinque millia inſtituerat, qui Auguſtales nominabantur.* Tacit. Ann. XIV. 15. 5. *Tunc primum conſcripti ſunt equites Romani, cognomento Auguſtanorum. Hi dies ac noctes plauſibus perſonare. Formam principis vocemque deum vocabulis appellantes, quaſi per virtutem clari honoratique agere.*

* 22. DIRUTO, ut pompæ triumphali, qua Urbem ob victoriam cantu partam ingreſſus per circum tranſiit, laxius ſpatium eſſet.* *Nardin. Rom. Vet.* VII. 2. *diruta* parte muri hieronicæ ſolebant potius patriam invehi. V. ſupr. §. 4. Sed quoniam Romani muri erant ſacri, iis pepercit Nero, & loco murorum dejecit circi arcum, ne quid videretur deeſſe pompæ, qua victores ludorum ſacrorum domum reverſi ſe ſuis civibus jactabant. *Grevius.*

23. CIRCI MAXIMI. V. illum ſupr. Jul. 39. 5. §. 25.

24. ARCU, per quem circus adibatur. *Nardinus.*

25. VELABRUM V. ſupr. Jul. 37. 3. §. 12.

26. PALATIUM ET APOLLINEM i. *Apollinem Palatinum.* Alii triumphantes Jovem petebant in Capitolio, hic Apollinem in Palatio, tragœdus tragœdum. *Torrentius & Grævius.*

27. SPARSUM in *incedentem* Neronem eſt crocum etiam ab Othone apud Plutarch. Galb. p. 1061. D. Λέγεται δέ ποτε μύρῳ τῶν πολυτελῶν χρισάμενον τὸν Νέρωνος, καὶ τοῦ Ὄθωνος καταβρέξαντος, ἐκεῖνος πάλιν τῇ ὑστεραίᾳ δεχόμενος αὐτὸν ἄφνω πολλαχόθεν ἀργυροῦς καὶ χρυσοῦς προβαλεῖν ἄφνω σωλῆνας, ὥσπερ ὕδωρ τὸ μύρον ἐκχέοντας καὶ κατακλύζοντας. *Fama eſt, cum Nero aliquando pretioſo unguento, quo unctus fuerat, Othonem adſperſiſſet, illum contra inſequenti die excipientem Neronem repente fiſtulas aureas & argenteas diverſis locis propoſuiſſe, quæ quaſi aquam magna vi fuderunt unguentum.* Ut in paſcentes capellas apud Apul. Metam. X. p. 255. *Tunc de ſummo montis cacumine per quandam latentem fiſtulam in excelſum prorumpit unda croco diluta, ſparſimque defluens paſcentes circa capellas odoro perpluit imbre.* Græcis hoc dicitur ῥαίνειν κρόκον. Gloſſæ. Sparſio, κρόκος ὁ ῥαινόμενος: *ſparſio* κροκοραντίς. Eſt *ſparſum* in illum quia in theatris *ſpargi* ſolebat. Spartian. Adrian. c. 19. *In honorem Trajani balſama & crocum per gradus theatri fluere juſſit.* Prop. IV. I. 16.

Pulpita ſollennes non oluere crocos.

Per *fiſtulas latentes* ſolitum ſpargi dixit Apulejus. Et ea de re Neronis *cœnationibus tabulas fiſtulatas* tribuit noſt. infr. 31. 8. Hæ in ſummo & imo theatro diſponebantur, & odorem hunc ejaculabantur. Senec. Epiſt. 90. *Hodie utrum tandem ſapientiorem putas, qui invenit, quemadmodum in immenſam altitudinem crocum latentibus fiſtulis exprimat.* N. Q. II. 9. *Nunquid dubitas, quin ſparſio illa, quæ ex fundamentis mediæ arenæ creſcens in ſummam altitudinem amphitheatri pervenit, cum intenſione aquæ fiat?* De hac croci *ſparſione* etiam agunt *Scalig.* in *Propertium*, *Lipſ. de Amphith. c.* 16. *Brod. Miſc.* V, 6. *Crinit. Hon. Diſc.*

6 lemniſci [30], & bellaria. Sacras [31] coronas in cubili [32] circum lectos poſuit: item
7 ſtatuas ſuas citharœdico habitu [33]: qua nota etiam nummum percuſſit. Ac poſt hæc tantum abſuit a remittendo laxandoque ſtudio, ut conſervandæ vocis gratia, neque milites unquam, niſi abſens, aut alio verba pronuntiante, appellaret: neque quidquam ſerio jocove egerit, niſi adſtante phonaſco [34] qui moneret, parceret [35] arteriis [36], ac ſudarium

Diſc. xviii. 4. *Rea Sing.* i. 3. 1. *Paſchal. de coron.* iii. 14. *Urſin. de tricl. p.* 268. *Bodaut in Theoph. Hiſt. Plant.* vi. 6. *p.* 692.

28. Crocum, ut ſpargi poſſet, vino terebatur. Plin. xiii. 6. *Sed vino mire congruit, præcipue dulci, tritum ad theatra replenda.* Tryphiod. 20.

Καί τις ἀπειρεσίοιο πίθου κρητῆρος ἀνοίξας,
Χρυσείῳ προχέουσα κρόκῳ κεκερασμένον οἶνον.
Et aliqua reſolvens vittam, immenſi dolii
Profundens vinum mixtum aureo croce.

29. Ingestæ i. injectæ crebro, ut dixi ad Curt. iv. 2. 19. §. 85. Victores vero in ludis donorum quorundam *ingeſtione* honorare mos fuit vetuſtiſſimus. Clem. Alex. Pædag. ii. 8. Ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι, πρῶτον ἡ τῶν ἄθλων δόσις ἦν: δεύτερον δὲ ἐπαγερμός. Ita legit, & verborum ſenſum eſſe dicit *Caſaubonus.* Antiquiſſimis temporibus certatoribus proponi ſolita ἆθλα i. præmia. Deſiiſſe deinde dari ἆθλα, inque eorum locum ſucceſſiſſe ἐπαγερμὸν i. morem eum, quo athletæ munuſcula a ſingulis ſpectatoribus colligerent. *Ingerebant* in illos munuſcula quælibet, ut zonas, faſcias, tunicas, petaſos, crepidas, & ſimilia. Docet hoc idem ex Eratoſthenis loco, quem ex Euripidis ſcholiaſte deſcripſit, vir clariſſimus. Καὶ νῦν μὲν ἐπὶ τοὺς ἐπιφανῶς ἀγωνιζομένους προβάλλουσι ζώνας, πέταλα, χιτωνίσκους, πετάσους, κρηπῖδας.

30. Lemnisci etiam victoribus dabantur. Liv. xxxiii. 19. *Ludis dimiſſis, curſu prope omnes tendere ad imperatorem Romanum: ut ruente turba in unum adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniſceſque jacientium, haud procul periculo fuerit.* Syracuſanum eſſe verbum, & illis anguſtam tæniam ſignificare dicit Heſychius. Λημνίσκους, τὰς στενὰς Συρακούσιοι ταινίας. Feſtus. *Lemniſci ſunt faſciolæ purpureæ dependentes ex coronis. Solebant enim veteres coronas faſciis laneis ex purpura alligatas donare.* Quo ſcilicet & corona firmior, ac tota res aſpectui gratior eſſet. *Palmam lemniſcatam* dicit Cicer. pro Roſc. Amer. c. 35. *Multas eſſe infames palmas: hanc primam tamen eſſe lemniſcatam.* De *lemniſcis* etiam *Polit. Miſc. c.* 72. *Turneb. Adv.* xviii. 3. *Vinet. Auſon. Epiſt.* 20. *Paſchal. de coron.* ii. 12. *Buleng. de triumph. c.* 17. *Argol. in Onuph. de lud. Circenſ. p.* 39.

31. Sacras i. diis dicatas, deorumque templis debitas. * Mos olim fuit, ut coronæ diis in templis dicarentur. Pollux. i. 1. §. 25. Τὰ ἀναθήματα ὡς ἐπιπολὺ στέφανοι.... *Dona ſacra plerumque ſunt coronæ....* Philoſtr. de Imag. in Evadne. Καθάπερ οἱ ἐς τὰ ἱερὰ στεφάνους τε καὶ χρυσοῦν ἐξασκοῦντες. *Sicut illi qui ad templa coronas & aurum affabre faciunt.* Liv. xxviii. 39. *Jovi Opt. Max. juſſi ſumus hoc donum, coronam auream in Capitolium ferre.*

32. In cubili, loco ſolitario, occulto, & ab oculis turbæ remoto coronas ſuas cur repoſuiſſet Nero, qui tam ſuperbe illas oſtentabat, & velut in triumpho per Urbem circumferri volebat. Quid hinc illi gloriæ, quam tamen inde, ut indicat noſter, captabat, gigneretur? quærit Loenſ. Miſc. iii. 7. & legendum contendit, *ſacras coronas in obelum circi injectas poſuit.* Quia Xiphil. lxiii. p. 724. B. Ἐντελέσας δὲ ταῦτα, ἱπποδρομίας ἐπήγγειλε, καὶ τοὺς στεφάνους, τούτους τε καὶ τοὺς ἄλλους πάντας, ὅσους ἅρματι νικήσας εἰλήφει, ἐς τὸν ἱππόδρομον ἐσήνεγκε, καὶ τῷ ὀβελίσκῳ τῷ Αἰγυπτίῳ περιέθηκε: καὶ ἦσαν ὀκτὼ καὶ ὀκτακόσιοι, καὶ χίλιοι. *His rebus confectis, ludos circenſes indixit, coronaſque alias omnes quotquot curulibus certaminibus vincendo accepit, in circum intulit, & obeliſco Ægyptio circumpoſuit. Hæ erant numero mille octoginta octo.* * Quid, ſi diceremus, locis publicis detractas coronas & ad privata tranſlatas, ut cultum divinum ad ſe transferret, circum lectos ſuos Neronem poſuiſſe? Victimæ certe cæſæ, de quibus n. 5. inſanam ejus arrogantiam nos docent. Potuit tamen etiam in *cubiculis* (ita lego ex codice Salmaſiano, & editione R. Stephani) eas dedicare quaſdam, ut iis oculos paſceret, qui tantopere iis capiebatur. *Grævius.*

33. Citharoedicum habitum deſcribit Apul. Flor. p. 351. *Eique prorſus citharœdicus ſtatus deam conſpiciens, canenti ſimilis, tunicam picturis variegatam deorſus ad pedes dejectus ipſos, Græcanico cingulo, chlamyda velat utrumque brachium aduſque articulos palmarum. Cætera decoris hiſtrici dependent. Cithara balteo cælate apta ſtrictim ſuſtinetur: manus ejus teneræ, procerula læva diſtantibus digitis nervos molitur; dextera pſallentis geſtu ſuo pulſitabulum citharæ admovet, ceu parata percutere cum vox in cantico interquievit. Interim canticum videtur ore tereti ſemihiantibus in conatu labellis eliquare.* De Neronis *citharœdico habitu* Themiſt. Orat. v. p. 135. Οὐδὲ γὰρ ὕστερον περὶ Νέρωνος τοῦ Ῥωμαίου, εἰς τὸν αὐτὸν τοῦτον νεὼν ἡνίκα ἀφίκετο: ἀλλ' εὖ ᾔδειν ὅτι θηρίον ἐν μορφῇ ἀνθρώπου. Καί τοι ἀφίκετο κιθάραν μετὰ χεῖρας ἔχων, καὶ ἐν στολῇ κιθαρῳδικῇ. *Neque enim multis poſtea ſeculis de Nerone Romanorum imperatore dubitavi, tum cum ad hocce templum venit, num ad me deus aliquis veniſſet: ſciebam enim ſub hominis figura latere belluam. Quamquam ille quidem eo habitu venit; ut & citharam manibus teneret, & citharœdorum ſtolam geſtaret.* Philoſtr. ſupr. 20. 2. §. 2.

34. Phonasco i. formandæ vocis magiſtro. V. illum ſupr. Aug. 84. 6. §. 14.

35. Par-

ſudarium ad os applicaret: multiſque vel amicitiam ſuam obtulerit, vel ſimultatem indixerit, prout quiſque ſe magis parciuſve [37] laudaſſet.

35. PARCERET *arteriis*, quia voce nonnunquam læduntur. Cicer. Heren. III. 12. *Læduntur arteriæ, ſi antequam leni voce permulſæ ſunt, acri clamore compleantur. Etiam intervallis longioribus uti convenict: recreatur enim vox ſpiritu, & arteriæ reticendo acquieſcunt.* Lucret. IV. 537.

Præterradit enim vox fauces ſæpe; facitque
Aſperiora foris gradiens arteria clamor.

Quomodo *parcendum* ſit *arteriis*, docet Fortunat. Rhet. III. p. 77. *Quid in potu? frigidis potionibus abſtinebis, quia his inuruntur arteriæ, calidis namque aperiuntur: nam per illas vox fluit. Cibus quoque leniſſimus arteriæ prodeſt.* V. & *Beroaldum.*

36. ARTERIIS; ſolent enim & Latini quædam efferre interdum, non inſcito, ruſticoque ſermone, numero multitudinis, quæ frequentius ſingularia ſunt. *Lienes* & *pulmones* Cat. R. R. c. 158. *Si lienes turgent, & ſi cor dolet, & ſi jecur, aut pulmones. Arterias* pro *arteria* aſpera Cicero & Fortunatianus §. 35. *Arteria autem aſpera (ſic enim a medicis appellatur) cum oſtium habeat, adjunctum linguæ radicibus, paullo ſupra, quam ad linguam ſtomachus annectitur, eaque ad pulmones uſque pertineat, excipiatque animam eam, quæ ducta ſit ſpiritu, eandemque a pulmonibus reſpiret, & reddat: tegitur quodam quaſi operculo, quod ob eam cauſam datum eſt, ne, ſi quid in eam cibi forte incidiſſet, ſpiritus impediretur.* Cicer. N. D. II. 45. De *arteria* hac etiam *Plin.* XI. 37. *Gell. N. A.* XVIII. 10. *Pollux.* II. §. 70. *Celſ.* IV. 1. *Ariſtot. Hiſt. Anim.* I. 12. & 16: II. 17: III. 3. *de reſpir. c.* 11.

37. PARCIUS, imo nunquam Neronem laudaverat, & ideo periit Thraſeas. Xiphil. LXII. p. 714. B. Θρασέας δὲ, ὅτι οὔτε ἐς τὸ βουλευτήριον συνεχῶς, ὡς ἐν ἀπαρεσκόμενος τοῖς ψηφιζομένοις, ἀπῄει: οὔτ' ἀκηκόει ποτὲ αὐτοῦ κιθαρῳδοῦντος: οὔτε ἔθυσε τῇ θείᾳ αὐτοῦ φωνῇ, ὥσπερ οἱ ἄλλοι, οὔτε ἐπεδείξατο οὐδέν. *Thraſeas vero moritur, quod raro, tanquam minime approbaret ſenatus decreta, in ſenatum venerat, & quod illum, Neronem, nunquam audiverat cithara canentem: neque voci ejus ſacra, ut reliqui, ſacrificaverat, neque ludicri ſpecimen aliquod ediderat.*

CAPUT XXVI.

ARG. *Poſt crepuſculum popinas init, circum vicos vagatur, a cœna redeuntes verberat, in ejuſmodi rixis oculorum, & vitæ periculum adit, & pantomimorum ſeditionibus ſignifer, & ſpectator adeſt Nero Claudius Cæſar.*

Petulantiam [1], libidinem, luxuriam [2], avaritiam, crudelitatem, ſenſim quidem 1
primo & occulte, velut juvenili errore exercuit: ſed ut tunc quoque dubium nemini foret, naturæ [3] illa vitia [4], non ætatis [5] eſſe. Poſt crepuſculum [6] ſtatim, ar- 2
repto pileo vel galero [7], popinas [8] inibat: circumque vicos vagabatur ludibundus, nec

PETULANTIAM.... Sollenne illud ſuum ſervat noſter, ut multa ſimul proponat, quæ poſtea eodem ordine perſequitur. Nam hæc eſt ὑπόθεσις illorum omnium, quæ narrantur ad finem c. 38. *Caſaubonus.* Ἀκολασίαν Neronis *petulantiam* vocat Xiphil. LXII. p. 707. C. Τοσαύτη δ' ἦν ἡ τοῦ Νέρωνος ἀκολασία.

* 2. LUXURIAM deſcripſi Curt. III. 3. 18. §. 74. Neronis *ſævientem* vocat Boeth. Conſ. Phil. III. Metr. 4. 3.

Invifus tamen omnibus vigebat
Luxuriæ Nero ſævientis.

3. NATURÆ n. corruptæ, & depravatæ, V. ſupr. Tib. 68. 7. §. 28.

4. VITIA Neronis pro virili elevare conatur in ſua pro Nerone apologia *Hieronymus Cardanus.*

5. ÆTATIS vitia cum *ætate* deponuntur. E. g. Puerile vitium exacta pueritia deponitur: juvenile, ubi advenerit maturior ætas. Inde Satyricus VIII. 163.

Defenſor culpæ dicet mihi, fecimus & nos
Hæc juvenes, eſto, deſiſti nempe nec ultra
Foviſti errorem: breve ſit, quod turpiter audes.
Quædam cum prima reſecentur crimina barba.

Et Orator pro Cœl. c. 18. *Multi, & noſtra, & patrum, majorumque memoria, ſummi homines, & clariſſimi cives fuerunt, quorum cum adoleſcentiæ cupiditates deferviſſent, eximiæ virtutes, firmata jam ætate, exſtiterunt.... quorum partim profuſa luxuries, magnitudo æris alieni, ſumptus, libidines nominarentur: quæ multis poſtea virtutibus obtecta, adoleſcentiæ, qui vellet, excuſatione defenderet.* V. & *Beroaldum.*

6. CREPUSCULUM eſt lux dubia poſt ſolis occaſum. * Mane *crepuſculo* opponitur. Colum. XII. 1. *Villico & primo mane cum familia prodeundum eſt, & crepuſculo peractis operibus fatigato redeundum. Tempus noctis ſit an diei, incertum eſt* dicit Cenſor. D. N. c. 24. Deſcribitur Ovid. Met. XII. 399.

Jamque dies exactus erat, tempuſque ſubibat,
Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem,
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.

7. PILEO, VEL GALERO: ſed variis veſtium generibus,

3 nec ſine pernicie tamen. Siquidem redeuntes a cœna verberare [9], ac repugnantes
4 vulnerare, cloacisque [10] demergere [11] aſſueverat. Tabernulas etiam effringere & expilare [12], quintana [13] domi conſtituta, ubi partæ, & ad licitationem dividendæ [14]
5 prædæ pretium aſſumeretur. Ac ſæpe in ejuſmodi rixis, oculorum [15] & vitæ periculum adiit, a quodam [16] laticlavio [17], cujus uxorem attrectaverat [18], prope ad ne-
6 cem cæſus [19]. Quare nunquam poſtea ſe publico illud horæ [20] ſine tribunis [21] commiſit,

ribus, & appoſitis comis Xiphilinus ſupr. Cal. 11. 1. §. 5. *Servili veſte* Tacit. Ann. XIII. 25. 1. *Q. Volusio, P. Scipione conſulibus otium foris, fœda domi laſcivia, qua Nero itinera Urbis, & lupanaria, & diverticula, veſte ſervili, in diſſimulationem ſui compoſitus pererrabat.* *Galerum* V. ſupr. Cal. 11. 1. §. 4.

8. POPINÆ quid ſint, dixi ſupr. Tib. 34. 2. §. 14. Illas quamdiu *inierit*, tradit Xiphil. LXII. p. 707. C. Πάντα δὲ ὡς εἰπεῖν τὸν βίον ἐν καπηλικῇ διαίτῃ ποιούμενος, ἀπεῖπε τοῖς ἄλλοις μηδὲν ἑφθὸν ἐν καπηλείῳ, πλὴν λαχάνων καὶ ἔτνους πιπράσκειν. *Omnem fere vitam degebat in popinis: vetuit tamen, ut nihil in eis coctum aliis hominibus, præter olera & legumina venderetur.* Horum vitiorum æmulum habuit Verum imperatorem, de quo Capitol. c. 4. *Tanta luxuria fuiſſe dicitur, ut, popinam domi conſtitueret, ad quam poſt convivium Marci divertebat, miniſtrantibus ſibi omni genere turpium perſonarum. Fertur & nocte perpeti alea luſiſſe: atque in tantum vitiorum Caianorum, & Neronianorum, ac Vitellianorum fuiſſe æmulum, ut vagaretur nocte per tabernas, ac lupanaria, obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & commiſſaretur cum triconibus, & committeret rixas, diſſimulans quis eſſet, ſæpeque afflictum livida facie rediiſſe, & in tabernis agnitum quum ſeſe abſconderet.*

9. VERBERARI *a cœna redeuntes* frequens in Urbe malum fuiſſe, etiam poſt Neronem, conqueritur Juven. Sat. III. 278.

Ebrius ac petulans, qui nullum forte cecidit,
Dat pœnas, noctem patitur lugentis amicum
Pelidæ, cubat in faciem, mox deinde ſupinus:
Ergo non aliter poterit dormire? quibuſdam
Somnum rixa facit.

Meminit obiter hujus laſciviæ Tertull. Apolog. adv. Gent. c. 39. *Æque oratio convivium dirimit: inde diſceditur non in catervas cæſionum, neque in claſſes diſcurſionum, nec in eruptiones laſciviarum.* Caſaubonus.

10. CLOACIS i. foſſis, quibus purgamenta ex Urbe educebantur. Fecit eas Tarquinius Priſcus. Dionyſ. III. p. 200. Ἤρξατο δὲ καὶ τὰς ὑπονόμους ὀρύττειν τάφρους, δι' ὧν ἐπὶ τὸν Τίβεριν ὀχετεύεται πᾶν τὸ συρρέον ἐκ τῶν στενωπῶν ὕδωρ, ἔργα θαυμαστὰ καὶ κρείττω λόγου κατασκευασάμενος. Ἐγὼ γοῦν ἐν τρισὶ τοῖς μεγαλοπρεπεστάτοις κατασκευάσμασι τῆς Ῥώμης, ἐξ ὧν μάλιστα τὸ τῆς ἡγεμονίας ἐμφαίνεται μέγεθος, τάς τε τῶν ὑδάτων ἀγωγὰς τίθεμαι, καὶ τὰς τῶν ὁδῶν στρώσεις, καὶ τὰς τῶν ὑπονόμων ἐργασίας. *Cœpit etiam cloacas fodere, foſſas, per quas omnis aqua ex compitis confluens in Tiberim ſe exonerat, quæ opera admiranda ſunt, & majora, quam quæ verbis exprimi poſſunt. Ego certe in tribus magnificentiſſimis Romæ operibus, unde maxime imperii amplitudo apparet, aquæ ductus pono, & viarum ſtraturam, & cloacarum fabricam.*

11. DEMERGERE veſtibus forte ſpoliatos, & occiſos. Xiphil. LXI. p. 693. D. Ἀπεδύει τοὺς ἀπαντῶντας, παίων, τιτρώσκων, φονεύων.

12. EXPILARE quid V. ſupr. Cæſ. 54. 3. §. 10.

13. QUINTANA pars certa fuit caſtrorum, ubi res venales. Liv. XLI. 2. *Prætorio dejecto, direptis quæ ibi fuerunt, ad quæſtorium forum, quintanamque, hoſtes pervenerunt.* Feſtus. *Quintana appellabatur porta potius pars, porta enim quintana nulla fuit in caſtris) in caſtris poſt prætorium, ubi rerum utenſilium forum fuit.* Unde Iſidor. XV. 2. *Quintana pars plateæ quinta eſt, qua carpentum progredi poteſt.* Nero *quintanam*, forum, ut ita dicam, prædatorium, caſtrorum inſtar, domi conſtituit. V. *Lipſ. Tacit. Ann. p. 27. Mod. Liv. XL. 27.*

14. DIVIDITUR, vel, ut malunt Lipſius & Torrentius, *divenditur*, & diſtrahitur *ad licitationem*, quod illi addicitur, qui pretium majus obtulerit. V. quæ dixi ad Curt. IV. 1. 12. §. 38. De hac explicatione etiam Tacit. Ann. XIII. 25. 1. *Comitantibus qui raperent ad venditionem expoſita.*

15. OCULORUM. Tacitus. *Adverſus ignaros adeo, ut ipſe quoque acciperet ictus, & ore præferret.*

16. QUODAM, *Julio Montano*, ut illum vocant Tacitus & Xiphilinus, §. 19. V. illum, & quare *laticlavius* fuerit dictus ſupr. Aug. 38. 2. §. 13.

17. LATUS CLAVUS quid fuerit. V. ſupr. Cæſ. 45. 5. §. 24.

18. UXOREM ATTRECTAVERAT, nam, ut Xiphilinus, per totam Urbem debacchabatur, mulieribus, pueriſque ſtuprum inferens. Νύκτωρ ἐκώμαζε κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, ὕβριζεν ἐς τὰς γυναῖκας, ἀσελγαίνων ἐς τὰ μειράκια. *Contrectare* dicit noſter infr. Domit. 1. 6.

19. PROPE AD NECEM CÆSUM: ſed acriter repulſum dicit Tacit. n. 3. *Julius quidam Montanus, congreſſus forte per tenebras cum principe, quia vim tentantem acriter repulerat, deinde agnitum oraverat, quaſi exprobraſſet, mori adactus eſt.* Multis plagis illi inflictis, ut Xiphil. E. Ἰούλιος δέ τις Μοντανὸς, ἀγανακτήσας ὑπὲρ τῆς γυναικὸς, προσέπεσέ τε αὐτῷ, καὶ πληγὰς πολλὰς ἐνέφορησεν· ὥσθ' ὑπὸ τῶν ὑπωπίων συχνὰς αὐτὸν ἡμέρας κρυφθῆναι. *Itaque Julius Montanus, commotus uxoris cauſa, facto in Neronem impetu, ei multas plagas inflixit: ita ut per multos dies in conſpectum hominum præ lividis illis plagis non venerit.*

20. Il-

miſit procul & occulte ſubſequentibus. Interdiu quoque clam [22] geſtatoria [23] ſella 7
delatus in theatrum, ſeditionibus pantomimorum [24] ex parte proſcenii ſuperiori ſignifer [25] ſimul ac ſpectator aderat. Et cum ad manus [26] ventum eſſet, lapidibuſque & 8
ſubſelliorum fragminibus decerneretur, multa & ipſe jecit in populum [27], atque etiam prætoris [28] caput conſauciavit.

20. ILLUD HORÆ i. hora illa nocturna, tempore nocturno. Ita Plaut. Amph. I. I. 2.

Qui hoc noctis ſolus ambulem.

Noſt. Galb. 14. 4. *Illud ætatis.*

21. SINE TRIBUNIS. Et ideo Tacit. n. 4. *Nero autem metuentior in poſterum, milites ſibi, & pleroſque gladiatorum circumdedit, qui rixarum initia modica, & quaſi privata ſinerent: ſi a læſis validius ageretur, arma inferrent.*

22. CLAM: & ita ſe ſellis abſconderunt Otho infr. 6. 6. Vitellius infr. 16. 3. *Scheffer. R. V. II. 4.*

23. GESTATORIA, cautionis fortaſſe gratia ſic dicta ad diſcrimen ſedentariæ, etiam infr. Vitel. 16. 3. Ea vulgus in theatrum deferebatur. Cœlio Aureliano *ſella* eſt *portatoria* I. I. iſtis verbis. *Ante cibum præterea erit adhibenda geſtatio, portatoria ſcilicet ſella ſine vehementi motu.* Eidem etiam *fertoria.* Sic enim habet I. 5. *Levem, & delectabilem adhibeat geſtationem, ut fertoria ſella, vel cathedra.* V. *Lipſ. Elect. I. 19. Epiſt. Miſc. 2. Scheffer. R. V. II. 4. & 18. Chimentel. de Honor. biſel. c. 24.*

24. SEDITIONIBUS PANTOMIMORUM i. quas excitabant hiſtriones per fautores ſuos, quos quomodo foverit Nero, dixit Tacit. ſupr. 16. 8. §. 20.

25. SIGNIFER i. veluti *ſignum* ferret, daretque fautoribus hiſtrionum, quo in prælia converterentur. *Beroaldus.* Talis *erat in caſtris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum, & miſcere cœtus hiſtrionali ſtudio doctus* apud Tacit. Ann. I. 16. 4.

26. AD MANUS i. ad pugnam. Cicer. Verr. V. II. *Nonnunquam etiam res ad manus, atque ad pugnam veniebat.*

27. IN POPULUM i. illos ex *populo*, qui factioni ſuæ minus favebant.

28. PRÆTORIS, ludorum præſidis.

CAPUT XXVII.

ARG. *Epulas pretrahit, in publico cœnitat, & cœnas ſumptuoſiores familiaribus indicit Nero Claudius Cæſar.*

Paullatim vero invaleſcentibus vitiis, jocularia & latebras omiſit [1], nullaque diſſimulandi cura ad majora palam erupit [2]. Epulas a medio die [3] ad mediam noctem 1
protrahebat, refotus ſæpius calidis [4] piſcinis [5], ac tempore æſtivo nivatis [6]. Cœnitabatque 2
3

JOCULARIA ET LATEBRAS OMISIT i. his, partim levibus, partim clandeſtinis contentus non fuit.

* 2. AD MAJORA PALAM ERUPIT. Heliod. Æthiop. VIII. p. 370. Λανθάνοντες μὲν ἁμαρτάνοντες καὶ ἐρυθριῶσιν: ἀνακαλυπτόμενοι δὲ ἀπαναισχυντοῦσι. Ὁ μὲν ἀγνοούμενος, ἐνεργέστερος: ὁ δὲ πεφωραμένος, θρασύτερος. *Cum occultas eſſe ſuas rationes putant, erubeſcunt: cum ſunt deprehenſi, omnem pudorem amittunt. Qui latet, cunctantior eſt: qui deprehenſus eſt, audacior efficitur.* Apul. Apol. p. 274. *Namque peccatum ſemel, ut bonus quiſque ſolitus cavet: ita qui ingenio malo eſt, confidentius integrat; ac jam de cætero, quo ſæpius, eo apertius delinquit. Pudor enim, veluti veſtis, quanto obſoletior eſt, de tanto incurioſius habetur.*

3. A MEDIO DIE i. ab ipſo meridie. Tunc enim *dies* κατ' ἐξοχὴν ſumitur pro meridie. Ut *de mane* aliquid fieri dicebant, quod mane fiebat: ſic *de die*, quod meridie. Hinc Ciceronis dictum in homines gulæ, & ventri deditos Phil. II. *de die & in diem ces vivere.* Catul. 47. 6.

Vos convivia ſumptuoſa laute
De die facitis.

Liv. XXV. 23. *Inde ubi id temporis viſum, quo de die epulatis jam vini ſatias, principiumque ſomni eſſet.* Epularum vero tempori hora fere quinta conſtituta erat. Cicer. in Piſon. c. 6. *Meminiſtine, cœnum, cum ad te quinta fere hora cum C. Piſone veniſſem, neſcio quo e gurguſtio te prodire, involuto capite, ſoleatum?* Inde Juven. Sat. XI. 204.

—— jam nunc in balnea ſalva
Fronte licet vadas, quamquam ſolida hora ſuperſit
Ad ſextam.

Hora igitur quinta, vel ſexta epulari, hoc *de die* epulari vocabant, & convia illud horæ agitata, *tempeſtiva* dicebantur, etiam noſt. Calig. 45. 6. *Salmaſ. in Vopiſc. Florian. c. 6. Exerc. Plin. p. 456. b. G.*

4. CALIDIS, quarum meminit & Plin. Epiſt. II. 17. *Mox duæ cellæ magis elegantes, quam ſumptuoſæ: cohæret calida piſcina mirifice, ex qua natantes mare adſpiciunt.*

5. PISCINAS tam latas, longaſque habebant Romæ, ut in eis nare poſſent. Erat alia publica. Cicer. ad Q. Fratr. III. I. *Magna vis aquæ ad piſcinam publicam.* Fuit in duodecima Urbis regione, cui *Piſcina publica* nomen indit Victor. De illa Feſtus. *Piſcinæ publicæ hodieque nomen manet, ipſa non exſtat: ad quam & natatum, & exercitationis alioqui cauſa veniebat populus, unde Lucilius ait:*

Pro obtuſo ore pugil, piſcinenſis res eſt.

tabatque nonnumquam & in publico [7], naumachia [8] præcluſa, vel Martio campo [9], vel circo maximo [10], inter ſcortorum [11] totius Urbis ambubajarumque [12] miniſteria. 4 Quoties Oſtiam Tiberi deflueret [13], aut Bajanum ſinum prænavigaret; diſpoſitæ per littora & ripas diverſoriæ tabernæ [14] parabantur, inſignes ganeæ [15] & matronarum [16] inſtitorio [17] copas [18] imitantium, atque hinc inde hortantium ut appelleret.

Aliæ privatæ. Plin. Epiſt. v. 6. *Aliis feneſtris deſpicit pratum, ſed ante piſcinam, quæ feneſtris ſervit, ac ſubjacet, ſtrepitu, viſuque jucunda. Nam ex edito deſiliens aqua, ſuſcepta marmore albeſcit. Si natare latius, aut tepidius velis, in area piſcina eſt, in proximo puteus eſt, quo poſſis rurſus adſtringi, ſi pœniteat teporis.* De illarum ſitu Pallad. R. R. I. 40. *Piſcinales cellæ in æſtivis balneis a ſeptemtrione lumen accipiant, in hyemalibus a meridie.* Noſt. infr. 31. 11.

6. NIVATIS I. *nive* refrigeratis; *nive* enim & piſcinas refrigerare ſolebant veteres. Senec. N. Q. IV. 13. *Itaque nix iſta, in qua etiamnum natatis, eo pervenit uſu, & quotidiana ſtomachi ſervitute, ut aquæ locum obtineat.* Hinc Plin. XIX. 4. *Servatur algor æſtibus, excogitaturque, ut alienis menſibus nix algeat.* Quomodo ſervetur, docent Auguſtin. C. D. XIX. 4. *Quis paleæ dedit vel tam frigidam vim, ut obrutas nives ſervet, vel tam fervidam, ut poma immatura maturet?* Et Seneca. *Inde eſt, quod nec nive contenti ſunt, ſed glaciem, velut certior illi ex ſolido rigor ſit, exquirunt, ac ſæpe repetitis aquis diluunt: quæ non e ſummo tollitur, ſed ut vim majorem habeat, & pertinacius frigus, ex abdito effoditur.* V. & *Beroaldum*, nec non *Hummelb. in Apic. R. C. p.* 84.

7. IN PUBLICO *cœnitaſſe* Neronem prodidit etiam Tacit. Ann. XV. 37. I. *Ipſe quo fidem acquireret, nihil uſquam perinde lætum ſibi, publicis locis ſtruere convivia, totaque Urbe quaſi domo uti.*

8. NAUMACHIAM. V. ſupr. Cæſ. 39. I. §. 9.

* 9. MARTIO CAMPO I. ſtagno, quod in *campo Martio* fuit. Hoc denotari certum eſt, quia in illo publice cœnare ſolitum tradit Tacitus infr. §. 21. *Nardin. Rom. Vet.* 6. 4.

10. CIRCUM MAXIMUM V. ſupr. Cæſ. 39. 5. §. 25.

* 11. SCORTORUM. Tacit. XV. 37. 3. *Crepidinibus ſtagni lupanaria adſtabant, illuſtribus feminis completa: & contra ſcorta viſebantur, nudis corporibus: jam geſtus motuſque obſcœni.*

12. AMBUBAJÆ ſunt Syræ mulieres, quæ in circo, aliiſque locis, ædilem metuentibus, & corporis ſui vulgo copiam faciebant, & organa quædam pulſare norant, quæ una ſecum e patria Romam attulerant. Horat. Sat. I. 2. I.

Ambubajarum collegia, pharmacopolæ.

Ubi Acro. *Ambubajæ dicuntur mulieres tibicinæ, lingua Syrorum. Etenim Syris tibia, ſive ſymphonia, ambubaja dicitur.* Papias Onomaſtico: *Ambubajæ, mulieres Syriacæ*: Syris אביב eſt tibia, ſive fiſtula. Arabes inſerunt *n* אנבוב. Latini *m* maluerunt. Syros vero tibicines, ac tympaniſtas Romæ fuiſſe, docet Juven. Sat. III. 62.

Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana ſecum
Vexit, & ad circum juſſas proſtare puellas.

V. *Caſaubonum*, *Scal. Conj. Varr. p.* 54. *Barthol. de tib. vet.* I. 10: 3. 8. *Buleng. de theat.* II. 22. *Voſſ. Lex.* & de *vit. ſerm.* I. 5. *Turneb. Adv.* XI. 23.

13. DEFLUERET.... I. ex Urbe *Oſtiam* per *Tiberim* ſecundo flumine decurreret. Virg. Æneid. VIII. 549.

——— *ſegniſque ſecundo defluit amni.*

14. DIVERSORIAS TABERNAS appellat noſter, quas exercerent copæ I. cauponulas, & loca ad *diverſandum* comparata, ad differentiam earum, quæ venales habent merces. & Plaut. Truc. III. 2. 29.

Tene: in tabernam ducor diverſoriam.

Diverſorium locus eſt, ubi viatores ad tempus *divertunt*. Cicer. de Senect. c. 23. *Ex vita ita diſcedo, tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura diverſorium nobis, non habitandi dedit.* V. quoque *Stuck. A. C.* II. II. *Tomaſ. de teſſer. hoſpit. c.* 29. * Illo antiquiores *in propatulo veſcebantur, & communiter epulabantur, ne ſingularitas luxuriam gigneret*, ut Iſidor. XX. 2. Et ut Val. Max. II. 5. §. 5. *Fuit illa ſimplicitas antiquorum in cibo capiendo humanitatis ſimul & continentiæ certiſſimus index. Nam maximis viris prandere & cœnare in propatulo verecundiæ non erat: nec ſane ullas epulas habebant, quas populi oculis ſubjicere erubeſcerent.*

15. GANEÆ vulgo circumfertur, ſed *ganea* quid ſi legeremus. Ita legendum conjicit illuſtriſſimus Salmaſ. de Uſur. p. 351. ut monet *Tomaſ. de teſſ. hoſpit.* c. 29. Librum ipſum, in quo hæc notavit, oculis ſubjicere nondum mihi contigit. Quid *ganea* dictum ſupr. Tib. 34. 2. §. 15.

16. MATRONAS has deſcribit Tacit. Ann. XV. 37. 3. *Crepidinibus ſtagni lupanaria adſtabant, illuſtribus feminis completa: & contra ſcorta viſebantur nudis corporibus.*

17. INSTITOR gloſſ. Cyril. eſt ἐργαστηριάρχης, ἐργοδιώκτης I. tabernæ, vel officinæ præpoſitus. Olim per Italiam homines divites, qui propter viam habebant prædia, ibi conſtituebant ædificia, ſeu cauponas & popinas. Varr. R. R. I. 2. *Cum hujus ſpectatum veniant villas, non ut apud Lucullum, ut videant pinacothecas, ſed oporothecas.* Noſt. Vitell. 13. 6. Et in illis habebant ſervos fere, quos *inſtitores* vocabant. * Et hi dominorum merces venales proferebant. Horat. Od. III. 6. 30.

Seu vocat inſtitor.

Ovid. Art. I. 421.

Inſtitor

ret [19]. Indicebat [20] & familiaribus cœnas [21], quorum uni mitellita [22] quadragies HS [23] conſtitit, alteri pluris aliquanto roſaria [24].

Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem.

Etiam *ſtabuli* & *cauponæ inſtitorem* dicit Ulpian. Digeſt. XLIX. §. 5. *Caupones & ſtabularios æque nos accipiemus, qui cauponam vel ſtabulum exercent, inſtitoremve eorum.* Dicit etiam Paull. Digeſt. XXXIII. 7. §. 13. *Taberna cauponia inſtrumento legato etiam inſtitores continentur.* Hinc *Inſtitorius*, ut *inſtitoria actio.* V. *ICtos Digeſtorum locis modo laudatis.* Et *Inſtitorium*, ut legendum contendit Turneb. Adv. XXIV. 6. ſubaudi Torrentio interprete & Grævio probante, munus atque officium. Hinc *tabernæ inſignes ganea*... in quibus omnis generis obſonia vendebantur, & pro *inſtitoribus*, qui illa vendere ſolebant, erant *matronæ copas imitantes.*

18. COPA eſt mulier, quæ *cauponam* exercet, *καπηλίς*. Catal. Virgilii infr. 54. 1. §. 3. Veteres enim, ut cludam, claudam: ſic & *copam*, *caupam*, & *cupam* dicebant. Apud Cicer. in Piſon. c. 27. *Panis & vinum a propola & de cupa*, propola eſt *μεταβολεύς*, & *cupa καπηλίς*. Significat enim eum nunquam de penu, & promptuario vivere, ſed de *caupona*. V. *Scalig. Conj. in Varr. p. 61. Catal. p. 254. Lampe de Cymbal.* II. 23.

19. HORTARI UT APPELLERENT prætereuntes ſuis illecebris, & *tabernariis blanditiis*, ut loquitur Apul. Apol. p. 329. ſolebant cauponæ. Fere enim *cauponæ* ſunt *tabernæ Venereæ*, ut illas vocat in epiſtola ad *γυναῖκα καπηλίδα*, quæ eſt illi tertia & vigeſima, Philoſtratus. *Πάντα με αἴρει τὰ σά· τὸ καπηλεῖον, ὡς Ἀφροδίσιον.* *Omnia me tua extollunt, & ſtimulant: caupona, quaſi taberna Venerea.* Theoph. Charact. Ethic. c. 29. *Αὗται αἱ γυναῖκες ἐκ τῆς ὁδοῦ τοὺς παριόντας ἁρπάζουσι.* *Hæ ſunt mulieres, quæ prætereuntes de via rapiunt.* Xiphil. LXXIX. p. 912. E. *Ἐν τῷ Παλατίῳ οἴκημά τι ἀποδείξας, ἐνταῦθα ἠσέλγαινε, γυμνός τε ἀεὶ ἐπὶ τῆς θύρας αὐτοῦ ἑστὼς, ὥσπερ αἱ πόρναι, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κρίκοις ἐξηρτημένον διασείων, τούς τε παριόντας ἁβρᾷ τε καὶ κεκλασμένῃ τῇ φωνῇ προσεταιριζόμενος.* *In Palatio cellam quandam habuit, in qua libidinem expleret, & ſtabat nudus ſemper ante fores, ut ſcorta ſolent, concutiebatque ſindonium, connexum anulis aureis, ac molli & fracta voce prætereuntes alliciebat.* Inter copam autem, & meretricem nihil, aut parum intererat. V. *Caſaub. in Theoph. Characteres*, & ad *hunc locum.*

20. INDICEBAT i. parari ſibi jubebat, & ad illas ſe venturum promittebat. Mart. XI. 50. 10.

Indixit cœnam dives amica tibi.

Noſt. Vitell. 13. 2.

21. COENAS, quas *celeberrimas luxu famaque Tigillinus* etiam *paraverat. In ſtagno Agrippæ fabricatus eſt ratem, cui ſuperpoſitum convivium navium aliarum tractu moveretur: naves auro & ebore diſtinctæ: remigeſque exoleti, per ætates, & ſcientiam libidinum componebantur: volucres, & feras diverſis e terris, & animalia maris oceano abuſque petiverat.* Tacit. Ann. XV. 37. 2.

22. MITELLITA, ſive *mitellica* eſt datio *mitellarum* i. coronarum ſericarum, quæ in conviviis nepotum ſolebat uſurpari. Luxuria enim coronas invenit in conviviis e nardi folio, & veſte ſerica verſicolori, quas unguentis adſpergebant pretioſiſſimis. Has *mitellas* vocarunt, quaſi parvas *mitras*. Plinium V. infr. §. 23. *Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 329. *b. F. Turneb. Adv.* XXIV. 6. *Tiraq.* III. *Leg. Connub. Gloſſ.* I. *p.* 3. *n.* 27.

23. QUADRAGIES HS ſunt centena philippicorum millia. V. *Lipſ. in Tacit. Hiſt.* II. §. 114. *Bochart. Hieroz.* IV. II. & *ſupr. Cæſ.* 26. 4. §. 24.

24. ROSARIA i. largitio coronarum e mero *roſæ* folio ſutilium. Harum enim ante inventas mitellas, in conviviis apud veteres multus fuit uſus. Plin. XXI. 3. *Summaque auctoritas pactili coronæ, uti Saliorum ſacris invenimus ſollennes cœnas. Tranſiere deinde ad roſaria: eoque luxuria proceſſit, ut non eſſet gratia, niſi e mero folio: ſutilibus mox petitis ab India, aut ultra Indos. Lautiſſimum quippe habetur e nardi folio eas dari, aut veſte ſerica verſicolori unguentis madidas.* V. *Salmaſium* &, ſi placet, *Turrig. ad inſcr. Urſ. Tog. Ant. Rom. Græv. tom.* 12. *p.* 400.

CAPUT XXVIII.

ARG. *Ingenuis, nuptis, virgini Veſtali vim infert, Acten libertam matrimonio quin jungat, parum abeſt, puerum Sporum pro uxore habet, & matris concubitum appetit Nero Claudius Cæſar.*

Super ingenuorum pædagogia [1], & nuptarum concubinatus, Veſtali virgini Ru- 1
briæ vim intulit. Acten [2] libertam paullum abfuit quin juſto matrimonio ſibi 2
con-

PÆDAGOGIA *ingenuorum* pro illorum concubitu accipere videtur noſter. Forte *pædagogianus* dicitur ob illud obſequium adultus ille, de quo Ammian. XXIX. 3. *Adultus quidam ex iis, quos pædagogianos appellant, ad obſervandam venaticiam prædam Spartianum canem retinere diſpoſitus.* Et quid? ſi ad idem alludere diceremus Tertullianum Apolog. c. 13. dicentem: *Sed quum de pædagogiis aulicis neſcio quem cinædum deum facitis.* V. & *Beroaldum. Turneb. Ad.* XXIII. 19. &, ſi vacat, *Lipſ. ad Tacit. Annal.* XV. *Excurſ. B.*

2. Ἡ δὲ δὴ Ἀκτὴ ἐπρίατο μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας, ἀγα-
πηθεῖσα

3 conjungeret: ſummiſſis conſularibus viris, qui regio genere ortam pejerarent. Puerum Sporum [3], exſectis teſtibus, etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus, cum dote [4], & flammeo [5] perſollenni nuptiarum celeberrimo [6] officio [7], dedu-
4 ctum ad ſe pro uxore habuit. Extatque cujuſdam non inſcitus jocus, *Bene agi po-*
5 *tuiſſe cum rebus humanis* [8], *ſi Domitius pater talem habuiſſet uxorem* [9]. Hunc Sporum Auguſtarum ornamentis excultum [10], lecticaque [11] vectum, & circa conventus [12] mercatuſque [13] Græciæ ac mox Romæ circa Sigillaria [14] comitatus eſt identidem exoſcu-

πωληθεῖσα δὲ ὑπὸ τοῦ Νέρωνος, ἐς τε τὸ τοῦ Ἀττάλου γένος ἐσήχθη, καὶ πολὺ καὶ ὑπὲρ τὴν Ὀκταουίαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ἠγαπήθη. Acte fuerat empta ex Aſia, cujus amore ita Nero captus erat, ut eam retulerit in familiam Attali, & Octavia uxore multo chariorem habuerit. Xiphil. LXI. p. 692. D. Hanc, Neronis concubinam, quam a Paullo, cum Romæ commoraretur, ad religionem Chriſtianam converſam, *contra monaſt. vit. contempt.* I. ſcribit *Chryſoſtomus*, eſſe *Acten*, putat *Comment. Hiſt.* I. *Triſtanus*, ut docet erudititiſſimus *Ryck. in Tacit. p.* 199. Sanctos in Neronis aula fuiſſe, quamvis, quinam illi fuerint, ego ſciam cum ignaviſſimis, admitto cum Paullo Phil. 4. 22. *Ἀσπάζονται ὑμᾶς πάντες οἱ ἅγιοι, μάλιστα δὲ οἱ ἐκ τῆς Καίσαρος οἰκίας.*

3. SPORUM, quem mutato nomine dixit *Sabinam.* Cauſas produnt Xiphil. LXII. p. 715. A. LXIII. p. 721. A. Zonar. Ann. II. p. 188. & Suidas: *Ὠνόμασε δὲ Σαβῖναν τὸν Σπόρον, οὐ κατὰ τοῦτο μόνον, ὅτι διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς γυναικὸς, ὅτι ἐξετέτμητο, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἐγήματο αὐτῷ, ὥσπερ κἀκείνη, ἐν τῇ Ἑλλάδι κατὰ συμβόλαιον. Sporum Sabinam nominavit, non ſolum quod propter ejus ſimilitudinem exſectus fuerat, ſed etiam quod, ut antea Sabina, ita hic in Græcia pactis ipſi conventis nupſit.*

4. Dos etiam ab his quaſi legitimis nuptiis non abfuit, uti nec ab illis, quibus hoc propudium hominis Pythagoræ nupſit. Tacit. Ann. XV. 37. 4. *Ipſe per licita atque illicita fœdatus; nihil flagitii reliquerat, quo corruptior ageret, niſi paucos poſt dies uni ex illo contaminatorum grege, cui nomen Pythagora fuit, in modum ſollennium conjugiorum denupſiſſet. Inditum imperatori flammeum, viſi auſpices, dos, & genialis torus, & faces nuptiales.*

5. FLAMMEUM erat tenuis pannus, quo novæ nuptæ vultus tegebatur. Feſtus. *Flammeo amicitur nubens ominis boni cauſa, quod eo aſſidue utebatur flaminica, id eſt, flaminis uxor, cui non licebat facere divortium.* Coloris erat lutei. Plin. XXI. 8. *Lutei video honorem antiquiſſimum, in nuptialibus flammeis totum feminis conceſſum.* Ut, ſi quid in facie virginis animadverteretur pudoris, is e velo color, non e genis emicare videretur. Lucan. II. 361.

Non timidum nuptæ leviter tectura pudorem
Lutea demiſſos velarunt flammea vultus.

Unde *ſanguineum* dicitur Schol. Juven. VI. 225. *Flammeum eſt genus amiculi, quo ſe cooperiunt mulieres die nuptiarum. Eſt enim ſanguineum, propter ruborem cuſtodiendum.* Hoc & Neroni, cum Pythagoræ nuberet, inditum fuiſſe dixit Tacit. §. 4. De *flammeo* etiam ſcribunt *Alex. Gen.* II. 5. *Pier. Hierogl.* XL. 21. *Briſſon. de rit. nupt. p.* 60. *Ferrar. R. V.* I. 3. 21. *Salmuth ad Pancir.* I. 59. *Lyd. Serm. conv.* I. 82. *Soler. de pil.* §. 6. *Salden. Ot. Theol.* I. 6. 7. *Tiraq.* & *Mercer. in Alexandrum. Sched. de diis Germ.* II. 5. *Pius Annot. poſt.* 80.

6. CELEBERRIMO I. valde frequenti. V. ſupr. Aug. I. 2. §. 5.

7. OFFICIUM nuptiarum. V. ſupr. Cal. 25. 2. §. 5.

* 8. BENE CUM REBUS HUMANIS AGI.... Ut apud Senec. Controv. Præf. V. *Bene cum illo*, Scauro, *ignis egerat*, dum ejus exiſtimationi conſuluerat, illius orationibus combuſtis.

9. UXOREM *talem*, qualis fuit Sporus. Nunquam profecto Neronem genuiſſet. *Beroaldus.*

10. AUGUSTARUM ORNAMENTIS EXCULTUM I. ornatum veſtibus, quibus uſæ fuiſſent uxores principum, quæ *Auguſtarum* nomina ſibi induerunt. Livia ſupr. Aug. 102. 3. §. 14. Agrippina Claudio conjugata apud Tacit. Ann. XII. 26. I. *Augetur & Agrippina cognomine Auguſtæ.* Macrini uxor apud Herodian. V. p. 120. *Ἠγάγετο δὲ γυναῖκα τὴν εὐγενεστάτην Ῥωμαίων, ἣν Σεβαστὴν ἀναγορεύσας. Duxit præterea uxorem illuſtriſſimam Romanam feminam: quam etiam Auguſtam appellavit.* Domitia apud noſtrum Domit. 3. 2. Aliæque plures apud *Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores*, & *Ictos.*

11. LECTICAM deſcripſi ad Curt. VIII. 9. 24. §. 97.

12. CONVENTUS *Græciæ* forte fuerint oppida, ad jus dicendum conſtituta, qualia vidimus in Hiſpania ſupr. Cæſ. 7. I. §. 6.

13. MERCATUM *Græciæ* inſtituit Iphitus Elius. Paterc. I. 8. I. *Certamen Olympiorum habuit auctorem Iphitum Elium. Is eos ludos, mercatumque inſtituit ante annos, quam tu, M. Vinici, conſulatum inires, octingentos quatuor.* De illo Juſtin. XIII. 5. 3. *Quæ recitata præſente univerſa Græcia in mercatu Olympiaco, magnos motus fecerunt.* Et ad illum reſpicit Pythagoras, cui Cicer. Tuſc. Quæſt. V. 3. dicit *ſimilem viſam vitam hominum, & mercatum eum, qui haberetur maxime ludorum apparatu totius Græciæ celebritate.... Mercatus* autem quare celebrior hic Græciæ conventus dicatur, docet in indice Juſtin. Berneggerus, quia tam celebri in conventu *mercaturam* & nundinas exerceri occaſio fuit.

14. Si-

exoſculans. Nam matris concubitum appetiſſe [15], & ab obtrectatoribus ejus, ne 6
ferox & impotens mulier & hoc genere gratiæ prævaleret, deterritum [16] nemo dubitavit: utique poſtquam meretricem, quam fama erat Agrippinæ ſimillimam [17], inter concubinas recepit. Olim etiam quoties lectica [18] cum matre veheretur, libi- 7
dinatum inceſte [19], ac maculis veſtis [20] proditum affirmant.

14. Sigillaria V. ſupr. Claud. 16. 9. §. 27.

15. Matris concubitum appetiſſe Neronem memorat etiam Fabius Ruſticus apud Tacit. Ann. XIV. 2. 3. ſed apud eundem n. 1. tradit Cluvius *ardore retinendæ potentiæ Agrippinam eo uſque provectam, ut medio diei, cum id temporis Nero per vinum & epulas incaleſceret, offerret ſe ſæpius temulento comptam, & inceſto paratam, imo laſciva oſcula, & prænuntias flagitii blanditias annotaſſe proximos.*

16. Deterritum a *Seneca* dicit Tacitus n. 2. dum dicit illum *contra muliebres illecebras ſubſidium a femina petiviſſe: immiſſamque Acten libertam, quæ ſimul ſuo periculo, & infamia Neronis anxia, deferret, pervulgatum eſſe inceſtum gloriante matre, nec toleraturos milites profani principis imperium. ... ejuſdemque liberta aſtu disjectam.*

17. Meretricem, Agrippinæ ſimillimam. Xiphil. LXI. p. 694. E. Ἐπεχείρησε καὶ τὸν Νέρωνα ὁμοίως καταδουλώσασθαι· ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν εἴτ' ἀληθῶς ἐγένετο, εἴτε πρὸς τὸν τρόπον αὐτῶν ἐπλάσθη, οὐκ οἶδα· ὃ δὲ δὴ πρὸς πάντων ὡμολόγηται, λέγω, ὅτι ἑταίραν τινὰ τῇ Ἀγριππίνῃ ὁμοίαν ὁ Νέρων δι' αὐτὸ τοῦτο ἐς τὰ μάλιστα ἠγάπησε· καὶ αὐτῇ τε ἐκείνῃ προσπαίζων, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐνδεικνύμενος, ἔλεγεν ὅτι καὶ τῇ μητρὶ ὁμιλοίη. *Tentavit* Agrippina *eodem modo*, quo Claudium patruum, *ſub ſuam poteſtatem ſubjicere: quod an vere factum ſit, an propter mores ejus confictum ſit, pro certo non habeo: ea vero refero, quæ verſantur in ore omnium, meretricem quandam Agrippinæ ſimilem ob hanc ipſam cauſam maxime ab eo amatam fuiſſe: dumque vel ipſe cum ea luderet, vel aliis eam oſtenderet, dixiſſe, ſe cum matre conſuetudinem habere.*

18. Lectica cum aliis vectos fuiſſe veteres docui ſupr. V. 9. 4. §. 8.

19. Libidinatum inceſte i. *inceſtantium* more inhærendo Venerem peregiſſe. *Sabellicus.*

20. Maculis veſtis i. quas effuderat effuſa genitura ſuper matris veſtibus. Simile exemplum narrat Plin. XXXVI. 5. *Ferunt* Veneris Praxitelicæ *amore captum quendam, cum delituiſſet noctu, ſimulacro cohæſiſſe, ejuſque cupiditatis eſſe indicem maculam.* Beroaldus.

CAPUT XXIX.

ARG. *Feræ pelle contectus, virorum, & feminarum inguina invadit, & conficitur, Doryphoro nubit, & neminem pudicum eſſe perſuaſum habet Nero Claudius Cæſar.*

Suam quidem pudicitiam uſque adeo proſtituit, ut contaminatis [1] pæne omnibus 1
membris [2], noviſſime quaſi genus luſus [3] excogitaret, quo feræ pelle contectus [4] emitteretur e cavea [5], virorumque ac feminarum ad ſtipitem deligatorum [6] inguina [7] invaderet [8]: & cum affatim deſæviſſet [9], conficeretur [10] a Doryphoro [11] liberto: cui etiam

Contaminatis i. pollutis. Quid proprie *contaminare*, dixi ſupr. Cæſ. 49. 6. §. 30.

2. Omnibus membris, ut Commodus apud Lamprid. c. 5. *Nec irruentium in ſe juvenum carebat infamia, omni parte corporis, atque ore in ſexum utrumque pollutus.* Et Heliogabalus apud eundem c. 5. *Qui enim ferre poſſet principem per cuncta cava corporis libidinem recipientem.*

3. Lusus, qui nimirum inſtar venationis in amphitheatro *luderetur.*

4. Feræ pelle contectum hæc peregiſſe hunc nebulonem, dixit & Aurelius Victor ſupr. 12. 2. §. 5.

5. E cavea, majorem n. terrorem ut incuteret iis, in quos eſſet graſſaturus. *E caveis* vero in ſpectaculum mitti ſolebant feræ. *In cavea* tigrim Romæ oſtendiſſe Auguſtum dixit Plinius ſupr. Aug. 43. 11. §. 54.

6. Ad stipitem deligabantur noxii, a feris conficiendi. Vopiſc. Aurel. c. 37. *Sane Mneſtheus poſtea ſurrectus*, i. rectus ligatus, *ad ſtipitem, beſtiis objectus eſt.* Euſeb. V. 1. Βλανδῖνα ἐπὶ ξύλου κρεμασθεῖσα προὔκειτο βορὰ τῶν εἰσβαλλομένων θηρίων. *Blandina in ligno ſuſpenſa proſtituta eſt eſca incurrentium ferarum.* Unde *ſtipitem leoni conceſſum*, quia homo *ſtipiti* alligatus leoni concedebatur, dicit Tertull. de pudic. c. 22. Hunc morem infami, & infanda ſua turpitudine exprimere voluit hic nebulo. V. etiam *Lipſ. de Cruce* III. 11. *Buleng. de venat. c.* 36.

7. Inguen quæ pars ſit corporis, dixi ſupr. Tib. 44. 2. §. 4.

8. Invaderet i. lamberet, quaſi voraret. Xiphil. LXIII. p. 721. B. Καὶ τί τοῦτο θαυμάσειεν ἄν τις; ὁπότε καὶ μειράκια καὶ κόρας σταυροῖς γυμνὰ προσδέων, θηρίου τέ τινος δορὰν ἀνελάμβανε, καὶ προσπίπτων σφίσιν, ἐνέκυπτεν ὥσπερ τι ἐσθίων. *Et cur hoc miretur aliquis?*

etiam, ſicut ipſi Sporus, ita ipſe denupſit [12]: voces quoque & ejulatus [13] vim patientium [14] virginum imitatus. Ex nonnullis comperi, perſuaſiſſimum habuiſſe eum,
7 neminem hominum pudicum [15], aut ulla corporis parte [16] purum eſſe: verum pleroſque diſſimulare vitium [17], & calliditate obtegere: ideoque profeſſis apud ſe obſcœnitatem, cætera quoque conceſſiſſe delicta.

quum nudos, & pueros, & puellas palis alligans, alicujus feræ pellem ſumeret, & in eos irruens libidinem expleret, quaſi quid comederet.

9. DESÆVISSET i. nunc linctu, nunc ſuctu, nunc morſu laceſſiſſet. *Sabellicus.* *Vulva contrectaſſe* Aurel. 12. 2. §. 2. *quaſi comediſſe* Xiphil. ſupr. §. 6.

10. CONFICERE, honeſto uſu, ut beſtiarii *conficere* feras, & hinc *confectores* (ſupr. Aug. 43. 4. §. 24.) dicebantur, turpiſſimam rem obtegit. *Confici* Nero dicitur, ut beſtia, quam ſimulabat. *Confecerit* illum Doryphorus venabulo mimico ita parato, ut ferrum ejus retuſum, cum videretur intrare corpus ictæ beſtiæ, retrocederet in cavatum haſtile, quo ſimularetur *confectus*: deinde in tacentem, conquieſcentemque inſiluerit infamis miniſter, & cætera peregerit. V. *Gronov. Obſerv.* 1. 8.

11. DORYPHORUS fuerit forte, qui *Pythagoras* Tacit. ſupr. 28. 3. §. 4. Quem *Doryphorum*, quia principis fuit ſatelles, dictum fuiſſe putat *Beroaldus.*

12. DENUPSIT i. nupſit. Eodem verbo hanc narrans hiſtoriam uſus eſt Tacit. ſupr. 28. 3. §. 4.

13. EJULATUS, quem mulierum eſſe dixi ad Curt. III. 12. 4. §. 12.

14. VIM PATI paucis etiam explicui ad Curt. X. 1. 29. §. 100.

15. NEMINEM HOMINUM PUDICUM *eſſe*, ſimile eſt Archilochi dicto improbo, πάντα ἀδεμάτους ἐσκολύπτειν. Σκολύπτειν & ἀποσκολύπτειν obſcœniſſimæ impuritatis genus ſignificare docet *Caſaubon. in Athen.* III. 34.

16. ULLA CORPORIS PARTE. Recte de effeminatis Archeſilaus philoſophus dixit: *nihil intereſt, quibus membris cinædi ſitis, prioribus, an poſterioribus.* Scitum quoque eſt illud Catonis: *& adverſus, & averſus impudicus es.*

17. VITIUM i. impudicam naturam, mox *obſcœnitatem.*

CAPUT XXX.

ARG. *Divitiarum fructum profuſionem eſſe putat, & nec largiendi, nec abſumendi modum tenet Nero Claudius Cæſar.*

1 Divitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat quam profuſionem: ſordidos [1] ac deparcos [2] eſſe, quibus ratio impenſarum conſtaret [3]: prælautos, vereque
2 magnificos, qui abuterentur [5] ac perderent [6]. Laudabat, mirabaturque avunculum Cajum

SORDIDI ſunt nimium parci, avari. Horat. Sat. II. 2. 53.

Sordidus a tenui, i. mundo, *victu diſtabit.*

Sordes enim avaritia. Quintil. Inſtit. VI. 4. *Incuſans ejus ſordes, calceos eum veteres dicebat vendere ſolere.* *Sordes*, σαρὸς δώματος, quæ e domo everruntur, & in unum locum accumulantur.

2. DEPARCOS i. valde, omnino, immodice *parcos*, Apul. Apol. p. 290. *At non contraria accuſatis? unum ſervum, ut deparci: tres libertos, ut profuſi:* Solin. c. 4. *Hoc collectaneum deparcitur* i. per hyemem conſervatur. Ita quidem Solinum emendat Salmaſ. Exercit. Plin. p. 72. *b.* G. *De* in compoſitis interdum ſignificationem auget, & intendit. Ovid. Triſt. V. 4. 40.

Et te flento ſuos demaduiſſe ſinus.

V. Feſtum in *delita*, *deperire*, *deſpretus*, *devitare.*

3. QUIBUS RATIO IMPENSARUM CONSTARET i qui pecuniam non inutiliter *impenderent.* *Rationes conſtant*, quando pares ſunt. Formula a *ratiociniis* petita. Cum *rationes* redduntur, & excutiuntur, in ſingula æra, ac titulos inquiritur: & quantum *impenſæ*, & quibus nominibus ſit factum; non ignoratur, *ratio conſtare* dicitur. Plin. Paneg. 38. 4. *Ambitio, & jactantia, & effuſio, & quidvis potius, quam liberalitas exiſtimanda eſt, cui ratio non conſtat.* Epiſt. II. 4. *Sed liberalitas temperanda eſt in aliis, in te vero facile ratio conſtabit.* V. etiam *Turneb. Adv.* II. 3. *Bud. in Pandect.* p. 258. *Buchner. in Plin. Epiſt.* X. 20.

4. PRÆLAUTOS i. valde *lautos* i. nitidos, ſplendidos. Donat. Eun. III. 1. 37. *Lautus qui mundus & ſplendidus eſt.* Hinc Terent. Heaut. IV. 5. 50.

Omnes te in lauta, & bene vincta parte putant.

Lautus enim proprie eſt λελουμένος, ut interpretantur *gloſſæ*. Sed κατὰ μεταφορὰν eſt homo elegans, & ſplendidus, ut dicitur eiſdem *gloſſis*. *Lautus*, λαμπρόβιος, πολυτελής. Cauſa tralationis, quod homines magnifici, & ſplendidi, crebro admodum ſeſe in balineis lavarent. Noſt. Vitell. 2. 2. V. & *Voſſ. Lex.*

5. ABUTERENTUR i. *utendo* conſumerent. Donat. Andr. prol. n. 5. *Utimur fructibus rei, quæ ab amantibus ſalvo uſu nobis ſubminiſtratur: abutimur, quando deperdimus, & rem, & fructum. Cicero. Topic.* c. 3.

Nam

Digitized by Google

Cajum nullo magis nomine, quam quod ingentes a Tiberio relictas [7] opes in brevi
ſpatio prodegiſſet. Quare nec largiendi [8] nec abſumendi modum tenuit. In Tiri- 3.4
datem [9], quod vix credibile videatur, octingenta nummûm millia [10], diurna [11]
erogavit [12] abeuntique ſuper HS millies [13] contulit. Menecratem citharœdum & 5
Spicillum mirmillonem [14] triumphalium virorum patrimoniis ædibuſque donavit.
Cercopithecum Panerotem fœneratorem, & urbanis ruſticiſque prædiis locupleta- 6
tum, prope regio extulit funere. Nullam veſtem bis induit [15]. Quadringenis in 7.8
punctum HS aleam luſit [16]. Piſcatus eſt rete aurato [17] purpura coccoque [18] funibus 9
nexis. Nunquam carrucis [19] minus mille [20] feciſſe iter traditur, ſoleis [21] mularum [22] ar- 10
genteis

Non debet (inquit) ea mulier, cui vir bonorum ſuorum uſum fructum legavit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere: uſus enim, non abuſus legatus eſt, ea inter ſe ſunt contraria.

* 6. PERDERENT i. inutili diſpendio prodigerent, ſumptum nihil profuturum facerent. Terent. Adelph. I. 2. 54.

Profundat, perdat, pereat; nihil ad me attinet.

7. A TIBERIO RELICTAS ſupr. Cal. 37. 6. §. 26.

8. LARGITIONIBUS quid perdiderit Nero, prodit Tacit. Hiſt. I. 20. I. *Bis & vicies millies ſeſtertium*, i. quinquaginta quinque milliones, niſi calculus fallit Lipſ. Admir. II. 14. *donationibus Nero effuderat.*

9. TIRIDATES quis fuerit V. ſupr. 13. I. §. I.

10. OCTOGINTA NUMMUM MILLIA ſunt viginti millia Philippicorum. *Lipſius.*

11. DIURNA i. in diem. Hæſit vero Tiridates per novem menſes continuos Romæ, aut in finibus Romanis, & toto eo tempore immunis eſt habitus ab omni ſumptu. Numera in menſem octoginta illa nummûm millia: quid ea niſi ſexcenta millia? in novem menſes, quinque milliones quadraginta millia. *Lipſius.*

12. EROGAVIT i. contulit, diſtribuit. Cicero ſæpius. *Roga* poſterioris ævi ſcriptoribus ſtipendium fuit militare, Græcis ῥόγα. *Meurſ. Gloſſ. Græco-Barb. p. 475.* Unde ῥογάτορες ſunt ſtipendia dantes, ῥογεύειν, ſtipendia facere. Quid ſi inde *erogare* eſſet donationes ſtipendii inſtar diſtribuere. V. & *Putean. de ſtip. mil. c. 2. Sagittar. Ot. Jen. diſſ. 9.*

13. HS MILLIES efficit duos milliones & dimidium. An potius *bis millies* ſcribendum? augeatur altero tanto, & palam Dionis compendium (numeri autem in Græcis magis veri) hoc ſuadet. *Lipſius.*

14. MIRMILLONEM deſcripſi ſupr. Cal. 32. 7. §. 18.

15. NULLAM VESTEM BIS INDUIT, ut nec pilam, *quæ terram contigerat, amplius repetiſſe* dicitur. Petron. c. 27. & *calceamentum nunquam iteravit, annulos etiam negatur iteraſſe* Heliogabalus apud Lamprid. c. 32.

16. IN PUNCTUM LUDERE eſt τρηματίζειν Doribus, quibus τρῆμα *punctum* eſt teſſeræ. Pollux x. 7. *Παρὰ δὲ τοῖς Δωριεῦσιν ἐν ταύτῃ τῇ παιδιᾷ χρώμενοι τρηματῖται τὴν προσηγορίαν εἶχον, καὶ τρηματίζειν τὸ πρᾶγμα. Apud Dores vero hoc ludo utentes τρηματῖται dicuntur, & τρηματίζειν ipſum opus.* In ſingula *puncta* certam pecuniæ ſummam conſtituebant, & in medium conferebant. Is vero tollebat eam univerſam, qui multitudine *punctorum* ſuperaſſet. * Inde... Radero ad Mart. XIV. 12. interprete eſt in ſingula *puncta* depoſuit decem millia Philippæorum; ut quoties alter *punctis* ſuperaſſet, toties decem millia tolleret, aut amitteret, ſi minus altero jeciſſet. *Puncta* numerorum vicem obtinebant. Mart. XIV. 17.

Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto.

Luxurius in Epigrammate de *tabliſta*.

Et putat imperio currere puncta ſuo.

Auſon. Profeſſ. I. 29.

Narrantem fide per ſingula puncta recurſu,
Quæ data, per longas quæ revocata moras.

V. *Souter. Palam. I. 28. Salmaſ. Hiſt. Aug. in Procul. c. 13. p. 760. Volaterr. Comm. Urban.* XXIX. 12. *Senſtleb. de alea c. 7. §. 10.* & ſupr. Aug. 71. 5. §. 23.

17. RETE AURATO *piſcatum* Neronem dicunt etiam Oroſ. VII. 7. Eutrop. VII. II. & ex Eutropio Hieronymus in Euſeb. Chron. ad a. 2070. *Luxuria tam effrenata fuit, ut retibus aureis piſcaretur, quæ purpureis funibus extrahebantur.*

18. PURPURA, COCCOQUE i. *purpurei ac coccinei* coloris. *Blatteos funes* dicit *Eutropius*. Et *blattam* eſſe *purpuram*, exemplis, ſi ea deſideras, collegit *Bochart. Hieroz.* II. 4. 25. Ego Suetonium explico.

19. CARRUCAM vehiculum fuiſſe quadrirotum putat Coraſ. Miſc. Jur. III. 20. dum ſcribit: *carrus quadrirotum eſt, hoc eſt, quatuor rotarum, a quo fit carruca, quæ parvum carrum ſignificat, totidem rotas habentem.* * putat Valeſ. in Ammian. XIV. 6. *Eſt carruca τετράκυκλον ὄχημα.* Quamvis hoc ex veteribus nemo diſertim dicat. De illa multa *Scheff. R. V.* II. 27. *Tiraq. in Alex.* II. 30.

20. MINUS MILLE *carrucis nunquam iter feciſſe* Neronem dicit noſter, Lampridius, Suetonio forte non viſo, quingentis. Ita enim Heliogab. c. 31. *Imperator vero etiam ſexcenta vehicula dicitur duxiſſe, aſſerens decem millibus camelorum Perſarum regem iter facere, & Neronem quingentis carrucis iter iniiſſe.*

21. SOLEAS ὑποδήματα etiam vocant mulorum Græci. Gloſſ. e. χαλκώματα τῶν ὄνων, σαγμάτια, ὑποδήματα,

genteis [23], canuſinatis [24] mulionibus [25], armillata [26], phalerataque [27] Mazacum [28] turba, atque curſorum [29].

δέρματα, κρίθας, χόρτος. *Frena aſelli, ſella, ſolea, hordeum, fœnum.* Unde *calceare mulas* Latini. Noſt. Veſp. 23. 6. & ὑποδεῖν Græci. Ariſtot. Hiſt. anim. II. 1. de camelis. Διὸ καὶ τὰς ἐς πόλεμον ἰούσας ὑποδοῦσι καρβατίναις. *Qua de cauſa per exercitum longo itinere faciſcentes calceant carbatinis.* Σπαρτία ὑποδεῖσθαι ſimili in ſententia dicit Xiphil. LXII. p. 714. D. Ἡ δὲ δὴ Σαβῖνα αὕτη οὕτως ὑπερετρύφησεν ὥς τε τὰς τε ἡμιόνους τὰς ἀγούσας αὐτὴν ἐπιχρύσοις σπαρτίοις ὑποδεῖσθαι. *Sabina vero hac adeo delicate vixit, ut mulas, quibus agebatur, aureis ſoleis calceatas haberet.* Integra enim calceamenta etiam brutis ex ſparto fieri ſolebant. Colum. R. R. VI. 12. *Ac ſolea ſpartea pes induitur.* 14. *Deinde ſpartea calceata per triduum ſuffuſo aceto curatur.* * Quæ Tortellium non legiſſe miror. Non legiſſe videtur, dum de *Horologio* ſcribens *ſoleas* ferreas, aut argenteas mulabus annexas ſe nunquam audiviſſe fatetur. Narrat hoc de illo *Galeot. Mart. de prom. doctr. c.* 27. Σπαρτία proprie ſunt funiculi, quibus calcei conſuuntur, aut colligantur.

22. MULARUM uſus olim crebrior fuit ad vehicula. Inde videas carpenta cum *mulabus* in nummis Agrippinæ matris Caji; Domitillæ conjugis Veſpaſiani; Fauſtinæ conjugis Antonini, atque aliarum. Ulpian. Digeſt. XII. 1. 38. §. 8. *Quæſitum eſt, ſi mula talis ſit, ut transjungi non poſſit, an ſana ſit? & ait Pomponius, ſanam eſſe, pleraſque denique carrucarias tales eſſe, ut non poſſint transjungi.* Scheffer. R. V. 1. 8.

23. ARGENTEAS ſoleas mulis fecit Nero, ſed *aureas* ejus conjux Poppæa. Plin. XXXIII. 14. *Noſtra ætate Poppæa conjux Neronis principis delicatioribus jumentis ſuis*, i. mulabus, *ſoleas ex auro induere ſolebat.* Olim *ferrea* illis ſuppingi ſolebant. Catull. 17. 26.

Ferream ut ſoleam tenaci in voragine mula.

De hoc luxu etiam *Meurſ. de lux. Roman. c.* 11. *Scheffer. R. V.* 1. 16. *Buleng. de Equis c.* 17. *Hugo de Milit. Equeſt.* 1. 3.

24. CANUSINATIS i. lana *Canuſina* veſtitis. Lana hæc nobiliſſima fuit, & coloris rutili. Plin. VIII. 48. *Apula* lanæ *breves villo, nec niſi paenulis celebres: circa Tarentum, Canuſinmque ſummam nobilitatem habent. Hiſpania nigri velleris præcipuas habet, Canuſium rutili, quas Erythras vocant.* Ut quidem hoc loco legendum cenſet illuſtris *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 224. *a. B.* Hinc & Mart. IX. 17. 9.

Ut Canuſinatus noſtro Syrus aſſere ſudet.

V. & *Bayf. de R. V. c.* 2. *Ferrar. R. V.* II. 2. 8. *Lipſ. Elect.* I. 25. *Scheffer. R. V.* I. 16: II. 5.

25. MULIONES ſervi erant, qui *mulos* clitellarios, ſive quadrigarios ducebant. Juven. Sat. III. 316.

Sed jumenta vocant, & ſol inclinat: eundum eſt.
Nam mihi commota jam dudum mulio virga
Annuit.

Noſt. Veſp. 23. 6. *Popm. de oper. ſerv. p.* 98.

26. ARMILLAS ſervorum fuiſſe proprias ex hoc loco colligit *Barthol. de armill.* §. 2. *p.* 24. §. 5. *p.* 78.

27. PHALERÆ quid fuerint, dixi ſupr. Aug. 25. 3. §. 16. Sed quales hæ *phaleræ*? num ab equis tranſlatæ ad curſores, quod illorum implerent vices? Petron. c. 28. *Præcedentibus phaleratis curſoribus quatuor.* Pignor. de ſerv. p. 289. * *Phaleræ*, quod plumatæ eſſent, curſoribus datæ ſunt ad eorum celeritatem indicandam. Hanc *phaleræ* veteres voluerunt indicare, equorum ornamento proprio, quod equus ad curſum a natura dicatur inſtitutus celeritatis hieroglyphicum eſt Valeriano IV. *Licet. de Lucern.* VI. 82.

28. MAZACES equites erant, qui in comitatu nobilium olim fere ex Africa. Equos *Mazacas*, qui ex interiore erant Africa, laudat Nemeſ. Cyneg. n. 261.

Quemque coloratus Mazax deſerta per arva
Pavit, & aſſiduos docuit tolerare labores.

Stephanus. Μάζυες, οἱ Λίβυες Νομάδες. Cui proxime accedit Ptolemæus, qui Μάζικας appellat, & Philoſtorg. Hiſt. Eccl. II. 8. V. *Turneb. Adv.* XXIV. 6: XXVII. 18: XXX. 3. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 226. *b. F. Holſtein. in Stephanum. Douſ. Præcid. in Petron.* I. 13. *Pignor. de ſerv. p.* 289. *Lipſ. in Tacit. Hiſt. p.* 16. *Vlit. Nemeſianum.*

29. CURSORUM operam indicat nomen ipſum. Præcurrere & præcedere *curſorum* fuit. Martial. III. 36. 13.

Nec feriatus ibat ante carrucam,
Sed tuta fœno curſor ova portabat.

Petron. ſupr. §. 27. Prænuntiare *curſorum* fuit. Tacit. Agric. 43. 5. *Supremo quidem die momenta deficientis, per diſpoſitos curſores nuntiata conſtabat.* Noſt. Tit. 9. 2. Epiſtolas perſerre *curſorum* fuit. Noſt. infr. 49. 2. * Turbam ſummovere *curſorum* fuit. Senec. Epiſt. 123. *Omnes jam ſic peregrinantur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, ut agmen curſorum antecedat. Turpe eſt nullos eſſe, qui occurrentes via dejiciant, qui honeſtum hominem venire magno pulvere oſtendant.* V. etiam *Pignor. de ſerv. p.* 288. *Buleng. de imperat.* III. 8. *Popm. de oper. ſerv. p.* 87. *Laz. Comm. R. R.* XII. 5. *Molt. in Long. Paſt. p.* 96. *Gonſal. in Petron. p.* 103.

C A-

CAPUT XXX.

ARG. *Domum facit, factamque dedicat, piſcinam inchoat, & foſſam fodit Nero Claudius Cæſar.*

Non in alia re damnoſior [1], quam in ædificando. Domum a Palatio Eſ- 1. 2
quilias uſque [2] fecit. Quam primo *tranſitoriam* [3], mox incendio [4] abſumptam, 3
reſtitutamque, *auream* [5] nominavit. De cujus ſpatio, atque cultu ſuffecerit hoc re- 4
tuliſſe. Veſtibulum [6] ejus fuit, in quo coloſſus [7] centum viginti pedum [8] ſtaret i- 5
pſius effigie: tanta laxitas, ut porticus triplices [9] milliarias [10] haberet: item ſta-
gnum

Damnosior 1. ſumptuoſior, profuſior. Plaut. Pſeud. I. 5. 1.

Si de damnoſis, aut de amatoribus
Dictator fiat nunc Athenis Atticis.

Horat. Sat. II. 8. 34.

Nos, niſi damnoſe bibimus, moriemur inulti.

2. A Palatio Esquilias usque 1. ab ea *Palatii* parte, quæ nunc S. Gregorii ædem e regione habet, recta veniendo per Conſtantini arcum, Coloſſeum, atque Carinas, paullo ultra S. Mariæ Majoris eccleſiam, & ad Mæcenatis hortos. Tacit. Ann. XV. 39. 1. *Eo in tempore Nero Antii agens, non ante in Urbem regreſſus eſt, quam domui ejus, qua Palatium & Mæcenatis hortos continuaverat, ignis propinquaret.* V. *Marlian, Topogr.* V. 12. *Donat. de Urb. Rom.* III. 5.

3. Transitoriam. Cum enim ædibus Auguſtalibus juncta, ad quas e Sacra via aſcendebatur, inde verſus Eſquilias laxaretur in planitie, ubi arcus Titi & S. Mariæ cognomento Novæ templum eſt, Sacram ipſam viam cum aliis vicis ſibi ſubjectam incluſit, atrioque recepit, ſic ut omnes illuc *tranſire*, & libere commeare poſſent. Ita Nervæ forum *Tranſitorium* dicebatur. Lamprid. Sever. c. 28. V. *Beroaldum. Donat. de Urb. Rom.* III. 5. *Nardin. Rom. Vet.* III. 13.

4. Incendio communi Urbis, quod ipſe excitavit.

5. Auream; de qua & Plin. XXXVI. 15. *Bis vidimus Urbem totam cingi domibus principum, Caji & Neronis, & hujus quidem (ne quid deeſſet) aurea.* Luxus Romanorum fuit tantus, ut *auratas* habuerint trabes. Stat. Sylv. I. 3. 35.

Auratasne trabes? an Mauros undique poſtes?

parietes & laquearia *inauraverint.* Plin. XXXIII. 3. *Laquearia, quæ nunc & in privatis domibus auro teguntur, poſt Carthaginem everſam primo inaurata ſunt in Capitolio, cenſura L. Mummii. Inde tranſiere in cameras: in parietes quoque, qui jam & ipſi tanquam vaſa inaurantur.* V. *Meurſ. de lux. Roman. c.* 12.

6. Vestibulum *eſt prima janua.* Serv. Æneid. II. 469. Unde in *veſtibulo domus* I. ad oſtium collocatum Auguſti corpus dixit noſt. ſupr. 101. 2. * *Qui domos*, inquit Gell. XV. 5. *amplas antiquitus faciebant, locum ante januam vacuum relinquebant, qui inter fores domus & viam medius eſſet. In eo loco, qui dominum ejus domus ſalutatum venerant, priuſquam admitterentur, conſiſtebant.* Noſt. V. 25. 2. Neronis *veſtibulum* erectum fuit, ut volunt Borrich. Ant. Urb. Fac. c. 6. §. 5. & Nardin. Rom. Vet. III. 12. loco quo templum D. Mariæ Novæ jam cernitur.

7. Colossus quid ſit, dixi ſupr. Cal. 35. 3. §. 16. ubi & *coloſſeum in linteo pictum* vidimus Neronem. Alterum *coloſſum* fecit Zenodorus. Plin. XXXIV. 7. *Zenodorus poſtquam ſatis ibi*, in civitate Galliæ Arvernis, *artem approbaverat, Romam accitus eſt a Nerone, ubi deſtinatum illius principis ſimulacrum coloſſum fecit, qui dicatus Solis venerationi eſt.* Forte a Veſpaſiano imperatore. Xiphil. LXVI. p. 752. A. Ἐπὶ δὲ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἕκτον καὶ ἐπὶ τοῦ Τίτου τέταρτον ἀρχόντων τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος καθιερώθη, ὅ τε κολοσσὸς ὠνομασμένος ἐν τῇ ἱερᾷ ὁδῷ ἱδρύθη. Τὸ εἶδος οἱ μὲν τὸ τοῦ Νέρωνος, οἱ δὲ τὸ τοῦ Τίτου ἔχειν. *Veſpaſiano ſextum & Tito quartum conſulibus templum pacis dedicatum eſt, & coloſſus ſacra via collocatus. Imago Neronis erat, vel Titi, ut ab aliis traditum eſt.* * Qui hunc, cum, aurea domo incendio hauſta, compagibus laxatis, reſtituit in ejuſdem domus atrio, ſive parte a veſtibulo diverſa, & magis interiore. Mart. Spect. 2. 1.

Hic ubi ſidereus propius videt aſtra coloſſus,
Et creſcunt media pegmata celſa via,
Invidioſa feri radiabant atria regis.

Hujus caput dempſit, quod Neronis eſſet, ac ſuum impoſuit Commodus imperator, ſi Lampridio c. 17. ulla eſt fides habenda. Non enim tunc Neronis, verum ſolis erat. Herodian. I. 15. §. 19. Τοῦ δὲ μεγίστου ἀγάλματος κολοσσιαίου, ὅπερ σέβουσι Ῥωμαῖοι, εἰκόνα φέρον ἡλίου, τὴν κεφαλὴν ἀποτεμών, ἱδρύσατο ἑαυτοῦ. *Simulacro illi coloſſeo, quod Romani venerantur, ſolis effigiem gerenti, capite dempto ſuum impoſuit.*

8. Centum viginti pedum coloſſeum in linteo pictum fuiſſe Neronem dixit etiam Plin. ſupr. Cal. 35. 3. §. 16. Sed Zenodorum ſuum coloſſum *centum & decem pedum longitudine feciſſe* dicit Plin. XXXIV. 7. imo centum forte pedum Xiphilinus. Φασὶ δὲ αὐτὸν τό τι ὕψος ἑκατὸν ποδῶν.

9. Porticus triplices & duplices appellaverunt, in quibus ſunt ordines columnarum duplicati; & triplicati. Græco vocabulo tetraſticæ porticus, & pentaſticæ dicuntur a quatuor & quinque ordinibus columnarum. *Beroaldus.*

10. Milliaria, a menſura pedum: quia *mille* pedum longitudine fuerunt. Ita *centenarias baſilicas* dicit Capitol. Gordian. tert. c. 32. Et *pontes milliarios* vetus lapis: *Viam. fecit. ab. Regio. ad. Capuam.*

6 gnum [11] maris inſtar, circumſeptum ædificiis ad urbium ſpeciem. Rura [12] inſuper
arvis atque vinetis, & paſcuis, ſylviſque, varia cum multitudine omnis generis pe-
7 cudum ac ferarum. In cæteris partibus cuncta auro lita, diſtincta gemmis [13] unio-
8 numque conchis [14] erant. Cœnationes [15] laqueatæ [16] tabulis eburneis verſatilibus [17],
9 ut flores [18], fiſtulatis, ut unguenta deſuper ſpargerentur. Præcipua cœnationum [19]
rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice [20] mundi [21] circumageretur [22]: ba-
10 lineæ marinis & Albulis [23] fluentes aquis. Ejuſmodi domum cum abſolutam dedi-
caret, hactenus [24] comprobavit, ut ſe diceret *quaſi hominem* [25] *tandem habuare* [26] *cœpiſſe.*

&. in. ea. via. pontes. omnes. meiliarios. tabellarioſque. poſeivi. Et *porticum milliarenſem* Vopiſcus, quam c. 49. fecerit, ut in ea ſe, & equos ſuos fatigaret Aurelianus imperator. *Gronov. de pec. vet.* I. 3. *Nardin. Rom. Vet.* III. 13. V. & ſi lubet, ab his diſſentientes *Donat. de Urb. Rom.* III. 5. *Beroaldum*, *Egnatium & Torrentium ad hunc locum.*

11. STAGNUM Neronis fuit, ubi nunc eſt Titi amphitheatrum. Mart. de Spectac. 2. 5.

Hic, ubi conſpicui venerabilis amphitheatri
Erigitur moles, ſtagna Neronis erant.
Hic ubi miramur velocia munera thermas,
Abſtulerat miſeris tecta ſuperbus ager.

De hoc Neronis luxu etiam Tacit. Ann. XV. 42. I. *Caterum Nero uſus & patriæ ruinis, exſtruxitque domum, in qua haud perinde gemmæ & aurum miraculo eſſent, ſolita pridem & luxu vulgata quam arva & ſtagna, & in modum ſolitudinum hinc ſylva, inde aperta ſpatia, & proſpectus: magiſtris & machinatoribus Severo & Celere, quibus ingenium & audacia erat, etiam quæ natura denegaviſſet, per artem tentare, & viribus principis illudere.*

* 12. RURA, quæ *agros* modo vocavit Martialis. Intelligit uterque Neronis hortos.

* 13. AURO LITA, DISTINCTA GEMMIS. V. Tacit. ſupr. §. 11. Et *radiaſſe* dixit Mart. ſupr. §. 7.

14. UNIONUM CONCHIS, quia in *conchis uniones* reperiuntur, & *concha* ipſæ aliqua ex parte margaritarum imitantur candorem. *Sabellicus.*

15. COENATIO dicebatur locus, in quo cibum ſumebant Romani. Senec. Epiſt. 90. *Non enim tecta cœnationi, epulum receptura, parabantur.* 115. *Sive ex Ægyptiis arenis, ſive ex Africæ ſolitudinibus advecta, porticum aliquam, vel capacem populi cœnationem ferunt.*

16. LAQUEARIA, vel *laqueata* tecta erant, quæ nunc *lambriſſata* vocamus: ex tabulis ligneis fiebant, in varias figuras, & mæandros factis, & cælatis. V. *Salmaſ. in Vopiſ. Aurelian. c. 46. Exert. Plin. p.* 855. *a. D.*

17. VERSATILIBUS I. ita coagmentatis, ut machinis quibuſdam verterentur, & ſubinde alia facies atque alia ſuccederet, quoties fercula mutarentur. Ita deſcribuntur a Senec. Epiſt. 90. *Qui verſatilia cœnationum laquearia ita coagmentat, ut ſubinde alia facies atque alia ſuccedat, & toties tecta, quoties fercula mutentur.* De illis quoque Lamprid. Heliogab. c. 21. *Oppreſſit in tricliniis verſatilibus paraſitos ſuos violis & floribus, ſic ut animam aliqui efflaverint, quum erepere ad ſummum non poſſent.* V. *Beroaldum*, *Urſin. de tricl. p.* 219. *Tiraquell. in Alex. Gen.* V. 22. *Caſaub. in Athen.* IV. 2. *Stuck. A. C.* II. 14. *Kobierzyk. de Lux. Rom.* II. 7.

18. FLORES, quia in convivas *deſuper ſpargebantur*, qui dicebantur in *floribus* potare. Cicer. Fin. II. 20. M. Regulum, *cum vigiliis & fame cruciaretur, clamat virtus, beatiorem fuiſſe, quam potantem in roſa Thorium.* In *floribus* dicere. Cicer. Tuſc. Quæſt. V. 26. *An tu me in viola putabas, aut in roſa dicere?*

* 19. PRÆCIPUA COENATIONUM I. *præcipua cœnatio.* Ita *pretioſiſſima veſtium* pro *pretioſiſſimis veſtibus* dicit Curt. V. 6. 7: 9. I.

20. VICE I. inſtar, more. Cicer. Attic. X. 8. *Niſi forte me Sardanapali vice in ſuo lectulo mori malle cenſueris.*

21. MUNDI I. cœli. Plin. II. I. *Mundum, & hoc quod nomine alio cœlum appellare libuit.*

22. CIRCUMAGI hæc cœnatio quomodo potuerit, fuſius docet *Donat. de Urb. Rom.* III. 5.

23. ALBULAS aquas. V. ſupr. 82. 6. §. 22.

* 24. HACTENUS I. in tantum, catenus. Cicer. Flacc. c. 15. *Niſi hactenus iſta formula teſtimonii atque orationis tua deſcribi ac diſtingui poteſt.* Noſt. 34. I: 40. 8.

25. QUASI HOMINEM *habitare* ex quotidiano ſermone deductum eſt. Dicimur enim nos ut *homines habitare cœpiſſe*, cum magnificenter excultas ædes habitare cœpimus. *Beroaldus.* * Ita fere Petron. Tragœd. p. 10. *Patrono meo oſſa bene quieſcant, qui me hominem inter homines voluit eſſe.* Perperam itaque Vitellius, qui dicebat *Neronem male habitaſſe, uſumque fuiſſe parvo & humili apparatu.* Quod de illo Xiphil. LXV. p. 735. C. Ἀυτῳ κακῶς τε οἰκεῖν, καὶ σκευῇ ὀλίγῃ καὶ ταπεινῇ χρῆσθαι.

26. HABITAVERINT quomodo Cajus & Nero, narrat Plin. XXXVI. 15. *Nimirum ſic habitarunt illi, qui hoc imperium fecere, tantas ad vincendas gentes, triumphoſque referendos, ab aratro, aut foco exeuntes, quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quam cellaria iſtorum. Subit vero cogitatio, quota portio harum fuerint areæ illæ, quas invictis imperatoribus decernebant publice ad exædificandas domos: ſummuſque illarum honos erat, ſicut in L. Valerio Poplicola, qui primus conſul fuit cum L. Bruto, poſt tot merita, & fratre*

piſſe. Præterea inchoabat piſcinam a Miſeno [27] ad Avernum [28] lacum, contectam, 11
porticibus concluſam, quo quidquid totis Bajis [29] calidarum [30] eſſet, converteretur.
Foſſam [31] ab Averno Oſtiam [32] uſque, ut navibus, nec tamen mari iretur, longitu- 12
dinis per centum ſexaginta millia: latitudinis, qua contrariæ [33] quinqueremes [34]
commearent. Quorum operum perficiendorum gratia, quod ubique eſſet cuſto- 13
diæ [35] in Italiam deportari, etiam ſcelere [36] convictos [37], non niſi ad opus [38] damna-
ri, præceperat. Ad hunc impendiorum furorem [39] ſuper fiduciam imperii, etiam 14
quadam repentina immenſarum & reconditarum opum impulſus eſt: ex indicio equitis Romani [40] pro comperto pollicentis, theſauros antiquiſſimæ gazæ [41], quos Dido regina

tre ejus, qui bis in eodem magiſtratu Sabinos devicerat, adjici decreto, ut domus eorum fores extra aperirentur, & janua in publicum rejiceretur. Hoc erat clariſſimum inſigne inter triumphales quoque domos. Non patiemur duos Cajos, vel duos Nerones ne hac quidem gloria famæ frui.

27. MISENUM V. ſupr. Aug. 49. 2. §. 2.

28. AVERNUM V. ſupr. Aug. 16. 1 §. 14.

29. BAJAS deſcripſi ſupr. Aug. 16. 1. §. 12.

30. CALIDAS, quas *Bajæ* ſupr. Aug. 16. 1. §. 12. habent aquas, deſcribit Plin. XXXI. 2. *Nuſquam largius* emicant aquæ, *quam in Bajano ſinu, nec pluribus auxiliandi generibus, alia ſulphuris, alia aluminis, alia ſalis, alia nitri, alia bituminis, nonnulla etiam acida, ſalſave miſtura. Vapore quoque ipſo aliqua proſunt. Tantaque eis eſt vis, ut balineas calefaciant, ac frigidam etiam in ſoliis fervere cogant, quæ in Bajano Poſidiana vocantur, nomine accepto a Claudii Cæſaris liberto. Obſonia quoque percoquunt.*

31. FOSSAM *navigabilem ab lacu Averno uſque ad oſtia Tiberina depreſſuros promiſerant* Severus & Celer, *ſqualenti littore, aut per montes adverſos. Neque enim aliud humidum gignendis aquis occurrit, quam Pomptinæ paludes: cætera abrupta, aut arentia: ac ſi perrumpi poſſent, intolerandus labor, nec ſatis cauſa. Nero tamen, ut erat incredibilium cupitor, effodere proxima Averno juga connixus eſt: manentque veſtigia irritæ ſpei.* Tacit. Ann. XV. 42. 3. Intercidit enim *foſſa Neronis, quam a Bajano* (lege tu mi lector, Tacito & Suetonio auctoribus, *Averno*) *lacu Oſtiam uſque navigabilem inchoaverat.* Plin. XIV. 6. Hanc intelligit Stat. Sylv. IV. 3. 7.

Nec frangit vada, montibuſque caſis
Inducit Nero ſordidas paludes.

32. OSTIAM V. ſupr. Tib. 10. 5. §. 18.

33. CONTRARIÆ i. *contrario* curſu tranſcurrentes.

34. QUINQUEREMEM *inſtituit Neſichton Salaminius.* Plin. VII. 56.

35. QUOD CUSTODIÆ i. quantum captivorum. Liv. XXXIX. 45. *Id eos ut prohiberet, quod ejus ſine bello poſſet, prætori mandatum eſt.* Tacit. Hiſt. V. 16. 4. *Pauciores nuper cum pluribus certaſſe: attamen fuſos Germanos, quod roboris fuerit* i. quantum robuſtorum. Græcum eſt: πᾶν ὅσον ἐν ἀπομάχῳ διεφθαρμένον V. *Caſaubonum*, & *Perizon. in Sanct. Minerv.* III. 6. Et *cuſtodias* pro *cuſtoditis* ſupr. Tib. 61. 16. §. 39.

36. SCELERE i. homicidio. Virg. Æneid. I. 350.

Pygmalion, ſcelere ante alios immanior omnes,
Quos inter medius venit furor: ille Sichæum
Clam ferro incautum ſuperat.

37. CONVICTOS dum dicit noſter, reſpicit ad ſenſum vocis *cuſtodia*, non ad vocem ipſam.

38. AD OPUS i. ad foſſam ducendam. Idem de Sabaco Ægyptiorum rege narrat Herod. II. p. 161. B. Ὅκως τῶν τις Αἰγυπτίων ἁμάρτοι τι, κτείνειν μὲν αὐτῶν οὐδένα ἐθέλειν· τὸν δὲ, κατὰ μέγαθος τοῦ ἀδικήματος ἑκάστῳ δικάζειν, ἐπιτάσσοντα χώματα χοῦν πρὸς τῇ ἑωυτῶν πόλι, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν ἀδικεόντων. *Quoties Ægyptiorum quiſquam aliquid deliquiſſet, neminem voluiſſe morte afficere: ſed pro ſui delicti magnitudine quemque damnare ad aggerendam certam menſuram aggerum intra urbem, unde quiſque nocentium erat.*

39. IMPENDIORUM FUROREM i. ſumptus immoderatos, quos eodem loquendi modo *inſanos* vocat. Cicer. pro Mil. c. 20. *Quo in fundo, propter inſanas illas ſubſtructiones, facile mille hominum verſabatur valentium.* c. 31. *Quas ille præceps amentia, cæſis, proſtratiſque ſanctiſſimis lucis, ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat.* Et *dementes* Attic. IX. 9. *Mihi quidem erit aptiſſimum*, Lanuvinum prædium, *vel nobis potius, ſi tu emeris. Sed ejus dementias cave contemnas.* Quod factum Græcorum imitatione; nam illi μανίαν de omni homine dicunt, qui rem aliquam plus æquo deſiderat. Euſtath. ad Dionyſ. Alexand. p. 61. Μανίαν ὀνομάζουσι τὸν τῆς φιλοχρηματίας ἔρωτα: ὅτι μανία καλῶς ἐπιλέγεται παντὶ πράγματι παρὰ τὸ δέον πλεονάζοντι· οὕτω γὰρ καὶ ἐρωτομανία, καὶ ὀψομανία, καὶ ἱππομανὴς ἄνθρωπος. V. *Ampliſſ. Cuper. Obſerv.* I. 19.

40. EQUITIS ROMANI *Ceſellii Baſſi, qui origine Pœnus, mente turbida, nocturnæ quietis imaginem ad ſpem haud dubiam retraxit. Vectuſque Romam, principis aditum emercatus, expromit repertum in agro ſuo ſpecum altitudine immenſa, quo magna vis auri contineretur, non in formam pecuniæ, ſed rudi & antiquo pondere; lateres quippe prægraves jacere, adſtantibus parte alia columnis.* Tacit. Ann. XVI. 1. 1.

41. GAZA qualis pecunia ſit, dixi ad Curt. III. 12. 27. §. 95.

42. T-

gina fugiens Tyro [42] ſecum extuliſſet, eſſe in Africa vaſtiſſimis ſpecubus abditos [43], ac poſſe erui parvula molientium [44] opera.

42. Tyro, quare, & quo modo fugerit Dido, uxor Sichæi, ſoror Pygmalionis regis, ſatis accurate narrat *Virg. Æn.* I. 334-368.

43. Abdidisset *opes illas condita Carthagine Dido, ne novus populus nimia pecunia laſciviret; aut reges Numidarum & alias infenſi, cupidine auri ad bellum accenderentur.* Tacit. n. 4.

44. Molientium i. ædificiorum *moles* evertentium. Quid proprie *moliri* V. Curt. III. II. 15. S. 65.

CAPUT XXXII.

ARG. *Exhauſtus, & egens, calumniis, & rapinis animum intendit Nero Claudius Cæſar.*

1 Verum, ut ſpes feſellit [1], deſtitutus, atque ita jam exhauſtus, & egens [2], ut ſtipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi, ac differri neceſſe
2 eſſet, calumniis rapiniſque intendit animum. Ante omnia inſtituit, ut e libertorum
defunctorum [3] bonis pro ſemiſſe dodrans [4] cogeretur [5] ei [6], ſi qui ſine probabili cauſa [7] eo nomine eſſent, quo fuiſſent ullæ familiæ [8], quas ipſe contingeret: deinde ut
3 ingratorum in principem teſtamenta ad fiſcum pertinerent. Ac ne impune eſſet ſtudioſis juris [9], qui ſcripſiſſent, vel dictaſſent ea; tum ut lege majeſtatis facta dicta-
4 que omnia, quibus modo delator non deeſſet, tenerentur. Revocavit & præmia co-
5 ronarum [10], quæ unquam ſibi in certaminibus civitates detuliſſent [11]. Et cum interdixiſſet

1. Fefellerit *ſpes* quomodo Neronem, prodit Tacit. Ann. XVI. 3. 1. *Baſſus effoſſo agro ſuo, latiſque circum arvis, dum hunc, vel illum locum promiſſi ſpecus adſeverat, ſequunturque non modo milites, ſed populus agreſtium efficiendo operi aſſumptus, tandem poſita vecordia, non falſa antea ſomnia ſua, ſeque tunc primum eluſum admirans, pallorem, & metum morte voluntaria effugit.*

2. Egentem Neronem deſcribit Tacit. n. 1. *Glisceebat interim luxuria ſpe inani, conſumebanturque veteres opes, quaſi oblatis, quas multos per annos prodigeret. Quin & inde jam largiebatur: & divitiarum exſpectatio inter cauſas paupertatis publicæ erat.*

3. Libertorum defunctorum ſine patrono. Si enim patronus ſuit, cur diminutum jus ejus fraudari ſuo ſemiſſe?

4. Pro semisse dodrans i. *ſemiſſis*, & alterius *ſemiſſis ſemiſſis. Semiſſem* bonorum, ſi libertus ſine liberis decederet, patronus ut caperet, veteri jure cautum fuiſſe tradit Juſtinian. Inſtit. III. 8. Nero inſtituit, ut pro *ſemiſſe*, quem *jure fiſci*, de quo noſt. Veſp. 23. 2. capiebat, *dodrans* i. dimidium præterea ejus, quod patrono competebat, exigeretur. V. *Torrentium.*

5. Cogi proprium eſt fiſci vocabulum. Tacit. Ann. VI. 2. 1. *Bona Sejani ablata ærario, ut in fiſcum cogerentur.*

6. Ei, dum incertum, quem referat, inexplicabilem videtur parere difficultatem, aliis de liberto, aliis de patrono, aliis de Nerone illud intelligentibus. Horum ſententias collegit *Glareanus.* Nero certe libertorum bona ſibi, ſive principis fiſco cogi voluit. De loquendi modo infra.

7. Sine probabili causa, quia videri volebat æque eorum libertorum patronus atque is eſſet qui vero nomine, & manifeſtarius haberetur. Reddenda ergo patrono, & ſui & liberti nominis ratio, ſi ſemiſſem ex ejus bonis conſequi volebat. *Torrentius.*

8. Familiæ Julia, Octavia, Claudia, Antonia, Domitia.

9. Studiosis juris i. Juriſconſultis, qui hoc nomine dicuntur etiam Ictis. Paull. Digeſt. I. 22. *Omne officium aſſeſſoris, quo juris ſtudioſi partibus ſuis funguntur, in his fere cauſis conſiſtit. A ſtudioſis juris* inſtrumenta litium, & teſtamenta dictabantur. Gell. N. A. XII. 13. *Cur, inquit, hoc me potius rogas, quam ex iſtis aliquem peritis, ſtudioſiſque juris, quos adhibere in conſilium judicaturi ſoletis.* Arrian. Epictet. 13. Ἀλλ' οὐδὲ νομικόν τινα παρέλαβε πώποτε τὸν ἐροῦντα αὐτῷ καὶ ἐξηγησόμενον τὰ νόμιμα: ἀλλὰ διαθήκην μὲν οὐ γράφει, μὴ εἰδὼς πῶς δεῖ γράφειν, ἢ παραλαβὼν τὸν εἰδότα, οὐδ' ἐγγύην ἄλλως σφραγίζεται; ἢ ἀσφαλῆ ὡς γράφει: ὀρέξει δὲ χρῆται δίχα νομικοῦ. *Sed neque juris ſtudioſum aſſumpſit unquam, qui ei legitima interpretaretur: ſed teſtamentum non ſcribit neſciens qui ſcribi debeat, nec ſcientem adhibens, neque ſponſionem aliter ſignat, quam ſecuritatem ſcribit, ſenſu ſuo & arbitrio utitur ſine juriſconſulto.* V. *Caſaubonum, Buleng. de imper.* IV. 8. *Ravard. Conject.* II. 10.

10. Revocavit praemia coronarum i. exigi juſſit pretium ſive pecuniam a civitatibus ſibi tanquam hieronicæ conſtitutam ad *coronas*, quam antea remiſerat & condonaverat, & præter *coronæ* illum honorem ſibi decretum nihil deſideraverat. V. *Torrentium* & *Gravium. Præmium* pro pretio, aut pecunia

dixiſſet uſum amethyſtini [12] ac Tyrii coloris [13], ſummiſiſſetque qui nundinarum die paucu las uncias venderet: præcluſit cunctos negotiatores [14]. Quinetiam inter canen- 6
dum animadverſam matronam e ſpectaculis [15], vetita purpura [16] cultam, demonſtraſſe procuratoribus ſuis creditur, detractamque illico, non veſte modo, ſed & bonis exuit. Nulli delegavit [17] officium, ut non adjiceret: *ſcis quid mihi opus [18] ſit*: &, *hoc* 7
agamus, ne quis quidquam habeat. Ultimo [19], templis compluribus dona detraxit [20], ſi- 8
mulacraque [21] ex auro vel argento fabricata conflavit: in his penatium deorum, quæ mox Galba reſtituit.

cunia dixerunt etiam Prop. I. 14. 18.

Nulla mihi triſti premia ſint Venere.

Et Nævius apud Nonium.

Sine præmio ſum, marſupium reliqui domi.

11. CIVITATES DETULERUNT certaminum coronas ad Neronem ſupr. 22. 5.

12. AMETHYSTI *color eximius* eſt teſte Plin. IX. 38. & deſcribitur Plutarch. Sympoſ. III. 1. Κέκληται γὰρ ἀπὸ τῆς χρόας ἑκατέρα, καὶ ἔστιν αὐτῆς τὸ φύλλον ἄκρατον, ἀλλ' οἴνῳ καὶ ὕδατι τὴν χρόαν ὅμοιον προσίεται. *Utrumque*, & herba, & gemma, *a colore dictum eſt: neque enim folium herbæ liquido eſt colore, ſed violæ, & vino temperie diluto ſimile.* Plin. XXI. 8. *Alium*, colorem, *in amethyſto, qui in viola: & ipſe in purpureum, quemque janthinum appellavimus.* De illo multa *Salmaſ. in Vopiſc. Aurelian. c. 46. Exercit. Plin. p.* 398. *b. G.* 399. *a. Bayſ.* R. *V. c.* 3.

13. TYRIUS COLOR *pelagio primum ſatiatur immatura viridique cortina: mox permutatur in buccino. Laus ei ſumma color ſanguinis concreti, nigricans adſpectu, idemque ſuſpectu refulgens. Unde & Homero purpureus dicitur ſanguis.* Plin. IX. 38. Sanguinis color φοῖνιξ, vel φοίνιος a φόνος, quod cædem ſignificat. Apud poetam Georg. III. 307.

Vellera Tyrios incocta rubores

leguntur. Heſychius φοινικοῦς interpretatur αἱματώδης. Unde Græci veteres eam Syriæ partem, in qua purpura optima tingebatur, Φοινίκην videntur appellaſſe, & Φοίνικας Tyri & Sidonis incolas. Unde præſtantiſſima purpura *Tyria*, quæ & *Sarrana* Latinis, quia *Sar* olim *Tyrus*. V. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 936. *a. A.*

14. NEGOTIATORES *præcluſit* i. *negotiatorum tabernas clauſit*, non paſſus eſt *negotiatores* inde diſcedere, & merces inde deportare, quam pecuniam, qua pœnam, qua, quod contra vetitum amethyſtinum & Tyrium colorem vendidiſſent, tenebantur, redimerent, extorſiſſet.

15. SPECTACULIS i. theatris. V. ſupr. Cal. 31. 2. §. 5.

16. PURPURÆ uſum non omnem matronis interdixit Nero, ſed tantum præſtantiſſimæ ſpeciem, Tyriam nempe, ſeu Sarranam a Romanis dictam, tanquam ſolis Imperatorum, domuſque Auguſtæ uſibus deſtinatam. Docet hoc n. 5. *Spanhem. in Juliani Orat. I. p.* 306.

17. DELEGAVIT i. demandavit, commiſit. Plin. Epiſt. III. 5. *Inde ad delegatum ſibi officium.*

18. OPUS erat Neroni pecunia: & illam, quia illa illi *opus* erat, eſſe ſibi dandam, voluit indicare Nero. Majori laude dignus fuit Alexander Severus, *qui honores gladii nunquam vendi paſſus eſt, dicens: Neceſſe eſt, qui emit vendat: ego non patiar mercatores poteſtatum.* Lamprid. c. 49. V. & *Beroaldum.*

19. ULTIMO, ut poſtremo. Arnob. II. p. 60. *Quid ſit cubus, aut dynamis, ſeſquioctavus, aut ſeſquitertius ultimo.* Spartian. Adrian. c. 24. *Adrianus ultimo, vitæ tædio jam affectus.* V. *Salmaſ. in Spartianum,* & *Exercit. Plin. p.* 41. *a. E.*

20. DONA DETRAXISSE *templis* ſacrilegum Neronem teſtatur etiam Tacit. Ann. XV. 45. 2. *Inque eam prædam etiam dii ceſſere, ſpoliatis in Urbe templis, egeſtoque auro, quod triumphis, quod votis, omnis populi Romani ætas proſpere, aut in metu ſacraverat.* *Dona templis* olim data eſſe dixi ſupr. Cæſ. 54. 3. §. 9.

21. SIMULACRA numinum detraxiſſe ſacrilegum Neronem teſtatur Tacit. ibid. n. 3. *Enimvero per Aſiam atque Achajam non dona tantum, ſed ſimulacra numinum abripiebantur, miſſis in eas provincias Acrato, & Secundo Carinate.* XVI. 23. 1. *Vimque civitatis Pergamenæ, prohibentis Acratum Cæſaris libertum ſtatuas & picturas avehere, inultam omiſerat.*

CAPUT XXXIII.

ARG. *Claudium, & Britannicum de medio tollit Nero Claudius Cæſar.*

Parricidia [1] & cædes a Claudio exorſus eſt. Cujus necis, etſi non auctor, at con- 1. 2
ſcius

PARRICIDIA Neronis tot fuerunt, ut merito dixerit Juven. Sat. VIII. 13.

Cujus ſupplicio non debuit una parari
Simia, nec ſerpens unus, nec culeus unus.

Ubi Scholiaſtes: *A Nerone mater occiſa eſt, & amita, & uxor, & Antonia Claudilla, quæ illi poſt harum mortem*, ut legit Pithœus, *nubere noluit. Sed apertius dixit, quia & matrem occiderit, & uxorem*

 Octa-

ſcius fuit; neque diſſimulanter, ut qui boletos [2], in quo cibi genere venenum [3] is
acceperat, quaſi deorum cibum [4], poſthac proverbio Græco collaudare ſit ſolitus.
3 Certe omnibus rerum verborumque contumeliis mortuum inſectatus eſt, modo ſtul-
4 titiæ [5], modo ſævitiæ arguens. Nam & morari eum inter homines deſiiſſe [6], pro-
ducta prima ſyllaba [7], jocabatur: multaque decreta & conſtituta, ut inſipientis at-
5 que deliri pro irritis habuit. Denique buſtum [8] ejus conſepiri [9], niſi humili levique
6 maceria [10] neglexit. Britannicum [11] non minus æmulatione vocis, quæ illi jucun-
dior ſuppetebat, quam metu, ne quandoque apud hominum gratiam paterna memo-
7 ria prævaleret [12], veneno [13] aggreſſus eſt [14]. Quod acceptum a quadam Locuſta [15],
vene-

Octaviam, eandemque ſororem adoptivam, & Britannicum fratrem adoptivum, filium Claudii peremit.

2. Boleti quid ſint, dixi ſupr. Tib. 42. 6. §. 19.

3. Venenum in boleto quomodo acceperit, dixi ſupr. Claud. 44. 4. §. 11.

*4. Deorum cibum. Dio lx. p. 689. Ἀφ' οὗ Νέρων ἀπόφθεγμα οὐκ ἀνάξιον μνήμης ἔπος κατέλιπε· τοὺς γὰρ μύκητας θεῶν βρῶμα ἔλεγεν εἶναι, ὅτι καὶ ἐκεῖνος διὰ τοῦ μύκητος θεὸς ἐγεγόνει. *Neronis illud memoria non indignum, qui funges deorum cibum eſſe dicebat; quoniam Claudius etiam boleti eſu deus eſſet factus.* Et Seneca librum ἀποκολοκύντωσιν titulo, quaſi diceres, de immortalitate per fungum parta ſcripſit, de quo plura Dio.

5. Stultitiæ, quam *non roticuiſſe* Claudium dixit noſt. ſupr. 38. 5. & quam in feſtiviſſimo *ludo de morte Claudii* feſtive ſatis paſſim ludit Seneca: & ob quam tantopere æſtuavit Auguſtus ſupr. c. 4. Ejus tamen *ſapientiam* commendat Sarisber. Policrat. viii. 10. *Sed & in his, quæ palam dicuntur, fideliter exſequendum erit, quod in primo libro de analogia ſcripſit Claudius Cæſar, vir excellentis ingenii, magnæque prudentiæ.* Noſt. ſupr. 40. 8.

6. Morari inter homines desiisse Claudium dum dicit Nero, videtur dicere, quod ceſſaſſet manere, & vivere inter homines: cum tamen intelligi vellet eum deſiiſſe per mortem delirare, & deſipere, qui vivus deliraverat. Μωρὸς enim fatuum ſignificat. Et inde *morus* ad Latinos tranſiit. Plaut. Men. iv. 2. 1.

Ut hoc utimur maxime more moro.

Trin. iii. 2. 43.

Atque is mores hominum moros & moroſos efficit.

Mil. ii. 4. 17.

Ego ſtulta moror multum.

i. inſanio.
V. quoque *Beroaldum, Torrentium; Vechner. Hellenol.* i. 2. *Fabr. Agon.* ii. 22. *Bud. in Pandect. p.* 183.

7. Producta prima syllaba, quia per ω ſcribitur.

8. Bustum i. locum, in quo crematus fuerat Claudius. *Funeratus* enim *ſollenni principum pompa* ante fuerat ſupr. 45. 4. Ille vero a monumento erat ſejunctus. Sic notat Strabo v. p. 163. in deſcriptione campi Martii τὸ τῆς καύστρας τοῦ Αὐγούστου τέμενος a Mauſoleo diverſum. V. *Torrentium* & *Caſaubonum. Kirchman. de Fun. Rom.* iii. 1. *Moreſtell. Pomp. Feral.* vi. 1. *Bergier. de Viis milit.* ii. 38. *Guther. de jur. man.* i. 25.

9. Sepiebant, ſive circumvallabant plerumque monumenta ſua veteres. Ejuſmodi *ſepimentum* Pauſanias περιοικοδομὴν, & κρηπῖδα vocat, ut obſervant *Caſaubonus*, & ex Caſaubono *Kirchm. Fun. Rom.* iii. 17.

10. Maceria monumenta ſua ſepiebant tenuiores. Ulpian. Digeſt. xviii. 1. 73. *Intra maceriam ſepulcrorum loca pura hortis, vel ceteris culturis ſervata, ſi nihil nominatim venditor exceperit, ad emptorem pertinent.* Luculentum teſtimonium eſt in veteri inſcriptione. HVIS MONVMENTI. IVS. QVA. MACERIA. CLVSVM. EST. TABERNA. ET. CENACVLO. HERED. NON. SEQVETVR, NEQVE. INTRA. MACERIAM. HVMARI QVEMPIAM. LICET. *Macer Digeſt. xi. 7. 37. *Munimentum ſepulcri id eſſe divus Hadrianus reſcripſit, quod monumenti i. cauſa muniendi ejus loci factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit.* Thucyd. v. p. 350. D. Περιείρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον. Ubi Scholiaſtes. Περιείρξαντες, ἤγουν περιφράξαντες. Et de Solonis monumento Ælian. Var. Hiſt. viii. 16. Περιῳκοδόμητο αὐτῷ ὁ τάφος. *Et monumentum ejus maceria conſeptum eſt.* V. *Meurſ. de Fun. c.* 41. *Kirchm. de Fun. Rom.* iii. 17. *Guther. de jur. man.* ii. 30. *Noriſ. Cenot. Piſan. Diſſ.* iii. 7. *Briſſon. Antiq.* ii. 16.

11. Britannicum, fratrem adoptivum V. ſupr. Ner. 7. 4. §. 3.

12. Apud hominum gratiam... i. ob memoriam Claudii patris magis amarentur, & Romani aliquando a ſe deficerent.

13. Veneno ſublatum eſſe Britannicum docent quoque *Dio* lxi. *p.* 692. *E. Zonar. Ann.* ii. *p.* 188. *Joſeph. Antiq. Jud.* xx. 5. *Tacit. Ann.* xiii. 15. & 16.

14. Aggressus est Britannicum Nero tempore, & modo, quæ narrat Tacit. Ann. xiii. 15. i. *Turbatus his Nero, & propinquo die, quo quartum decimum ætatis annum Britannicus explebat.... Feſtis Saturno diebus inter alia æqualium ludicra, regnum luſu ſortientium, evenerat ea ſors Neroni. Igitur ceteris diverſa, nec ruborem illatura, ubi Britannico juſſu exſurgeret,*

venenariorum[16] indice[17], cum opinione tardius cederet[18], ventre modo Britannici moto[19]: arceſſitam mulierem ſua manu verberavit, arguens pro veneno remedium dediſſe; excuſantique minus datum, ad occultandam facinoris invidiam, *ſane*, inquit, *legem Juliam timeo*[20]; coegitque ſe coram in cubiculo[21] quam poſſet velociſſimum, ac præſentaneum[22] coquere. Deinde in hœdo expertus, poſtquam is quinque horas protraxit, iterum ac ſæpius recoctum porcello objecit. Quo ſtatim exanimato, inferri in triclinium, darique cœnanti ſecum[23] Britannico imperavit. Et cum

ſurgeret, progreſſaſque in medium, cantum aliquem inciperet, irriſum ex eo ſperans pueri ſobrios quoque convictus, nedum temulentos ignorantis; ille conſtanter exorſus eſt carmen, quo evolutum eum ſede patria rebuſque ſummis ſignificabatur. Nero intellecta invidia, odium intendit. Urgentibuſque Agrippinæ minis, quia nullum crimen; neque jubere cædem fratris palam audebat, occulta molitur: parari venenum jubet, miniſtro Pollione Julio prætoriæ cohortis tribuno.

15. LOCUSTAM deſcribit Juven. Sat. I. 71.

Inſtituitque rudes melior Locuſta propinquas
Per famam & populum nigros efferre maritos.

Et ejus Scholiaſtes. *Locuſtam ex Galliis matronam veneficam Nero exhibuit ad ſe, propter venena conficienda, quoniam magna fama erat; & in familiaritate habuit, ut etiam eum doceret venena miſcere. Inde ait, Turnus in Satyra.*

Ex qua Cæſareas ſuboles horrida Locuſta
Occidit cura ſui verna nota Neronis.

Hos verſus corruptiſſimos quot modis conſtituant eruditi, exhibent *Rutgerſ. V. L.* v. 10. & *Barth. Adv.* XXIV. 11. Hujus opera etiam Claudium de medio ſuſtulit Agrippina apud Dion. LX. p.683. B. & Tacit. Ann. XII. 66. 3. Et ab illa *venenum ſumpſit* ipſe Nero infr. 47. 1.

16. VENENARII ſunt, qui venena miſcent. Tertull. Apolog. c. 43. *Plane confitebor qui conquerantur: nam ſi qui forte vere de ſterilitate Chriſtianorum conqueri poſſint, primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum ſicarii, venenarii, magi.* de Pudicit. c. 4. *Ut tragœdias omittam, ſciunt hodie venenarii, ſciunt magi.* Torrentius. * Apul. Apol. p. 291. *Qui venenarium accuſat, ſcrupuloſius cibatur.*

17. INDICEM venenariorum Locuſtam vocat noſter, quod illa, quondam ſceleri obnoxia, alios *indicando* evaſerit. *Beroaldus, Torrentius.*

18. OPINIONE TARDIUS CEDERET i. non ſtatim vim ſuam exereret. Tacit. Ann. XIII. 15. 7. *Nero lenti ſceleris impatiens.*

19. MOTO i. lubrico facto. Cato R. R. c. 115. *Ad alvum movendam ſervato.* Mart. XI. 29. 5.

Prima tibi dabitur ventri lactuca movendo
Utilis.

Ciere alvum dicunt medici. Colum. R. R. VI. 5. *Ea res aut ciet alvum, aut movet febrem.* Unde *cita alvus* opponitur *coactæ* apud Celſ. II. 3. *Pejor cita alvus eſt: ſed ne hæc quidem terrere protinus debet, ſi in æſtivis temporibus coacta magis eſt.* De re ipſa Tacitus n. 6. *Primum venenum ab ipſis educatoribus accepit, tranſmiſitque exſoluta alvo parum validum, ſive temperamentum inerat, ne ſtatim ſæviret.*

20. LEGEM JULIAM TIMEO, q. d. fruſtra occultari facinoris invidiam, cum *legibus* princeps ſolutus ſit, nec pœnam a *legibus* præſcriptam reformidet. Unde Julia Antonino Caracallæ, *quum eſſet pulcerrima & quaſi per negligentiam ſe maxima corporis parte nudaſſet, dixiſſetque Antoninus, Vellem, ſi liceret: reſpondiſſe fertur, ſi libet, licet. An neſcis te imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere?* Spartian. c. 10. De *veneficiis primum Romæ quæſitum eſt M. Claudio Marcello, C. Valerio conſulibus.* Liv. VIII. 18. Oroſ. III. 10. ſive anno ab U. C. 422. V. *Faſtos Capitolinos, & Pigh. Ann.* I. p. 333. Cum *veneficii quæſtio, & moribus, & legibus Romanis ignota* eſſet, ut de hac quæſtione Valer. Max. II. 5. 3. Secuta eſt Cornelia lex a L. Sylla dictatore lata. Cicero, cum legem latam retuliſſet pro Cluent. c. 54. *Jubet lex ea, qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt, judicem quæſtionis quærere de veneno. In quem quærere? infinitum eſt. Quicunque fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit.* * Ejus auctorem Syllam fuiſſe non obſcure indicat c. 55. *Poſtea L. Sylla, homo a populi cauſa remotiſſimus, tamen, cum ejus rei quæſtionem hac ipſa lege conſtitueret, qua vos hoc tempore judicatis, populum Romanum, quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare novo quæſtionis genere auſus non eſt.* Inde *Julia*, C. *Julii* Cæſaris dictatoris. Quæ quod forte nihil amplius quam Cornelia ſtatueret, factum eſt, ut Icti recentiores Corneliæ tantum meminerint, quamquam Neronis tempore *Julia* potius vocaretur, ut veriſimile eſſe putat *Torrentius.*

21. SE CORAM IN CUBICULO. Tacit. Ann. XIII. 15. 8. *Promittentibus dein tam præcipitem necem, quam ſi ferro urgeretur, cubiculum Cæſaris juxta decoquitur virus, cognitis ante venenis rapidum.*

22. PRÆSENTANEUM i. quod *præſentem*, & ſubitam, repentinamque inferret mortem. Gell. N. A. VI. 4. *Regulum id quoque addidiſſe: venenum ſibi Carthaginenſes dediſſe, non præſentaneum, ſed ejuſmodi, quod mortem in diem proferret.* V. *Beroaldum.*

23. COENANTI SECUM ex more principum liberis ſollenni. V. illum ſupr. Aug. 64. 7. §. 17. *Illic*, pergit Tacitus, *epulante Britannico, quia cibos potuſque ejus delectus ex miniſtris guſtu explorabat, ne omitteretur inſtitutum, aut utriuſque morte proderetur ſcelus, talis dolus repertus eſt. Innoxia adhuc, ac prævalida, & libata guſtu potio traditur Britannico: dein poſtquam fervore aſpernabatur, frigida in aqua adfunditur venenum,*

cum ille ad primum guſtum [24] concidiſſet, comitiali morbo [25] ex conſuetudine correptum apud convivas ementitus, poſtero die raptim [26] inter maximos imbres [27]
11 tranſlatitio [28] extulit funere. Locuſtæ pro navata opera, impunitatem [29], prædiaque ampla, ſed & diſcipulos [30] dedit.

num, quod ita cunctos ejus artus pervaſit, ut vox pariter, & ſpiritus ejus raperentur.

24. AD PRIMUM GUSTUM. Scholiaſtes Juven. Sat. I. 71. *Hæc increpitata a Nerone, quod lentum venenum Britannico privigno ſuo* (fratrem debuiſſet dixiſſe) *paraſſet, tam efficax dedit, ut antequam poculum Britannicus exhauriret, in convivio Neronis exſpiraret.*

25. COMITIALIS MORBUS quis, dixi ſupr. Cæſ. 45. 2. §. 10. Tacitus. *Trepidatum a circumſedentibus, diffugiunt imprudentes. At quibus altior intellectus, reſiſtunt defixi, & Neronem intuentes. Ille, ut erat reclinis, & neſcio ſimilis, ſolitum ita, ait, per comitialem morbum, quo primum ab infantia afflictaretur Britannicus, & redituros paullatim viſus, ſenſuſque.*

26. RAPTIM quare extuliſſet Britannicum Nero, *edicto defendit, id a majoribus inſtitutum referens, ſubtrahere oculis acerba funera, neque laudationibus, aut pompa detinere.* Tacit. 17. 3.

27. IMBRES hi quid ſignificaverint, docet Tacit. 17. 1. *In campo tamen Martis ſepultus eſt, adeo turbidis imbribus, ut vulgus iram deum portendi crediderit adverſus facinus, cui plerique etiam hominum ignoſcebant, antiquas fratrum diſcordias, & inſociabile regnum exiſtimantes.* Eoſdemque facinus callide celatum prodidiſſe narrant Dio LXI. p. 692. E. Zonar. Ann. II. p. 188. Τὸν δὲ Βρεττανικὸν φαρμάκῳ δολοφονήσας ὁ Νέρων, ἐπειδὴ πελιδνὸς ὑπὸ τοῦ φαρμάκου ἐγένετο, γύψῳ ἔχρισεν· ὑετὸς δὲ διὰ τῆς ἀγορᾶς αὐτοῦ ἀγομένου πολὺς, ὑγρᾶς ἔτι οὔσης τῆς γύψου, ἐπιπεσὼν, πᾶσαν αὐτὴν ἀπέκλυσεν, ὥστε τὸ δεινὸν μὴ μόνον ἀκούεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὁρᾶσθαι. *Tum Nero Britannicum veneno per fraudem ſuſtulit, cujus corpus ut vidit propter venenum livore decoloratum eſſe, gypſo oblinendum curavit: cumque per forum funus efferretur, maximo imbri de cælo omne gypſum, quod adhuc humidum erat, abluit, ut nefarium ſcelus non ſolum audiretur, ſed etiam videretur.*

28. TRANSLATITIO, quod modicum Tacitus. *Nox eadem necem Britannici & rogum conjunxit, proviſo ante funebri paratu, qui modicus fuit.* Simili funere extulit & matrem apud Tacit. Ann. XIV. 9. 1. *Cremata eſt nocte eadem, convivali lecto, & exſequiis vilibus: neque dum Nero rerum potiebatur, congeſta, aut clauſa humo.* Quid tranſlatitium V. ſupr. Aug. 10. 5. §. 21.

29. IMPUNITATEM, quam hoc demum ſcelere meruerat. Antea enim pœnæ veneficii, cujus damnata erat, ut de illa Tacit. XII. 66. 3: XIII. 15. 5. ſaltem exactæ non fuerant.

30. DISCIPULOS, quos hanc artem doceret, ut docet Juvenalis ſupr. §. 15. Ubi Scholiaſtes: *propinquas autem dicit, tanquam a Locuſta doctas.*

CAPUT XXXIV.

ARG. *Matrem gravatur, honore, & poteſtate privat, contubernio, & Palatio expulſam occidi jubet, occiſæ ſpecie exagitatur, manes evocatos exorare tentat, Eleuſiniis ſacris intereſſe non audet, & matris parricidio amitæ necem jungit Nero Claudius Cæſar.*

1 Matrem, dicta factaque [1] ſua exquirentem acerbius & corrigentem, hactenus [2] primo gravabatur [3], ut invidia identidem oneraret, quaſi ceſſurus imperio, Rhodumque [4] abiturus: mox & honore omni & poteſtate privavit: abductaque mi-
2 litum [5] & Germanorum [6] ſtatione, contubernio [7] quoque ac Palatio expulit [8]. Neque in divexanda quidquam penſi habuit: ſummiſſis & qui Romæ morantem litibus,

DICTA FACTAQUE.... Tacit. Ann. XIII. 13. 4. Agrippina; *ut nimia nuper coercendo filio, ita rurſum intemperanter dimiſſa.* Unde idem Ann. XIV. 13. 3. *Nero ſe in omnes libidines effudit, quas male coercitas qualiſcunque matris reverentia tardaverat.*

2. HACTENUS I. eatenus. V. ſupr. 31. 10. §. 22.

3. GRAVABATUR, quod, ut Tacit. 3. 2. *prægravem rebatur.* V. ſupr. Aug. 72. 6. §. 32.

4. RHODUM V. ſupr. Cæſ. 4. 1. §. 8.

5. MILITUM prætorianorum, Romani enim cives ſoli *milites*, & dici, & haberi volebant, cæteros aut ſuæ nationis nomine nominabant, aut in caſtris ſub generali auxiliorum nomine habebant. Unde & Tacitus a Germanis *milites* diſtinguit Ann. XIII. 18. 4. *Cognitum id Neroni, excubiaſque militares, quæ ut conjugi imperatoris olim, tum & ut matri, ſervabantur, & Germanos ſuper eundem honorem, cuſtodes additos digredi jubet.*

6. GERMANOS corporis cuſtodes fuiſſe, dixi ſupr. Aug. 49. 3. §. 9. Duplicem vero cuſtodiam Agrippinæ, ut & ipſi principi, prætorianos milites, & *Germanos* fuiſſe, ex Suetonio & Tacito recte colligit *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 149.

7. CONTUBERNIUM. V. ſupr. Cæſ. 2. 1. §. 6.

8. CON-

bus [9], & in ſeceſſu [10] quieſcentem, per convicia & jocos, terra marique prætervehentes inquietarent. Verum minis ejus ac violentia [11] territus perdere ſtatuit [12]. Et 4
cum veneno [13] ter tentaſſet, ſentiretque antidotis præmunitam [14], lacunaria, quæ noctu ſuper dormientem laxata machina deciderent, paravit. Hoc conſilio per con- 5
ſcios parum celato, ſolutilem navem [15], cujus vel naufragio, vel cameræ [16] ruina
periret, commentus eſt [17]. Atque ita reconciliatione ſimulata, jucundiſſimis literis 6
Bajas evocavit ad ſollennia Quinquatruum [18] ſimul celebranda: datoque negotio trierarchis [19], qui Liburnicam [20], qua advecta erat, velut fortuito concurſu [21] confringerent,

8. CONTUBERNIO AC PALATIO EXPULSAM in ædibus Antoniæ habitare juſſit. Tacit. n. 6. *Ac ne cœtu ſalutantium frequentaretur, ſeparat domum, matremque transfert in eam, quæ Antonia fuerat.*

9. LITIBUS inquietavit Agrippinam Junia Silana. Tacit. 19. 4. *Illa*, Junia Silana, *ſpe ultionis oblata, parat accuſatores ex clientibus ſuis Iturium & Calviſium, deferens, deſtinaviſſe eam*, Agrippinam, *Rubellium Plautum, per maternam originem pari ac Nero gradu a divo Auguſto, ad res novas extollere, conjugioque ejus etiam Rempublicam rurſus invadere.*

10. QUO SECESSERIT Agrippina, tradit Tacit. Ann. XIV. 3. 4. *Nero vitare ſecretos ejus congreſſus: abſcedentem in hortos, aut Tuſculanum, vel Antiatem in agrum, laudare, quod otium laceſſeret.*

11. MINACEM ET VIOLENTAM in filium Agrippinam deſcribit Tacit. Ann. XII. 64. 6. *Truci contra, ac minaci Agrippina, quæ filio dare imperium, tolerare imperitantem nequibat.* Unde *intempeſtivam* in illum *ſeveritatem fatetur, & verſis artibus per blandimenta juvenem aggreditur* apud eundem XIII. 13. 3. & 4.

12. PERDERE STATUIT. Tacit. Ann. XIV. 3. 2. *Poſtremo ubicumque haberetur, interficere conſtituit*, ad hoc facinus impulſus ab uxore Sabina, & præceptore Seneca. Xiphil. LXI. p. 695. A. Μαθοῦσα δὲ ταῦθ' ἡ Σαβῖνα, ἀνέπεισε τὸν Νέρωνα ὡς καὶ ἐπιβουλεύουσαν αὐτῷ, αὐτὴν διολέσαι. Καὶ αὐτὸν καὶ ὁ Σενέκας, ὥς πολλοῖς καὶ ἀξιοπίστοις ἀνθρώποις εἴρηται, παρώξυνεν, εἴτ' οὖν τὸ ἔγκλημα τὸ καθ' ἑαυτοῦ ἐπηλυγάσασθαι ἐθελήσας, εἴτε καὶ τὸν Νέρωνα ἐς μιαιφονίαν ἀνόσιον προαγαγεῖν ἐθελήσας, ἵν' ὡς τάχιστα καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων ἀπόληται. *Hac re cognita Sabina perſuaſit Neroni, Agrippinam de medio tollere, quod ab ea diceret inſidias ei parari. Ad id facinus quoque, ut a permultis fide dignis hominibus dictum eſt, Seneca eum incitavit; ſive crimen, quod ei impingebatur, caligine quadam involvero cuperet, ſive Neronem ad nefariam cædem faciendam perducere; ut eum quam celerrime dii, hominesque perderent.*

13. VENENO, quod illi matrem interempturo primo placuit. *Sed inter epulas principis ſi daretur, referri ad caſum non poterat, tali jam Britannici exitio: & miniſtros tentare arduum videbatur, mulieris uſu ſcelerum adverſus inſidias intenta.* Tacit. n. 3. Xiphil. B. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν τῷ προφανεῖ ὤκνει τὸ ἔργον, καὶ κρύφα διὰ φαρμάκων οὐκ εἶχεν αὐτὴν ἀνελεῖν, πάντα γὰρ ἐκείνη ἰσχυρῶς ἐφυλάσσετο. *Quod facinus quum palam facere tardarent, nec poſſent eam clam veneno tollere, cavebat enim diligenter omnia.*

14. ANTIDOTIS PRÆMUNITAM. Tacitus. *Atque ipſa præſumendo remedia munierat corpus.* Illa vero remedia *antidota* nominant, & adverſus venena ſumenda eſſe dicunt medici. Celſ. v. 23. *Antidota maxime deſideranda ſunt adverſus venena, vel per morſus, vel per cibos, aut potiones noſtris corporibus inſerta.*

15. SOLUTILEM NAVEM hanc deſcribit Tacitus in 5. *Ergo navem poſſe componi docet, cujus pars ipſo in mari per artem ſoluta effunderet ignaram.*

16. CAMERA, καμάρα, *teſtudo, fornix.* Gloſſæ Philoxeni. A parte tecta Ponti & Boſpori accolæ naves *cameras* vocant ita fabricatas, ut in modum tecti claudi poſſent. Deſcribit illas Tacit. Hiſt. III. 47. 5. *Quin & barbari contemptius vagabantur, fabricatis repente navibus, quas cameras vocant, arctis lateribus, lata alvo, ſine vinculo æris, aut ferri connexa: & tumido mari, prout fluctus attollitur, ſumma navium tabulis augent, donec in modum tecti claudantur. Sic inter undas volvuntur, pari utrimque prora, & mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiſcretum & innoxium eſt.* Strab. XI. p. 341. Καλοῦσι δ' αὐτὰ οἱ Ἕλληνες καμάρας.

17. COMMENTUS EST Anicetus libertus. Tacit. n. 4. *Obtulit ingenium Anicetus libertus, claſſis apud Miſenum præfectus, & pueritiæ Neronis educator, & mutuis odiis Agrippinæ inviſus. Ergo navem componi poſſe docet.* Ejus exemplar exhibet Xiphilinus. Ναῦν ἰδόντες ἐν τῷ θεάτρῳ διαλυομένην αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς, καὶ τινα θηρία ἀφιεῖσαν, καὶ συνισταμένην αὖ πάλιν, ὥστε καὶ ἐρρῶσθαι, τοιαύτην ἑτέραν ταχέως ἐναυπηγήσατο. *Quum vidiſſent in theatro navem per ſe diſſolvi, emiſſiſque ex ſe belluis quibuſdam, rurſus integram, & firmam conſiſtere, alteram conſimilem huic ſtatim ædificavit.* Tali quare uſus fuerit, addit Tacitus. *Nihil tam capax fortuitorum quam mare, & ſi naufragio intercepta ſit, quem adeo iniquum, ut ſceleri aſſignet, quod venti & fluctus deliquerint.*

18. QUINQUATRIA dedimus ſupr. Aug. 71. 6. §. 27. Quæ quomodo Aniceti ſolertiam juverint, pergit narrare Tacit. 4. 1. *Placuit ſolertia, tempore etiam juta, quando quinquatruum feſtos dies apud Bajas frequentabat. Illuc matrem elicit, ferendas parentum iracundias, & placandum animum dictitans, quo rumorem reconciliationis efficeret, acciperetque Agrippina,*

7 fringerent, protraxit [22] convivium [23]. Repetentique Baulos [24], in locum corrupti navigii, machinoſum [25] illud obtulit, hilare proſecutus [26]: atque in digreſſu papillas [27] quoque exoſculatus [28], reliquum temporis cum magna trepidatione vigilavit,
8 cœptorum opperiens [29] exitum. Sed ut diverſa omnia, nandoque [30] evaſiſſe [31] eam comperit, inops conſilii [32], L. Agerinum, libertum ejus, ſalvam & incolumem cum gaudio nuntiantem [33], objecto clam juxta [34] pugione, ut percuſſorem ſibi ſubornatum arripi conſtringique juſſit, matremque occidi [35]: quaſi deprehenſum crimen voluntaria

na, facili feminarum credulitate gaudia.

19. TRIERARCHIS i. triremium præfectis. Heſychius. Τριήραρχος, τριήρους ἄρχων. Tacit. Hiſt. II. 9. 2. *Nec defuere, qui trierarchos nomine Neronis accirent.* Plura *Scheffer. Mil. Nav.* IV. 6.

20. LIBURNICAM. V. illam ſupr. Aug. 17. 6. §. 28.

21. FORTUITO CONCURSU i. impulſu, quo ex alto in eam delati forte fortuna incidiſſent. *Sabellicus.* Unde *corruptum navigium* n. 7.

22. PROTRAXIT i. *in longum traxit.* Tacit. Ann. XIV. 4. 5.

23. CONVIVIUM, ad quod *invitata erat, ut occultando facinori nox adhiberetur.* Tacit. n. 3. Ad illud etiam Otho poſtea imperator vocatus fuerat inf. 3. 1.

24. BAULOS V. ſupr. Cal. 19. 2. §. 1. Ad hanc villam *Hercules habuit animalia, quæ Geryoni detracta ex Hiſpania adduxerat:* & ideo *quaſi Boaulia dictam* eſſe vult *Serv. Æn.* VI. 107.

25. MACHINOSUM, quod *ſolutile* dixit *n.* 5. & deſcribit Tacitus. *Stabat inter alias navis ornatior, tanquam id quoque honori matris daretur: quippe ſueverat triremi, & claſſiariorum remigio vehi.*

26. Quam HILARE PROSECUTUS ſit matrem Nero, explicat Xiphil. LXI. p. 695. D. Ἐπεὶ δὲ ἐνταῦθ' ἦτο δὲ ἀπὸ τοῦ δείπνου περὶ μέσας νύκτας περιλαμβάνει τε αὐτὴν, καὶ πρὸς τὸ στέρνον προσαγαγὼν, καὶ φιλήσας καὶ τὰ ὄμματα καὶ τὰς χεῖρας, μῆτέρ τε εἰπὼν, ἔῤῥωσό μοι καὶ ὑγίαινε: ἐν γάρ σοι καὶ ἐγὼ ζῶ, καὶ διά σε βασιλεύω. *Eo quum deducta res eſt, poſt cœnam, circa mediam noctem, amplectitur eam, pectori admotam, atque oculos ei & manus oſculatus, dixit, mea mater vale mihi, ac ſalva eſto: nam in te & vivo, & per te regno.* Quare illam ſic *proſecutus* fuerit, addit Tacit. n. 5. *Proſequitur abeuntem, arctius oculis, & pectori hærens, ſive explenda ſimulatione, ſeu peritura matris ſupremus adſpectus, quamvis ferum animum retinebat.*

* 27. PAPILLAS. Unde *pectori baſiſſe* dicit Tacitus, & *oculos* addunt Tacitus & Xiphil. ſupr. §. 26. Et recte. Nam olim oculos amicorum baſiabant. Plaut. Caſ. I. I. 48.

Sine tuos oculos deoſculer voluptas mea.

28. Sub OSCULO, honoris, reverentiæ, & amicitiæ ſymbolo dolus, quem inimici meditantur, ſæpius latet. Tacit. Ann. XIV. 56. 5. *His adjicit complexum & oſcula, factus natura & conſuetudine exercitus, velare odium fallacibus blanditiis.* Ita *oſculatus* Amaſam Joabus 2 Sam.* 20. 9. Joſeph. Ant. Jud. VII. 10. D. Jeſum Judas Luc. 22. 47. 48. Galbam Otho apud noſtr. 6. 3. Plura *Kemp. de oſcul. diſſert.* 21.

29. OPPERIENTI *patrati facinoris nuntios Neroni, affertur evaſiſſe ictu levi ſauciam.* Tacit. 7. 1.

30. NANDO, ut inanima ſcilicet. V. ſupr. Cæſ. 57. 2. §. 9. Tacit. 5. 6. *Nando, deinde occurſu lembunculorum Lucrinum in lacum vecta, villæ ſuæ infertur.*

31. QUI EVASERIT rupto licet navigio Agrippina, narrat Xiphil. D. Παρέδωκεν αὐτὴν Ἀνικήτῳ ἀπελευθέρῳ, ὡς καὶ κομιοῦντι οἴκαδε ἐπὶ τοῦ πλοίου, ὃ κατεσκευάκει. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἤνεγκεν ἡ θάλασσα τὴν μέλλουσαν ἐπ' αὐτῇ τραγῳδίαν ἔσεσθαι: οὐδ' ὑπέμεινε τὴν ψευδολογίαν τῆς ἀνοσιουργίας ἀναδέξασθαι. Διελύθη μὲν ἡ ναῦς, καὶ ἡ Ἀγριππῖνα ἐς τὸ ὕδωρ ἐξέπεσεν: οὐ μέντοι καὶ ἀπώλετο, ἀλλὰ (καί τοι καὶ ἐν σκότῳ, καὶ διακορὴς μέθης οὖσα, τῶν τε ναυτῶν ταῖς κώπαις ἐπ' αὐτὴν χρωμένων, ὥστε καὶ Ἀκερρωνίαν Πῶλλαν τὴν συμπλέουσαν αὐτῇ ἀποκτεῖναι) διεσώθη. *Tradidit illam, Agrippinam Nero, Aniceto liberto, quaſi is eam domum deducturus eſſet in navi, quam comparaverat. Sed enim futuram ſupra ſe tragœdiam mare non tulit, nec mendacium de nefario facinore ſpargendum in ſe ſuſcipere ſuſtinuit. Quippe licet diſſoluto navigio Agrippina in mare ceciderit, non tamen mortua eſt; ſed, licet in tenebris eſſet, & plena vini, ac nautæ remis ſic in eam uterentur, ut Acerroniam Pollam, quæ una navigabat, interficerent, incolumis evaſit.*

32. INOPS CONSILII, &, ut addit Tacit. 7. 2. *pavore exanimis, & jam jamque adfore obteſtans vindictæ properam, ſive ſervitia armaret, vel militem accenderet, ſive ad ſenatum, & populum pervaderet, naufragium, & vulnus, & interfectos amicos objiciendo; quod contra ſubſidium ſibi? niſi quid Burrhus & Seneca expromerent.*

33. NUNTIANTIS verba promit Tacit. 6. 2. *Benignitate deûm, & fortuna ejus evaſiſſe gravem caſum: orare, ut quamvis periculo matris exterritus, viſendi curam differret: ſibi ad præſens quiete opus.*

34. JUXTA, *inter pedes ejus.* Tacit. 7. 6. *Ipſe audito, veniſſe miſſu Agrippinæ nuntium Agerinum, ſcenam ultro criminis parat: gladiumque, dum mandata perfert, abjicit inter pedes ejus: tum quaſi deprehenſo vincla injici jubet.*

35. MATREM OCCIDERE Anicetum juſſit Nero. Xiphil. E. Καὶ ἐπὶ τὴν μητέρα τὸν Ἀνίκητον εὐθὺς μετὰ τῶν ναυτῶν ἀπέστειλε: τοῖς γὰρ δορυφόροις οὐκ ἐπίστευε τὸν θάνατον αὐτῆς. Ἰδοῦσα δὲ σφᾶς ἐκείνη, ἔγνω τε ἐφ' ἃ ἥκοιεν,

luntaria morte vitaſſet. Adduntur his atrociora [36], nec incertis auctoribus, ad vi- 9
ſendum interfectæ cadaver accurriſſe [37], contrectaſſe membra, alia vituperaſſe, alia
laudaſſe, ſitique interim oborta bibiſſe. Neque tamen ſceleris conſcientiam [38], quam- 10
quam & militum [39] & ſenatus [40] populique gratulationibus confirmaretur, aut ſta-
tim aut unquam poſtea ferre potuit; ſæpe confeſſus exagitari ſe materna ſpecie [41],
verberibus furiarum [42], ac tædis ardentibus [43]. Quin & facto per Magos [44] ſa- 11
cro [45], evocare manes [46], & exorare tentavit. Peregrinatione quidem Græciæ, 12
Eleuſiniis

ἀ ὕπνου, καὶ ἀναπηδήσασα ἐκ τῆς κοίτης, τήν τε ἐσθῆτα περιερρήξατο, καὶ γαστέρα ἀπογυμνώσασα, Παῖε ταύτην, ἔφη, Ἀνίκητε, παῖε, ὅτι Νέρωνα ἔτεκεν. Mox Anicetum una cum nautis adverſa matrem ire jubet: nec enim hanc cadem prætorianis credidit. Hos ut vidit Agrippina, cognovitque quamobrem veniſſent: repente de lecto deſiluit, diſciſſaque veſte, denudatoque alvo, ait: hanc percute Anicete, quoniam peperit Neronem. Fuſius hæc Tacit. 8. 3. Occiſa eſt Agrippina C. Vipſanio Aproniano, C. Fonteio Capitone conſulibus, ſive anno ab U. C. 811. V. *Faſtos Capitolinos* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 593.

36. ADDUNTUR ATROCIORA, de quibus tamen dubitare videtur Tacit. 9. 1. *Adſpexeritne matrem exanimem Nero, & formam corporis ejus laudaverit, ſunt qui tradiderint, ſunt qui abnuant.*

37. ACCURRIT *ad viſendum cadaver* Nero, quia non credidit interfectam eſſe. Xiphil. p. 696. B. *Μαθὼν δὲ ὁ Νέρων, ὅτι τέθνηκεν, οὐκ ἐπίστευσεν· ὑπὸ γὰρ τοῦ μεγέθους τοῦ τολμήματος ἀπιστίᾳ αὐτοῦ ἐνεσχέθη· καὶ διὰ τοῦτο αὐτόπτης ἐπεθύμησε τοῦ πάθους γενέσθαι· καὶ αὐτήν τε πᾶσαν εἶδε γυμνώσας, καὶ τὰ τραύματα αὐτῆς ἐπεσκέψατο· καὶ τέλος, πολὺ καὶ τοῦ φόνου ἀνοσιώτερον ἔπος ἐφθέγξατο· εἶπε γὰρ ὅτι, οὐκ ᾔδειν ὅτι οὕτω καλὴν μητέρα εἶχον. Nero poſtquam accepit eam mortuam eſſe, non credidit: nimirum propter magnitudinem temerarii facinoris diffidebat. Itaque rei triſtis ipſemet inſpector eſſe cupivit, & prorſus denudatam vidit, & vulnera ejus contemplatus eſt; tandem magis nefarium ſermonem habuit, quam cædes fuiſſet: dixit enim, neſciebam me tam pulcram matrem habere.* V. *Bœth. infr. Lucan.* 11. §. 11.

38. SCELERIS CONSCIENTIAM qui non tulerit Nero, narrat Tacit. 10. 1. *Sed a Cæſare perfecto demum ſcelere, magnitudo ejus intellecta eſt: reliquo noctis, modo per ſilentium defixus, ſæpius pavore exſurgens, & mentis inops lucem opperiebatur, tanquam exitium allaturam.*

39. MILITES gratulati ſunt Neroni auctore Burrho. Tacit. 10. 2. *Atque eum auctore Burrho, prima centurionum tribunorumque adulatio ad ſpem firmavit, prehenſantium manum, gratantiumque, quod diſcrimen improviſum, & matris facinus evaſiſſet.*

40. SENATUS gratulationes denarrat Tacit. 12. 1. *Miro tamen certamine procerum decernuntur ſupplicationes apud omnia pulvinaria, utque quinquatrus, quibus apertæ eſſent inſidiæ, ludis annuis celebrarentur: aureum Minervæ ſimulacrum in curia, & juxta principis imago ſtatuerentur: dies natalis Agrippinæ inter nefaſtos eſſet.*

41. SPECIEM *umbram* vocant Virg. Æneid. IV. 386.

Omnibus umbra locis adero.

Horat. Epod. 5. 92.

Nocturnus occurram furor:
Petamque vultus umbra curvis unguibus.

Noſt. Cal. 59. 4. §. 7. Ubi vide.

42. FURIÆ *deæ ſunt, ſpeculatrices, credo, & vindices facinorum, & ſceleris.* Cicer. N. D. III. 18. Hæ quomodo intelligendæ ſunt, docet Cicer. pro S. Roſc. c. 24. in Piſon. c. 20. de LL. 1. 14. *Nolite putare, quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impie, ſcelerateque commiſerint, agitari & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus, & ſuus terror maxime vexat, ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent: hæ ſunt impiis aſſiduæ, domeſticæque furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas a conſceleratiſſimis filiis repetunt.*

43. TÆDAS ARDENTES Furiis tribuere fabulas docet & Cicer. Acad. Quæſt. II. 28. *Alcmæo, qui negat cor ſibi cum oculis conſentire, nonne ibidem incitato furore.*

Unde hæc flamma oritur?

Et illa deinceps, Incede, incede: adſunt, adſunt: me, me expetunt. Quid cum virginis fidem implorat?

Fer mi auxilium: peſtem abige a me:
Flammiferam hanc vim, quæ me excruciat.
Cæruleæ incinctæ igni incedunt;
Circumſtant cum ardentibus tædis.

44. MAGIÆ ſpecies, & vanitatem prodit Plin. XXX. 2. *Ut narravit Oſthanes, ſpecies ejus,* magiæ, *plures ſunt. Namque & ex aqua, & ex ſphæris, & ex aere, & ſtellis, & lucernis, ac pelvibus, ſecuribuſque & multis aliis modis divina promittit: præterea umbrarum, inferorumque colloquia, quæ omnia ætate noſtra princeps Nero vana falſaque comperit: quippe non citharæ, tragicique cantus libido illi major fuit, fortuna rerum humanarum ſumma geſtiente in profundis animi vitiis.* De *magis* & *magia* plura *Delrio* & *Bulengerus.*

45. SACRIFICIIS piacularibus, ſeu depulſoriis, *ἀποτροπαίοις, καὶ ἐξιλαστηρίοις θυσίαις* infeſtantes manes avertebant, qui cædis cauſam præbuiſſent, & ab illorum umbris agitabantur. Noſt. Oth. 7. 5. Plura *Guther. de jur. man.* II. 14. *Sacrum* pro ſacrificio, aut re divina poni, dixi ſupr. Cæſ. 77. 2. §. 13.

46. EVOCARE MANES ab inferis arte magica ſolebant veteres. Tib. I. 2. 45.

Hæc

Eleuſiniis ſacris [47], quorum initiatione [48] impii & ſcelerati [49], voce præconis ſum-
13 moverentur, intereſſe non auſus eſt. Junxit parricidio matris amitæ [50] necem. Quam cum ex duritia alvi [51] cubantem viſitaret, & illa tractans lanuginem [52] ejus, ut aſſolet, jam grandis natu, per blanditias forte dixiſſet, *ſimul hanc excepero, mori volo* [53], converſus ad proximos, confeſtim ſe poſiturum [54] velut irridens ait, præcepitque
14 medicis, ut largius [55] purgarent ægram. Necdum defunctæ bona invaſit [56], ſuppreſſo teſtamento, ne quid abſcederet.

Hæc cantu finditque ſolum, maneſque ſepulcris
Elicit, & tepido devocat oſſa rogo.

Tertull. de anim. c. 57. *Publica jam literatura eſt quæ animas etiam juſta ætate ſopitas, etiam proba morte disjunctas, etiam prompta humatione diſpunctas evocaturam ſe ab inferum incolatu pollicetur.* V. Beroaldum & Kirchm. de Fun. Rom. III. 23.

47. ELEUSINIIS SACRIS, de quibus ſupr. Claud. 25. 15. §. 53.

* 48. INITIATIONE i. celebratione. *Initiandi*, ſive cooptandi in horum ſacrorum participationem actus deſcribit fuſius Apul. Met. XI. p. 261. & 262.

49. SCELERATI a ſacris Eleuſiniis ſummovebantur. Lamprid. Alex. Sever. c. 18. *Juſſitque quemadmodum in Eleuſiniis ſacris dicitur, ut nemo ingrediatur, niſi qui ſe innocentem novit.* Unde Capitol. Anton. Philoſ. c. 27. *Orientalibus rebus ordinatis Athenis fuit, & initialia Cereris adiit, ut ſe innocentem probaret.*

50. AMITÆ Domitiæ. V. ſupr. 5. 7. §. 16.

51. DURITIA ALVI *teneſmus* dicitur Nep. 25. 22. 2. *Nactus eſt morbum, quem putarunt eſſe teneſmum*, τεινεσμὸς Celſ. IV. 18. & deſcribitur Scribon. Larg. c. 152. *Teneſmus eſt irritatio ultimæ partis directi inteſtini, in quo ſæpius licet deſurgere* i. in ſeceſſum ire ad exonerandam alvum, *ſine cauſa*. Plin. XXVIII. 14. *Teneſmos eſt crebra, & inanis voluntas egerendi.* V. *Rhodium ad Scribonium*: *Schottum*, & *Ernſtium ad Nepotem*. Negotii quantum homini exhibeat *alvus*, dictum ſupr. Aug. 98. 1. §. 1.

52. LANUGO eſt, quæ in arboribus flores antecedit. Virg. Ecl. II. 51.

Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala.

Plin. VII. 2. *Aſtomorum gentem ſine ore, corpore toto hirtam veſtiri frondium lanugine.* Inde barba prima, ſive quæ *poſt ter ſeptenos annos flore genas veſtit*, ut loquitur Macrob. in ſomn. Scip. I. 6. Prop. III. 5. 13.

Quo rapitis miſeros primæ lanuginis annos?

Noſt. Oth. 12. 5. Ἴουλον dicunt Græci. V. Apolloniden ſupr. Cal. 10. 4. §. 12.

53. SIMUL HANC EXCEPERO, MORI VOLO, verba ſunt amitæ in morbo blandientis Neroni, tanquam tunc libenter morituræ, cum vidiſſet Neronem, depoſita prima lanugine, jam maturum imperio ad virilitatem perveniſſe. Talia autem verba ſunt ex uſu quotidiano, & affectionibus domeſticis. *Beroaldus.* * Unde Stat. Sylv. 2. 1. 53.

Atque genis optatus honos? jurataque multum
Barba tibi?

Cadentem vero barbam primam, ut de illa loquitur Virg. Ecl. 1. 29. *excipiebant*, & in pyxidem conditam deo alicui conſecrare ſolebant. V. ſupr. 12. 11. §. 47.

54. CONFESTIM SE POSITURUM, tanquam ſignificare vellet, in ſe mortis differendæ cauſam nullam futuram. *Beroaldus.*

55. LARGIUS, uſque ad animæ effuſionem. *Beroaldus.* Celſ. I. 3. *Idem, Aſclepiades, purgationes quoque eodem volumine expulit. Et ſunt hæ pernicioſa, ſi nimis valentibus medicamentis fiunt.* Veneno ſublatam dicit Xiphil. LXI. p. 697. C. Δομιτίαν τὴν τηθίδα φαρμάκῳ δολοφονήσας.

56. INVASERIT quomodo *defunctæ* amitæ *bona* Nero, hiſce docet Xiphil. LXI. p. 697. C. Δομιτίαν τὴν τηθίδα φαρμάκῳ δολοφονήσας, τὰ ἐν ταῖς Βαΐαις τῇ τε Ῥαβεννίδι θαλάσσῃ κτήματα αὐτῆς ἀφείλετο· ἐν οἷς καὶ ἐνιαυτήρια (ut pro νικητήρια legit *Sylburgius*, quamvis ἐλευθήρια mallet *Caſaubonus*.) εὐθὺς μεγαλοπρεπῆ κατεσκεύασεν. *Domitia amita ſua veneno per fraudem ſublata, bona ejus, quæ Bajis, & in mari Ravennati erant, abſtulit: in iis magnificas mox habitationes exſtruxit.*

CAPUT XXXV.

ARG. *Uxores ducit, dimittit, occidit, filiam tollit & amittit; Antoniam nuptias ſuas recuſantem, cæteros affinitate, aut propinquitate ſibi conjunctos, Senecam præceptorem, Burrum præfectum, & libertos divites, interficit Nero Claudius Cæſar.*

1.2 Uxores præter Octaviam [1] duas poſtea duxit. Poppæam Sabinam [2], quæſtorio

1. OCTAVIAM Neronis uxorem V. ſupr. Claud. 27. 4. §. 13.

2. POPPÆA SABINA *erat in civitate, T. Ollio patre genita, ſed nomen avi materni ſumpſerat, illuſtri memoria*

rio [3] patre natam, & equiti Romano [4] ante nuptam. Deinde Statiliam Meſſalinam, 3
Tauri [5] bis conſulis [6] ac triumphalis [7] abneptem. Qua ut potiretur, virum ejus At- 4
ticum Veſtinum conſulem [8] in honore ipſo [9] trucidavit [10]. Octaviæ conſuetudinem 5
cito adſpernatus [11], corripientibus amicis [12], *ſufficere illi debere* reſpondit *uxoria orna-*
menta. Eandem mox ſæpe fruſtra ſtrangulare meditatus, dimiſit ut ſterilem [13]: ſed 6
improbante divortium populo [14], nec parcente conviciis, etiam relegavit [15]. De- 7
nique occidit [16] ſub crimine adulteriorum [17], adeo impudenti falſoque, ut in quæ-
ſtione

moria Poppæi Sabini conſulari, & triumphali decore præfulgentis. Tacit. Ann. XIII. 45. 2. De illa plura Oth. 3. 2. §. 4.

3. QUÆSTORIO, quem tamen *honoribus nondum functum, amicitiam Sejani pervertiſſe* dicit Tacitus. Fortaſſe *quæſtura* non tam honos, quam aditus ad honorem. V. *Lipſ. in Tacit. p.* 156.

4. EQUITI ROMANO, *Rufo Criſpino, ex quo filium genuerat.* Tacit. n. 6. cui *Neronis inviſus dicitur quod Poppæam quondam matrimonio tenuerat.* Ann. XV. 71. 6.

5. TAURI *Statilii* iſtius, a quo Auguſti temporibus amphitheatrum ſtructum eſt ſupr. Aug. 29. 13. §. 45. ut ſuſpicantur *Beroaldus*, & *Torrent. in Horat. Epiſt.* 1. 5. 4.

6. BIS CONSULEM fuiſſe Taurum ſubindicat etiam Horat. Epiſt. 1. 5. 4.

Vina bibes iterum Tauro diffuſa.

i. *conſule*, ut interpretatur *Porphyrio*, i. ſecundum *conſule*. Fuit enim *conſul* anno ab U. C. 716. ſed factus in locum L. Caninii Galli: & rurſus cum Auguſto VIII. conſule anno ab U. C. 727. V. *Faſtos Capitolinos* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 490. 510.

7. TRIUMPHASSE Taurum docet etiam Paterc. II. 127. 1. *Statilio Tauro, quibus novitas familiæ haud obſtitit, quo minus ad multiplices conſulatus, triumphoſque, & complura eniteretur ſacerdotia.* Triumphavit Taurus proconſul ex Africa prid. K. Jul. anno ab U. C. 719. V. *Faſtos triumphales.*

8. CONSUL fuit Atticus Veſtinus cum P. Silio Nerva, ſive anno ab U. C. 817. *Faſti Capitolini* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 598.

9. IN HONORE IPSO. i. dum gerit conſulatum. V. ſupr. Cæſ. 23. 3. §. 19. Tacitus. *Cuncta eo die munia conſulis impleverat, conviviumque celebrabat, nihil metuens, an diſſimulando metu.*

10. TRUCIDAVERIT quare & quomodo Veſtinum Nero, tradit Tacit. Ann. XV. 68. 4. *Neronis odium adverſus Veſtinum ex intima ſodalitate cœperat, dum hic ignaviam principis penitus cognitam deſpicit, ille ferociam amici metuit, ſæpe aſperis facetiis illuſus: quæ ubi multum ex vero traxere, acrem ſui memoriam relinquunt. Acceſſerat recens cauſa, quod Veſtinus Statiliam Meſſalinam matrimonio ſibi junxerat, haud neſcius inter adulteros ejus & Cæſarem eſſe.* 69. 3. *Ingreſſi milites vocari eum a tribuno dixere. Ille nihil demoratus exſurgit, & omnia ſimul properantur, clauditur cubiculo, præſto eſt medicus, abſcinduntur venæ, vigens adhuc balneo infertur, calida aqua merſatur, nulla edita voce, qua ſemet miſeraretur.*

11. ADSPERNATUS. Tacit. Ann. XIII. 12. 3. *Quando uxore ab Octavia nobili quidem, & probitatis ſpectata, fato quodam, an quia prævalent illicita, abhorrebat.* & quidem propter Sabinam pellicem. Xiphil. LXII. p. 706. E. Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ ὁ Νέρων Ὀκταουίαν τὴν Αὐγοῦσταν ἀπεπέμψατο μὲν πρότερον διὰ Σαβῖναν τὴν παλλακίδα. *Romæ autem Nero Octaviam Auguſtam primo propter Sabinam pellicem repudiavit.* Tacit. Hiſt. I. 13. 4. *Eoque Poppæam Sabinam principale ſcortum, ut apud conſcium libidinum depoſuerat, donec Octaviam uxorem amoliretur.*

12. AMICIS, & in illis Burrho. Xiphilinus. Καὶ τῷ τε Βούῤῥῳ ἐναντιουμένου αὐτῷ, καὶ κωλύοντος ἀποπέμψασθαι, καὶ ποτε εἰπόντος· ἐκείνῃ καὶ τὴν προῖκα αὐτῆς, τουτέστι τὴν ἡγεμονίαν ἀπόδος. *Burrho illi quidem reſiſtente, & prohibente illam repudiari, & illi dicente: dotem igitur ei, hoc eſt, principatum redde.* Quam æquum hoc fuiſſet judice M. Antonino Philoſopho docet Capitol. c. 19. *Fauſtinam ſatis conſtat apud Cajetam conditiones ſibi, & nauticas, & gladiatorias, elegiſſe: de qua quum diceretur Antonino Marco, ut repudiaret, ſi non occideret, dixiſſe fertur, Si uxorem dimittimus, reddamus & dotem. Dos autem quid erat, niſi imperium, quod ille ab ſocero acceperat?*

13. DIMISIT UT STERILEM. Tacit. Ann. XIV. 60. 1. *Exturbat Octaviam, ſterilem dictitans. Sterilitatem* vero divortii cauſam ſatis juſtam putabat eſſe.

14. POPULO, de quo Tacit. n. 5. *Inde crebri queſtus, nec occulti per vulgum, cui minor ſapientia, & ex mediocritate fortunæ, pauciora pericula ſunt.*

15. RELEGAVIT *in Campaniam, addita militari cuſtodia.* Tacit. n. 4. & vulgi queſtibus motus *revocatam* n. 6. *inſula Pandateria claudit, incuſatæ paullo ante ſterilitatis oblitus, abactos partus conſcientia libidinum, eaque ſibi comperta edicto memorans.* 63. 1.

16. OCCIDERIT qua morte Octaviam Nero, hiſce addit Tacit. 64. 3. *Reſtringitur vinculis, venæque ejus per omnes artus exſolvuntur: & quia preſſus pavore ſanguis tardius labebatur, præfervidi balnei vapore enecatur. Additurque atrocior ſævitia, quod caput amputatum, latumque in Urbem Poppæa vidit: dona ob hæc templis decreta.*

17. ADULTERIORUM commiſſorum cum ſervis. Tacit. 60. 2. *Ea,* Poppæa, *diu pellex, & adulteri Neronis, mox mariti potens, quendam ex miniſtris Octaviæ impulit, ſervilem ei amorem objicere: deſtinaturque reus cognomento Eucerus, natione Alexandrinus, canere tibiis doctus.*

ſtione pernegantibus cunctis [18], Anicetum pædagogum ſuum indicem ſubjecerit,
8 qui dolo ſtupratam a ſe fateretur [19]. Poppæam duodecimo die poſt divortium Octa-
9 viæ in matrimonium acceptam [20], dilexit unice. Et tamen ipſam quoque ictu cal-
cis [21] occidit [22]: quod ſe ex aurigatione ſero reverſum [23], gravida & ægra conviciis
10 inceſſerat. Ex hac filiam tulit Claudiam [24] Auguſtam [25], amiſitque admodum in-
11 fantem [26]. Nullum adeo neceſſitudinis [27] genus eſt quod non ſcelere pertulerit [28].
Antoniam [29] Claudii filiam [30] recuſantem poſt Poppææ mortem nuptias ſuas, quaſi molitricem novarum rerum [31], interemit: ſimiliter cæteros, affinitate [32] aliqua ſibi

18. Pernegasse cunctas n. ancillas, de illis enim *ob id actas eſſe quæſtiones* dicit Tacit. n. 3. putat noſter, ſed *vi tormentorum victis quibuſdam, ut falſa annuerent, plures* duntaxat *perſtitiſſe ſanctitatem dominæ tueri*, Tacitus: imo unam Pythiadem in ipſis tormentis noluiſſe mentiri aſſerit Xiphil. lxii. p. 707. A. Πρὸς τούτοις καὶ τὸ τῆς Πυθιάδος ἀπόφθεγμα γενέσθαι λέγεται. Ἐπεὶ γὰρ τῶν περὶ τὴν Ὀκταουίαν οἰκετῶν οἱ ἄλλοι πάντες, πλὴν Πυθιάδος, συνεπέθεντο μετὰ τῆς Σαβίνης αὐτῇ, μόνη δ' ἡ Πυθιὰς οὔτι τι κατεψεύσατο αὐτῆς, καίπερ πικρότατα βασανισθεῖσα, καὶ τέλος ὡς ὁ Τιγελλῖνος ἐνέκειτο αὐτῇ προσέπτυσέ τι αὐτῷ, καὶ εἶπε· καθαρώτερον, ὦ Τιγελλῖνε, τὸ αἰδοῖον ἡ δέσποινά μου τοῦ σοῦ στόματος ἔχει. *Ad hunc*, Tigellinum, *& Pythiadis verbum illud prolatum perhibetur. Nam quum omnes famulæ, præter Pythiadem, una cum Sabina, Octaviam invaderent, ſola Pythias, licet acerbiſſimis tormentis ſubjecta, noluit in eam mentiri: quumque Tigellinus tandem inſtaret vehementius, faciem ejus conſpuit: &, mundiora ſunt inquit, Tigelline, muliebria domina mea, quam os tuum.*

19. Dolo stupratam a se fatetur Octaviam Anicetus ad hunc modum ſubornatus a Nerone. *Accitum eum Cæſar operæ prioris admonet..... locum haud minoris gratiæ inſtare, ſi conjugem infenſam depelleret, nec manu, aut telo opus. Fateretur Octaviæ adulterium. Occulta quidem ad præſens, ſed magna ei præmia, & ſeceſſus amœnos promittit: vel, ſi negaviſſet, necem intentat. Ille inſita vecordia, & facilitate priorum flagitiorum, plura etiam quam juſſum erat, fingit, fateturque apud amicos, quos velut conſilio adhibuerat princeps.* Tacit. 62. 3.

20. In matrimonium accepit, de quo *ipſa principis verba referam. Quin inquit, Nero depoſito metu nuptias Poppææ ob ejuſmodi terrores dilatas maturare parat, Octaviamque conjugem amoliri, quamvis modeſte agat, & nomine patris ſtudiis populi gravem?* Tacit. 59. 4.

21. Calce aliquem percutere extremæ ſummæque injuriæ erat apud veteres. Juven. iii. 295.

Nil mihi reſpondes? aut dic, aut accipe calcem.

Auctor hiſtoriæ Apollonii Tyrii. *Et tenens eum conabatur trahere. Apollonius in iracundiam verſus ſurrexit, & Tarſiam calce percuſſit.* Barth. Adv. xlii. 3.

22. Occidit εἴτε ἑκὼν, εἴτε ἄκων. Xiphil. lxii. p. 714. D.

23. Ex aurigatione reversum i. cum in circo agitaſſet curtum. Tacit. Ann. xvi. 6. 1. *Poſt finem ludicri Poppæa mortem obiit, fortuita mariti iracundia, a quo gravida ictu calcis afflicta eſt. Neque enim venenum crediderim, quamvis quidam ſcriptores tradant, odio magis quam ex fide: quippe liberorum cupiens, & amori uxoris obnoxius erat.*

24. Claudiam, de cujus ortu ad annum, quo Memmius Regulus, & Verginius Ruſus fuerunt conſules, ſive ab U. C. 815. Tacit. Ann. xv. 23. 1. Sed V. illum ſupr. Cal. 8. 3. §. 8.

25. Augustas filias ſuas appellaverunt imperatores Romani. Spartian. Did. Julian. c. 4. *Quod & ipſe, & uxor, & filia ejus Auguſtorum nomen acceperunt.* c. 8. *Filiam ſuam potius imperio, dato patrimonio emancipaverat, quod ei cum Auguſtæ nomine ſtatim ſublatum eſt.* Capitol. Anton. Philoſ. c. 20. *Quum filia ejus Auguſta eſſet, & Auguſtæ filia.* Tacit. ſupr. Cal. 8. 3. §. 8.

26. Admodum infantem, *quartum intra menſem.* Tacit. n. 3.

27. Necessitudinis. V. illam ſupr. Cæſ. 27. 1. §. 1.

28. Quod non scelere perculerit i. cujus non aliquem interfecerit. * *Percellere* eſt proprie evertere. Verbum eſt ruſticorum, qui plauſtrum dicuntur *perculiſſe*. Plaut. Epid. iv. 2. 22.

Perii, plauſtrum perculi.

Et dicitur de illis, qui aliquod negotiorum everterunt, ac perturbarunt. Ita rem falſa emptione ille apud Plautum perturbaverat. V. Feſtum in *Plauſtrum*, & ad illum *Scaligerum. Broukh. in Prop.* iii. 6. 3. & *Cognat. in Adagiis.*

29. Antoniam *Cornelii Syllæ* uxorem. Tacit. Ann. xiii. 23. 1. *Deferuntur dehinc conſenſiſſe Pallas, ac Burrhus, ut Cornelius Sylla claritudine generis, & affinitate Claudii, cui per nuptias Antoniæ gener erat, ad imperium vocaretur.*

30. Claudii filiam ex *Patina* Tacit. Ann. xii. 2. 1. *Nam Antonia ex Patina erat.* Noſt. ſupr. Claud. 27. 1.

31. Novarum rerum, quarum minimum conſcia fuerit. Tacit. Ann. xv. 53. 4. *Interim Piſo apud ædem Cereris opperiretur, unde eum præfectus Fenius, & cæteri accitum ferrent in caſtra, comitante Antonia Claudii Cæſaris filia, ad eliciendum vulgi favorem; quod C. Plinius memorat.*

32. Af-

ſibi aut propinquitate [33] conjunctos. In quibus Aulum Plautium [34] juvenem: quem 13
cum ante mortem per vim conſtupraſſet [35]: *Eat nunc*, inquit, *mater mea*, *& ſuc-
ceſſorem meum oſculetur:* jactans dilectum ab ea, & ad ſpem imperii impulſum. Pri- 14
vignum Rufinum Criſpinum, Poppæa natum [36], impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere [37], mergendum mari, dum piſcaretur, ſervis ipſius demandavit. Tuſcum [38] nutricis filium relegavit [39], quod in procuratione Ægy- 15
pti [40], balneis in adventum ſuum exſtructis, laviſſet. Senecam [41] præceptorem [42] 16
ad necem compulit [43]: quamvis ſæpe commeatum [44] petenti, boniſque [45] cedenti,
per-

32. AFFINES *ſunt viri & uxoris cognati, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: namque conjungendæ affinitatis cauſa fit ex nuptiis.* Modeſt. Digeſt. XXXVIII. 10. 4. §. 3.

33. PROPINQUITATE I. conſanguinitate. Nep. Præf. n. 7. *Nam neque in convivium adhibetur, niſi propinquorum*, quos idem ſtatim *propinqua cognatione conjunctos* vocat. *Proximitatem* vocant Ictii. Juſtinian. Inſt. III. 5. 3. *Eos etiam qui per feminini ſexus perſonas ex transverſo cognatione junguntur, tertio gradu proximitatis nomine prætor ad ſucceſſionem vocat.*

34. AULUM PLAUTIUM, filium fortaſſe *A. Plautii*, de quo ſupr. Claud. 24. 8. §. 35. Ita hariolantur *Torrentius*, & *Reineſ. Epiſt. ad Rupertum* 27.

35. CONSTUPRASSET I. irrumaſſet. Quod flagitium ut ſuſpicemur patratum, verba, quæ ſequuntur, efficiunt: *Eat nunc*.... q. d. nunc maxime, quum ejus os eſt irrumatione inquinatum. *Sabellicus.*

36. POPPÆA NATUM, & Ruſo Criſpino, de quo dictum ſupr. §. 4.

37. DUCATUS ET IMPERIA LUDERE *eſt fingere per ludicra poteſtates*, ut in Gallien. c. 4. loquitur Trebellius Pollio, & *inter pueros ludum ad judices exercere*, ut Spartian. Sever. c. 1. * Hoc familiare fuit pueris. Senec. de Conſtant. c. 12. *Quod illi, pueri, inter ipſos magiſtratus gerunt, & prætextam, faſceſque, ac tribunal imitantur.* Plutarchus Catone. *Rurſus, cum ex cognatis aliquis ad cœnam natalitiam, tum alios pueros, tum Catonem ipſum acciviſſet, dum cœnam præſtolantur, in ædium aliqua parte ludere incipiunt, majores promiſcue cum natu minoribus: ludus vero hic erat, jocularia quædam judicia, accuſationes, damnatorumque comprehenſiones.* Spartianus modo laudatus. *Faber Semeſtr.* I. 6. *Caſaub. in Spartianum. Lipſ. in Senecam. Torrent. in Suetonium.* De vocabulo *ducatus* plura Tib. 19. 2. §. 12.

38. TUSCUM *Cacinam*, cujus & meminit Tacit. Ann. XIII. 20. 3. *Scriptos eſſe ad Cacinam Tuſcum codicillos.*

39. RELEGAVIT, ſed *relegatum* videtur revocaſſe Galba. Poſt fata enim Neronis ejus fit mentio apud Tacit. Hiſt. III. 38. 3. *Sciſcitanti cauſam, apud Cacinam Tuſcum epulari multos.*

40. IN PROCURATIONE ÆGYPTI hæc in ſe admiſiſſe, & relegatum eſſe Tuſcum legere etiam eſt apud Xiphil. LXIII. p. 723. A. Τί δεῖ λέγειν, ὅτι καὶ Καικίναν, ut pro Κίναν legendum eſſe monet Lipſ. in Tacit. Ann. p. 150. Τοῦσκον ὑπερώρισεν, ὅτι τῆς Αἰγύπτου ἄρχων, ἐλούσατο ἐν τῷ βαλανείῳ, ὃ ἐκεῖνος ὡς καὶ ἐς τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἥξοντι, ἐποιήθη. *Quid opus eſt referre Cacinam Tuſcum? quem multavit exſilio propterea, quod quum is eſſet præfectus Ægypti, lotus eſt in balneo, quod Neroni venturo Alexandriam paratum fuerat. Ægyptum procuraſſe* C. Lecanio Baſſo, M. Licinio Craſſo Frugi, ſive anno ab U. C. 816. putat Pigh. Ann. III. p. 598.

41. SENECAM, *ut C. Piſonis ſocium*, qualem jam antea *ſecretis criminationibus incuſaverat Romanus.* Tacit. Ann. XIV. 65. 2. & *Natalis totius conjurationis magis gnarus, ſimulque arguendi peritior, de Piſone*, conjurationis in Neronem auctore, quum faſſus eſſet, *adjecerat, ſive internuntius inter eum, Piſonemque fuerit, ſive ut Neronis gratiam pararet, qui infenſus* illi, *omnes ad eum opprimendum artes conquirebat.* XV. 56. 2. *Fama fuit*, ut pergit Tacit. 65. 1. *Subrium Flavium cum centurionibus occulto conſilio, neque tamen ignorante Seneca, deſtinaviſſe, ut poſt occiſum opera Piſonis Neronem, Piſo quoque interficeretur, trad
ereturque imperium Senecæ: quaſi inſonti claritudine virtutum ad ſummum faſtigium delecto.*

42. PRÆCEPTOREM. Tacit. 62. 3. *Cui ignaram fuiſſe ſævitiam Neronis? Neque enim aliud ſupereſſe poſt matrem fratremque interfectos, quam ut educatoris, præceptoriſque necem adjiceret.*

43. AD NECEM COMPULIT, *quartum apud lapidem ſuburbano rure ſubſiſtentem. Illo enim propinqua veſpera tribunus venit, & villam globus militum ſepſit:* & *ipſi cum Pompeja Paullina uxore, & amicis duobus epulanti mandata imperatoris edidit.* Seneca *brachia ferro exſolvit:* & *quoniam ſenile corpus, & parvo victu tenuatum, lenta effugia ſanguini præbebat, crurum quoque & poplitum venas abrumpit. Durante* vero *tractu, & lenitudine mortis, venenum allatum fruſtra hauſit, frigidis jam artubus, & clauſo corpore adverſum vim veneni. Poſtremo ſtagnum calidæ aquæ introiit, reſpergens proximos ſervorum, addita voce, libare ſe liquorem illum Jovi liberatori. Exin balneo illatus, & vapore ejus exanimatus, ſine ullo funeris ſollenni crematur.* Tacit. c. 60.... 64.

44. COMMEATUS quid ſit, docui ſupr. Tib. 10. 3. §.

17 perſanćte juraſſet, *ſuſpectum ſe fruſtra, periturumque potius, quam nociturum ei.* Bur-
18 rho [46] præfecto [47] remedium ad fauces [48] pollicitus, toxicum [49] miſit. Libertos [50] divites & ſenes, olim adoptionis [51], mox dominationis ſuæ fautores, atque rectores, veneno partim cibis, partim potionibus indito [52], intercepit.

3. §. 13. In longinquum rus abire ut ſibi liceret, oravit Seneca apud Tacit. Ann. XIV. 54. 4: XV. 45. 4. *Ferebatur Seneca, quo invidiam ſacrilegii a ſemet averteret, longinqui ruris ſeceſſum oraviſſe.*

45. BONA quæ corraſerit Seneca, illi exprobrat P. Suilius apud Tacit. Ann. XIII. 42. 5. *Qua ſapientia, quibus philoſophorum præceptis, intra quadriennium regia amicitia, ter millies ſeſtertium paraviſſet?* Et Fenius Rufus, & Soſonius Tigellinus *variis criminationibus adoriuntur* illum apud eundem XIV. 52. 2. *tanquam ingentes, & privatum modum evectas opes adhuc augeret: hortorumque amœnitate, & villarum magnificentia quaſi principem ſupergrederetur.* Quæ quantæ illum invidiæ objecerint, docet de vita beata, quem, ut criminantibus ora obſtrueret, ſcripſit, libellus.

46. BURRHUM *Afranium*, ut illum vocabit Tacit. infr. §. 47.

47. PRÆFECTO *prætorii* n. quem deſcripſi ſupr. Cal. 56. 2. §. 9. Honorem hunc in Burrhum transtulerat Agrippina Claudii uxor. Tacit. Ann. XII. 42. 1. *Nondum tamen ſumma moliri Agrippina audebat, ni prætoriarum cohortium cura exſolverentur Luſius Geta, & Rufius Criſpinus, quos Meſſalina memores, & liberis ejus devinctos credebat. Igitur cohortes diſtrahi ambitu duorum, & ſi ab uno regerentur, intentiorem fore diſciplinam aſſeverante uxore, transfertur regimen cohortium ad Burrhum Afranium egregia militaris fama, gnarum tamen, cujus ſponte præficeretur.*

48. REMEDIUM AD FAUCES. Tacit. Ann. XIV. 51. 1. *Conceſſit vita Burrhus, incertum valetudine, an veneno. Valetudo ex eo conjectabatur, quod in ſe tumeſcentibus paullatim faucibus, & impedito meatu, ſpiritum finiebat.*

49. TOXICUM quid, V. ſupr. Claud. 44. 7. §. 19. Hoc Burrho miſiſſe Neronem dicit Xiphil. LXII. p. 706. E. Τῦτο μὲν ἐν φαρμάκῳ διώλεσε.

50. LIBERTOS, & in his Doryphorum & Pallantem. Tacit. Ann. XIV. 65. 1. *Eodem anno libertorum potiſſimos veneno interfeciſſe creditum eſt, Doryphorum quaſi adverſatum nuptiis Poppææ, Pallantem quod immenſam pecuniam longa ſenectute detineret.*

51. ADOPTIONIS auctorem Pallantem vidimus ſupr. Claud. 27. 6. §. 18.

52. CIBIS, AN POTIONIBUS INDITUM *venenum* facilius fallat, diſputat Cicer. pro Cluent. c. 62. *Jam vero illud quam non probabile, quam inuſitatum judices, quam novum, in pane datum venenum? Faciliusne potuit, quam in poculo? latius potuit, abditum aliqua in parte panis, quam ſi totum colliquefactum in potione eſſet? celerius potuit, comeſum, quam epotum in venas, atque in omnes partes corporis permanare? facilius fallere in pane, ſi eſſet animadverſum, quam in poculo, cum ita confuſum eſſet, ut ſecerni nullo modo poſſet.*

CAPUT XXXVI.

ARG. *Stella crinita prodigium expiaturus, nobiliſſimo cuique exitium deſtinat, conjurationis Piſonianæ & Vinicianæ ſocios e vinculis cauſam dicere jubet, & damnatorum liberos veneno, aut fame necat Nero Claudius Cæſar.*

1. 2. Nec minore ſævitia foris & in exteros [1] graſſatus eſt. Stella crinita [2], quæ ſum-
1 mis poteſtatibus exitium portendere [3] vulgo putatur, per continuas noctes ori-
ri

FORIS ET IN EXTEROS 1. in illos, qui nulla proximitate illum contingebant. *Beroaldus.*

2. STELLA CRINITA 1. cometes, ut dixi ſupr. Cæſ. 88. 2. §. 8. *Nec eſt quod putemus*, inquit Senec. N. Q. VII. 17. *eundem viſum eſſe ſub Claudio, quem ſub Auguſto vidimus: nec hunc qui ſub Nerone Cæſare apparuit, & cometis detraxit infamiam, illi ſimilem fuiſſe, qui poſt necem divi Julii, ludis Veneris genetricis, circa undecimam horam diei emerſit? Sex enim menſibus*, ut pergit c. 21. *hic, quem nos Neronis principatu latiſſimo vidimus, ſpectandum ſe præbuit, in diverſum illi Claudiano circumactus. Ille enim a ſeptemtrione in verticem ſurgens, orientem petiit ſemper obſcurior: hic ab eadem parte cœpit, ſed in occidentem tendens, ad meridiem flexit, & ibi ſe ſubduxit oculis.*

3. POTESTATIBUS EXITIUM PORTENDERE cometen putaverunt veteres. Tacit. Ann. XIV. 22. 1. *Inter quæ & ſidus cometes effulſit, de quo vulgi opinio eſt, tanquam mutationem regis portendat.* Plin. II. 25. *Cometes nunquam in occaſura parte cœli eſt, terrificum magna ex parte ſidus, ac non leviter piatum, ut civili motu Octavio conſule, iterumque Pompeji & Cæſaris bello. In noſtro vero ævo circa veneficium, quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu ejus aſſiduum prope ac ſævum.* Cicer. N. D. II. 5. *Tum ſtellis iis, quas Græci cometas, noſtri cincinnatas vocant: quæ nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ.* Tibull. II. 5. 72.

Hæ.

ri cœperat. Anxius ea re, ut ex Babilo [4] aſtrologo didicit, ſolere reges talia oſten- 3
ta [5] cæde aliqua illuſtri [6] expiare, atque a ſemet in capita procerum depellere: no-
biliſſimo cuique exitium deſtinavit. Enimvero multo magis & quaſi per juſtam cau- 4
ſam duabus conjurationibus promulgatis [7]: quarum prior majorque Piſoniana [8], Ro-
mæ: poſterior Viniciana [9], Beneventi [10] conflata atque detecta [11] eſt. Conjurati e 5
vinculis [12] triplicium catenarum [13] dixere cauſam: cum quidam crimen ultro fate-
rentur [14], nonnulli etiam imputarent, tanquam aliter illi non poſſent niſi morte ſuc-
currere, dedecorato flagitiis omnibus [15]. Damnatorum liberi Urbe pulſi, enecti- 6
que veneno aut fame. Conſtat quoſdam cum pædagogis & capſariis [16] uno prandio 7
pariter necatos, alios diurnum victum prohibitos quærere.

Hæ fore dixerunt belli mala ſigna cometen.
Noſt. Claud. 46. 1. Veſp. 23. 10.

4. BABILUS hic, an *C. Balbillus*, cui *Ægyptum permiſit* Nero apud Tacit. Ann. XIII. 22. 1. & *quem virorum optimum, in omni literarum genere rariſſimum* vocat Senec. N. Q. IV. 2. ut non negare, ſic nec affirmare audeo.

5. OSTENTA EXPIARE dicit noſter, ut *prodigia piare* Tacit. Hiſt. c. 13. 1. *Evenerant prodigia, quæ neque hoſtiis, neque votis piare fas habet gens ſuperſtitioni obnoxia* i. facinora, ob quæ orta deorum ira, *oſtentis, prodigiis*, indicabatur, placare, luſtrare, ut Tacitum explicat etiam amicus meus magnus *D. Joh. Lomej. de luſtrat. c. 1.*

6. CÆDE ILLUSTRI *oſtenta expiare* ſolebat Nero. Tacit. Ann. XV. 47. 1. *Fine anni vulgantur prodigia imminentium malorum nuntia. Vis fulgurum non alias crebrior, & ſidus cometes, ſanguine illuſtri ſemper Neroni expiatum.*

7. PROMULGARE CONJURATIONEM neminem, qui Latine locutus fuit, dixiſſe, recte obſervat unicus fugientium literarum ſtator *J. G. Grævius*, &, quod Salmaſianus & Corſendoncenſis exhibent, reponit *provulgatis* i. divulgatis, proditis, quum in vulgus dimanaſſent.

8. PISONIANA conjuratio, quando, & quomodo cœperit, & detecta ſit, verboſius narrat Tacit. Ann. XV. 48-55.

9. VINICIANAM conjurationem deſcripſerit forte Tacitus ſub finem Annal. XVI. ſed ea cum reliquis Cornelianis interciderunt. * Et ejus meminerit Plutarch. de Garrul. p. 505. C. Μία ἦν νὺξ μετὰ ἣν ἔδει τὸν τύραννον ἀπολωλέναι, παρεσκευασμένων ἁπάντων. Ὁ δὲ μέλλων αὐτὸν ἀποκτιννύναι, πορευόμενος εἰς θέατρον, ἰδών τινα τῶν δεδεμένων ἐπὶ θύραις μέλλοντα προσάγεσθαι Νέρωνι, καὶ τὴν αὑτοῦ τύχην ἀποδυρόμενον, ἐγγὺς προσῆλθεν αὐτῷ, καὶ προσψιθυρίσας: Εὔχου ὦ ἄνθρωπε τὴν σήμερον ἡμέραν παρελθεῖν μόνον, αὔριον δέ μοι εὐχαριστήσεις. Ἁρπάσας οὖν τὸ αἰνιχθὲν ἐκεῖνος, ἐμήνυσε τῷ Νέρωνι τὴν φωνὴν τοῦ ἀνθρώπου. *Unica reſtabat nox, poſtquam pereundum fuerat tyranno, omnibus jam ad hoc inſtructis rebus. Qui autem eum erat interfecturus, in theatrum vadens, conſpicatus in foribus quendam vinctum, qui ad Neronem duceretur, ſuam lamentabatur fortunam, prope accedens in aurem homini inſuſurravit: Precare tantum ut hæc dies abeat, cras mihi ages gratias. Is vero hoc oblique dictum arripuit, & Neroni vocem iſtam renuntiavit.*

10. BENEVENTUM deſcripſi ſupr. Aug. 97. 5. §. 15.

11. DETECTA a quo hæc conjuratio fuerit, docebo infr. Lucan. 10. §. 8.

12. E VINCULIS *dixere cauſam* i. interim dum quæſtio criminis perageretur, in carcere *vincti* fuerunt. Liv. XXIX. 19. *Pleminium legatum vinctum Romam deportari placere, & ex vinculis cauſam dicere.* V. Curt. VI. 9. 27. §. 52.

13. TRIPLICIUM CATENARUM, ad firmiorem obligationem, cum ſimplicibus, ſingularibusque vincire conjuratos non ſufficere exiſtimaret. *Beroaldus.* * Ita ἁλύσεσι δυσί, *duabus catenis*, vincti leguntur Petrus Act. 12. 6. & Paullus Act. 21. 33.

14. FASSI SUNT *crimen ultro* Sulpicius Aper centurio, & Subius Flavius tribunus. Xiphil. LXII. p. 713. A. Αὐτοί τε ἂν ἅμα τῶν κακῶν τούτων ἀπαλλαγῆναι, κἀκεῖνον ἐλευθερῶσαι ἐθέλουσαι, ὥσπερ ἄντικρυς Σουλπίκιός τε Ἄσπρος ἑκατόνταρχος καὶ Σούβριος Φλάβιος χιλίαρχος, ἐκ τῶν σωματοφυλάκων ὄντες, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν Νέρωνα ὡμολόγησαν. *Itaque ſe atque illum ſimul his malis liberari cupiebant, idque palam Sulpicius Aper centurio, & Subius Flavius tribunus* (qui *Aſper* & *Subrius* dicuntur Tacit. Ann. XV. 49. 2.) *e prætorianorum numero, etiam ad ipſum Neronem confeſſi ſunt.*

15. NON POSSE NISI MORTE SUCCURRERE.... Neroni *imputavit* (V. hoc verbum ſupr. Tib. 53. 6. §. 19.) Sulpicius Aper. Xiphilinus. Ἐκεῖνός τε γὰρ ἐρωτηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπιβουλῆς, εἶπεν ὅτι, ἄλλως σοι βοηθῆσαι οὐκ ἠδυνάμην. Quæ ſic Latine dicit Tacit. 68. 1. *Percunctanti Neroni, cur in cædem ſuam conſpiraviſſet? breviter reſpondens: non aliter tot flagitiis ejus ſubveniri potuiſſe.*

16. CAPSARIUS erat ſervus, qui pueris euntibus in ſcholam libros portabat. Ulpian. Digeſt. XL. 2. 13. *Si collactaneus, ſi educator, ſi pædagogus ipſius, vel capſarius* i. *qui portat libros.* Juven. X. 116.

Quiſquis adhuc uno partam colit aſſe Minervam,
Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ.

De capſario etiam *Torrentius, Cujac. Obſ.* V. 8. *Pollet. For. Rom.* 11. 4. *Popm. de oper. ſerv. p.* 53. *Pignor. de ſerv. p.* 239. *Voſſ. de vit. ſerm.* 1. 16.

CAPUT XXXVII.

ARG. *Salvidienum Orſitum, Caſſium Longinum, Pætum Thraſeam interficit, mori juſſis horarium dat ſpatium, polyphago vivos homines laniandos objicere concupiſſe creditur, ſenatum ſe ſublaturum minatur, & oſculo, aut reſalutatione neminem impertit Nero Claudius Cæſar.*

1 Nullus poſthac adhibitus delectus aut modus interimendi quoſcunque libuiſſet,
2 quacumque de cauſa. Sed ne de pluribus referam, Salvidieno Orſito objectum eſt, quod tabernas tres de domo ſua circa forum civitatibus [1] ad ſtationem [2] locaſſet [3]: Caſſio Longino [4] juriſconſulto [5], ac luminibus orbato, quod in vetere gentili ſtemmate [6] C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines [7] retinuiſſet [8]: Pæto Thraſeæ [9] triſtior

CIVITATIBUS 1. *civitatum* legatis, qui morarentur Romæ.

2. STATIONES ſunt loca publica, in quibus otioſi ſtare, & confabulari ſolent. Plin. Epiſt. 1. 13. *Plerique in ſtationibus ſedent, tempuſque audiendi fabulis conterunt.* 11. 9. *Itaque prenſo amicos, ſupplico, ambio domos, ſtationeſque circumeo.* Romæ *ſtationes* fuerunt municipiorum, dictæ, quod legati municipiorum illic verſarentur. De illis Juven. Sat. xi. 4.

Convictus, thermæ, ſtationes, omne theatrum
De Rutilo.

n. loquuntur, quod ſupplendum monet Scholiaſtes. Et noſter. Hice forte *legatis municipiorum ſuccurritur* apud Paull. Digeſt. iv. 6. 8. Illas in Foro Romano, ſive in regione octava collocat P. Victor, & per illas *in Forum uſque Cæſaris penetrans radices loti* apud Plin. N. H. xvi. 44. V. quoque *Torrentium. Turneb. Adv.* 1. 17. *Revard. Var.* vii. 4. *Nardin. Rom. Vet.* v. 8.

3. LOCASSET 1. mercede utendas, ut in illis per diem ſtarent; & quid in foro ageretur, viderent, dediſſet. Plaut. Curc. vi. 1. 3.

Ornamenta, quæ locavi, metuo ut poſſim recipere.

4. CASSII LONGINI interitum deſcribit etiam Juven. Sat. x. 15.

Temporibus diris igitur, juſſuque Neronis
Longinum, & magnos Senecæ prædivitis hortos
Clauſit.

Hunc *officio exſequiarum Poppææ prohibuerat* Nero, *quod primum indicium mali* fuiſſe monet Tacit. Ann. xvi. 7. 1. V. illum ſupr. Cal. 24. 4. §. 7.

* 5. JURISCONSULTO. Tacit. Ann. xii. 12. 1. *Ea tempeſtate Caſſius cæteros præminebat peritia legum. Nam militares artes per otium ignotæ, induſtrioſque ac ignavos pax in æquo tenet.* V. etiam *Pompon. Digeſt.* 1. 2. 47.

6. STEMMATA ſunt coronæ illæ, in quarum medio cera expreſſi erant majorum vultus, lineis diſcurrentibus ad imagines pictas, & ſignantibus cognationum gradus. Plin. xxxv. 2. *Stemmata lineis diſcurrebant ad imagines pictas.* Paull. Digeſt. xxxviii. 10. 9. *Στέμματα cognationum directo limite in duas lineas ſeparantur: quarum altera ſuperior, altera inferior. Ex ſuperiore autem, & ſecundo gradu tranſverſa linea pendent.* Noſt. Galb. 2. 2. V. *Dalech. in Plinium. Grang. & Britan. in Juven. Sat.* viii. 1. *Voſſ. Lex. Bud. in Pandect. p.* 38. *Tiraquell. de Nobil.* vi. 14. *Sagittar. de jan. c.* 27. §. 14.

7. IMAGINES *ita inſcriptas*: DUCI PARTIUM. Tacit. n. 3.

8. RETINUISSE in ædibus ſuis damnatorum ſtatuas, magno olim crimini datum, imo gravi pœna, & mortis interdum conſtitit. Cicer. pro Rabir. c. 9. *Sex. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi ſuæ, condemnatus eſt.* Unde inter alia C. Silio Meſſalinæ adultero objicitur apud Tacit. Ann. xi. 35. 2. *in veſtibulo effigies patris Silii conſulto ſenatus abolita.* V. *Figrell. de ſtat. c.* 37. Sed hanc Longinum *retinuiſſe*, quia alii principes ante Neronem haud irate tulerant, merito inter crudelitatis exempla, & eos, quos ſine cauſa interemit Nero, referri dicit incomparabilis *Grævius*. Cauſam cædis, quam interſeruit Nero, adfert Tacit. Ann. xvi. 7. 3. *Quippe ſemina belli civilis; & defectionem a domo Cæſarum quæſitam. Ac ut memoria tantum inſenſi nominis ad diſcordias uteretur, adjumpſiſſe L. Silanum juvenem genere nobilem, animo præruptum, quem novis rebus oſtentaret.*

9. PÆTI THRASEÆ interitum V. ſupr. c. 25. 7. §. 37. Hunc antequam interficeret, laudavit Nero apud Plutarch. πολιτ. παραγγέλμ. p. 810. A. Ὥσπερ ὁ Νέρων ἐκεῖνος ὀλίγον ἔμπροσθεν ἢ κτεῖναι τὸν Θρασέαν μάλιστα μισῶν καὶ φοβούμενος, ὅμως ἐγκαλοῦντός τινος ὡς κακῶς κεκριμένον καὶ ἀδίκως: ἐβουλόμην ἄν, ἔφη, Θρασέαν, οὕτως ἐμὲ φιλεῖν, ὡς δικαστὴς ἄριστός ἐστι. *Quemadmodum Nero ille paullo ante quam Thraſeam interficeret, quem maxime oderat, ac metuebat, quodam conquerente iniquam in cauſa ſua a Thraſea latam fuiſſe ſententiam: utinam vero, inquit, ita me amaret Thraſea, ut optimus eſt judex.* * Interitus cauſam hanc adfert Schol. Juv. v. 36. *Thraſea, Nerone in ſenatu de nece matris agente, cum quaſi parricidium damnans e curia ſe proripuiſſet, etiam ex Urbe diſceſſiſſet, accuſatus crimine majeſtatis, defendi ſe noluit, ſecandaſque venas præbuit: converſuſque ad Demetrium Cynicum:* Nonne tibi libare videor Jovi Liberatori? *ac ſic ſingulis amicis oſcula offerens, exanimatus eſt.* Quod Neronem nunquam audiverat cithara canentem Xiphil. c. 25. n. 7. In hoc virtutem ipſam exſcidit Nero vel Tacito arbitro Ann. xvi. 21. 1. *Trucidatis tot inſignibus viris, ad poſtremum Nero virtutem*

ſtior & pædagogi vultus [10]. Mori juſſis non amplius quam horarium ſpatium [11] da- 3
bat. Ac ne quid moræ interveniret, medicos admovebat [12], *qui cunctantes continuo*
curarent [13]: ita enim vocabat, venas mortis gratia incidere [14]. Creditur etiam poly- 4
phago [15] cuidam Ægyptii generis, crudam carnem [16] & quidquid daretur mandere
aſſueto, concupiſſe vivos homines laniandos abſumendoſque objicere. Elatus infla- 5
tuſque tantis velut ſucceſſibus, negavit *quemquam principum ſciſſe quid ſibi liceret*. Mul- 6
taſque nec dubias ſignificationes ſæpe jecit [17], ne reliquis quidenf ſe parſurum ſena-
toribus: eumque ordinem ſublaturum quandoque e Republica; ac provincias & exer-
citus equiti Romano ac libertis [18] permiſſurum. Certe neque adveniens [19], neque 7
proficiſcens, quemquam oſculo impertivit [20], ac ne reſalutatione [21] quidem. Et in 8
auſpi-

tutem ipſam exſcindere concupivit, interfecto Thraſea Pato.

10. PÆDAGOGI VULTUS i. frons contracta, qua Neronis imperium damnare videbatur. *Pædagogum* vero, quia puerorum petulantium mores effrenes corrigere debebat, *vultus* decebat *triſtior*, & ad objurgandum compoſitus. Talis fuerit Lydi Piſtoclerum a nequitia, ad quam adducebatur, ſed fruſtra revocantis apud Plaut. Bacch. I. 2. 19.

LY. *Etiam me adverſus exordire argutias?*
Qui ſi decem habeas linguas, mutum eſſe addecet.

Et iſtius, de quo *ſatisfacit* puero *mater ſolicita lacrymas abſtergens* apud Senec. de Ira II. 21.

11. HORARIUM SPATIUM. i. unius horæ, ut infr. Domit. 3. 1. §. 2. Unde *teſtamenti tabulas poſcenti* Senecæ, *centurio, qui neceſſitatem ultimam denuntiaverat*, illud *denegavit* apud Tacit. Ann. XV. 62. 1. Qui illud *breve mortis arbitrium*, Plautii Laterani necem dum denarrat, vocat 60. 1. *Proximam necem Plautii Laterani conſulis deſignati Nero adjungit, adeo propere, ut non complecti liberos, non illud breve mortis arbitrium permitteret*. V. quoque *Beroaldum*, *Fab. Semeſt.* I. 4.

12. MEDICOS ADMOTOS eſſe mori juſſis, docet triſtior ille Attici Veſtini interitus ſupr. 35. 2. §. 10.

13. CURARE verbum eſt medicorum, ut docui ad Curt. III. 5. 12. §. 40. Dicere ſolebat Aſclepiades, officium medici eſſe, ut cito, ut tuto, ut jucunde *curet*. Sed hoc verbo intelligi volebat Nero, venas ſecarent, tanquam hæc foret optima *curatio*. Beroaldus.

14. VENARUM INCISIONE mors quæ fit, exiſtimatur habere minus cruciatus, minuſque tormentorum, quam reliquæ mortes: cum paullatim labente ſanguine vita deficiat. Hinc legimus ſolitos *ſecare venas*, quibus dabatur eligendæ mortis arbitrium. Et multi in conjuratione Piſoniana nominati *ſecuerunt venas*. Beroaldus.

15. POLYPHAGIS etiam locus eſt inter eos, quibus principes delectantur. Vopiſc. Aurelian. c. 50. *Vehementiſſime delectatus eſt phagone, qui uſque eo multum comedit, ut uno die ante menſam ejus aprum integrum, centum panes, vervecem, & porcellum comederet: biberet autem infundibulo appoſito plus orca*. V. Caſaubonum & Kobierzyk. de Lux. Rom. II. 4.

16. CRUDAM CARNEM Diogenem comediſſe, bilem ſibi conſciviſſe, atque ita periiſſe dicit Laert. VI. c. 76. Οἱ μὲν γὰρ πολύποδα φαγόντα ὠμὸν, χολερικῶς ληφθῆναι, καὶ ὧδε τελευτῆσαι. *Cruda* etiam *carne* delectari quaſdam efferatas circa Pontum nationes ſcribit Ariſtot. Ethic. VII. 6. Ἢ οἵους φασὶ χαίρειν ἐνίους τῶν ἀπηγριωμένων περὶ τὸν Πόντον, τοὺς μὲν ὠμοῖς. V. & *Beroaldum*.

17. JECIT i. ſibi eſt paſſus excidere. Tacit. Ann. XV. 50. 1. *Ergo dum ſcelera principis, & finem adeſſe imperii, deligendumque, qui feſſis rebus ſuccurreret, inter ſe, aut inter amicos jaciunt.*

18. LIBERTO *Polycleto* Britanniam componendam *permiſerat*, ſed hoſtibus irriſui fuit Nero. Tacit. Ann. XIV. 39. 1. *Igitur ad ſpectandum Britanniæ ſtatum miſſus eſt ex libertis Polycletus, magna Neronis ſpe, poſſe auctoritate ejus, non modo inter legatum, procuratoremque concordiam gigni, ſed & rebelles Barbarorum animos pace componi. Nec defuit Polycletus, quo minus ingenti agmine Italiæ Galliæque gravis, poſtquam Oceanum tranſmiſerat, militibus quoque noſtris terribilis incederet. Sed hoſtibus irriſui fuit, apud quos flagrante etiam tum libertate, nondum cognita libertorum potentia erat: mirabanturque, quod dux & exercitus tanti belli confector ſervitiis obedirent.*

19. ADVENIENTIAUS *oſculum* offerre ſolebant veteres. Tacit. Agric. 40. 3. *Ac ne notabilis celebritate, & frequentia occurrentium introitus eſſet, vitato amicorum officio, noctu in Urbem, noctu in Palatium, ita ut præceptum erat, venit: exceptuſque brevi oſculo, & nullo ſermone, turba ſervientium immixtus eſt.* Horat. Od. I. 36. 4.

Qui nunc Heſperia ſoſpes ab ultima
Caris multa ſodalibus,
Nulli plura dividit oſcula,
Quam dulci Lamiæ.

Noſt. Domit. 12. 8.

20. OSCULO IMPERTIVIT i. *oſculatus eſt*, ut ſalute *impertire*, ſalutare apud Terent. Eun. II. 2. 39.

——— GN. *Plurima ſalute Parmenonem*
Summum ſuum impertit Gnatho.

21. RESALUTARE i. mutuam ſalutationem reddere non ſolent homines elati & inflati. Cicer. Philip.

auſpicando opere Iſthmi, magna frequentia clare, *ut ſibi ac populo Romano bene res verteret* [22], optavit, diſſimulata ſenatus mentione.

lip. II. 41. *Cum inde Romam proficiſcens ad Aquinum accederet, obviam ei proceſſit magna ſane multitudo: ut iſte operta lectica latus eſt per oppidum, ut mortuus. Stulte Aquinates: ſed tamen in via habitabant. Quid Anagnini? qui cum eſſent devii, obviam ei deſcenderant, ut iſtum, tanquam ſi eſſet conſul, ſalutarent. Incredibile dictu; tamen inter omnes conſtabat, neminem eſſe reſalutatum.* Martial. IV. 68. 3.

Securus nullos reſalutas, deſpicis omnes.

22. Bene res verteret eſt formula bene ominandi. Plaut. Trin. II. 4. 98.

Sine dote poſco tuam ſororem filio:
Qua res bene vertat.

Formulæ originem docet Serv. Ecl. IX. 6. *Quod nec bene vertat* I. *qua res in perniciem vertatur ejus, id eſt, malo omine hoc munus excipiat. Tractum autem hoc eſt ab Hectore & Ajace. Nam Hector dedit Ajaci gladium, quo ſe Ajax poſtea interemit. Hector vero baltheum accepit ab Ajace, quo circa muros patria tractus eſt. Poſtea inde & illud comicum natum eſt, dii bene vertant quod agas. Plerumque enim bona in pejus: mala mutantur in melius.* Exempla vero, ut ſolet, collegit *Briſſon. Form. I. p.* 65.

CAPUT XXXVIII.

ARG. *Urbem incendit, incendium proſpectat, ἅλωσιν Ilii decantat, ad reliquias ſuarum rerum adire nemini permittit, & provincias, privatorumque cenſus exhaurit Nero Claudius Cæſar.*

1 Sed nec populo aut mœnibus [1] patriæ pepercit. Dicente quodam in ſermone communi,

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί [2],

2 imo inquit, ἐμοῦ ζῶντος. Planeque ita fecit: nam quaſi offenſus [3] deformitate [4] veterum ædificiorum, & anguſtiis flexuriſque vicorum [5] incendit Urbem [6] tam palam, ut

Moenibus 1. operibus, ædificiis. Aurel. Vict. de Cæſ. 17. 3. *Mœnia Romana potentia vix digna, lavandi uſui inſtituit.* Hæc *opera* vocat Lamprid. in Commod. c. 17. *Opera ejus præter lavacrum, quod Cleander nomine ipſius fecerat, nulla exſtant.*

2. Ἐμοῦ θανόντος.... Verſum frequenter Tiberio in ore fuiſſe dicit Dio LVIII. p. 636. A. Λέγεται γοῦν πολλάκις ἀναφθέγξασθαι τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον,

Ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί.

Et inter exſecrabiles ponit Senec. de Clem. II. 2. *Illud mecum conſidero, multas voces magnas, ſed deteſtabiles, in vitam humanam perveniſſe, celebresque vulgo ferri: ut illam, oderint, dum metuant. Cui Græcus verſus ſimilis eſt, qui ſe mortuo terram miſceri ignibus jubet.* Πυρὶ hic ætherem notare, & hunc ſenſum habere ſenarium, perinde ac ſi dixiſſet: *Terra cœlo miſceatur, atque omnia perturbentur*, eo quod in Academicis Quæſtionibus illum *ignem* appellet Cicero, putat Brod. Miſc. VI. 15. Simile eſt illud Varronis apud Nonium. *Cœlum ruere, dummodo magiſtratum adipiſcantur.*

3. Offensum *deformitate ædificiorum* incendiſſe Urbem Neronem dicit noſter; ſed Eutrop. VII. 11. & in Euſebii Chronicis Hieronymus, *ut ejus ſpectaculi imaginem cerneret, quali olim Troja capta arſerat.*

4. Deformitatem ædificiorum dicit etiam Ulpian. Digeſt. I. 18. 7. *Præſes provinciæ, inſpectis ædificiis, dominos eorum, cauſa cognita, reficere ea compellat, & adverſus detrectantem, competenti remedio, ædificiorum deformitati auxilium ferat.* Et *deformem ruinam ſaxorum* Caſſiod. Var. III. 29. *Confert magnum reipublicæ munus, quiſquis diruta maluerit ſuſcipere reparanda, in ea præſertim urbe, ubi cuncta dignum eſt conſtructa relucere, ne inter tot decora mœnium deformis appareat ruina ſaxorum. Formæ* enim exſtructionem, & ædificium ſignificant. Caſſiod. Var. VII. 6. *In formis Romanis utrumque præcipuum eſt, ut fabrica ſit mirabilis.*

5. Angustiis, flexurisque vicorum, quas deſcribit quoque Tacit. Ann. XV. 38. 3. *Obnoxia Urbe arctis itineribus, hucque & illuc flexis, atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit.* Illarum cauſam indicat Liv. V. 55. *Poſt Gallicum incendium promiſcue Urbs ædificari cœpta. Tegula publice præbita eſt: ſaxi, materiæque cædendæ, unde quiſque vellet, jus factum, prædibus acceptis eo anno ædificia perfecturos. Feſtinatio curam exemit vicos dirigendi, dum omiſſo ſui, alienique diſcrimine in vacuo ædificant. Ea eſt cauſa, ut veteres cloacæ, primo per publicum ductæ, nunc privata paſſim ſubeant tecta: formaque Urbis ſit occupatæ magis, quam diviſæ ſimilis.* V. etiam *Beroaldum.*

6. Incendisse Urbem Neronem dicunt præter noſtrum Oroſ. VII. 7. & Euſeb. Chron. p. 161. dicit etiam Xiphil. LXII. 708. B. Λάθρα γάρ τινας, ὡς καὶ μεθύοντας, ἢ καὶ κακουργοῦντάς τι ἄλλο ἐπιπέμπων, τὰ μὲν πρῶτον, ἕν που, καὶ δύο, καὶ πλείω ἄλλα ἄλλοθι ὑπεπίμπρα· *Paucos enim homines, quaſi ebrii eſſent, aut alia maleficia facerent, clam in varias partes*

art plerique conſulares cubicularios ejus, cum ſtupa [7] tædaque [8], in prædiis [9] ſuis depre-
henſos non attigerint [10]: & quædam horrea [11] circa domum auream, quorum ſpa-
tium maxime deſiderabat, ut bellicis machinis [12] labefactata, atque inflammata ſint,
quod ſaxeo muro [13] conſtructa erant. Per ſex dies, ſeptemque noctes [14] ea clade ſæ- 3
vitum eſt, ad monumentorum buſtorumque diverſoria [15] plebe compulſa [16]. Tunc 4
præter

tas Urbis dimiſit. Hi primo unum, & alterum locum, pluráve, alibi alia, ſuccenderunt. Dubitat Tacit. n. 1. *Sequitur clades, forte, an dolo principis, incertum: nam utrumque auctores prodidere.* Incendii tempus apponit idem 41. 3. *Fuere qui annotarent, 14. Kalendas Sextiles principium incendii hujus ortum.* 40. 1. *Sexto demum die apud imas Eſquilias finis incendio factus,* hoc eſt circiter 29 diem Julii. Poſtea de Chriſtianis ſupplicium ſumptum. Ergo hæc perſecutio cœpit circiter extremum Julii, aut initium Auguſti. Confert autem in conſulatum C. Lecanii & M. Licinii, qui erat annus Julianus 109. cycli lunaris 8. Chriſti 64. Scaliger de Emend. tempor. v. p. 471. Cladis gravitatem addit idem 38. 1. *Omnibus, quæ huic Urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior. Initium in ea parte circi ortum, quæ Palatino, Cælioque montibus contigua eſt. Ubi per tabernas, quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, ſimul cœptus ignis, & ſtatim validus, ac vento citus, longitudinem circi corripuit: neque enim domus munimentis ſepta, vel templa muris cincta, aut quid aliud moræ interjacebat. Impetu pervagatum incendium, plana primum, deinde in edita aſſurgens, & rurſum inferiora populando, anteiit remedia velocitate mali, & obnoxia Urbe arctis itineribus, huncque & illuc flexis, atque enormibus vicis, qualis vetus Roma fuit.*

7. Stupa *appellatur, quod proximum cortici fuit, deterioris lini, lucernarum fere luminibus aptior. Et ipſa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur.* Plin. xix. 1. De *ſtupa* flammis Lucret. vi. 880.

Stupa jacit flammas concepto protinus igni.

n. 896.

Et ſcatere illa foras in ſtupam ſemina: quo cum
Conveniunt; aut cum tædai corpori adhærent:
Ardeſcunt facile extemplo; quia multa quoque in ſe
Semina habent ignis ſtupa, tædaque tenentes.

8. Tæda fax eſt e lignis conciſis, & conſtrictis, piceque oblitis. Ut plurimum ex lignis pinguiſſimis pinus & piceæ parabantur, quia maxime incendio apta ſunt, ut ſua ſibi nativa pice oblita. Vitruv. vii. 10. *Sarmenta, aut tædæ ſchidiæ comburantur, cum erant carbones, exſtinguantur.* Ubi *tædæ ſchidiæ* ſunt τῆς πεύκης σχίζας. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 357. *b. G.* 358. *a. A. C. Faces jactas* eſſe dicit Tacit. n. 6.

9. Prædiis i. domibus, ſive locis, quæ in Urbe poſſiderent. *Prædium*, & urbanum, & ruſticum dicitur ſupr. c. 30. n. 6.

10. Non attigerint i. punire non ſint auſi, *auctorem* enim *ſibi eſſe vociferabantur.* Tacitus.

11. Horrea quid ſint, dixi ſupr. Cal. 26. 10. §. 38. De illorum incenſione etiam Oroſ. vii. 7. *Horrea quadro ſtructa lapide, magnaque illa veterum inſulæ, quas diſcurrens adire flamma non poterat, magnis machinis quondam ad externa bella præparatis, labefacta, atque inflammata ſunt.*

12. Bellicis machinis i. balliſtis, catapultis, arietibus.

13. Saxeo muro i. ingentibus lapidibus ſectis. *Saxum* lapidem eſſe naturalem, e monte exciſum, memini me dixiſſe ad Curt. viii. 10. 25. §. 56.

14. Per sex dies, septemque noctes incendium duraſſe dicit etiam Oroſius. Sed *ſex dierum* fuiſſe Tacit. ſupr. §. 6. Et *novem dierum* ab illis diſſentiens inſcriptio, quæ Romæ ad baſilicam Petri.

EX. VOTO. SVSCEPTO. QVOD. DIV.
ERAT. NEGLECTVM. NEC. REDDITVM.
INCENDIOR. ARCENDORVM. CAVSA.
QVANDO. VRBS. PER. NOVEM. DIES.
ARSIT. NERONIANIS. TEMPORIBVS.
ET. HAC. LEGE. DEDICATA. EST. NE.
CVI. LICEAT. INTRA. HOS. TERMI
NOS. AEDIFICIVM. EXSTRVERE.

Laudant hanc *Lipſ. Tacit. Ann. p.* 182. *Merul. Coſm.* ii. 4. 22. *p.* 797. & cum ea conciliari poſſe putant Tacitum, qui *rediiſſe ignem* dicit, forte per triduum, 40. 2. Xiphilin. lxii. p. 708. E. tempus non addit, contentus dixiſſe. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐν μιᾷ μόνον, ἀλλ' ἐπὶ πλείους καὶ ἡμέρας καὶ νύκτας ὁμοίως ἐγίνετο. *Et hoc non tantum, ſed pluribus diebus atque noctibus eodem modo factum eſt.*

15. Monumentorum bustorumque diversoria. Tacit. 39. 2. *Sed ſolatium populo exturbato & profugo, campum Martis, ac monumenta Agrippæ, hortos quin etiam ſuos patefecit: & ſubitaria ædificia exſtruxit, quæ multitudinem inopem acciperent: ſubvectaque utenſilia ab Oſtia, & propinquis municipiis.*

16. Plebe compulsa, & ideo multæ domus conciderunt, ab illis, qui opem ferrent, deſtitutæ. Xi-

præter immenſum numerum [17] inſularum [18] domus priſcorum ducum arſerunt, hoſtilibus adhuc ſpoliis [19] adornatæ, deorumque ædes [20] ab regibus, ac deinde Punicis ac Gallicis bellis votæ dedicatæque, & quidquid viſendum atque memorabile ex an-
5 tiquitate duraverat [21]. Hoc incendium e turri Mæcenatiana [22] proſpectans, lætusque *flammæ*, ut ajebat, *pulcritudine*, ἅλωσιν [23] Ilii [24] in illo ſuo ſcenico habitu [25]
6 decantavit [26]. Ac ne non hinc quoque quantum poſſet prædæ & manubiarum invaderet [27], pollicitus cadaverum [28] & ruderum gratuitam egeſtionem [29], nemini ad reliquias

phil. p. 709. A. Καὶ πολλοὶ μὲν οἶκοι ἔρημοι τοῦ βοηθήσοντος σφίσι ἀπώλοντο.

17. IMMENSUM NUMERUM recte dicit noſter, quia *domuum, & inſularum, & templorum, quæ amiſſa ſunt, numerum inire haud promptum fuit.* Tacit. 41. 1.

18. INSULAS A DOMIBUS DISTINCTAS V. ſupr. 16. 1. §. 2.

19. HOSTILIBUS SPOLIIS ædes ſuas *adornabant* veteres. Cicer. Philip. II. 28. *An tu illa veſtibula, roſtra, ſpolia cum adſpexiſti, domum tuam te introire putas?* Tibull. I. 1. 53.

Te bellare decet terra, Meſſala, marique,
Ut domus hoſtiles præferat exuvias.

Hoc ex ultima antiquitate deducit Virg. Æn. VII. 183.

Multaque præterea ſacris in poſtibus arma,
Captivi pendent currus, curvæque ſecures,
Et criſtæ capitum, & portarum ingentia clauſtra,
Spiculaque, clypeique, ereptaque roſtra carinis.

Hæc, ut publica egregiæ virtutis monumenta, ſi domus venderentur, emptori refigere fas non erat. Plin. XXXV. 2. *Affixis hoſtium ſpoliis, quæ nec emptori refigere liceret; triumphabantque etiam dominis mutatis ipſæ domus: & hæc erat ſtimulatio ingens, exprobrantibus tectis quotidie, imbellem dominum intrare in alienum triumphum.* V. quoque *Beroaldum, Schott. Obſerv.* I. 12. *Sagittar. de jan. vet. c.* 29. §. 7. 8. *Lacerd. in Virg. Æn.* II. 226. *Alard. in Val. Flacc.* I. 835. *Tomaſ. de Don. vet. c.* 6. *Abram. in Cicer. Phil.* II. 28. *Cerda in Virgilium. Broukh. in Tibullum. Lipſ. de Milit. Rom.* V. *dial.* 18. *Aring. Rom. ſubterr.* VI. 50. §. 3.

20. DEORUM ÆDES. Tacit. 40. 1. *Delubra deûm, & porticus amœnitati dicata latius procidere.* 41. 1. *Vetuſtiſſima religione, quod Servius Tullius Lunæ, & magna ara, fanumque, quæ præſenti Herculi Arcas Evander ſacraverat: ædeſque Statoris Jovis vota Romulo, Numæque regia, & delubrum Veſtæ cum penatibus populi Romani exuſta.*

21. EX ANTIQUITATE DURAVERAT. Tacit. II. 2. *Jam opes tot victoriis quæſitæ, & Græcarum artium decora, exin monumenta ingeniorum antiqua, & incorrupta, quamvis in tanta reſurgentis Urbis pulcritudine, multa ſeniores meminerant, quæ reparari nequibant.*

22. E TURRI MÆCENATIANA, quam deſcripſi ſupr. Aug. 72. 4. §. 18. incendium proſpectaſſe Neronem dicit etiam Oroſius. In ſummum Palatii, quia inde magna incendiorum pars videri poterat, conſcendiſſe Xiphil. B. Ὁ Νέρων ἐς τε τὸ ἄκρον τοῦ Παλατίου (ὅθεν μάλιστα σύνοπτα τὰ πολλὰ τῶν καιομένων ἦν) ἀνῆλθε. Sed *Antii eo tempore* illum *egiſſe* memorat Tacit. 39. 1.

23. Ἅλωσιν i. captivitatem, ut cum Tacito expugnationes urbium dicere poſſumus. Ita ille Ann. XVI. 16. 3. *Ira illa numinum in res Romanas fuit, quam non ut in cladibus exercituum, aut captivitate urbium, ſemel editam tranſire licet.* Hiſt. III. 70. 4. *Dum inter Veſpaſianum & Vitellium præliis legionum, captivitatibus urbium, deditionibus cohortium judicatur. Excidium Trojanum* ceciniſſe illum dicit Tacit. Ann. XV. 39. 3. *Rumor pervaſerat, ipſo tempore flagrantis Urbis, iniiſſe eum domeſticam ſcenam, & ceciniſſe Trojanum excidium, præſentia mala vetuſtis cladibus aſſimulantem.* Utitur & Græca voce Petron. c. 49. *Video totum te in illa hærere tabula, quæ Trojæ haloſin oſtendit.* * Exſtat & hodie Τρυφιοδώρου Αἰγυπτίου γραμματικοῦ καὶ ἐποποιοῦ Ἰλίου Ἅλωσις.

24. ILII, ut ipſe dicebat, ſed potius urbis Romæ, ut erat videre. Xiphil. C. Καὶ τὴν σκευὴν τὴν κιθαρῳδικὴν λαβὼν, ᾖσεν ἅλωσιν, ὡς μὲν αὐτὸς ἔλεγεν, Ἰλίου, ὡς δὲ ἑωρᾶτο, Ῥώμης.

25. HABITU, quem *ornatum* dicit Hygin. §. 26. σκευὴν τὴν κιθαρῳδικήν. Xiphilinus. §. 24.

26. DECANTARE verbo utitur de Arione citharœdo Hygin. fab. 194. *Cui Apollo in quietem venit, eique dixit, ut ornatu ſuo, & corona decantaret.* Illa, quæ cecinit, etiam ſcripſiſſe videtur. Xiphil. LXII. p. 715. B. Ὁ δὲ Νέρων ἄλλα τε γελοῖα ἔπραττε, καί ποτε καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ θεάτρου ὀρχήστραν ἐν πανδήμῳ τινὶ θέᾳ κατέβη, καὶ ἀνέγνω Τρωϊκά τινα ἑαυτοῦ ποιήματα. *Nero quum multa ridicule faceret, tum aliquando in theatri orcheſtram, inſpectante univerſo populo, deſcendit: ibique poemata quædam ſua de Troicis rebus legit.* Et Neronis Troica laudant Juven. Sat. VIII. 220.

——— *in ſcena nunquam cantavit Oreſtes,*
Troica non ſcripſit.

Scholiaſtes Juvenalis. *Hoc ideo, quia Nero Treados libros ſcripſit.* Servius Æn. V. 370. *Sane hic Paris, ſecundum Troica Neronis fortiſſimus fuit.*

27. PRÆDAS ET MANUBIAS INVADERET i. rapinas e privatorum bonis ageret, exerceret, *omni rapinarum genere graſſaretur*, ut noſt. Veſp. 6. 3. *omne manubiarum genus experiretur*, ut noſt. Cal. 41. 2.

28. CADAVERUM ruinis obrutorum. Tacit. 38. 5. *Sæpe dum in tergum reſpectant, lateribus, aut fronte circumveniebantur: vel ſi in proxima evaſerant, illis quoque igni correptis, etiam quæ longinqua crediderant, in eodem caſu reperiebantur. Poſtremo quid vitarent, quid peterent ambigui, complere vias, ſterni per agros:* quidam

liquias [30] rerum ſuarum adire permiſit: collationibuſque [31] non receptis modo, verum & efflagitatis, provincias privatorumque cenſus prope exhauſit [32].

quidam amiſſis omnibus fortunis diurni quoque victus, alii caritate ſuorum, quos eripere nequiverant, quamvis patente effugio, interiere. Xiphil. p. 708. D. Καὶ οὔτε πρόσω ποι, οὔθ᾽ ὀπίσω εἶχον, ἀλλ᾽ ἄθουν, ὠθοῦντο: ἀνέτρεπον, ἀνετρέποντο: καὶ συχνοὶ μὲν ἀπεπνίγοντο: συχνοὶ δὲ συνετρίβοντο: οὐδὲ γὰρ ἐπ᾽ ἀποφυγεῖν πη ῥᾳδίως ἐδύναντο: κἂν ἐκ τοῦ παρόντος τις περιεσώθη, ἐς ἕτερον ἐμπεσὼν ἐφθείρετο. *Nec quo progrederentur, aut ubi ſtarent, ſciebant, tum alii alios impellebant, & impellebantur: evertebant, & evertebantur: multi ſuffocabantur, multi opprimebantur: neque vero facile poterant alio perfugere; nam ſi quis ex præſenti malo ſalvus evaſiſſet, in aliud lapſus interibat.*

29. GRATUITAM EGESTIONEM i. ſe ſuo ſumptu purgaturum areas, ut novas ædes ponere poſſent. Tacit. 43. 2. *Eaſque porticus Nero ſua pecunia extructurum, purgataſque areas dominis traditurum pollicitus eſt.*

30. AD RELIQUIAS i. ad ea, quæ incendio ſuperesſent. Sabellicus. Nam *cuncta, quæ flamma quoquo modo ſuperfuerant, ipſe abſtulit*, ut addit Oroſius VII. 7.

31. COLLATIONIBUS i. ut unuſquiſque pro ſuis facultatibus *conferret*. Cicero *collectam* vocat de Orat. II. 57. *Ego vero, quoniam collectam a conviva Craſſe exigis, non committam, ut ſi defugerim, tibi cauſam aliquam dem accuſandi.* Noſt. Cal. 42. 1. Tit. 7. 8. *Centies centena millia ſeſtertium annua ad expenſas a ſenatu ſibi conferri imperavit.* Oroſius.

32. PROVINCIAS, PRIVATORUMQUE CENSUS EXHAUSIT. Xiphil. p. 709. E. Χρήματα δὲ ὁ Νέρων παμπληθῆ καὶ παρὰ τῶν ἰδιωτῶν, καὶ παρὰ τῶν δήμων, τὰ μὲν βίᾳ ἐπὶ τῇ προφάσει τοῦ ἐμπρησμοῦ, τὰ δὲ παρ᾽ ἑκόντων δῆθεν ἠργυρολόγησε. *Nero magnam pecuniam a privatis & populis, prætextu iſtius incendii, partim de voluntate ipſorum exegit.*

CAPUT XXXIX.

ARG. *Fortuita quædam mala populus Romanus, & hominum maledicta fert Nero Claudius Cæſar.*

Acceſſerunt tantis ex principe malis, probriſque, quædam & fortuita: peſtilentia 1
unius autumni [1], qua triginta funerum millia [2] in rationem Libitinæ [3] venerunt [4]. Clades Britannica [5], qua duo præcipua oppida [6], magna civium ſuorumque 2

AUTUMNI *peſtilentia*, quia *autumnus* maxime nocet corporibus. Horat. Sat. II. 6. 18.

Nec mala me ambitio perdit, nec plumbeus auſter,
Autumnuſque gravis, Libitina quæſtus acerbæ.

Od. II. 14. 15.

Fruſtra per autumnos nocentem
Corporibus metuemus auſtrum.

2. TRIGINTA MILLIA uno autumno cecidiſſe iiſdem verbis, quibus noſter, dicit Oroſius. Sed *trecenta millia* reſcribendum eſſe cenſet magnus ille cenſor Lipſ. Admir. III. 3. eo quod in magna illa Roma hoc nihil eſſet magni, cum in noſtris oppidis ea ſint exempla; & ſub Veſpaſiano, ſeu verius Tito in dies ſingulos decem millia abſumpta ſint. Euſebii Chronicon ad. a. 2093. *Lues ingens Romæ facta: ut per multos dies in ephemeridem decem millia ferme mortuorum hominum referrentur.* De illa lue Tacit. Ann. XVI. 13. 2. *In qua omne mortalium genus vis peſtilentiæ depopulabatur, nulla cæli intemperie, quæ occurreret oculis. Sed domus corporibus exanimis, itinera funeribus complebantur. Non ſexus, non ætas periculo vacua: ſervitia perinde ac ingenua plebes rapitim exſtingui; inter conjugum & liberorum lamenta; qui dum aſſident, dum deflent, ſæpe eodem rogo cremabantur.*

3. RATIO LIBITINÆ eſt acceptarum pecuniarum liber, quem conficiebant qui Veneris Libitinæ theſauro præficiebantur. *Ephemeridem* §. 2. vocavit Euſebius. Servii Tullii inſtitutum. Dionyſ. Halic. IV. p. 220. Ἔταξεν, ὅσον ἔδει νομίσματος καταφέρειν εἰς τὸν τῆς Ἀφροδίτης ἐν ἄλσει καθιδρυμένον, ὃ προσαγορεύουσι Λιβιτίνην, ὑπὲρ τῶν ἀπογινομένων. *Statuit quanti pretii nummum inferre deberent in Veneris ærarium in luco ſitum, quam Libitinam appellant, pro defunctis.* Voſſ. de Idolol. II. 27. Caſaubonus.

4. VENERUNT *in rationem Libitinæ* i. mortui ſunt, illorum nominibus ad illos, qui pecuniam pro mortuo pendi ſolitam exigebant, delatis. Inde vitare *Libitinam* eſt mortem effugere, immortalitati ſe vindicare. Horat. Od. III. 30. 6.

Non omnis moriar: multaque pars mei
Vitabit Libitinam.

Et *Libitina* non ſufficit, quando major morientium vis eſt, quam ut ex *Libitinæ* templo, de quo Plutarch. Quæſt. Rom. 23. funeri curando quæ neceſſaria ſunt, a *Libitinariis* exhiberi poſſent. Obſeq. de Prodig. c. 65. *Gravi peſtilentia hominum, boumque cadavera, non ſufficiente Libitina cum jacerent.* Liv. XLI. 21. *Ne liberorum quidem funeribus Libitina ſufficiebat.* V. quoque *Meurſ. de Fun. c.* 16. *Kirchm. de Fun.* I. 19. *Gyrald. Synt. Deor.* XIII. p. 386. *Rhodig. A. L.* XXIX. 18. *Bud. in Pandect.* p. 137. *Moreſt. Pomp. Fer.* I. 15. *Faes ad Gyrald. de Sepult. c.* 1.

5. CLADES BRITANNICA *gravis accepta eſt Cæſonio Pæto, Petronio Turpiliano conſulibus.* Tacit. Ann. XIV.

3 que [7] cæde direpta ſunt. Ignominia ad orientem legionibus in Armenia [8] ſub ju-
4 gum [9] miſſis [10], ægreque Syria retenta [11]. Mirum, & vel præcipue notabile inter hæc fuit, nihil eum patientius quam maledicta & convicia hominum tuliſſe [12]: neque in ullos leniorem, quam qui ſe dictis, aut carminibus laceſſiſſent, exſtitiſſe.
5 Multa Græce Latineque proſcripta, aut vulgata ſunt, ſicut illa:

Né-

29. 1. ſive anno ab U. C. 813. Πρόφασις τοῦ πολέμου, inquit Xiphil. LXII. p. 701. A. ἐγένετο ἡ δήμευσις τῶν χρημάτων, ἃ Κλαύδιος τοῖς πρώτοις αὐτῶν ἐδεδώκει, καὶ ἔδει τὰ ἐκεῖνα, ὥς γε Δεκιανὸς Κᾶτος ὁ τῆς νήσου ἐπιτροπεύων ἔλεγεν, ἀναπέμπεσθαι γενέσθαι. Διά τε οὖν τοῦτο, καὶ ὅτι ὁ Σενέκας χιλίας σφίσι μυριάδας ἄκουσιν ἐπὶ χρησταῖς ἐλπίσι τόκων δανείσας, ἔπειτ' ἀθρόας τε ἅμα αὐτὰς καὶ βιαίως ἐσέπραττεν. *Cauſa belli fuit publicatio pecuniarum, quas Claudius primis inter eos dederat: ac oportebat etiam illas, ut Decianus Catus eius inſulæ procurator aiebat, denuo* Romam *mitti. Ad hanc acceſſit, quod, quum eis invitis Seneca quadringenties ſeſtertium ſub magnis uſuris credidiſſet, eam ſummam omnem ſimul magna vi, atque violentia exigebat.* Quibus tertiam, militum inſolentiam, addit Tacit. 31. 1. *Regnum per centuriones, domus per ſervos, velut capta vaſtabantur. Primum uxor ejus*, Praſutagi Icenorum regis, qui Cæſarem hæredem ſcripſerat, *Boudicea verberibus affecta, & filiæ ſtupro violatæ ſunt. Præcipui quoque Icenorum, quaſi cunctam regionem muneri accepiſſent, avitis bonis exuuntur, & propinqui regis inter mancipia habebantur. Qua contumelia, & metu graviorum rapiunt arma.*

6. Duo præcipua oppida direpta eſſe dicit etiam Xiphil. infra §. 7. Illa fuerunt Camalodunum, Londinium, & municipium Verulamium. V. Tacit. 31. 4: 32. 1: 33. 1. & 4.

7. Civium et sociorum *ad ſeptuaginta millia, iis, quæ memoravi, locis, cecidiſſe conſtat: neque enim capere, aut venundare, aliudve quod belli commercium, ſed cædes, patibula, ignes, cruces, tanquam reddituri ſupplicium, ac prærepta interim ultione, feſtinabant.* Tacit. 33. 5. Octoginta millia periiſſe dicit Xiphil. p. 700. C. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπαίζετο, πάθος ἐν Βρεττανίᾳ δεινὸν συνηνέχθη: δύο τε γὰρ πόλεις ἐπορθήθησαν, καὶ μυριάδες ὀκτὼ τῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων αὐτῶν ἐφθάρησαν, ἥ τε νῆσος ἠλλοτριώθη. *Dum hi ludi Romæ aguntur, in Britannia gravis caſus accidit, duabus urbibus expugnatis, & octoginta millibus civium Romanorum, aut ſociorum interemptis, ipſa inſula alienata.*

8. In Armenia. Λεύκιον Σίνιον Παῖτον ἐς τὴν Καππαδοκίαν, ὅπως μηδὲν περὶ τὴν Ἀρμενίαν νεοχμωθῇ, ἀπέστειλεν. Ὁ Βολόγαισος τοῖς Τιγρανοκέρτοις προσέμιξε, καὶ τὸν Παῖτον ἀπεώσατο: φεύγοντα δὲ αὐτὸν ἐπιδιώξας, τήν τε ἐπὶ τοῦ Ταύρου καταλειφθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ φρουρὰν ἐξέκοψε, καὶ ἐκεῖνον ἐς Ῥάνδειαν, πρὸς τῷ Ἀρσανίᾳ ποταμῷ οὖσαν, κατέκλεισεν. Ὁ Παῖτος τήν τε τόξευσιν αὐτῶν, καὶ ἐς αὐτὸ τὸ στρατόπεδον ἀφικνουμένην, καὶ τὴν ἵππον πανταχοῦ φαινομένην δείσας, λόγους τε ὑπὲρ σπονδῶν αὐτῷ ἔπεμψε, καὶ ὡμολόγησε, καὶ ὤμοσεν αὐτὸς τε τὴν Ἀρμενίαν ἅπασαν ἐκλείψειν, καὶ τὸν Νέρωνα τῷ Τιριδάτῃ αὐτὴν δώσειν. *Ne novi motus exiſterent, Lucium Senium Pætum in Cappadociam miſerat Nero. Sed ad Tigranocerta acceſſit Vologeſus, & Pætum repulit: fugientemque perſecutus, relictum ab eo in Tauro monte præſidium cecidit, & ipſum intra Rhandeam, ad Arſaniam flumen ſitam, concluſit. Pætus, & telorum hoſtilium vim, quæ ipſius in caſtra pertinebant, & equitatum e locis omnibus apparentem veritus, miſſis ad eum ſuis agere de pace cœpit, jurejurando pollicitus, Armeniam ſe totam deſerturum, eamque Neronem Teridati conceſſurum.* Xiphil. p. 710. E. Prælium hoc ſatis fuſe deſcribit etiam Tacit. Ann. xv. 10.. 14.

[9] 9. Jugum *fiebat tribus haſtis, humi fixis duabus, ſuperque eas tranſverſa una deligata.* Liv. III. 28. & Feſtus. De illo Romanorum more Dionyſ. III. p. 159. Ἔστι Ῥωμαίοις νόμιμον, ὅταν πολέμιοι παραδιδόντες τὰ ὅπλα γίνωνται κύριοι, δύο καταπήττειν ξύλα ὀρθὰ, καὶ τρίτον ἐφαρμόττειν αὐτοῖς ἄνωθεν πλάγιον, ἔπειθ' ὑπάγειν τοὺς αἰχμαλώτους ὑπὸ ταῦτα, καὶ διελθόντας ἀπολύειν ἐλευθέρους ἐπὶ τὰ σφέτερα. Τοῦτο καλεῖται παρ' αὐτοῖς ζυγόν. *Eſt Romanis mos, quoties hoſtes traditis armis deditionem faciunt, duo tigna recta humi defigere, hiſque tertium tranſverſum ſuperimponere, captivoſque ſub iſta tigna ductos tranſmittere, atque liberos ad ſua dimittere. Hoc ipſi jugum vocant.*

[10] 10. Mitti *ſub jugum dicebantur hoſtes victi, qui illud jubebantur ſubeuntes tranſire.* Feſtus. *Mittendi* modum deſcribit Liv. IX. 5. *Alii alios intueri, contemplari arma mox tradenda, & inermes futuras dextras, obnoxiaque corpora hoſti, proponere ſibimetipſi ante oculos jugum hoſtile, & ludibria victoris, & vultus ſuperbos, & per armatos inermium iter.* Dionyſ. Halicarn. X. p. 651. Αὐτοὶ τὰ ὅπλα θέντες, ἐξέλιπον τὴν παρεμβολὴν, διαπορευόμενοι διὰ τοῦ Ῥωμαίων χάρακος ὑπὸ ζυγόν. *Ipſi, Æqui, poſitis armis, relictis ſuis caſtris, per Romana caſtra ſub jugo tranſierunt. Sub jugum miſſas* fuiſſe Romanorum legiones dicunt etiam Euſebius & Oroſius, pro re certa habentes, quem rumorem fuiſſe dicit Tacit. 15. 2. *Addidit rumor, ſub jugum miſſas legiones, & alia ex rebus infauſtis: quorum ſimulacrum ab Armeniis uſurpatum eſt.*

11. Syria retenta virtute Corbulonis. Tacit. 9. 1. *Interim Corbulo nunquam neglectam Euphratis ripam crebrioribus præſidiis inſedit.... Dein pons continuatus, colleſque adverſi per ſocias cohortes; poſt legionum caſtris occupantur, tanta celeritate & oſtentatione virium, & Parthi omiſſo paratu invadendæ Syriæ, ſpem omnem in Armeniam verterent.*

12. Patienter.... tulisse Neronem non admittit Tacitus, qui hæc de Nerone 67. 3. *Nihil in-*

illa-

Νέρων [13], Ὀρέστης [14], Ἀλκμαίων [15], μητροκτόνοι.
Νεόνυμφος [16] Νέρων ἰδίαν μητέρα ἀπέκτεινεν.
Quis negat [17] *Æneæ magna de ſtirpe* [18] *Neronem?*
Suſtulit [19] *hic matrem, ſuſtulit* [20] *ille patrem.*
Dum [21] *tendit* [22] *citharam noſter, dum cornua* [23] *Parthus* [24],
Noſter erit Paan [25], *ille* Ἑκατηβελέτης [26].

Romæ

illa conjuratione gravius auribus Neronis accidiſſe conſtitit, qui, ut faciendis ſceleribus promptus, ita audiendi, quæ faceret, inſolens erat.

13. Νέρων.... ſors eſt Apollinea. Auctor dialogi de Nerone. Καί τοι τοῦ Πυθίου καταλέξαντος αὐτὸν ἐς τοὺς Ὀρέστας τε καὶ Ἀλκμαίωνας, ὡς τὸ μητροκτονῆσαι, καὶ λόγον τινὰ εὐκλείας ἔδωκεν, ἐπειδὴ πατρὶ ἐτιμώρησαν. *Caſaubonus.*

14. Orestes occidit matrem Clytemneſtram ſupr. 21. 7. §. 25.

15. Alcmaon occidit matrem Eriphylem. Diodor. Bibl. IV. p. 267. B. Τοὺς δὲ περὶ τὸν Πολυνείκην ἐπιβαλέσθαι πεῖσαι Ἀμφιάραον τὸν μάντιν συστρατεύειν αὐτοῖς ἐπὶ τὰς Θήβας. Τοῦ δὲ προγινώσκοντος διὰ τῆς μαντικῆς, ὡς ἀπολεῖται συστρατεύσας αὐτοῖς, καὶ διὰ τοῦτο μὴ συγχωροῦντος, Πολυνείκην φασὶ τὸν χρυσοῦν ὅρμον, ὃν Ἀθηνᾶν μυθολογοῦσιν Ἁρμονίᾳ δωρήσασθαι, δοῦναι τῇ γυναικὶ τοῦ Ἀμφιαράου, ὅπως τὸν ἄνδρα πείσῃ συμμαχῆσαι. Ὁ μὲν Ἀμφιάραος δόξας ὑπὸ τῆς γυναικὸς προδεδόσθαι, συστρατεῦσαι μὲν ὡμολόγησεν, ἐντολὰς δὲ ἔδωκεν Ἀλκμαίωνι τῷ υἱῷ, μετὰ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν τὴν Ἐριφύλην ἀνελεῖν. Οὗτος μὲν οὖν ὕστερον κατὰ τὰς τοῦ πατρὸς ἐντολὰς ἀνεῖλε τὴν μητέρα. *Polynices etiam Amphiarao vati perſuadere inſtitit, ut una ſecum Thebas militatum iret. At is praſciens eo ſe bello interiturum, non adſenſit. Polynices ergo aureum torquem, Harmoniæ a Minerva, ut in fabulis eſt, donatum, Amphiarai uxori obtulit, ut virum ad belli conſortium flecteret. Amphiaraus igitur, licet ab uxore ſe proditum videret, ad bellum tamen ſe una profecturum, recepit. Sed Alcmaoni filio prius mandatum dedit, ut poſt ſuum interitum de Eriphyle vindictam ſumeret. Qui poſt juſſa patris exſequens, matrem necavit.* Eadem narrant *Apollod. Bibl.* III. 7. 2. *Hygin. fab.* 73.

16. Νεόνυμφος i. *novus ſponſus*, per probroſum ſcomma nominatus, propter puerum Sporum, quem loco uxoris habuit ſupr. 28. 3. §. 3. Vel quod ipſe, veluti *ſponſa*, Pythagoræ denupſerat ſupr. 29. 2. §. 11. *Beroaldus.*

17. Quis negat, ut Mart. XIII. 4.

Quis negat eſſe ſatum materno funere Bacchum?

18. Æneæ de stirpe i. non degenerare ab *Ænea* progenitore. Quod ut probet, mordaciter, & feſtiviter ludit ambiguitate vocabuli, ex qua omnis lepor, & ſales carminis ducuntur. *Beroaldus.*

19. Sustulit i. interfecit, necavit. Nep. 23. 5. 3. *T. Sempronium Gracchum, in inſidias inductum ſuſtulit.* V. ſupr. Aug. 12. 1. §. 9.

20. Sustulit. i. humeris ſuſceptum ex incendio Trojano extulit, teſte non tantum Virg. Æn. II. 767.

Ergo age, chare pater cervici imponere noſtræ:
Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte gravabit.

Sed etiam Senec. de Benef. III. 37. *Vicit Æneas patrem, ipſe ejus in infantia leve, tutumque geſtamen: gravem ſenio, per media hoſtium agmina, & per cadentis circa ſe urbis ruinas ferens, cum complexus ſacra ac penates deos religioſus ſenex non ſimplici vadentem ſarcina premeret: tulit illum per ignes, & (quid non pietas poteſt) pertulit, colendumque inter conditores Romani imperii poſuit.*

21. Dum. Sejuncta hæc ſunt a præcedentibus, utpote diverſis temporibus, prout diverſæ res inciderunt, edita. Simile quid obſervare eſt in ſcommate in Tiberium ſcripto ſupr. Tib. 59.

22. Tendit Nero citharœdus, ut eam in certaminibus muſicis argute pulſet, ſed Parthus ſagittarius, ut ſuos ad prælia incendat.

23. Cornua i. tympana ingentia cum ferreis tintinnabulis, quæ lanci concavæ (corio ſcilicet undique protenſo) clavis æneis affixa erant. His eorum animi ad pugnam acuebantur, quæ ſimul ac diverberata erant, ignoto, & horribili ſono tonitrus inſtar intonabant. *Babelonius.*

24. Parthus, Vologæſes, *Parthorum* rex, qui in Armenia Pætum ſuperavit ſupr. §. 8.

25. Paan i. inſtar Apollinis citharœdus. *Paan* Apollinis epitheton eſt. Macrob. Sat. I. 17. *Eadem opinio ſoſpitalis, & medici dei in noſtris ſacris fovetur: namque Virgines Veſtales ita indigetant,* APOLLO MEDICE, APOLLO PÆAN. *Appellatur* Παιὰν, ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, quod moleſtum dolorem ſedet. De illo multa *Gyrald. Synt. Deor.* VII. *p.* 215. *Taſſin. de Lud. ſecul. c.* 4. §. 5.

26. Ἑκατηβελέτης i. inſtar Apollinis de longe jaculator. Ἑκατηβελέτης, & ἑκατηβόλος Apollinis epitheton eſt, eo quod radios, tanquam ſagittas e longiſſimo, altiſſimoque in terram uſque demittat. Macrobius. *Cum* ἰὴ παιὰν *per e literam dicunt cum adſpiratione prioris literæ; ſignificant hoc dici in aliquem adverſa precatione,* ἵεσο παιὰν, *id eſt, immitte feriendo: qua voce ferunt Latonam uſam, cum Apollinem hortaretur impetum Pythonis inceſſere ſagittis.* Hic Apollo vero i. Parthus Apollinem, ſed ſagittis formidabilem agens, imperium Romanum laceſſit, dum alter Apollo i. Nero Apollinem, ſed cantilenis ſuave modulandis intentum, agit. V. quoque *Beroaldum, Torrentium,* & *Babelonium.*

Roma domus fiet[27] *: Vejos*[28] *migrate Quirites,*
Si non Vejos occupat iſta domus.

6 Sed neque auctores requiſivit, & quoſdam per indicem delatos ad ſenatum affici gra-
7 viore pœna prohibuit. Tranſeuntem eum Iſidorus Cynicus in publico clara voce
8 corripuerat, *quod Nauplii*[29] *mala bene cantitaret*[30], *ſua bona male diſponeret.* Et Datus Atellanarum[31] hiſtrio in cantico[32] quodam ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ[33], ita demonſtraverat[34], ut bibentem[35] natantemque[36] faceret, exitum ſcilicet Claudii Agrippinæque ſignificans: & in noviſſima clauſula,

Orcus vobis ducit pedes[37],

ſenatum geſtu notaret: hiſtrionem[38] & philoſophum[39] Nero nihil amplius quam Urbe Italiaque ſummovit, vel contemptu omnis infamiæ, vel ne fatendo dolorem irritaret ingenia[40].

27. ROMA DOMUS FIET. Recte. *Domus* enim Neronis aurea, de qua ſupr. c. 31. ob laxitatem, & ſpatium, non eſſe in urbe *Roma*, ſed ipſam *Romam* capere videbatur. Plin. XXXIII. 3. *Et quota pars ea apparatus fuit aurea domus ambientis Urbem?* Mart. de ſpectac. 2. 4.

Unaque jam tota ſtabat in Urbe domus.

Facile conficias, nullam, ne in tota quidem Europa, eſſe tam amplam civitatem, quam fuerit *domus* iſta Neronis, ut quidem cenſet *Voſſ. Var. Obſ. c.* 5.

28. VEJOS *in urbem paratam relictis ruinis ut tranſmigrarent, aſſiduis concionibus plebem tribuni agitarunt* Urbe a Gallis vaſtata. Sed *in concionem, univerſo ſenatu proſequente, aſcendit*, & prolixa oratione, quam narrat Liv. V. 51.... 54. *Vejos migrari prohibuit* Camillus dictator. Ad hanc hiſtoriam alludit carminis hujus auctor.

29. NAUPLIUS filius fuit Neptuni & Amymones. *Sentiens tempus veniſſe ad perſequendas filii ſui Palamedis injurias* (dolo enim Ulyſſis interfectus erat Palamedes, *Hygin. fab.* 105.) *Itaque tanquam auxilium eis*, Græcis ad ſaxa Capharea naufragium facientibus, *afferret, facem ardentem eo loco extulit, quo ſaxa acuta, & locus periculoſiſſimus erat. Illi credentes, humanitatis cauſa id factum, naves eo duxerunt. Quo facto, plurima eorum confracta ſunt, militeſque plurimi cum ducibus tempeſtate occiſi ſunt, membraque eorum cum viſceribus ad ſaxa illiſa ſunt: ſi qui autem potuerunt ad terram natare, a Nauplio interficiebantur.* Hygin. fab. 116.

30. CANTARE tragœdias ſolitum fuiſſe Neronem dixit noſter ſupr. 21. 7. Tragœdiam de Nauplio ſcriptam idem quoque *cantaverit*. Illam ſcripſerant certatim multi Græci Latinique tragici. Sophocles in his, cujus etiam alia extabat fabula, cui index Ναύπλιος Πυρκαεὺς, ut dicitur Heſychio in Πυρκά. V. *Caſaubonum.*

31. ATELLANAS V. ſupr. Tib. 45. 1. §. 8.

32. CANTICUM V. ſupr. Cal. 54. 6. §. 20.

33. Ὑγίαινε πάτερ..... i. *ſalve pater, ſalve mater.* Sic enim inſcripta erat Atellanica fabula. *Sabellicus.*

34. DEMONSTRAVERAT i. geſticulando iſtius fabulæ verba expreſſerat. Id enim hiſtrionum eſt, qui a multiplici imitatione etiam *pantomimi* appellantur ſupr. Aug. 45. 11. §. 44. Hinc *geſticulari carmina* dicit noſt. 42. 5. *Torrentius & Ferrar. Elect.* II. 11.

35. BIBENTEM *Claudium*, ut ſignificaret venenum in potione datum *bibendo* Claudium periiſſe ſupr. 44. 4. §. 9.

36. NATANTEM *Agrippinam*, ut ſignificaret mortis periculum *natando* Agrippinam evaſiſſe ſupr. 34. 8. §. 30.

37. ORCUS VOBIS DUCIT PEDES i. Nero veſtrum ordinem e Republica quandoque tollet. Hoc minatus fuerat ſupr. 37. 6. *Orcus* eſt Pluto. Tibull. III. 3. 37.

Me vocet in vaſtos amnes, nigramque paludem
Dives in ignava luridus Orcus aqua.

Illi aſſimulatur Nero, ut apud Ciceronem Verres Verr. IV. 50. *Hic dolor erat tantus, ut Verres, alter Orcus.... veniſſe Ennam, & non Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videretur. Orcus ducit pedes illis*, quos ad inferos trahit i. qui moriuntur. Per *pedes* enim mortui efferebantur. Formula nata in palæſtra, cum luctator adverſarii pedes artificioſe ſummovet. Hinc Cicer. Attic. IV. 16. *Fratrem mecum, & te ſi habebo, per me iſta pedibus trahantur.*

38. HISTRIONEM *Datum.*

39. PHILOSOPHUM *Iſidorum Cynicum.*

40. IRRITARET INGENIA i. ad ſimilem dictorum licentiam plures provocaret, qui a talibus, quibus princeps non movetur, excogitandis relenteſcunt. *Beroaldus.*

C A-

Digitized by Google

CAPUT XL.

ARG. *Prædictam a mathematicis defectionem, Apollinisque de ſeptuageſimo anno cavendo reſponſum ludit, & motum Galliarum cognitum lente fert, remque omnem ſilentio obliterat Nero Claudius Cæſar.*

Talem principem paullo minus [1] XIV. annos perpeſſus terrarum orbis [2], tandem deſtituit, initium facientibus Gallis [3], duce Julio Vindice [4], qui tum eam pro- 1
vinciam proprætore [5] obtinebat. Prædictum a mathematicis Neroni olim erat, fo- 2
re ut quandoque deſtitueretur: unde illa vox ejus celeberrima, τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει [6]: quo majore ſcilicet venia [7] meditaretur citharœdicam artem principi ſibi
gratam, privato neceſſariam [8]. Spoponderunt tamen quidam deſtituto ordinationem 3
orientis, nonnulli nominatim regnum Hieroſolymorum, plures omnis priſtinæ fortunæ reſtitutionem. Cui ſpei pronior, Britannia, Armeniaque amiſſa, ac rurſus 4
utraque recepta [9], defunctum [10] ſe fatalibus malis exiſtimabat. Ut vero conſulto Del- 5
phis

1. Paullo minus, ὀλίγου δεῖν, ὀλίγῳ ἧττον, μικροῦ δεῖν. Gloſſæ Cyrilli. Petron. c. 67. *Qui ignotos lædit, latro appellatur: qui amicos, paullo minus quam parricida.* V. & Tib. 26. 1. §. 3.

2. Terrarum orbis i. *orbis* Romanus. Eutrop. VII. 9. §. 8. *Propter hæc Romano orbi exſecrabilis, ab omnibus ſimul deſtitutus, & a ſenatu hoſtis judicatus eſt.*

3. Gallis, quorum *mentes ut duras, ac retorridas, & ſæpe imperatoribus graves* deſcribit Lampr. Alex. Sever. c. 59. Et *quibus inſitum eſt eſſe leves, ac degenerantes a civitate Romana, & luxurioſos principes ferre non poſſe*, ut de illis Pollio Gallien. c. 4. Unde *Gallos* Alexandrum interfeciſſe dicit Capitol. Maximin. c. 7. *Nam quum in Gallia eſſet* Alexander, *& non longe ab urbe quadam caſtra poſuiſſet, ſubito immiſſis militibus, ut quidam dicunt, ab ipſo, ut alii, a tribunis barbaris, ad matrem fugiens interemptus eſt.*

4. Γάϊος Ἰούλιος Βίνδιξ Γαλάτης τις ἦν, ἐκ μὲν προγόνων τοῦ βασιλικοῦ γένους, κατὰ δὲ τὸν πατέρα βουλευτὴς τῶν Ῥωμαίων, τό τε σῶμα ἰσχυρὸς, καὶ τὴν ψυχὴν συνετὸς, τῶν τε πολεμικῶν ἔμπειρος, καὶ πρὸς πᾶν ἔργον μέγα ἔντολμος. Οὗτος ὁ Βίνδιξ συναθροίσας τοὺς Γαλάτας πολλὰ πεπονθότας τε ἐν ταῖς συχναῖς ἐσπράξεσι τῶν χρημάτων, καὶ ἔτι πάσχοντας ὑπὸ Νέρωνος: καὶ ἀναβὰς ἐπὶ βῆμα, μακρὰν διεξῆλθε κατὰ τοῦ Νέρωνος ῥῆσιν, λέγων δεῖν ἀποστῆναί τε αὐτοῦ, καὶ ἅμα οἱ ἐπιστῆναι. *Cajus Julius Vindex, natione Gallus, propter majores e ſtirpe regia, propter patrem apud Romanos ordinis erat ſenatorii, homo magnis viribus corporis, & multa præditus prudentia, perituſque rei militaris, & ad omne præclarum facinus audax. Hic igitur congregata Gallorum multitudine, qui crebris pecuniarum exactionibus graviſſima quæque a Nerone pertulerant, & adhuc perferebant: in tribunal adſcendit, atque inde multa contra Neronem dixit, non ſolum ab eo deficere, ſed etiam eum invadere oportere.* Xiphil. LXIII. p. 724. C. Plutarch. Galb. p. 1054. D.

5. Proprætore i. *proprætor.* V. ſupr. Tib. 3. 5. §. 15.

6. Τὸ τέχνιον πᾶσα γαῖα τρέφει i. *artem omnis terra alit*, q. imperio exutus arte citharœdica alibi vitam ſuam tolerare poſſet. Xiphil. p. 726. D. Ὑπὸ πάντων δὲ ὁμοίως ἐγκαταλειφθεὶς, ἐβουλεύσατο ἐς τε τὴν Ἀλεξάνδρειαν πλεῦσαι: ὑπετόπει, ὅτι ἂν καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπέσωμεν, ἀλλὰ τό γε τέχνιον ἡμᾶς ἐκεῖ διαθρέψει: ἐς τοῦτο γὰρ ἀνοίας ἐληλύθει, ὥστε καὶ πιστεῦσαι, ὅτι ἄλλως τε ἰδιωτεύσας, καὶ προσέτι καὶ κιθαρῳδεῖν δυνήσεται. *A quibus pariter deſertus deliberavit navigare Alexandriam: etſi enim, inquit, amiſerimus imperium, tamen in illa regione ars noſtra nos alet: adeo ſtultus erat, ut ſe privatum vivere, & cithara canere poſſe arbitraretur.*

7. Majore venia i. excuſatius, minore invidia.

8. Privato necessariam i. quam, ut ejus quæſtu aleretur, *privatus* profiteretur. Sunt enim diſciplinæ, & imprimis literæ in rebus ſecundis ornamento, in adverſis præſidio. Dionyſius tyrannus cum Syracuſis eſſet expulſus, dicitur Corinthi aperuiſſe ludum literarium, puerosque docuiſſe. Artem quoque citharœdicam fuiſſe quæſtuoſam teſtatur Mart. IV. 54. 8,

Artes diſcere vult pecunioſas?
Fac diſcat citharœdus, aut choraules.

Arion quoque muſica, citharœdicaque arte præſtantiſſimus grandem pecuniam, & uberes quæſtus factitavit. *Beroaldus.*

9. Recepit Nero *Britanniam* virtute Paullini Suetonii, cujus *verba, exhortationes* enim & preces *miſcuerat*, quas fuſiores V. apud Xiphil. LXII. p. 704. 705. 706. *ardor militis ſequebatur.... Clara & antiquis victoriis par ea die laus parta: quippe ſunt qui paullo minus quam octoginta millia Britannorum cecidiſſe tradant, militum quadringentis ferme interfectis, nec multo amplius vulneratis. Boudicea vitam veneno finivit.* Tacit. Ann. XIV. 37. 4. & Xiphil. p. 712. A. *Armeniam* virtute Cn. Domitii Corbulonis. Ὁ γὰρ Κορβούλων ἐν μὲν τῷ φανερῷ τὸν πρὸς Βολόγαισον πόλεμον παρεσκευάζετο, καὶ πέμψας ἑκατοντάρχην, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι τῆς χώρας...D. Ἐφ' ᾧ καὶ τὸν Οὐολόγαισον, καίτοι φοβερὸν ὄντα, ἐς διαλλαγὰς ἁρμοζούσας τῷ Ῥωμαίων ἀξιώματι ὑπηγάγετο. *Aperte* enim *Corbulo bellum in Vologaſum apparabat, miſſoque centurione, Armeniæ finibus eum excedere juſſit... Quumque alia*

phis Apolline [11], ſeptuageſimum ac tertium annum cavendum [12] ſibi audivit [13], quaſi eo demum obiturus, ac nihil conjectans de ætate Galbæ, tanta fiducia, non modo ſenectam, ſed etiam perpetuam ſingularemque [14] concepit felicitatem, ut amiſſis naufragio pretioſiſſimis rebus, non dubitaverit inter ſuos dicere, *piſces eas ſibi relaturos* [15].
6 Neapoli [16] de motu Galliarum cognovit die ipſo [17], quo matrem occiderat: adeoque lente ac ſecure tulit [18], ut gaudentis etiam ſuſpicionem præberet, tanquam oc-
7 caſione nata ſpoliandarum jure belli opulentiſſimarum provinciarum [19]. Statimque
8 in gymnaſium [20] progreſſus, certantes athletas effuſiſſimo ſtudio ſpectavit. Cœnæ quoque tempore interpellatus tumultuoſioribus [21] literis, hactenus [22] excanduit, ut
9 malum iis qui deſciſſent, minaretur. Denique per octo continuos dies non reſcribere

alia multa præclare & glorioſe faceret, Vologæſum, licet horribilem, formidoloſum hoſtem adduxit ad fœdera facienda pro dignitate populi Romani. Xiphil. p. 712. B. D. Tacit. Ann. xv. 28. De utriuſque virtute idem Ann. xiv. 29. 3. *Sed tum Paullinus Suetonius obtinebat Britannos, ſcientia militiæ, & rumore populi, qui neminem ſine æmulo ſinit, Corbulonis concertator: receptaque Armeniæ decus æquare domitis perduellibus cupiens.*

10. Defungi quid ſit, dixi ſupr. Cæſ. 6. 1. §. 3.

11. Delphici Apollinis *templum poſitum eſt in monte Parnaſſo, in rupe undique impendente: ibi civitatem frequentia hominum facit, qui ad affirmationem majeſtatis undique concurrentes, in eo ſaxo conſedere.* Juſtin. xxiv. 6. 6. Pauſan. Phocid. p. 324. Strab. ix. 288. Oraculi originem accurate deſcribit Diodor. Bibl. xvi. p. 427. 428. Qui Neronem exceperit Apollo, narravit Themiſtius ſupr. 25. 6. §. 33.

12. Cavendum *ſeptuageſimum ac tertium annum*, dum dixit, Neronem decepit Apollo, ambiguo, ut ſemper, reſponſo: ac fortaſſe talis edita ſors fuerat,

Ἑξηκοστὸν ἔτος, τρισκαιδέκατόν τι φυλάττε..

Caſaubonus.

13. Audivit a planetariis, & nativitatum ſtellionibus quibuſdam, Satanæ inſtrumentis, dæmonis ruinas utcunque loco illo ſuſtinentibus. Dudum enim oraculum Delphicum defierat. Cicer. Divin. ii. 57. *Sed, quod caput eſt, cur iſto modo jam oracula Delphis non eduntur, non modo noſtra ætate, ſed jamdiu.* Lucan. v. 128.

Limine terrifico metuens conſiſtere Phœbas,
Abſterrere ducem noſcendi ardore futura
Caſſa fraude parat: quid ſpes, ait, improba veri
Te Romane trahit? muto Parnaſſus hiatu
Conticuit, preſſitque deum.

Silentii cauſam tradit Prudent. Apotheoſ. n. 508.

Ex quo mortalem præſtrinxit Spiritus alvum,
Spiritus ille Dei: Deus & ſe corpore matris
Induit, atque hominem de virginitate creavit;
Delphica damnatis tacuerunt ſortibus antra.

Kipping. Ant. Rom. i. i. §. 26.

14. Singularem i. ſe ſolum concernentem, & præter ſe nulli principum obventuram. Ita *virtute, & diligentia* ſua, *perditorum hominum conjurationem patefacienti* Ciceroni, *ſingularibus verbis*, illum ſolum ſpectantibus, *gratiam egerunt* patres conſcripti. Catil. iv. 3.

15. Piſces eas ſibi relaturos, ut Polycrati anulum retulerant. Cicer. Fin. v. 30. *Polycratem Samium felicem appellant: nihil acciderat ei quod nollet, niſi quod anulum, quo delectabatur, in mare abjecerat. Ergo infelix una moleſtia: felix rurſus, cum is ipſe anulus in præcordiis piſcis inventus eſt.* Hiſtoriam paullo plenius narrat Herod. iii. p. 202. Et ejus meminerunt Valer. Max. vi. 9. 5. ext. & Plin. xxxiii. 1.

16. Neapolin V. ſupr. Aug. 99. 5. §. 9. Cal. 20. 1. §. 2.

17. Die ipſo, anniverſarium intellige, ut infr. 57. 1. ita fatis diſponentibus, ut quo *die* commiſerat matricidium, eo everſionem ſubiret imperii. V. *Beroaldum*, & *Torrentium.*

18. Lente, ac ſecure tulit i. inſuper habuit, ideo perturbatus non eſt: imo ſimulavit ſe contemnere, floccifacere Gallos: ſimul atque de Galba allatum (forte lotus tunc prandebat) evertit menſam. *Προσποιούμενος γὰρ ἐκεῖνος καταφρονεῖν, καὶ παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι τὰ Γαλατῶν: ἅμα τῷ πυθέσθαι τὰ περὶ Γάλβαν (ἔτυχε δὲ λελουμένος καὶ ἀριστῶν) ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν. Plutarch. Galb. p.* 1055. *B.*

19. Spoliandarum provinciarum. Plutarchus. *Οὐ μὴν ἀλλὰ συγκλήτου ψηφισαμένης πολέμιον τὸν Γάλβαν, αὐτός τε παίζειν καὶ θρασύνεσθαι πρὸς τοὺς φίλους βουλόμενος, οὐ φαύλην ἔφη πρόφασιν ἐμπεπτωκέναι λογισμῷ δεομένων χρημάτων αὐτῷ: καὶ τὰ μὲν Γαλατῶν, ὅταν ὑποχείριοι γένωνται. Verum tamen, ubi ſenatus Galbam hoſtem judicavit, jocum captans & ferociens apud amicos, non malam, ait, occaſionem ſibi conſiliis oblatam pecuniæ egenti: Gallorum bona, ubi domiti eſſent, in prædam ſe daturum.*

20. Gymnaſium V. ſupr. 12. 5. §. 32.

21. Tumultuoſioribus i. quarum nuntii *tumultuoſi*, & trepidi eſſe ſolent. *Tumultuarium* pro præpropero, & rapide facto accipi, dixi ſupr. Cal. 59. 2. §. 5. *Tumultum* quoque ipſum deſcripſi ſupr. Cæſ. 38, 1. §. 4. In illo autem quia omnia præpropere

bere cuiquam, non mandare quid, aut præcipere conatus, rem ſilentio obliteravit.

propere adminiſtrari publice, privatimque ſolita, factum ut *tumultuarium* pro ſubitaneo, & ex tempore facto accipiatur. V. & *Bud. in Pandect. p.* 139.

22. HACTENUS i. eatenus. ut in apertas minas eruperit. *Sabellicus.* V. ſupr. 31. 10. §. 26.

CAPUT XLI.

ARG. *Senatum in ultionem ſui adhortatus, gentile nomen ſe reſumpturum profitetur, ex artis inſcitia convicia ſibi objici jactat, Romam redit, in itinere auſpicio ſe recreat, & per organa hydraulica tempus circumducit Nero Claudius Caſar.*

Edictis [1] tandem Vindicis contumelioſis [2] & frequentibus permotus, ſenatum epi- 1
ſtola in ultionem ſui, reique publicæ adhortatus eſt, excuſato languore fauci-
um [3], propter quem non adeſſet. Nihil autem æque doluit, quam ut citharœdum 2
malum [4] ſe increpitum, ac pro Nerone Ænobarbum [5] appellatum. Et nomen qui- 3
dem gentile, quod ſibi per contumeliam exprobraretur, reſumpturum ſe profeſſus
eſt, depoſito adoptivo. Cætera convicia ut falſa, non alio argumento refellebat, 4
quam quod etiam inſcitia tantopere laboratæ [6] perfectæque a ſe artis objiceretur,
ſingulos ſubinde rogitans, *noſſentne quemquam præſtantiorem.* Sed urgentibus aliis ſu- 5
per alios nuntiis, Romam prætrepidus rediit. Leviterque modo in itinere frivolo 6
auſpicio [7] mente recreata, cum annotaſſet [8] inſculptum [9] monumento, militem Gal-
lum ab equite Romano oppreſſum trahi crinibus [10], ad eam ſpeciem [11] exſiluit gau-
dio, cœlumque [12] adoravit. Ac ne tunc quidem aut ſenatu, aut populo coram ap- 7
pellato, quoſdam e primoribus viris domum evocavit: tranſactaque raptim conſulta-
tione [13], reliquam diei partem per organa hydraulica [14] novi & ignoti generis cir-
cum-

EDICTIS, quia Vindex prætor erat Galliæ. *Edicta* vero proprie leges ſunt prætoriæ. Cicer. Verr. I. 42. *Qui plurimum tribuunt edicto, prætoris edictum legem annuam dicunt eſſe. Tu edicto plus complecteris quam lege.* Beroaldus.

2. CONTUMELIOSIS, quia illis illi ſcelera exprobrabantur, & imperio cedere jubebatur.

3. LANGUORE FAUCIUM, quem *anginam* vocant medici. Celſ. IV. 4. *Ut hoc autem morbi genus circa totam cervicem: ſic alterum, æque peſtiferum acutumque, in faucibus eſſe conſuevit. Noſtri anginam vocant.*

4. CITHARŒDUM MALUM eſſe Neronem pro concione dixit Julius Vindex. Philoſtr. Apollon. V. 3. Ἔφη γὰρ Νέρωνα εἶναι πάντα μᾶλλον, ἢ κιθαρῳδόν, καὶ κιθαρῳδὸν μᾶλλον, ἢ βασιλέα. *Inter alia namque dicebat, Neronem magis eſſe omnia, quam citharœdum; citharœdum vero multo magis quam regem. Malus* i. imperitus, ut *malus ſutor* apud Phædr. I. 15. I. *malus poeta* apud Cicer. pro Arch. c. 10.

5. ÆNOBARBORUM ex familia omnino oriundus erat Nero, ſed *adoptione in cognomentum Neronis adſcitus*, ut de illo Tacit. Ann. XI. 11. 4. Ita a *Britannico Domitium ſalutatum* filium, *ut diſcordiæ initium, Agrippina multo queſtu ad maritum deferi* apud eundem XII. 41. 5. V. ſupr. 7. 4. §. 14.

6. LABORATÆ i. cui tantum *laboris*, & operæ impendiſſet. *Ita laboratas veſtes* dicit Virg. Æn. I. 643.

Arte laboratæ veſtes, oſtroque ſuperbe.

Quid *labor*, dixi ſupr. Cæſ. 43. I. §. 2.

7. FRIVOLO AUSPICIO i. omine vano, & quod nullum omnino haberet effectum. Quid *frivolum* V. ſupr. Cal. 39. 3. §. 18.

*8. ANNOTASSET i. animadvertiſſet. Plin. II. 25. *Breviſſimum, quo cernerentur, ſpatium ſeptem dierum annotatum eſt.*

9. INSCULPEBANT etiam, non tantum inſcribebant ſepulcris, ſi quid alicui præclare in vita eſſet geſtum. Hoc ex noſtro colligit *Meurſ. de Fun. c.* 32.

10. MILITEM GALLUM.... Ex hoc Nero cepit felix omen, tanquam ipſe *Romanus* cum *Romanis* ita oppreſſurus eſſet *Gallos* cum Vindice rebellantes: quemadmodum *Gallus* ille ſculptus oppreſſus trahebatur ab equite *Romano.* Beroaldus.

11. SPECIEM i. ſculpturæ figuram. *Beroaldus.*

12. COELUM, quaſi inde accepto auſpicio. Virg. Æn. III. 176.

—— tendoque ſupinas
Ad cœlum cum voce manus.

Beroaldus & Torrentius.

13. TRANSACTA RAPTIM CONSULTATIONE i. feſtinanter illorum ſententiis rogatis.

14. ORGANA HYDRAULICA ſunt inſtrumenta mu-

 ſica,

cumduxit [15]. Oſtendenſque ſingula, de ratione ac difficultate cujuſque differens, jamque ſe etiam prolaturum omnia in theatrum affirmavit, ſi per Vindicem [16] liceat.

ſica, in quibus aquæ vi & impulſu omnis generis voces ſuaviſſima modulatione edebantur. Invenit illa Cteſibius Alexandrinus. Athen. IV. p. 174. B. Τὸ ὄργανον τοῦτο ὕδραυλις, εἴτε τῶν ἐντατῶν αὐτὸ θέλεις, εἴτε τῶν ἐμπνευστῶν, Ἀλεξανδρέως ἐστὶν ἡμεδαποῦ εὕρημα, κουρέως τὴν τέχνην: Κτησίβιος δ᾽ αὐτῷ τοὔνομα. *Muſicum hoc inſtrumentum hydraulis, ſive reponas inter ea, quæ tenduntur fidibus, ſive inter ea, quæ inflantur, inventum eſt noſtratis Alexandrini, tenſoris arte, cui Cteſibius nomen fuit.* Qui quomodo illa fecerit, docet Vitruv. IV. 9. *Ex aqua comparata ſunt horologiorum rationes, primumque a Cteſibio Alexandrino, qui etiam ſpiritus naturales, pneumaticaſque res invenit. Sed uti fuerunt ea exquiſita, dignum ſtudioſis eſt agnoſcere. Cteſibius fuerat Alexandriæ natus patre tenſore: is ingenio, & induſtria magna præter reliquos excellens, dictus eſt artificioſis rebus ſe delectare. Namque cum voluiſſet in taberna ſui patris ſpeculum ita pendere, ut cum educeretur, linea latens pondus deduceret, ita collocavit machinationem. Canalem ligneum ſub tigno fixit, ibique trochleas collocavit, per canalem lineam in angulum deduxit, ibique tubulos ſtruxit, eos pilam plumbeam per lineam demittendam curavit: ita pondus cum decurrendo in anguſtias tubulorum premeret cæli crebritatem, vehementi decurſu per fauces frequentiam cæli compreſſione ſolidatam, extrudens in aerem patentem, offenſione & tactu ſonitus expreſſerat claritatem. Ergo Cteſibius cum animadvertiſſet ex tactu cæli & expreſſionibus, ſpiritus, voceſque naſci, his principiis uſus, hydraulicas machinas primus inſtituit.* Hæc perfecit Archimedes. Unde Tertull. de anima c. 14. *Specta portentoſiſſimam Archimedis munificentiam, organum hydraulicum dico, tot membra, tot partes, tot compagines, tot itinera vocum, tot compendia ſonorum, tot commercia modorum, tot acies tibiarum, & una moles erant omnia.*

15. CIRCUMDUXIT *per organa* I. circa illa detinuit.

16. PER VINDICEM I. per hunc publicæ felicitatis interpellatorem. *Sabellicus.* Simile illud Cæſ. 78. 4.

CAPUT XLII.

ARG. *Galbam, & Hiſpanias etiam deſciviſſe cognoſcit, deque ſe actum pronuntiat, ſed nihil ex conſuetudine luxus omittit, imo in defectionis duces jocularia carmina geſticulatur Nero Claudius Cæſar.*

1 Poſtquam etiam deinde Galbam [1] & Hiſpanias [2] deſciviſſe cognovit, collapſus [3],
2 animoque male fracto, diu ſine voce & prope intermortuus [4] jacuit. Utque re-
3 ſipuit, veſte diſciſſa [5], capite converberato, *actum* [6] *de ſe* pronuntiavit. Conſolan-
tique [7] nutriculæ [8], & aliis quoque jam principibus ſimilia accidiſſe memoranti, *ſe vero*

GALBAM ad defectionem ſolicitavit Vindex, ut dicam Galb. 9. 8.

2. HISPANIAS, quia *Fundis moranti oblata* illi fuit *Hiſpania Tarracenenſis*, noſt. Galb. 8. 2. V. illic Plutarchum. Et illam *per octo annos rexit*, ibid. 9. 1.

3. COLLAPSUS, imo quia forte lotus tunc prandebat, evertit menſam. Plutarch. Galb. p. 1055. B. Ἅμα τῷ πυθέσθαι τὰ περὶ Γάλβαν (ἔτυχε δὲ λελουμένος καὶ ἀριστῶν) ἀνέτρεψε τὴν τράπεζαν. Quam tamen, *etiam cæterorum exercituum defectione nuntiata, ſubvertiſſe* dicit noſt. infr. 47. 1.

4. INTERMORTUUM Latini dicunt eum qui inter *mortem*, vitamque ex dolore procumbit ſimilis exſpiranti. Plin. XXXII. 10. *Vituli marini adeps inſtillatur naribus intermortuarum vulvæ vitio.* Beroaldus.

5. VESTEM DISCINDERE in luctu & dolore ſolebant veteres. Virg. Æn. v. 685.

Tum pius Æneas humeris abſcindere veſtem.

Dionyſ. VII. p. 427. Οἴκαδε ἀφικόμενος γυναῖκά τε ἰδὼν καὶ μητέρα καταρρηγνυμένας τοὺς πέπλους, καὶ τὰ στέρνα τυπτούσας. Marcius Coriolanus *ingreſſus ædes, cum videret uxorem matremque ſciſſis veſtibus plangentes pectora.* Alia exempla hujus ritus congerunt *Kirchm. de Fun.* II. 17. *Tiraq. in Alex.* III. 7. *Lacerd. in Virgilium.*

6. ACTUM eſt, *ilicet, periiſti in ſumma rerum deſperatione ponitur. Hæc res ſecundum jus civile dicitur: in quo cavetur, ne quis rem actam apud judices repetat. Sic ipſe in Phorm.* II. 3. 72. *Actum, ajunt, ne agas.* Donat. in Ter. And. III. 1. 7.

* 7. CONSOLARI alumnos & alumnas in rebus adverſis, & illorum dolorem pro viribus levare ſtudebant nutrices. Ovid. Her. XI. 33.

Prima malum nutrix animo præſenſit anili:
Prima mihi nutrix, Æoli, dixit, amas.
Erubui, gremioque pudor dejecit ocellos.
Hæc ſatis in tacita ſigna fatentis erant.
Jamque tumeſcebant vitiati pondera ventris,
Ægraque furtivum membra gravabat onus.
Quas mihi non herbas, quæ non medicamina nutrix
Attulit, audaci ſuppoſuitque manu?
Ut penitus noſtris (hoc te celavimus unum)
Viſceribus creſcens excuteretur onus....

Nec

Digitized by Google

vero præter cæteros inaudita, & incognita[9] *pati* reſpondit, *qui ſuum imperium vivus amitteret*[10]. Nec eo ſecius quidquam ex conſuetudine luxus atque deſidiæ omiſit vel 4
imminuit. Quinimo, cum proſperi quiddam ex provinciis nuntiatum eſſet, ſuper 5
abundantiſſimam[11] cœnam jocularia[12] in defectionis duces[13] carmina, laſciveque modulata, quæ vulgo innotuerunt, etiam geſticulatus eſt[14]: ac ſpectaculis theatri clam illatus, cuidam ſcenico placenti[15] nuntium miſit, *abuti eum occupationibus ſuis*[16].

Nec tenuì vocem. Quid, ait, tua crimina prodis?
Oraque clamantis conſcia preſſit anus.
Quid faciam infelix? gemitus dolor edere cogit;
Sed timor, & nutrix, & pudor ipſe, vetant.

Apollod. vit. apud Velſer. p. 682. *Nutrix ut audivit, eam mortis remedium quærere, blando eam ſermonis colloquio revocavit.*

8. NUTRICOLÆ, Eglogæ, ſive certe Alexandriæ: utraque enim ejus *nutrix* fuit. *Sabellicus.*

9. INAUDITA ET INCOGNITA. Recte. Nam Galba apud Tacit. Hiſt. I. 16. 4. *Sit ante oculos Nero, quem longa Cæſarum ſerie tumentem, non Vindex cum inermi provincia, aut ego cum una legione, ſed ſua immanitas, ſua luxuria cervicibus publicis depulere: neque erat adhuc damnati principis exemplum.*

10. IMPERIUM VIVUM AMITTERE quam durum ſit, dixi ad Curt. V. 8. 13. §. 30. *Amiſerunt vivi* tamen Tarquinius & Dionyſius Syracuſanus.

11. ABUNDANTISSIMAM I. frequentiſſimo convivio initam. *Sabellicus.*

12. JOCULARIA I. non ſeria, *joco* dicta. Lactant. II. 4. *Nec immerito Dionyſius Siciliæ tyrannus poſt victoriam Græcia potitus, Deos tales contempſit, ſpoliavit, illuſit: ſiquidem ſacrilegia ſua jocularibus etiam dictis proſequebatur.*

13. DEFECTIONIS DUCES, Vindicem in Gallis, Galbam in Hiſpaniis, Virginium Rufum in Germania. Juven. Sat. VIII. 221.

——— quid enim Virginius armis
Debuit ulciſci magis, aut cum Vindice Galba?

14. GESTICULATUS EST more hiſtrionum, qui non ſolum carmina ore depromunt: ſed *geſticulante* vultu, & motu corporis accommodato, proſequuntur. Noſt. Domit. 8. 8. *Beroaldus.* V. & ſupr. 39. 8. §. 34.

15. PLACET *ſcenicus*, cui ſæpius plauditur. Noſt. Galb. 12. 7. Vitell. 11. 4.

16. ABUTI OCCUPATIONIBUS SUIS I. otioſe ſibi placere quia ſine æmulo certaret, quaſi denuntiatum vellet, niſi præſentibus curis eſſet diſtrictus, fuiſſe ſe cum illo certaturum, & præſtantiorem artificem oſtenſurum. *Sabellicus.*

CAPUT XLIII.

ARG. *Multa, & immania, ſed a ſua natura non abhorrentia deſtinat, ſed deſtinata non exſequitur, Gallias, non niſi a conſule debellandas debellaturus conſulatum ſolus init, & ſe inermem in conſpectum exercituum prodituru, fleturum, revocatiſque ad pœnitentiam defectoribus epinicia cantaturum affirmat Nero Claudius Cæſar.*

Initio ſtatim tumultus, multa & immania[1], verum non abhorrentia[2] a ſua natura, 1
creditur deſtinaſſe. Succeſſores, percuſſoreſque ſummittere exercitus, & pro- 2
vincias regentibus quaſi conſpiratis[3], idemque & unum ſentientibus: quidquid ubique exſulum, quidquid in Urbe hominum Gallicanorum[4] eſſet, contrucidare: illos, ne deſciſcentibus[5] aggregarentur: hos, ut conſcios popularium[6] ſuorum, atque fautores: Gallias exercitibus diripiendas permittere: ſenatum univerſum veneno per convivia necare; Urbem incendere feris[7] in populum immiſſis, quo difficilius[8] defenderetur.

1. IMMANIA I. crudelia. V. Curt. IV. I. 11. §. 32.

2. ABHORRENTIA I. diſcrepantia. Illo uti frequentius Curtium, dixi ad illum III. I. 14. §. 75.

3. CONSPIRATIS I. *conſpirantibus*, qui *conſpiraſſent*. Active, ut apud Macrob. Saturn. præf. *Multa in illo artes, multa præcepta ſunt, multarum ætatum exempla, ſed in unum conſpirata.* Phæd. Fab. I. 3. 4.

Hinc conſpiratis factionum partibus.

Quid *conſpirare*, dictum ad Curt. IX. 6. 7. §. 9.

4. GALLICANORUM I. propter initium rebellionis factum a *Gallis* auctore Vindice ſupr. 40. I.

5. DESCISCENTIBUS I. *defectionis ducibus* ſupr. 42. 5.

6. POPULARIS, *ejuſdem conditionis, gentiſque. Salluſtius: popularis ſui ſceleris. Et popularis, populo amatus, & popularis, civis, popularis, humilis, & popularis, vilis, populoque factus: ut ſi quis dicat ſordidum, popularem civem.* Donat. Terent. Phorm. I. I. I.

7. FERIS, quæ ad ludos amphitheatrales, & venationes circenſes in caveis continebantur.

3 ſcenderetur [9]. Sed abſterritus, non tam pœnitentia [10] quam perficiendi deſperatione [11], credenſque expeditionem neceſſariam, conſules [12] ante tempus privavit honore: atque in utriuſque locum ſolus iniit conſulatum [13], quaſi fatale eſſet non poſſe
4 Gallias debellari niſi a conſule [14]. Ac ſuſceptis faſcibus, cum poſt epulas triclinio digrederetur, innixus humeris [15] familiarium, affirmavit, ſimul ac primum provinciam attigiſſet, inermem ſe in conſpectum exercituum proditurum, nec quidquam aliud quam fleturum [16]: revocatiſque ad pœnitentiam defectoribus, ſequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicia [17], quæ jam nunc ſibi componi oporteret.

8. DIFFICILIUS, dum omnes forent occupati circa feras vicatim diſcurſantes. *Beroaldus.*

9. DEFENDERETUR ab incendio.

10. POENITENTIA i. quod deſtinata improbaret.

11. PERFICIENDI DESPERATIONE i. quod deſtinatorum exitum non videret.

12. CONSULES, L. Fontejum Capitonem, & C. Julium Rufum. *Faſti Capitolini.*

13. SOLUS INIIT CONSULATUM. De quo forte Plin. Paneg. 57. 2. *Fuit etiam, qui in principatus ſui fine, conſulatum, quem dederat, ipſe magna ex parte jam geſtum extorqueret & raperet.*

14. NISI A CONSULE, ut *Parthos non niſi a rege* ſupr. Cæſ. 79. 3.

15. INNITI HUMERIS ſuorum ſolebant reges Iſraelis. 2. Reg. 6. 35. *Reſpondebat viro Dei tribunus ille, cuius manu Rex nitebatur.* Syriæ. 2. Reg. 5. 18. *Rex nititur manu mea.* Macedoniæ. Juſtin. XIV. 6. 9. *Olympias, duabus ancillis innixa, obviam procedit.* Et ipſi Imperatores Romani. Spartian. Carac. c. 3. *Innitens Papiniano & Chiloni ad Palatium rediit.* Et hoc loco Nero. Hinc intelligendus Plin. Paneg. 8. 4. *Non ſecus ac præſenti tibi innixus, tuis humeris ſe patriamque ſuſtentans....* Hoc ad ſplendorem & dignitatis *oſtentationem pertinebat.* Barth. in Stat. Theb. IV. 356.

16. FLETURUM, tanquam lacrymis ſolis poſſet revocare ad officium copias militares, & defectionis principes. Verum neſciebat, quod ab Apollonio rhetore apud Cicer. de Inv. Rhet. 1. 56. dictum fuerat, non minus vere, quam pulcre: *lacrymа nihil citius areſcere*, cum flagitiorum immanitas vincat *fletum*, & complorationem. *Beroaldus.*

17. CANTARE EPINICIA i. cantare carmina ob victoriam partam. Ita ἐμβατήρια τῷ Διονύσῳ ᾄδειν dicit Heliod. Æthiopic. V. Et ἐπινίκια θύειν, quod eſt dare epulas ob victoriam a viris partam dicit de mulieribus Ariſtoph. Ἐκκλησιαζ. carmine ultimo:

Δειπνήσομεν εὖ αἶ εὖ αἶ
Εὐαὶ ἐπινίκῃ εὖ αἶ εὖ αἶ.
Cœnemus euge euge
Fauſte victorialia carmina, euge, euge.

Cuper. Obſerv. III. 13. Tale eſt canticum Moſis, Pharaone ſubmerſo, Exod. 15. 1.... 19. Deboræ ac Baraci, devicto Siſera, Jud. 5. Simileque fuit, in quo Goliath cæſo, Iſraeliticæ mulieres Davidem celebrabant, 1. Sam. 18. 6. Gentiles fabulantur, ἐπινίκια originem habere ab Apolline: qui, cum Jupiter armis fugaſſet Saturnum e regno, lauro coronatus, ac purpurea ornatus toga, carmine ad citharam victoriam celebravit Jovis, Deoſque omnes, qui convivio intererant, oblectavit mirum in modum. Eo reſpexit Tibullus II. 5. 7.

Sed nitidus pulcerque veni, nunc indue veſtem
Sepoſitam, longas nunc bene pecte comas.
Qualem te memorant, Saturno rege fugato,
Victori laudes concinuiſſe Jovi.

Voſſ. Inſtit. Orat. III. 7. 12.

CAPUT XLIV.

ARG. *Portandis ſcenicis organis vehicula ad expeditionem deligendi, concubinas tondendi, & armis inſtruendi curam habet, milites legit, ordines cenſus partem conferre, & penſionem annuam fiſco repræſentare inquilinos jubet Nero Claudius Cæſar.*

1 In præparanda expeditione primam curam habuit deligendi vehicula [1] portandis ſcenicis [2] organis, concubinaſque, quas ſecum educeret, tondendi ad virilem modum,

DELIGENDI VEHICULA *portandis* non rebus militaribus, quarum primam curam habere debuiſſet expeditionem parans imperator: ſed ineptus, mollis, delicatus quia erat, curioſus eſt deliciarum, & libidinum, &, quod nefas eſt dictu, organa, & muſica inſtrumenta facta ſunt ſarcinæ militares. Eleganter Senec. N. Q. 1. 17. *Adeoque omnia indiſcreta ſunt perverſiſſimis artibus, ut quidquid mundus muliebris vocabatur, ſarcina viriles ſint: minus dico, etiam militares. Jam ſpeculum ornatus tantum cauſa adhibitum, nulli non vitio neceſſarium factum eſt.* Et Juven. Sat. II. 103.

—— *Speculum civilis ſarcina belli.*

V. etiam *Beroaldum.*

2. SCENICIS i. in *ſcena* uſurpandis.

3. Vi-

dum [3], & ſecuribus peltiſque Amazonicis [4] inſtruendi. Mox tribus urbanas [5] ad ſa- 2
cramentum citavit [6]: ac nullo idoneo [7] reſpondente [8], certum dominis ſervorum nu-
merum indixit: nec niſi ex tota cujuſque familia probatiſſimos, ne diſpenſatoribus
quidem, aut amanuenſibus [9] exceptis, recepit. Partem etiam cenſus omnes ordines 3
conferre juſſit: & inſuper inquilinos privatarum ædium atque inſularum penſionem [10]
annuam repræſentare fiſco. Exegitque [11] ingenti faſtidio & acerbitate nummum [12] 4
aſperum [13], argentum puſtulatum [14], aurum ad obruſſam [15]: ut plerique omnem
colla-

3. Virilem in modum V. ſupr. Aug. 45. 11. §. 40.

4. Amazonicis, ut ad imitationem *Amazonum* concubinæ armatæ viderentur; illæ enim ſecuribus, & peltis (V. ſupr. Cal. 25. 5. §. 28.) armatæ bella inibant. Unde *ſecuris Amazonia* dicitur Horat. Od. IV. 4. 19.

Mos unde deductus per omne
Tempus Amazonia ſecuri
Dextras obarmet, quærere diſtuli:

Et *pelta Amazonidum* Virg. Æn. I. 494.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens.

qui & *Amazonidum* armis peltam addit Æn. XI. 659.

Quales Threiciæ cum flumina Thermodontis
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum Hippolyten, ſeu cum ſe Martia curru
Pentheſilea refert, magnoque ululante tumultu
Feminea exſultant lunatis agmina peltis.

Amazonas deſcribit Curt. VI. 5. 24....

5. Tribus urbanas i. plebem Romanam. Alias quatuor erant *urbanæ*, ruſticæ vero una & triginta. Plin. XVIII. 3. *Ruſticæ tribus laudatiſſimæ erant eorum, qui rura haberent. Urbanæ vero, in quas transferri ignominia eſſet, deſidiæ probro. Itaque quatuor ſolæ erant a partibus Urbis, in quis habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Exquilina.*

6. Ad sacramentum citavit i. militiæ nomina dare juſſit. De *ſacramento* militari egi ad Cæſ. 42. 1. §. 3.

7. Idoneo i. qui Romanæ militiæ legibus honeſte militare poſſet, a qua ſervi in primis arcebantur, hiſtriones quoque, & capite cenſi. *Torrentius.*

8. Respondente i. ſe ſiſtente. V. ſupr. Aug. 38. 3. §. 21.

9. Ne dispensatoribus... licet inter cæteros ſervos dominis maxime eſſent conducibiles & neceſſarii. *Beroaldus* & *Torrentius.* De *diſpenſatoribus* ſupr. Aug. 67. 4. §. 2. & de *amanuenſibus* ſupr. Cæſ. 74. 3. §. 5. me dixiſſe memini.

10. Pensionem, quam *habitationem* dixit in Cæſ. 38. 3. Uſus eſt illa voce Martialis ſupr. Tib. 35. 4. §. 23.

11. Exegit i. vel vi extorſit, vel ut debitum repetiit. Plaut. Bacch. IV. 8. 62.

Hodie exigam aurum hoc. CH.
Exige, ac ſuſpende te.

Noſt. Cæſ. 2. 1. Veſp. 11. 3.

12. Nummum abſolute pro æreo *nummo* dicit noſter. Sic νουμμία recentiores Græci de æreis pecunia fere tantum uſurparunt. Sic ab auro & argento pecuniam diſtinguit, & pecuniam proprie æreum *nummum* vocat Lampr. Alex. Sever. c. 33. *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit.* Ad illum hæc *Salmaſius.*

13. Asperum i. bene percuſſum, recentem, integrum, non veterem, non tritum, atque ipſo uſu levem fugientibus notis, nec forma expreſſa, dicunt etiam Perſ. Sat. III. 70.

——— *quid aſper*
Utile nummus habet?

& Senec. Epiſt. 19. *Movebis mihi controverſiam, ſi te novi, nec voles, quod debeo, niſi in aſpero, & probo accipere.* Illum καινὸν vocat Theophr. Charact. Ethic. c. 22. Καὶ ἀποδοὺς μνᾶν ἀργυρίου, καινὸν ποιῆσαι ἀποδοῦναι. *Qui etiam, ſi minam argenti velit ſolvere, laboret ut reddat in aſpero.* Ita *tritum* dicit Mart. II. 51. 1.

Unus ſæpe tibi tota denarius arca
Cum ſit, & hic culo tritior, Hylle, tuo.

& *vaſa aſpera* dicunt Virg. Æn. V. 267.

Cymbiaque argento perfecta, atque aſpera ſignis.

& Juven. XIV. 62.

Hic leve argentum, vaſa aſpera tergeat alter.

quæ ſignis in *aſperitatem* erant relata. In vetuſto quoque libro legitur *aſperaturam* eſſe κόλλυβος, quod qui pecuniam permutabat, pro trita *aſperam* vellet habere. V. & *Turneb. Adv.* XVIII. 28. *Scalig. de re numm. p.* 41. *Caſaub. in Theophraſtum*, & *Perſium*, *Buleng. de pictur.* I. 20. *Barth. Stat. Achil.* II. 49. * Poſſet etiam dici, nomen hoc eſſe factum, quia nummi ferrati, aculeati, & tanquam ſpinoſi, ac proinde tractu *aſperi* eſſent. *Hotomann. Antiq. Roman.* IV. 1. 1.

14. Pustulatum, ſive *puſulatum*, quod purum putum eſt, ut dicitur Gell. VI. 5. & *puſula*, ac igne excoctum, quodque *puſulas*, & tumores habet, dicit etiam Mart. VII. 85. 7.

——— *nulla venit a me*
Argenti tibi libra puſtulati.

Granulatum ob eandem cauſam vocari docet *Savot. de Num. Ant.* I. 14: II. 11. *Puſula* eſt ignis ſacer. Colum. R. R. VII. 5. *Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſulam vocant paſtores. Ea niſi compeſcitur intra primam pecudem, quæ tali modo correpta eſt, univerſum gregem contagione proſternit.* Unde *puſuloſæ*

avis

collationem palam recuſarent, conſenſu flagitantes a delatoribus potius revocanda & præmia quæcunque cepiſſent.

ovis eidem ibidem. *Scrobem defodiamus in limine ſtabuli, & vivam pecudem, qua fuerit puſuloſa, reſupinam obruamus, patiamurque ſuper obrutam mejere totum gregem, quod eo facto morbus propulſetur.* V. Torrentium, *Turneb. Adv.* XXIV. 2. *Cujac.Cod.* XI. II. 3. *Obſ.* VII. 39. *Bud. in Pandect. p.* 174. *Voſſ. Lex. in pus.*

15. AURUM AD OBRUSSAM n. exactum. *Obruſſam* Latini dixere auri experimentum, quod igne ſumitur, ex Græco ὀβρύζῳ. Gloſſæ: *obruſſa*, τὸ δοκιμάζειν τὸ χρυσίον, ὅταν παρατρίβηται: imo ὅταν καίηται. Cicer. Brut. c. 74. *Quo magis expurgandus eſt ſermo, & adhibenda, tanquam obruſſa, ratio.* Senec. Epiſt. 13. *Sic verus ille animus, & in alienum non venturus arbitrium, probatur: hac ejus obruſſa eſt.* V. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 760. *b. D. Turneb. Adv.* XXVII. 18. *Sciopp. Infam. Famiani p.* 41. *Lipſ. Sten. c.* 3. §. 68. 69. 70. & *Torrent. ad hun locum.*

16. A DELATORIBUS REVOCANDA I. *delatoribus* adimenda, tanquam abunde ſuffectura expeditioni, quam parabat Nero. Et hoc dicitur in Neronis invidiam, utpote qui *delatores* multos, omnium ordinum damnatis civibus, eorumque fortunis confiſcatis, ditaverat.

CAPUT XLV.

ARG. *In publica fame Alexandrina navi luctatoribus aulicis pulverem advehi curat, odium in ſe concitat, & omne genus contumeliarum ſubit Nero Claudius Cæſar.*

1.2 Ex annonæ quoque caritate lucrantium accrevit invidia [1]. Nam & forte accidit, ut in publica fame Alexandrina navis nuntiaretur pulverem [2] luctatoribus [3] au-
3 licis advexiſſe. Quare omnium in ſe odio concitato [4], nihil contumeliarum defuit quin
4 ſubiret. Statuæ [5] ejus a vertice currus [6] appoſitus eſt cum inſcriptione Græca, *Nunc*

demum

EX ANNONÆ CARITATE.... Quorum hunc eſſe ſenſum dicit *Caſaubonus*. Cum omnium jam animus a Nerone eſſet alienatus, extremum malorum acceſſiſſe cumulum, caſum qui hic narratur. *Annona* erat ingens Romæ inopia, avideque naves Alexandrinæ ab omnibus exſpectabantur, graſſantibus interea dardanariis, qui publicam calamitatem in occaſionem quæſtus vertere ſoliti. Ita ſuſpenſis omnium animis, nuntiatur navis Alexandrina pulverem luctatoribus aulicis advexiſſe. Tum vero fremere omnes, & in Neronem invidiam vertere, quam ante juſte conceperant adverſus *lucrantes ex annona caritate.*

2. PULVEREM, cum frumentum ſubvehere ſoleret. V. ſupr. Aug. 98. 3. De *pulvere* Alexandrino Plin. XXXV. 13. *Non multum a pulvere Puteolano diſtat arena e Nilo, tenuiſſima ſui parte, non ad ſuſtinenda maria, fluctuſque frangendos, ſed ad debellanda corpora palæſtræ ſtudiis. Inde certe Patrobio, Neronis principis liberto, advehebatur.*

3. LUCTATORES erant, qui bini nudi, oleo uncti, & pulvere aſperſi ſeſe brachiis complicantes, invicemque certantes, alter alterum dejicere humi contendebant, ut illos deſcribit, & figuris exprimit Mercur. Gymnaſt. II. 8. Hi pulvere aſperſi certabant. Lucian. περὶ γυμνασ. p. 272. τῶν γυμνασμάτων δὲ τούτων, τὸ μὲν ἐν τῷ πηλῷ ἐκείνῳ, πάλη καλεῖται. Οἱ δ' ἐν τῇ κόνει, παλαίουσι καὶ αὐτοί. *Ceterum horum exercitiorum aliud quod illo in luto fit, lucta vocatur. Illi vero in pulvere quoque luctantur.* Rationem addit idem ibid. p. 289. Ὁ πηλὸς δὲ καὶ ἡ κόνις, ἅπερ σοι γελοιότατα ἐξ ἀρχῆς ἔδοξεν, ἄκουσον ὦ θαυμάσιε, ὅτου ἕνεκα ὑποβέβληνται. Πρῶτον μὲν, ὡς μὴ ἐπὶ τὸ κραταιὸν ἡ πτῶσις αὐτοῖς γίγνοιτο, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μαλακὸν ἀσφαλῶς πίπτοιεν. Ἔπειτα, καὶ τὸν ὄλισθον ἀνάγκη πλείω γίγνεσθαι, ἱδρούντων ἐν τῷ πηλῷ, ὃ σὺ ταῖς ἐγχέλυσιν εἴκαζες. Οὐκ ἀχρεῖον, οὐδὲ γελοῖον ὂν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐς ἰσχὺν, καὶ τόνον οὐκ ὀλίγα συντελεῖ, ὁπόταν οὕτως ἐχόντων, ἀλλήλων ἀναγκάζωνται ἐγκρατῶς ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ συνέχειν διολισθάνοντας. Αἴρεσθαί τε ἐν πηλῷ ἱδρωκότα μετ' ἐλαίου ἐκπεσεῖν, καὶ διαρρυῆναι τῶν χειρῶν σπουδάζοντα μὴ μικρὸν εἶναι νόμιζε. *Ceterum lutum & pulvis, quæ initio tibi perquam ridicula viſa ſunt, audi o præclare, quorſum luctantibus ſubſternantur. Primum ne in duro loco labantur, ſed in molli tuto cadant. Deinde ſudantes ſæpius in luto lubrico lapſu cadere coguntur, quod tu anguillis comparabas. Neque id inutile eſt, & ridiculum: ſed ad robur & firmitatem non parum confert, quando ad hunc modum luctantes, alii alios fortiter apprehendere coguntur, & elabentes retinere. Nam rapere ſublimem in luto ſudantem, cumque oleo excidere, & e manibus effluere conantem, ne parvi momenti eſſe putes.*

4. ODIO CONCITATO. V. ſupr. Claud. 18. 4.

5. In STATUIS odii, & averſi affectus documenta ediderunt, qui contemptum, indignationem, probra, dolorem, & offenſam ſuam in ipſos homines, quorum eſſent *ſtatuæ*, vel non commode poſſent, vel non auderent. Sic flagris cæſas accepimus. Hoc narrat de Pammene citharœdo a Nerone victo Xiphil. LXIII. p. 719. C. Κατέλυσε Παμμένην ὅτι Ἀντιόχου: καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, καὶ τοὺς Παμ-

μένου

demum agona eſſe [7], &, *Traheret* [8] *tandem*. Alterius collo & aſcopera [9] deligata ; ſi- 5
mulque titulus, *Ego quid potui* [10] *? ſed tu culeum* [11] *meruiſti*. Adſcriptum & colu- 6
mnis, *Etiam gallos eum cantando excitaſſe* [12]. Jam noctibus jurgia cum ſervis plerique 7
ſimulantes, crebro vindicem [13] poſcebant.

μόνον ἐκεῖνον ἐπὶ τοῦ Γαΐου ἀκμάσαντα κατηνάγκασε, καί τοι γέροντα ὄντα, ἀγωνίσασθαι, ἵνα αὐτοῦ τοὺς ἀνδριάντας κρατήσας αἰκίσηται. Et pro Antiocho Pammenem ſuperavit: nam Pammenem illum, qui Caji temporibus floruerat, licet jam ſenectute confectum, certare coegit, ut victor ſtatuas ejus contumelioſe verberaret. V. *Figrell. de ſtat. c.* 36.

6. CURRUS 1. ſimulacrum parvum eorum *currium*, quibus inſiſtebant aurigantes in circo : ac videtur non alius *currus* appenſus fuiſſe, quam quibus ludebant in abaco ad ſimilitudinem circenſium. Adeoque infamabatur ejus impotens aurigandi ſtudium. V. *Caſaubonum*, *Figrellium*, *Argol. in Onuphr. de Lud. circenſ. p.* 24. Et, ſi varia te juvant, *Turneb. Adv.* XXIV. 6: XXV. II: XXVII. 18. *Fab. Agon.* II. 8. *Voſſ. in Catull. p.* 224.

7. NUNC DEMUM AGONA ESSE 1. ſi potuiſti antea in circo currum agere, nunc verum eſſe certamen, nunc demum currum imperii bene eſſe regendum. Acroteleutium fuit ſenarii tragici,

Νῦν γὰρ ἔστ' ἀγών.

ut apud Ariſtophanem in Pace.

Ἄνδρες τί ποιούμεσθα: νῦν ἀγὼν μέγας.

Apparet proverbiale dictum eſſe, quoties ad certamen aliquod ſe compararent. V. *Caſaubonum*.

8. TRAHERE etiam eſt aurigandi vocabulum, & eſt idem quod agere, vel agitare. Significat itidem ejus aurigandi ſtudium. V. *Torrentium*, & *Figrellium*. Vel monet illum, ut adduceret habenas, & contineret furentes ſuos equos 1. tumultuantes & ſeditioſos milites.

9. ASCOPERA eſt ſacculus pelliceus. Compoſitum nomen Græce eſt ex ἀσκὸς & πήρα, utre & ſacco. Suidas: Ἀσκοπήρα τὸ μαρσύπιον, ἤτοι σακκοπάδιον. Fuit culei ſymbolum, quoniam matricida. V. *Polit. Miſc. c.* 20. *Voſſ. Lex. Figrellium l. l.*, *Beroaldum*. Et, ſi hæc tanti tibi ſunt, l. l. *Turnebum*.

10. EGO QUID POTUI ?... populi vox eſt compellantis Neronem : aut Agrippinæ matris. *Caſaubonus*. *Introducitur per proſopopœiam loquens ipſe uter appenſus collo ſtatuæ Imperatoris Neronis, & dicens, ſe quidem nihil deliquiſſe : ſed quia Nero parricidii pœnas promeritus ſit, ſe etiam ipſius cauſa in mare abjici, ac ſubmergi debere : quamvis innocentem. Ita hic locus eſt accipiendus. *Rittersh. in Leg.* XII. *tab. c.* 11.

11. CULEUM V. ſupr. Aug. c. 33. 2. §. 5.

12. GALLOS CANTANDO EXCITASSE ad defectionem, quia principem cantorem ferre non poterant, & dedignabantur ſervire principi cantori, citharœdo, quadrigario. V. ſupr. 40. 1. §. 3. Alludit vero ad *gallos* gallinaceos, q. d. illos Neronem *cantando excitaſſe*, cum illi potius ſoleant *cantu* ad opera mortales *excitare*. Beroaldus.

13. VINDICEM, καρπιστὴν petebant ſervi, ut ſimul alluſionem facerent ad Julium *Vindicem*, qui conſpiraverat in Neronem pro libertate publica. *Caſaubonus*.

CAPUT XLVI.

ARG. *Somniorum, auſpiciorum, ominum portentis terretur Nero Claudius Cæſar.*

Terrebatur ad hæc evidentibus portentis ſomniorum, & auſpiciorum, & ominum, 1
tum veteribus, tum novis. Nunquam antea ſomniare ſolitus [1], occiſa demum 2
matre, vidit per quietem navem ſibi regenti extortum gubernaculum [2], trahique ſe ab Octavia uxore in arctiſſimas tenebras. Et modo pennatarum formicarum multitudine oppleri : modo a ſimulacris gentium [3] ad Pompeji theatrum dedicatarum [4] circuiri,

NUNQUAM ANTEA SOMNIARE SOLITUM *Neronem* dicit etiam Tertull. de anima c. 44. *Sed & Neronem Suetonius, & Thraſymedem Theopompus, negant unquam ſomniaſſe : niſi vix Neronem in ultimo exitu poſt pavores ſuos.* c. 49. *Si enim & Ariſtoteles heroem quendam Sardiniæ notat incubatores fani ſui viſionibus privantem, erit & hoc in dæmonum libidinibus tam auferre ſomnia quam inferre, ut Neronis quoque ſeri ſomniatoris, & Thraſymedis inſigne inde proceſſerit.*

2. GUBERNACULUM moderatur navigii rector: & clavum tenens quamvis in puppi ſedeat quietus, majora tamen, & meliora facit quam juvenes faciunt. Nero tanquam *gubernator* regebat navem: ſed cum ſomniaſſet, *gubernaculum* ſibi per vim extortum eſſe, atque detractum, ſignificabatur, quod Romani imperii, quod tanquam *gubernator* diu rexerat, *gubernacula* ſibi per vim extorquerentur. *Beroaldus*.

3. GENTIUM, & non ſingularum tantum perſonarum ſtatuas & imagines factas eſſe legimus : ut populi Romani apud Rhodios, & alibi. *Gentium ſimulacra* in funebri pompa principum defunctorum producebantur. Dio de exſequiis Auguſti LVI. p. 592.

3 circuiri, arcerique progreſſu. Aſturconem [5], quo maxime lætabatur, poſteriore
corporis parte in ſimiæ ſpeciem [6] transfiguratum, ac tantum capite integro hinnitus
4 edere canoros [7]. De Mauſoleo [8] ſponte foribus patefactis [9] exaudita vox [10] eſt, no-
5 mine eum cientis [11]. Kalendis Januariis [12] exornati [13] Lares [14] in ipſo ſacrificii appa-
6 ratu conciderunt. Auſpicanti [15] Sporus anulum [16] muneri obtulit, cujus gemmæ ſcul-
7 ptura erat, *Proſerpinæ raptus* [17]. Votorum nuncupatione [18] magna jam ordinum fre-
8 quentia vix repertæ Capitolii claves [19]. Cum ex oratione ejus, qua in Vindicem pero-
rabat,

p. 592. A. Τά τε ἔθνη, καθ' ὅσα προεστήσατο, ἐπιχωρίως σφίσιν ὡς ἕκαστα ἀπεικασμένα ἐπέμφθη. *Omneſque nationes, quas ſubegiſſet, cum ſuo ipſarum cultu effictæ cernebantur.* Pertinacis LXXIV. p. 841. C. Παρῆλθον καὶ μετὰ τοῦτο τὰ ἔθνη πάντα τὰ ὑπήκοα ἐν εἰκόσι χαλκαῖς, ἐπιχωρίως σφίσιν ἐσταλμένα. *Deinde tranſierunt nationes omnes ſubjectæ imperio Romano in ſtatuis æneis, ſic ornatis, ut eſt cujuſque gentis patria conſuetudo.* Caſaubonus & Figrell. de ſtat. c. 2.

4. AD POMPEJI THEATRUM DEDICATARUM i. quæ erant inter ornamenta *theatri Pompejani.* Plin. XXXVI. 5. *Idem Varro & a Coponio quatuordecim nationes, quæ ſunt circa Pompeji, factas auctor eſt.* Martinus Polonus in Chronico. *Erat Romæ conſecratio omnium ſtatuarum, quæ ſtatuæ ſcripta nomina gentis in pectore, cujus imaginem tenebant, gerebant.* Pompeji exemplum fuerat & Auguſtus imitatus, ſi quidem ex fide ſcribit hæc Servius Æn. VIII. 722. *Porticum Auguſtus fecerat, in qua ſimulacra omnium gentium collocaverat, quæ porticus appellatur Ad nationes.* Caſaubonus. *Theatrum* V. ſupr. Aug. 31. 10. §. 45.

5. ASTURCO equus eſt natus in *Aſturia* Hiſpaniæ parte. Plin. VIII. 42. *In eadem Hiſpania Gallaica gens, & Aſturica equini generis, quos thieldones vocamus, minori forma appellatos aſturcones gignunt: quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equis tolutim carpere incurſus traditur arte.* Mart. XIV. 176.

Hic brevis ad numerum rapidos qui colligit ungues,
Venit ab auriferis gentibus Aſtur equus.

6. IN SIMIÆ SPECIEM *transfiguratus Aſturco* oſtento fuit, quod illa equi ferocitas in *ſimiæ* ludibrium eſſet abitura. *Pier. Herogl.* IV. 9.

7. HINNITUS CANORI ſonantiorem portenderunt interitum, ut illos exponit *Bercaldus.*

8. MAUSOLEUM V. ſupr. Aug. 101. 9. §. 42.

9. PATEFACTIS *foribus* tum Mauſolei, tum cubiculi. Xiphil. LXIII. p. 726. C. Οὐδὲ ἔμελεν αὐτῷ ὅτι αἱ θύραι ἀμφότεραι, αἵ τε τοῦ μνημείου τοῦ Αὐγουστείου, καὶ αἱ τοῦ κοιτῶνος τοῦ ἐκείνου, αὐτόματαί ἐν τῇ αὐτῇ νυκτὶ ἀνεῴχθησαν. *Nec curabat, quod ambæ fores, & Auguſtalis monumenti, & cubiculi ipſius eadem nocte ſua ſponte apertæ fuerant.* Id vero pro ſiniſtro omine fuiſſe habitum, dixi ſupr. Cæſ. 81. 8. §. 35.

10. VOCES ex occulto ſi audirentur, in religionem duxerunt veteres. Cicer. de Divin. I. 44. *Initio belli Marſici ex occulto auditas eſſe voces, quæ pericula belli nuntiarent.* c. 45. *Sæpe & in præliis Fauni auditi: & in rebus turbidis veridicæ voces ex occulto miſſæ eſſe dicuntur: cujus generis duo ſunt ex multis exempla, ſed maxima. Nam non multo ante Urbem captam exaudita vox eſt a luco Veſtæ, qui a Palatii radice in novam viam devexus eſt: ut muri & portæ reficerentur, futurum eſſe, ni proviſum eſſet, ut Roma caperetur.* Plura exempla invenies apud *Buleng. de prodig. c.* 19.

11. CIENTIS i. vocantis, ut de Sichæo Didonem appellante Virg. Æn. IV. 460.

Hinc exaudiri voces & verba vocantis
Viſa viri.

Et Ovid. Heroid. VII. 101.

Hinc ego me ſenſi noto quater ore citari:
Ipſe ſono tenui dixit, Eliſa, veni.

12. KALENDIS JANUARIIS votorum nuncupationem factam eſſe dixi ſupr. Tib. 54. 2. §. 7.

13. EXORNATI i. coronati, ut monui ſupr. Aug. 31. 6. §. 34.

14. LARES V. ſupr. Aug. 31. 6. §. 33.

15. AUSPICARI quid ſit V. ſupr. Ner. 7. 8. §. 28.

*16. ANULUM in commercio ſtrenarum fuiſſe ex hoc loco colligit *Lipen Stren. c.* 3. §. 79.

17. PROSERPINÆ RAPTUM deſcribit Hygin. fab. 146. *Pluton petit ab Jove Proſerpinam filiam ejus & Cereris in conjugium daret. Jovis negavit Cererem paſſuram, ut filia ſua in tartaro tenebricoſo ſit; ſed jubet eum rapere eam flores legentem in monte Ætna, qui eſt in Sicilia. In quo Proſerpina dum flores cum Venere, & Diana, & Minerva legit, Pluton quadrigis venit, & eam rapuit. Raptus* hic præſagium fuit Neroni, eſſe illum ita ab orco *rapiendum* ut *Proſerpina rapta* fuerat.

*18. VOTORUM NUNCUPATIONE i. cum Nero vellet ex ritu ire in Capitolium ad *vota nuncupanda*, habuit hoc dirum præſagium, quod claves vix repertæ ſunt: tanquam dii recuſarent *votorum nuncupationem* fieri a Nerone, qui illa non eſſet ſoluturus. *Vota nuncupare* eſt divis *vota* polliceri & deſtinare vel pro felici rerum eventu, vel pro alicujus ſalute & incolumitate. Unde dicebantur *nuncupata vota.* Feſtus V. illum ſupr. Aug. 97. 3. §. 10. Cicer. Verr. V. 13. *Cum paludatus exiiſſet, votaque pro imperio ſuo, communique populi Romani nuncupaſſet.* Noſt. A. 97. 2. V. etiam *Stuck. de Sacrif. p.* 127. *Nuncupare* eſt non ſcripto, ſed verbo cavere, vel dicere, quod Græce ἐπαγγέλλειν dicitur. Cicer. de Offic. III. 16. *Nam, cum ex* XII. *tab. ſatis eſſet, quæ eſſent lingua nuncupata.* Ritterſh. in Leg. XII. tab. Claſſ. 3. p. 2. c. 26. Bud. in Pandect. p. 62. A.

Ita

rabat, recitaretur in ſenatu, *daturos pœnas ſceleratos, ac brevi dignum exitum facturos* [20], conclamatum eſt ab univerſis, *Tu facies Auguſte* [21]. Obſervatum etiam fuerat noviſſimam fabulam cantaſſe eum publice *Oedipodem* [22] *exſulem*, atque in hoc decidiſſe verſu [23], 9

Θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ [24].

Ita dicimur *nuncupare* hæredem. Noſt. Cal. 38. 7. Claud. 4. 13: 6. 6.

19. Capitolii claves ſi in votorum nuncupatione non *reperirentur*, pro ſiniſtro habebatur omine, ut docet *Sagitt. de jan. vet. c.* 35. §. 20. Unde *pæne revulſas* Capitolii *fores* dicit noſt. ſupr. Cal. 6. 1.

20. Exitum facere eſt habere illum. Senec. Epiſt. 115. *Exſpectarent, viderentque, quem admirator auri exitum faceret.* Petron. c. 2. *Pictura quoque non alium exitum fecit.* V. *Caſaubonum.*

21. Tu facies Auguste, diaſyrtica acclamatio eſt; nam cum viderentur dicere, hoc *Auguſte tu facies*, ſcilicet, quod ſcelerati dabunt pœnas: intelligi volebant quid Nero *faceret*, ſcilicet *exitum* dignum ſuis ſceleribus. Et ita relatio facta eſt ad illud verbum *facturos exitum* ex oratione Neroniana recitatum. *Beroaldus.*

22. Oedipodem V. ſupr. 21. 7. §. 26.

23. Decidisse versu. Aliter Xiphilinus, ſi modo Dionem non corruperit LXIII. p. 727. C. *Νέρων μὲν δὴ τοιαῦτα ἐτραγῴδει, καὶ τὸ ἔπος ἐκεῖνο συνεχῶς ἐνενόει. Quumque Nero has tragœdias ageret, crebro illum verſum memoria repetebat.*

24. Θανεῖν.... *i. mori me juſſit uxor, mater, pater.* Hanc ſententiam dicebat de ſeipſo Oedipus, tanquam mori juberetur propter uxorem, quæ erat mater Jocaſta, & propter patrem Lajum, quem interemerat. Idem verſus Neroni commodiſſime aptari poteſt, qui mori jubetur propter uxorem Octaviam, matrem Agrippinam, patrem Claudium, quos omnes interemerat. *Beroaldus.*

CAPUT XLVII.

ARG. *Cæterorum exercituum defectionem ægre fert, tribunis, centurionibuſque prætorii fuga ſocietatem detrectantibus varia agitat, & percuſſorem, cujus manu periret, requirit, ſed non reperit Nero Claudius Cæſar.*

Nuntiata interim etiam cæterorum exercituum defectione, literas prandenti ſibi redditas concerpſit, menſam ſubvertit, duos ſcyphos [1] gratiſſimi uſus, quos Homericos [2] a cælatura [3] carminum Homeri vocabat, ſolo illiſit [4] ac ſumpto a Locuſta 1

* Scyphos hos *calices* vocat, & cryſtallinos fuiſſe dicit hanc narrans hiſtoriam Plin. XXXVII. 2. *Nero amiſſarum rerum nuntio accepto, duos calices cryſtallinos in ſuprema ira fregit illiſos.* Nec magna fuit inter utriuſque poculi formam differentia, & materia communis. Illis videntur primitus uſi paſtores, ſubulci, ruſtici. Ita enim Aſclepiades apud Athen. XI. p. 498. F. *Τῷ σκύφει τῶν μὲν ἐν ἄστει καὶ μετρίων οὐδεὶς ἐχρῆτο, συβῶται δὲ καὶ νομεῖς, καὶ οἱ ἐν ἀγρῷ. Scypho ne uſi quidem fuerunt mediocris fortunæ cives, ſed paſtores, ſubulci, ruſtici.* Et apud eundem Alcman. p. 499. A. *Μέγαν σκύφον, οἷον ποιμένες ἄνδρες ἔχωντι. Magnum ſcyphum, qualis eſt paſtoribus viris.* Eo facere videtur locus hic Tibull. I. II. 8.

Faginus adſtabat cum ſcyphus ante dapes.

2. Homerus Neſtoris calicem deſcribit Iliad. XI. 631.

Πὰρ δὲ δέπας περικαλλὲς, ὃ οἴκοθεν ἦγ' ὁ γεραιὸς,
Χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον, οὔατα δ' αὐτοῦ
Τέσσαρ' ἔσαν, δοιαὶ δὲ πελειάδες ἀμφὶς ἕκαστον
Χρύσειαι νεμέθοντο, δύω δ' ὑπὸ πυθμένες ἦσαν,
Ἄλλος μὲν μογέων ἀποκινήσασκε τραπέζης
Πλεῖον ἐόν: Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν.
Juxta etiam poculum perpulcrum, quod domo tulerat ſenex,
Aureis clavis transfixum, anſæ autem ipſius
Quatuor erant, ac binæ columbæ circum quamlibet
Aureæ paſcebantur, duoque infra pedes erant.
Alius quidem laborans ſummoviſſet a menſa
Plenum exiſtens: Neſtor autem ſenex ſine labore tollebat.

* 3. Cælare varia antiqui operis in heroum poculis ſolebant veteres. Herculis ſcyphus apud Stat. Theb. VI. 535.

Centauros habet arte truces, aurumque figuris
Terribile, hic mixta Lapitharum cæde rotantur
Saxa, faces, aliique iterum crateres, ubique
Ingentes morientum ira, tenet ipſe furentem
Hylæum, & torta molitur robora barba.

Danai pateram, ejuſque figuras fuſius exhibet idem Theb. I. 543... & Neſtoris calicem Homer. ſupr. §. 2.

* 4. Solo illisit quare hos ſcyphos? Plinius

2 cuſta veneno, & in auream pyxidem condito, tranſiit in hortos Servilianos [5]. Ubi præmiſſis libertorum fidiſſimis Oſtiam [6], ad claſſem præparandam, tribunos centurioneſque prætorii [7] de fugæ ſocietate tentavit [8]. Sed partim tergiverſantibus [9], partim aperte detrectantibus, uno vero etiam proclamante,

Uſque adeone mori miſerum eſt [10] *?*

varia agitavit: Parthoſne an Galbam ſupplex peteret, an atratus [11] prodiret in publicum, proque Roſtris [12] quanta poſſet maxima miſeratione veniam præteritorum pre-
3 caretur: ac ni flexiſſet animos, vel Ægypti [13] præfecturam concedi ſibi oraret. In-
4 ventus eſt poſtea in ſcrinio [14] ejus hac de re ſermo formatus [15]. Sed deterritum pu-
5 tant, ne prius, quam in forum perveniret, diſcerperetur. Sic cogitatione in poſterum diem dilata, ad mediam fere noctem excitatus, ut comperit ſtationem [16] mi-
6 litum receſſiſſe [17], proſiluit e lecto, miſitque circum amicos. Et quia nihil a quoquam renuntiabatur, ipſe cum paucis hoſpitia ſingulorum adiit. Verum clauſis omnium foribus, reſpondente nullo, in cubiculum rediit: unde jam & cuſtodes dif-
7 fugerant, direptis etiam ſtragulis, amota & pyxide veneni. Ac ſtatim Spicillum mirmillonem [18], vel quemlibet alium percuſſorem [19] cujus manu periret, requiſivit.

Et

dat rationem XXXVII. 2. *Hæc fuit ratio ſeculum ſuum punientis, ne quis alius ex his biberet.*

5. Servilianos, dictos, quia erant *Serviliorum.* In illis videtur ſæpius commoratus Nero. Tacit. Ann. XV. 55. 1. *Igitur cœpta luce Milichus in hortos Servilianos pergit: & cum foribus arceretur, magna & atrocia afferre dictitans, deductuſque ab janitoribus ad libertum Neronis Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem...* * Hos non longe a ponte nunc Sixto in minore campo ad ripam Tiberis fuiſſe putat *Donat. de Urb. Rom.* III. 23.

6. Ostiam V. ſupr. Tib. 10. 5. §. 18.

7. Prætorii i. militum prætorianorum. V. ſupr. 9. 5. §. 11.

8. De fugæ societate tentavit i. expertus eſt, an vellent ſecum fugere.

9. Tergiversantibus i. cunctantibus, non ſtatim, quid propoſuiſſent, edentibus. Cicer. Tuſc. Quæſt. VIII. 18. *Quid tergiverſamur Epicure, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem ſoles dicere.* Non. I. 197. *eſt fallere, & dicta mutare.* Proprie eſt eorum, qui *terga vertentes* adhuc pugnant, & in ipſa fuga victoribus reſiſtunt, nec ſeſe victos fateri volunt.

10. Usque adeone.... hemiſtichion eſt Virgilianum, quod dicit Turnus ad ſororem Juturnam, ubi oſtendit potius moriendum eſſe quam fugiendum. Verſus eſt Æn. XII. 646.

Uſque adeone mori miſerum eſt? vos o mihi manes
Eſte boni, quoniam ſuperis averſa voluntas.

Beroaldus.

11. Atratus i. *atris*, ſive nigris veſtibus indutus. Qui color funebris eſt, convenitque lugentibus, & ad miſericordiam movendam eſt accommodatus. Cicer. in Vatin. c. 12. *Quis unquam cœnarit atratus?* Beroaldus.

12. Rostra deſcripſi ſupr. Cæſ. 6. 1. §. 6.

13. In Ægyptum fugam meditatum fuiſſe Neronem dicit Plutarch. Galb. p. 1053. E. Νυμφίδιος Σαβῖνος ὢν ἔπαρχος τῆς αὐλῆς, ἐπεὶ τὰ Νέρωνος ἀπέγνωστο παντάπασι, καὶ δῆλος ἦν ἀποδρασόμενος εἰς Αἴγυπτον, ἔπεισε τὸ στρατιωτικὸν ὡς μηκέτι παρόντος, ἀλλ' ἤδη πεφευγότος, αὐτοκράτορα Γάλβαν ἀναγορεῦσαι. *Nymphidius Sabinus præfectus prætorio, ubi res ſimul deploratæ Neronis fuerunt, & oſtendit ille fugam meditari ſe in Ægyptum, induxit milites, quaſi non ultra adeſſet, ſed cepiſſet jam fugam, ut imperatorem Galbam appellarent.*

14. Scrinium locus eſt, in quo ſervantur epiſtolæ. Plin. VII. 25. *Captis apud Pharſaliam Pompeji Magni ſcriniis epiſtolarum.* Noſt. Gramm. 9. 7.

* 15. Formatus i. ſcriptus, ſed cui ultimam manum non impoſuerat. Ita *formatum libellum* dicit Plin. Epiſt. VII. 12. *Formatum* enim dicimus quod ſuam quidem *formam* habet, ſed ad perfectionem aut maturitatem nondum adductum eſt. Ovid. Faſt. I. 153.

Et modo formatis amicitur vitibus arbos.

* 16. Stationem i. cohortem, quæ ante fores palatii excubabat, ut dixi ſupr. Cæſ. 32. 1. §. 4.

17. Recesserit quomodo miles, docet Tacit. Hiſt. I. 5. 1. *Miles urbanus longo Cæſarum ſacramento imbutus, & ad deſtituendum Neronem arte magis & impulſu, quam ſuo ingenio traductus.*

18. Mirmillonem V. ſupr. Cal. 32. 6. §. 18.

19. Percussorem in extrema deſperatione quæſiverunt veteres. Saulus armigerum. 1 Sam. 31. 4. *Quapropter dixit Schaul armigero ſuo, ſtringe gladium tuum, & transfode me.* Brutus Stratonem Ægeatem familiarem ſuum. Plutarch. Brut. p. 1009. A. Οἱ δέ φασιν οὐκ αὐτὸν ἀλλὰ τὸν Στράτωνα, πολλὰ πάνυ τοῦ Βρούτου δεηθέντος, ἀποστρέψαντα τὴν ὄψιν, ὑποσχεῖν τὸ ξίφος· ἐκεῖνον δὲ ῥύμῃ προσβαλόντα τὸ στέρνον, καὶ διώσαντα,

Et nemine reperto [10], *Ergo ego*, inquit, *nec amicum habeo, nec inimicum* [11], procurritque quaſi præcipitaturus ſe in Tiberim.

τοπτα, νοτίσαι ἀποθανεῖν. *Alii non ipſum autumant, ſed Stratonem, enixe precante Bruto, averſis oculis ſubjeciſſe gladium, atque illum cum impetu impreſſiſſe pectori: quo trajecto fuiſſe eum e veſtigio exanimatum.* Paterc. ſupr. Aug. 13. 2. §. 8.

20. NEMINEM REPERISSE, *cujus manu periret*, Neronem, dicit etiam Aurel. Vict. de Cæſ. c. 5. n. 16. *Semet ictu tranſegit: cum implorans percuſſorem, din ne ad mortem quidem meruiſſet cujuſquam officium.*

21. NEC AMICUM HABEO, nec INIMICUM. Quibus illum adjeciſſe dixit Aurel. Vict. Epit. c. 5. n. 7. *Dedecoroſe vixi, turpius peream.* Chilo Lacedæmonius *amicitias inimicitiaſque* ex neceſſitate invicem conſequi arbitrabatur. Unde eum audiviſſet quendam dicentem, *nullam ſe inimicum habere:* interrogavit, an *nullum etiam amicum haberet:* tanquam alterum ſine altero eſſe non poſſit. *Beroaldus.*

CAPUT XLVIII.

ARG. *Equum inſcendit, ad Phaontis liberti ſuburbanum contendit, ad averſam villa parietem evadit, ſuper lectum decumbit, fameque & ſiti interpellatur Nero Claudius Cæſar.*

Sed revocato rurſus impetu, aliquid ſecretioris latebræ ad colligendum [1] animum deſideravit: & offerente Phaonte liberto ſuburbanum [2] ſuum inter Salariam [3] & Nomentanam viam [4] circa quartum milliarium, ut erat nudo pede, atque tunicatus, pænulam [5] obſoleti [6] coloris ſuperinduit: adopertoque capite, & ante faciem obtento ſudario [7], equum inſcendit, quatuor ſolis comitantibus [8], inter quos & Sporus

COLLIGENDUM i. reficiendum. Cicer. Fam. III. 10. *Tamen ut me collegi, cætera faciliima videbantur.* Noſt. Cal. 50. 6.

2. IN LIBERTI SUBURBANUM contendiſſe Neronem teſtantur etiam Euſebius. *Nero quum a ſenatu quæreretur ad pœnam, e Palatio fugiens, ad quartum Urbis milliarium in ſuburbano liberti ſui inter Salariam & Nomentanam viam ſemet interficit, anno ætatis 32. atque in eo omnis Auguſti familia conſumpta eſt.* Joſephus, & Xiphil. infr. §. 8. * Fuit, ut docet Nardin. Rom. Vet. IV. 4. paullum ultra S. Agnetis ædem, ubi nunc Serpentara Marchionis Spadæ villa eſt.

3. Ἡ τε Σαλαρία ὁδὸς οὐ πολλὴ οὖσα ἔστρωται, εἰς ἣν καὶ ἡ Νωμεντάνη συμπίπτει κατὰ Ἠρητὸν τῆς Σαβίνης κώμην ὑπὲρ τοῦ Τιβέρεως κειμένην, ὑπὲρ τῆς αὐτῆς πύλης ἀρχομένη τῆς Κολλίνης. *Strata eſt per illos*, Sabinos, *via Salaria non longa, in quam Nomentana incidit apud Eretum Sabinorum vicum ſupra Tiberin, ab eadem porta incipiens Collina.* Strab. V. p. 158. Feſtus. *Salariam viam incipere ait a porta, quæ nunc Collina a colle Quirinali dicitur. Salaria autem propterea appellabatur, quod impetratum fuerit, ut ea liceret a mari in Sabinos ſalem portari.* Ejus mentio infr. Veſp. 12. 2. De via *Salaria* etiam *Panvin. Comm. R. R. I. p.* 41. *Aring. Rom. Subterr.* IV. 28. *Marlian. Topog. Urb. Rom.* I. & V. 24. *Fabric. Deſcript. Urb. Rom. c.* 4. *Fabrett. de Aqua duct. diſſ.* III.

4. NOMENTANA VIA, qua iter erat *Nomentum* Sabinorum oppidum, a quo & nomen illi inditum, incipit a Viminali porta. Hæc alio nomine *Figulnenſis* appellata fuit, quod in ea antiquis temporibus figulorum officinæ ſubſiſterent. Liv. III. 52. *Via Nomentana, cui tum Figulnenſi nomen fuit, profecti, caſtra in monte ſacro locavere.* In Salariam incidiſſe dixit Strabo ſupr. §. 3. *Panvin. ibid. p.* 43. *Merul. Coſmog.* II. 4. 35. *Marlian. Topogr. Urb. Rom.* V. 25. *Aring. Rom. Subterr.* IV. 19.

5. PÆNULA quale veſtimentum fuerit, docui ſupr. Cal. 52. 2. §. 8.

6. OBSOLETI i. jam evaneſcentis. Colum. R. R. II. 11. *Sapore certe nihilo differt a cicercula, colore tantum diſcernitur. Nam eſt obſoletior, & nigro propior. Obſoleſieri* quid ſit, dixi ad Curt. IX. 6. 24. §. 24.

7. SUDARIO, ut lateret, & fuga non præpediretur. *Sudarium* linteolum eſt faciei extergendæ accommodatum. Quintil. Inſt. V. 3. *Quum reus agente in eum Calvo candido frontem ſudario detergeret.* Noſt. ſupr. 25. 7. infr. 51. 3. V. etiam *Soler. de pil.* §. 11.

8. QUATUOR COMITATOS fuiſſe Neronem fugientem dicunt etiam Joſeph. B. J. VI 6. Καταλειφθεὶς ὑπὸ τῶν φυλάκων ἁπάντων, διαδρὰς δὲ σὺν τέτρασι τῶν πιστῶν ἀπελευθέρων, ἐν τοῖς προαστείοις ἑαυτὸν ἀνεῖλε. *Ab omnibus cuſtodibus deſtitutus, cum quatuor libertis fidelibus in ſuburbanum fugerit, ibique ſemet occiderit.* & Aur. Vict. Epit. c. 5. n. 7. Quorum poſterior reliquis tribus Neophytum addit. Tres tantum ejus fuiſſe dicit *comites* Xiphil. LXIII. p. 726. E. Ἐσθῆτά τε φαύλην ἤλλαξε, καὶ ἐπὶ ἵππον οὐδὲν βελτίονα ἀνέβη: καὶ ἐπ' αὐτοῦ κατακεκαλυμμένος, πρὸς χωρίον τι Φάωνος Καισαρείου μετά τε αὐτοῦ ἐκείνου, καὶ μετὰ Ἐπαφροδίτου, τοῦ τε Σπόρου, νυκτὸς ἐκείνης ἤλασε. *Veſteque vili amictus, equum nihilo meliorem conſcendit, in quo ſedens obtecta facie, ad prædium Phaonis Cæſareani, una cum ipſo Phaone, & Epaphrodito, & Sporo ſub noctem venit.* Duos vero Zonar. Ann. II. p. 189. Μετὰ Ἐπαφροδίτου καὶ τοῦ Σπόρου νυκτὸς ἔφυγε.

2 rus erat. Statimque tremore terræ [9], & fulgure [10] adverſo pavefactus, audiit ex proximis caſtris [11] clamorom militum, & ſibi adverſa, & Galbæ proſpera ominantium: etiam ex obviis viatoribus quendam dicentem, *Hi Neronem perſequuntur:* ali-
3 um ſciſcitantem, *Ecquid in Urbe novi de Nerone?* Equo autem odore abjecti in via cadaveris conſternato, detecta facie, agnitus [12] eſt a quodam miſſicio prætoriano [13], &
4 ſalutatus. Ut ad diverticulum [14] ventum eſt, dimiſſis equis inter fruticeta ac vepres, per arundineti ſemitam ægre, nec niſi ſtrata ſub pedibus veſte, ad averſum [15] vil-
5 læ parietem evaſit. Ibi hortante eodem Phaonte, ut interim in ſpecum [16] egeſtæ arenæ concederet, negavit *ſe vivum ſub terram iturum*, ac parumper commoratus, dum clandeſtinus ad villam introitus pararetur, aquam [17] ex ſubjecta lacu-
6 na [18] potaturus manu [19] hauſit: Et, *Hæc eſt*, inquit, *Neronis decocta* [20]. Dein di-
vulſa

9. TERRÆ TREMOREM hunc deſcribit Xiphilinus. Καὶ αὐτῷ ταῦτα πράττοντος, σεισμὸς ἐξαίσιος ἐγένετο, ὥστε καὶ δόκησιν παρασχεῖν ὅτι ἥ τε γῆ πᾶσα διαῤῥήγνυται, καὶ αἱ τῶν πεφονευμένων ὑπ' αὐτοῦ ψυχαὶ πᾶσαι ἅμα ἐπ' αὐτὸν ἀναθορνύουσι. *Quæ dum ab ipſo aguntur, ingens adeo terræ motus accidit, ut ei tota terra findi, & omnes animæ hominum ab eo interfectorum inſultare ipſi putarentur.* Ita *terræ tremor excepit* Galbam *Urbem, & Palatium ingreſſum* 18. 3.

10. FULGUR ante menſam Neronis cecidiſſe dicit num. 2078. Euſebius octavo Neronis anno. De illo Tacit. Ann. XIV. 22. 4. *Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam quia diſcumbentis Neronis apud Simbruina ſtagna, cui Sublaqueum nomen eſt, icta dapes menſaque disjecta erat, idque finibus Tiburtum acciderat.* Philoſtr. Apollon. IV. 14. Γινομένης γάρ ποτε ἐκλείψεως ἡλίου, καὶ βροντῆς ἐκδοθείσης, ὅπερ ἥκιστα ἐν ἐκλείψει δοκεῖ ξυμβαίνειν, ἀναβλέψας ἐς τὸν οὐρανὸν, ἔσται τι, ἔφη, μέγα, καὶ οὐκ ἔσται. Σιτουμένῳ τρίτῃ δ' ἀπὸ τῆς ἐκλείψεως ἡμέρᾳ τῷ Νέρωνι, ἐμπεσὼν τῇ τραπέζῃ σκηπτὸς, διήλασε τῆς κύλικος ἐν χεροῖν οὔσης, καὶ οὐ πολὺ ἀπεχούσης τοῦ στόματος. Τὸ δὴ παρὰ τοσοῦτον ἐλθεῖν τοῦ βληθῆναι αὐτὸν, πεπράξεσθαί τι, εἶπε, καὶ μὴ πεπράξεσθαι. *Cum aliquando ſol defeciſſet, & tonitru ingens ſubſecutum, quod in eclipſi minime fieri conſuevit, adſpiciens in cælum* Apollonius, *erit, inquit, magnum aliquid, & non erit. Accubante triduo poſt ſolis defectionem in convivio Nerone, decidens fulgur calicem, quem manibus tenebat, excuſſit, cum jam propius illum ori admoviſſet. Cum parum abfuerit, ut percuteretur* fulmine Nero, magnum *aliquid factum iri, & non factum iri dixit* Apollonius.

11. CASTRIS prætoriis, quæ deſcripta ſunt ſupr. Aug. 49. 4. §. 12.

12. AGNITUM per noctem latuiſſe dicit Xiphilinus. Γνωρισθεὶς δ' οὖν καὶ ὡς ὑπό τινος, ὥς φασι, τῶν ἀπαντησάντων, καὶ αὐτοκράτωρ προσαγορευθεὶς, ἔκ τε τῆς ὁδοῦ ἀπετράπη, καὶ ἔς καλαμώδη τινὰ τόπον κατεκρύφθη, καὶ ἐνταῦθα μέχρι τῆς ἡμέρας ὑπέμεινεν ἐῤῥιμμένος, ὅπως ὡς ἥκιστα διορῷτο. *Ferunt eum ſic etiam agnitum a quodam, qui ei forte obviam factus erat, imperatoremque ſalutatum, divertiſſe de via, atque in arundineto, quouſque illuceſceret, abjectum delituiſſe, ut a nemine videretur.*

13. MISSICIUS PRÆTORIANUS eſt a militia *prætoriana miſſus* i. veteranus *prætorii*. Vetus inſcriptio. TRIB. LEG. XI. AVG. ET. MISSICIVS. LEG. VI. AVG. *Miſſicius* eſt veteranus, & qui honeſta *miſſione miſſus* eſt. *Miſſicius* autem, ut *ſeſſicius*, *adſcripticius*, *ſubdititius*, & ſimilia, quæ nos per *t* ſcribimus, veteres per *c* ſcripſerunt. *Salmaſ. in Pollion. trigint. tyr. c. 6. Graverolius apud Spon. Miſc. Erud. Antiq. ſect. 7. p. 240.*

14. DIVERTICULUM eſt, ubi incipit ſemita, quæ te digredientem a publica via in alicujus villam deducit. Gloſſæ, *diverticulum*, καταγώγιον. Ter. Eun. IV. 2. 7.

Ubi ad ipſum veni diverticulum, conſtiti.

Ubi Donatus. *Diverticulum eſt, ubi iter de via flectitur. Ea proprie diverticula dicuntur in via domicilia, ad quæ de itinere divertendum ſit.* V. *Nann. Miſc.* I. 19. *Barth. in Rutil.* II. 61.

15. AVERSUM i. parte poſtica.

16. SPECUM hunc *egeſtæ arenæ* ætas poſterior appellavit ciſternam Neronis. Radevicus de geſtis Friderici I. II. 66. *Nono die deſcendentes trans Tiberim, eo die & altero commorantes, XI. exierunt, & pervenerunt ad ciſternam Neronis, in qua latuit Nero fugiens Romanos inſequentes.* 70. *Probatum eſt etiam, quod Rolandus* XII. *die poſt domini Victoris promotionem, ab urbe egreſſus, apud ciſternam, in qua Nero imperator quondam ab Urbe profugus latitavit, primo eſt immantatus.* Caſaubonus.

17. AQUAM, quam hauſit Nero, deſcribit Xiphil. p. 727. C. Ὀψὲ δ' οὖν ποτε, ἐπειδὴ μηδεὶς αὐτὸν ἀναζητῶν ἑωρᾶτο, μετῆλθεν εἰς τὸ ἄντρον· κἀνταῦθα καὶ ἔφαγε πεινήσας ἄρτον ὁποῖον οὐδὲ πώποτε ἐβεβρώκει, καὶ ἔπιε διψήσας ὕδωρ ὁποῖον οὐδὲ πώποτε ἐπεπώκει. *Tandem quum nemo eum perquirere videretur, introierunt in ſpeluncam, in qua, quod eſuriebat, panem comedit, qualem nunquam antea ederat, aquamque ſitiens hauſit, qualem nunquam antea biberat.*

18. LACUNA *eſt aquæ collectio*. Feſtus. Serv. Georg. I. 117. *Lacunæ ſunt foſſæ, in quibus collecta aqua ſtare conſuevit.*

19. MANUS pocula ſunt propria, & naturalia. Diogenes apud Laert. de vit. philoſ. VI. c. 37. Θεασάμενός ποτε παιδίον ταῖς χερσὶ πῖνον, ἐξέῤῥιψε τῆς πή-
ρας

vulſa ſentibus pænula trajectos ſurculos [21] raſit: atque ita quadrupes per anguſtias effoſſæ cavernæ receptus in proximam cellam, decubuit ſuper lectum modicella culcita, vetere pallio [22] ſtrato inſtructum. Fameque interim & ſiti interpellante, panem 7
quidem ſordidum [23] oblatum aſpernatus [24] eſt, aquæ autem tepidæ aliquantum bibit.

ρας τὴν κοτύλην, εἶπεν· παιδίον με νενίκηκεν εὐτελείᾳ. *Intuitus aliquando puerum concava bibentem manu, cotylam pera productam abjecit, dicens: puer me utilitate ſuperavit.* De tali poculo Calpurn. Bucol. III. 49.

Concavat ille manus, palmaſque in pocula vertit.

Hoc poculo ſæpe milites, & ipſi quoque duces in bello, aliorum poculorum inopia, uti coguntur. V. *Stuck. A. C.* III. 12.

20. DECOCTA aqua erat calida, quæ cum aromatis, aliiſque dulcioribus rebus *coquebatur.* Illam laudant poetæ. Juven. v. 50.

Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

Mart. XIV. 106.

Spoletina bibis, vel Marſis condita cellis,
Quæ tibi decocta nobile frigus aqua.

Vocatur etiam ſimpliciter *cocta.* Mart. II. 60.

Vimine clauſa levi nivea cuſtodia cocta.

* Aqua cruda inflat, & terreſtres quaſdam partes retinet: unde bibentibus laborioſa efficitur. Alexis apud Athen. III. p. 122.

Ὕδατος ἀνέψου κύαθον ἂν δ' ὠμὸν πίῃ,
Βαρὺ, καὶ κοπῶδες.
Incocta aqua crudum bibas ſi poculum,
Laborioſa fit, gravis.

Decoctione flatus evaporant, & terreſtres partes ignea vi diſcedunt. *Butius de Potu antiq. c.* 16. Aqua poſt *decoctionem* magis alget, & ut conclamatiſſimi fontis algorem exprimeret, *decoctam* i. frigidam vocat Sidon. Epiſt. II. 2. *Jam ſi tibi ex illo conclamatiſſimo fontium decocta reſeratur, videbis in calicibus repente perfuſis nivalium maculas, & fruſta nebularum, & illam lucem lubricam poculorum, quadam quaſi pinguedine ſubiti algoris hebetatam.* Neronis fuit inventum. Plin. XXXI. 3. *Neronis principis inventum eſt decoquere aquam, vitroque demiſſam in nives refrigerare. Ita voluptas frigoris contingit ſine vitiis nivis. Omnem utique decoctam utiliorem eſſe convenit: item calefactam magis refrigerari, ſubtiliſſimo invento.* V. etiam *Stuck. A. C.* III. 6. *Nonn. de re cib.* IV. 5. *Savar. in Sidonium, Grang. in Juvenalem.* Pathetica oratione, ut monet *Beroaldus*, hoc eſt pronuntiandum. Dolenter enim & miſeranter dixit Nero: *hæc eſt Neronis decocta?* tanquam dicere vellet, heu me miſerum! qualem aquam bibo? non eſt hæc illa *decocta?* qua ego per delicias uti ſolebam nivibus refrigerata.

21. TRAJECTOS SURCULOS i. *ſurculos*, qui *trajecta* pænula inhæſerant. *Sabellicus.*

22. PALLIUM apud Latinos, ut ἱμάτιον apud Græcos pro veſte ſtragula uſurpatum. Prop. IV. 3. 31.

Tum queror, in toto non ſidere pallia lecto.

Ulpianus ſupr. Aug. 73. 2. §. 7. V. *Ferrar. R. V.* II. 4. 3. *Chiment. Biſel. c.* 31. *Cujac. Obſ.* X. 18. *Braun. de veſt. ſacerd.* II. 5. 6.

23. SORDIDUM panem dicit etiam Plaut. Aſin. I. 2. 16.

Sordido vitam oblectabat pane.

Et

——— *ſordes farris mordere canini.*

dicit Juven. Sat. v. 11. Ubi Scholiaſtes. *Panis ſordidus canum eſt.*

24. ASPERNARI in fame panem etiam viliorem non ſolemus. Senec. Epiſt. 123. *Non habet panem meus piſtor: ſed habet villicus, ſed habet atrienſis, ſed habet colonus. Malum panem, inquis. Exſpecta, bonus fiet: etiam illum tenerum tibi & ſiligineum fames reddet. Ideo non eſt ante edendum, quam illa imperet. Exſpectabo ergo: nec ante edam, quam aut bonum panem habere cœpero, aut malum faſtidire deſiero. Aſpernari* quid ſit dictum ad Curt. IV. 1. 5. §. 13.

CAPUT XLIX.

ARG. *Impendentibus contumeliis ut ſe eriperet, monetur, more majorum puniri, quale ſit genus pœna interrogat, ferrum jugulo adigit, & moritur Nero Claudius Caſar.*

Tunc unoquoque hinc inde inſtante, ut quamprimum ſe impendentibus contume- 1
liis eriperet [1], ſcrobem [2] coram fieri imperavit, dimenſus ad corporis ſui modulum:

CONTUMELIIS SE ERIPERET i. mortem ſibi conſciſceret, & ita evaderet *contumelias* imminentes, quibus vivens ad libidinem inimicorum erat futurus obnoxius. *Beroaldus.*

2. SCROBS fovea eſt vel puteus intra terram manufactus ad vineas, vel arbores conſerendas, vel ad metalla, & quæcunque alia fodienda. Colum. R. R. IV. 1. *Verior cauſa eſt depreſſius paſtinandi, quoniam jugata vineta melius conſurgunt altioribus demiſſa ſcrobibus.* In *ſcrobibus* præparatis ſæpe ſolebant ſedere, qui carnificis manu puniendi erant, qui aliqua neceſſitate coacti ſe interimebant. Appian. B. C. IV. p. 669. Λαβεὼν δὲ βόθρον ἐν τῇ σκηνῇ τὸ μέγεθος αὐτάρκη σώματι ὀρυξάμενος, τὴν σφαγὴν ἐπέσχε· καὶ τὸ δὲ μὲν ἡ σκηνὴ τάφος ἐγένετο. *Labeo, effoſſa in tentorio ad ſui corporis modum fovea, ictum ſubiit: & huic*

dulum [3]: componique ſimul, ſi qua invenirentur, fruſta marmoris [4], & aquam [5]
ſimul ac ligna [6] conferri curando mox cadaveri, flens ad ſingula, atque identidem dicti-
2 tans: *Qualis artifex pereo* [7]. Inter moras perlatos a curſore [8] Phaontis codicillos [9]
præripuit, legitque *ſe hoſtem* [10] *a ſenatu judicatum, & quæri ut puniatur more majorum*:
3 interrogavitque quale eſſet id genus pœnæ. Et cum comperiſſet nudi hominis cervicem inſeri furcæ [11], corpus virgis ad necem cædi: conterritus duos pugiones, quos ſecum tulerat, arripuit: tentataque utriuſque acie, rurſus condidit, cauſatus *nondum*
4 *adeſſe fatalem horam*. Ac modo Sporum hortabatur, ut lamentari [12] ac plangere [13] inciperet, modo orabat, ut ſe aliquis ad mortem capeſſendam [14] exemplo juvaret: interdum ſegnitiem ſuam his verbis increpabat, *Vivo deformiter ac turpiter*, οὐ πρέπει Νέρωνι,

---

huic quidem tentorium pro ſepulcro fuit. Caſaubonus. * Sive quo ſecurius ferirent, ſive quia in ea depoſituri cadaver. *Lipſ. in Tacit. Ann.* I. n. 214. Prioris veſtigium apud ſcriptores non extat, nec ſcio quomodo in fovea ſecurior ictus eſſe poſſit. Nec ut cadaver in ea defoderetur. Nefas enim erat cremari. Quare puto, non aliam fuiſſe *ſcrobis* pœnam, quam cum vivi defoderentur, aut injecta crate necarentur. *Ferrar. Elect.* II. 7. Vel forte, ne omnino eſſent expertes ſepulturæ. Nam inſepultum perire triſtiſſimum habebatur. *Grævius*. Sed hoc Neroni accommodari non poteſt, qui ut ab impendentibus contumeliis ſe eriperet, *ſcrobem* coram fieri imperavit. *Guther de jur. man.* I. 19.

3. MODULUM I. menſuram, magnitudinem. Horat. Sat. II. 2. 36.

> —— *quo pertinet ergo*
> *Proceres odiſſe lupos? quia ſcilicet illis*
> *Majorem natura modum dedit.*

4. FRUSTA MARMORIS, quia foſſas dictas lapidibus interdum ſternebant. Hieron. Epiſt. III. 7. 74. *Clerici, quibus id officii eſt, cruentum linteo cadaver obvolvunt, & foſſam humum lapidibus conſtruentes ex more tumulum parant.* Kirchm. de Fun. III. 15.

5. AQUAM, quia illa lavabantur corpora, ſimul atque animam efflaſſent homines. Virg. Æn. VI. 218.

> *Pars calidos latices, & ahena undantia flammis*
> *Expediunt, corpuſque lavant frigentis, & unguunt.*

A Græcis ad Romanos tranſiit hic ritus. Eurip. Phæniſſ. n. 1327.

> —— Ἐγὼ δ' ἥκω μετα-
> στείλων ἀδελφὴν Ἰοκάστην, ὅπως
> Λούσῃ, προθῆταί τ' οὐκέτ' ὄντα παῖδ' ἐμόν.
> —— *Ego vero venio accerſiturus ſororem Jocaſten, ut*
> *Lavet, & componas filium meum, qui non vivit amplius.*

V. & *Kirchm. de Fun.* I. 7.

6. LIGNA, vel ad rogum exſtruendum, vel ad aquam calefaciendam. *Beroaldus*.

7. QUALIS ARTIFEX PEREO: quod ſic effert Xiphil. LXIII. p. 727. E. Αὐτὸς ἑαυτὸν ἀπέκτεινε, τὸ θρυλλούμενον ἐκεῖνο εἰπών· ὦ Ζεῦ, οἷος τεχνίτης παραπόλλυμαι. *Ipſe ſeipſum interfecit, dicens pervulgatum illud: dii immortales, qualis artifex pereo* I. ex imperatore funeris curator factus.

8. CURSORES quales ſervi fuerint, dictum ſupr. 30. 10. §. 29.

9. CODICILLI quales fuerint tabellæ, dixi ſupr. Tib. 22. 2. §. 4.

* 10. HOSTES a ſenatu judicabantur, qui contra patriam arma cepiſſent, vel a Republica defeciſſent, reſque novas moliti eſſent. Cicer. Phil. III. 6. *Judicetur, non verbo, ſed re, non modo non conſul, ſed etiam hoſtis Antonius.*

11. INSERI FURCÆ quale fuerit pœnæ genus, explicant Eutrop. VII. 11. & Aurel. Vict. Epit. c. 5. n. 7. *Quæ pœna erat talis, ut nudus per publicum ductus, furca capiti ejus inſerta, virgis uſque ad mortem cæderetur, atque ita præcipitaretur de ſaxo.* V. etiam *Lipſ. de cruce* III. 2. *Fab. Sem.* 71. 7. & *Caſaub. in Baron.* I. 7.

12. LAMENTARI, quia in funere antiquitus lacrymæ uſitatæ erant. Terent. Andr. I. I. 102.

> *In ignem poſita' eſt, fletur.*

Tibull. III. 2. II.

> *Ante meum veniat longos incompta capillos,*
> *Et fleat ante meum mœſta Neæra rogum.*

V. *Kirchm. de Fun.* II. II. *Herald. Adv.* I. 9. & *in Arnob. p.* 203.

13. PLANCTUS *dicitur omnis colliſio.* Lactant. Stat. Theb. VI. 219. Ubi percuſſionem manuum ſignificat Poeta, dum dicit:

> —— *quater mollem famularum brachia planctum.*

etiam in rerum lætarum deſcriptione. Unde Catul. 64. 261.

> *Plangebant aliæ proceris tympana palmis.*

I. feriebant, pulſabant. Inde eſt lugentium, & nuda pectora præ luctu tundentium. Petron. c. 71. *Hæc ergo cum virum extuliſſes, non contenta nudatum pectus in conſpectu frequentiæ plangere.* Curt. III. 11. 22. *Omnia planctu.... caſtra repleverant.* Videſis etiam *Kirchmannum, Wouwer. in Petronium. Baluz. in Salvian. de Gubern.* III. *p.* 338. *Camer. Probl. Gramm.* 2. 3.

14. AD MORTEM CAPESSENDAM I. aliquis ſe confodiens ipſi *exemplo* foret mortis intrepide ſubeundæ. *Beroaldus*.

15. Né-

Νέρωνι, οὐ πρέπει: νήφειν [15] δεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις: ἄγε ἔγειρε σεαυτόν. Jamque equites ap- 5
propinquabant, quibus præceptum erat ut vivum eum attraherent. Quod ut ſenſit, 6
trepidanter effatus,

Ἵππων μ' ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει [16].

Ferrum jugulo adegit [17], juvante Epaphrodito [18] a libellis [19]. Semianimiſque ad- 7.8
huc irrumpenti centurioni, & pænula ad vulnus appoſita, in auxilium ſe veniſſe
ſimulanti, non aliud reſpondit, quam *Sero* [20]; &, *Hac eſt fides* [21]. Atque in ea vo- 9
ce defecit, exſtantibus [22] rigentibuſque oculis uſque ad horrorem [23] formidinemque
viſentium. Nihil prius, ac magis a comitibus exegerat, quam ne poteſtas cuiquam 10
capitis ſui fieret: ſed ut quoquo modo totus cremaretur [24]. Permiſit hoc Icelus [25] 11
Galbæ libertus, non multo ante vinculis exſolutus, in quæ primo tumultu [26] conjectus fuerat.

15. Νήφειν i. φρονεῖν, q. d. magno animo eſto Nero, & majoribus tuis te dignum præſta.

16. Ἵππων μ' ὠκυπόδων.... i.

Equorum mihi velocium ſonitus aures ferit.

Verſus eſt Homeri Iliad. x. 535.

17. Ferrum jugulo adegerit die nono Junii, ſi Xiphilino credimus, anni Chriſti octavi & ſexageſimi. Nam a morte Neronis ad initium Veſpaſiani, i. ad Kalendas Julii anni Chriſti noni & ſexaſimi, dicit intereſſe annum ſolidum, dies duos & viginti. Quam ſententiam amplectimur: neque dubitamus veram eſſe: præſertim cum Caſſiodorus in Chronico ſcribat imperaſſe annos tredecim, menſes ſeptem, dies octo & viginti: quod tempus deſinit in nonum Junii. *Scalig. de Emend. Tempor. v. p.* 469. *Pagi Critic. Hiſtor. Chronol. in Annal. Baron. ad a. D. Jeſu* 68.

18. Juvante Epaphrodito, & ideo *capitali pœna condemnato* Domit. 14. 9. Sed *undique deſertum, niſi ab ſpadone, quem quondam exſectum formare in mulierem tentaverat, ſemet ictu tranſegiſſe* dicit Aur. Vict. de Cæſ. c. 5. n. 16.

19. Libellus ſupplex n. ut dixi ſupr. Cæſ. 81. 9. §. 57. *A libellis* dicebantur miniſtri, qui principi in hoc negotio ſubſerviebant. Lampr. Alex. Sever. c. 31. *Poſtmeridianas horas ſubſcriptioni & lectioni epiſtolarum ſemper dedit operam, ita ut ab epiſtolis, & libellis, & a memoria ſemper aſſiſterent.* Noſt. Domit. 14. 9.

20. Sero ſupple venis, nulla enim ſpes vitæ ſupereſt.

21. Hac est fides i. ita ſacramentum ſervatis vos centuriones. Solebant enim ſe imperatorem nunquam deſerturos jurare milites.

22. Exstantibus, quos *prominentes, & hebetiores putant* apud Plin. xi. 37. Hebetiores Neroni fuiſſe dicit noſt. infr. 51. 1.

23. Ad horrorem.... Tales oculos in morte tribuit Caco. Virgil. Æn. viii. 265.

——— nequeunt expleri corda tuendo
Terribiles oculos.

Capaneo Stat. Theb. xi. 91

Ille jacet lacera complexus fragmina turris
Torvus adhuc viſu.

V. exempla ad Virgilium congerentem *Lacerdam.*

24. Totus cremaretur. Et ideo Catilinæ, & Cethegi mortem Pompeji neci anteponit Juven. x. 285.

——— igitur Fortuna ipſius & Urbis
Servatum victo caput abſtulit: hoc cruciatu
Lentulus, hac pœna caruit, ceciditque Cethegus
Integer, & jacuit Catilina cadavere toto.

Et ambitioſis precibus contendere olim ſolebant interimendi, ne caput ſibi mortuo amputaretur, aut corpus canibus diſcerpendum relinqueretur. Otho apud Tacit. Hiſt. ii. 49. 5. *Funus maturatum: ambitioſis precibus id petierat, ne amputaretur caput, ludibrio futurum.* Hector apud Homer. Iliad. xxii. 337.

Τὸν δ' ὀλιγοδρανέων προσέφη κορυθαίολος Ἕκτωρ,
Λίσσομ' ὑπὲρ ψυχῆς καὶ γούνων, σῶν τε τοκήων,
Μή με ἔα παρὰ νηυσὶ κύνας καταδάψαι Ἀχαιῶν:
Ἀλλὰ σὺ μὲν χαλκόν τε ἅλις χρυσόν τε δέδεξο,
Δῶρα, τά τοι δώσουσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ:
Σῶμα δὲ οἴκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν, ὄφρα πυρός με
Τρῶες καὶ Τρώων ἄλοχοι λελάχωσι θανόντα.

Hunc autem parum potens allocutus eſt galeam movens Hector,
Precor per animam, & genua, tuoſque parentes,
Ne me ſinas apud naves canes dilaniare Achivorum:
Sed tu quidem æſque abunde aurumque ſume,
Dona, quæ tibi dabunt pater, & veneranda mater:
Corpus autem domum meum reddito, ut rogo me
Trojani, & Trojanorum uxores, dignentur mortuum.

V. etiam *Mag. Miſc.* ii. 21.

25. Icelus, de quo Galb. 14. 3.

26. Primo tumultu, qui exortus erat nuntiata defectione Galliarum & Hiſpaniarum. *Beroaldus.*

CAPUT L.

ARG. *Funeratur Nero, & funerati reliquias gentili Domitiorum monumento condunt Ecloge & Alexandra nutrices cum Acte concubina.*

1 Funeratus eſt [1] impenſa ducentorum millium, ſtragulis [2] albis [3] auro intextis [4],
2 quibus uſus Kalendis Januarii [5] fuerat. Reliquias Ecloge, & Alexandra nutri-
ces cum Acte concubina gentili [6] Domitiorum monumento condiderunt: quod
3 proſpicitur e campo Martio impoſitum colli hortulorum [7]. In eo monumento ſoli-
um [8] Porphyretici [9] marmoris [10] ſuperſtante Lunenſi [11] ara [12] circumſeptum [13] eſt
lapide Thaſio [14].

FUNERATUS EST. 1. ſepultus eſt. V. ſupr. Claud. 45. 4. §. 8. Sed a Suetonio diverſus abit Lactantius, quiſquis ille fuerit, de mort. perſecut. c. 2. *Nec tamen abiit impune. Reſpexit enim Deus vexationem populi ſui. Dejectus itaque faſtigio imperii, ac devolutus a ſummo tyrannus impotens nuſquam repente comparuit, ut ne ſepulturæ quidem locus in terra tam malæ beſtiæ appareret.* * Quem tamen hæc narrantem omni ope conatur defendere *Paullus Bauldri not. p.* 42. 43.

2. STRAGULIS 1. veſtibus. Feſtus. *Veſtis generaliter dicitur, ut ſtragula forenſis muliebris: veſtimentum, pars aliqua, ut pallium, tunica, penula.* Liv. XXXIV. 7. *Cum tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula uti.* Paull. Digeſt. XXXIV. 2. 24. *Cum & tunicas & ſtragula pellicea nonnulli habeant* 1. veſtes ex pellibus factas. V. de *ſtragulis* inter ſe contendentes *Vall. Eleg.* VI. 46. & *Alex. Gen.* III. 19. &, ſi vis, *Rader. in Mart.* II. 14. 1.

* 3. ALBIS ſtragulis olim mortuos efferebant veteres. Artemid. Oneir. II. 3. *Ἀνδρὶ νοσοῦντι λευκὰ ἔχειν ἱμάτια θάνατον προαγορεύει, διὰ τὸ τοὺς ἀποθανόντας ἐν λευκοῖς ἐκφέρεσθαι. Viro ægrotanti alba veſtimenta habere mortem prædicit, propterea quod mortui in albis efferantur.* Plutarch. Qu. Rom. 25. *Ἢ καθάπερ τὸ σῶμα τοῦ τεθνηκότος ἀμφιεννύουσι λευκοῖς, καὶ τοὺς προσήκοντας ἀξιοῦσι. Aut, ſicut defuncti cadaver albo involvunt tegmine, ita etiam amictos volunt eſſe neceſſarios.* V. etiam *Licet. de Lucern.* VI. 12. *Kirchm. de Fun.* I. 10. *Aring. Rom. Subterr.* I. 24.

4. AURO INTEXTIS, quia cadavera in honeſtiſſima veſte efferre ſolebant veteres. Lactant. II. 4. *Pari ratione defunctorum corpora odoribus, & pretioſis veſtibus illita, ac convoluta humi condant, qua deos honorant.* Hieronymus in vita Paullæ. *Cur mortuos veſtros auratis obvolvitis veſtibus?* Plura *Kirchm. de Fun.* I. 10. *Ferret. Muſ. Lapid.* II. *mem.* I.

5. KALENDIS JANUARII *uti* cultiore veſtitu ſolebant veteres. Ovid. Faſt. I. 79.

Veſtibus intactis Tarpejas itur in arces:
Et populus feſto concolor ipſe ſuo eſt.

Beroaldus. * Herodian. I. 16. 7. *Ταύτῃ τῇ ἑορτῇ ἄρχαί τε ἐπώνυμοι τότε πρῶτον τὴν ἔνδοξον καὶ ἐνιαύσιον πορφύραν περιτίθενται. Eo die ſummi Magiſtratus conſpicuam ſibi & ſolennem purpuram induunt.* Ad illum reſpicit Tibullus, cum ad Meſſallam inquit IV. 121.

Nam modo fulgentem Tyrio ſubtemine veſtem
Indueras, oriente die duce fertilis anni.

Lipen. Stren. c. 2. ſect. 2. §. 19.

6. GENTILE, quod *gentilitium* vocat Paterc. II. 119. 5. *Caput ejus,* Vari, *abſciſſum, latumque ad Maroboduum, & ab eo miſſum ad Cæſarem, gentilitii tamen tumuli ſepultura honoratum eſt. Hereditarium* dicitur, & eſt, *quod quis ſibi, heredibuſque ſuis conſtituit,* ut definitur Cajo Digeſt. XI. 7. 5. *vel quod paterfamilias jure hereditario acquiſivit,* ut Ulpiano *ibid. n.* 6. V. *Kirchm. de Fun.* III. 13.

7. COLLIS HORTULORUM obtinuit nomen, quod ſub ipſo olim fertiliſſimi, & perpetuis aquis irrigui fuerunt *horti.* Hodie *mons Pincius* dicitur, & illud cognomen domus Pincii ſenatoris, quæ ibi fuit, illi *colli* fecit. Caſſiod. Var. III. 10. *Ut marmora, quæ de domo Pinciana conſtat eſſe depoſita....* V. quoque *Marlian. Top.* IV. 26. *Onuphr. Panv. Comm. R. R.* I. 71. *Nardin. de Urb. Rom.* III. 23. Ejus ſitum delineat *Fabric. Deſcript. Urb. Rom. c.* 3.

8. SOLIUM Latini reddiderunt *πύελον* Græcorum, quo defuncti apud illos condebantur, ut dixi ad Curt. X. 1. 32. §. III.

9. PORPHYRETICUM *marmor* deſcribit Plin. XXXVI. 7. *Rubet porphyrites in eadem Ægypto ex eo candidis intervenientibus punctis, leptopſephos vocatur.* Ita legendum eſſe apud Plinium dicit, & *leptopſephon* lapidem illum dictum ob candida illa puncta, quæ in rubro lucebant, putat *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 396. *b. G.*

10. EX MARMORE ſepulcrorum ſepta interdum faciebant veteres. Vetus epigramma in Canihium.

Quoad vixſi. vixſeiq. omnes. inter. meos.
Eundem. mi. amorem. praſtes. puerilem. ſenexs.
Monumentum. indicio eſt. ſaxo. ſeptum. & marmore.

Virg. Cul. n. 394.

——— *tumulus formatum crevit in orbem,*
Quem circum lapidum levi de marmore formas
Conſerit aſſiduæ curæ memor.

V. *Kirchm. de Fun.* III. 17.

11. LUNENSI n. marmore. *Palmer. Spicil.* 7. De illo Strab. V. p. 153. *Μέταλλα δὲ λίθου λευκοῦ τε καὶ ποικίλου γλαυκίζοντος, τοσαῦτ᾽ ἐστὶ καὶ τηλικαῦτα μονολίθους ἐκδιδόντα πλάκας καὶ στύλους, ὥστε τὰ πλεῖστα τῶν ἐκπρεπῶν ἔργων τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν,* ἐντεῦ-

λευκὸν ἔχειν τὴν χρόαν. *Lapides ibi*, ad Lunam Etruriæ oppidum, *albi*, *&* *diſcolores*, *ad cæruleum vergente ſpecie*, *magno numero*, *&* *mole*, *ut etiam columna*, *ac grandes tabula unico conſtantes lapide inde exſcindantur. Itaque pleraque egregiorum operum*, *qua Romæ*, *& aliis in urbibus viſuntur*, *materiam habent inde petitam.*

12. ARAM ſepulcralem intelligit, ex veterum conſuetudine. Ad hanc reſpexit Virg. Æn. v. 47:

Ex quo reliquias, *diviniqve oſſa parentis*
Condidimus terra, *mœſtaſque ſacravimus aras.*

Ovidius quoque Metam. VIII. 480.

Ante ſepulcrales infelix adſtitit aras.

Torrentius & Noris. Diſſert. in Cenot. Piſan. III. p. 385.

13. CIRCUMSEPTA FUIT lapide Thaſio, præter generalem muri ambitum, quo clauſum fuiſſe veriſimile eſt monumentum gentile Domitiorum, intra illud monumentum arca Porphyretica, in qua reliquiæ Neronis repoſitæ ſunt, & cui ſuperſtabat ara ex Lunenſi marmore. Ad tutelam, & munimentum addebantur hæc *ſepta*. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 803. b. A.

14. LAPIS THASIOS, cæſus ex *Thaſo* una Cycladum. Plin. XXXVI. 6. *Quo in tractatu ſubit mentem non fuiſſe tum auctoritatem maculoſo marmori: ſerere è Thaſo*, *Cycladum inſularum.* De hoc marmore Stat. Sylv. I. 5. 34.

Non huc admiſſa Thaſos, *aut undoſa Caryſtos.*

Et Senec. Epiſt. 68. *Ac nunc quis eſt*, *qui ſic lavari ſuſtineat? pauper ſibi videtur ac ſordidus*, *niſi Thaſius lapis*, *quondam rarum in aliquo ſpectaculum templo*, *piſcinas noſtras circumdedit.*

CAPUT LI.

ARG. *Qua ſtatura & valetudine fuerit*, *& quo habitu corpus coluerit Nero Claudius Cæſar.*

1 Statura fuit pæne juſta, corpore maculoſo & fœdo, ſufflavo capillo [1]: vultu pulcro magis quam venuſto [2], oculis cæſiis [3], & hebetioribus [4], cervice obeſa, ventre projecto [5], graciliſſimis cruribus, valetudine proſpera.
2 Nam qui luxuriæ immoderatiſſimæ eſſet, ter omnino per XIIII annos languit: atque ita, ut neque vino, neque conſuetudine reliqua abſtineret.
3 Circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam ſemper in gradus [6] formatam [7], peregrinatione Achaica etiam pone verti-

SUFFLAVUM CAPILLUM depinximus ſupr. Aug. 79. 4. §. 19.

2. PULCRO MAGIS QUAM VENUSTO. Corpus enim humanum, quod ſingulis ſuis partibus habet concinnam aliquam accuratæ perfectionis ſpeciem, non ſtatim *venuſtum* dici meretur, ſed quod ex univerſa perfectiſſimarum partium junctura gratiam quandam ſpirat, quæ ſpectantium oculos tenere, ac trahere valeat. Cicer. Tuſc. Quæſt. IV. 13. *Ut corporis eſt quædam apta figura membrorum*, *cum coloris quadam ſuavitate*, *eaque dicitur pulcritudo.* Quamobrem non inſcite formam a gratia disjunxiſſe videtur Ovid. Art. II. 570.

Multaque cum forma gratia miſſa fuit.

Recte quoque Quintil. Inſtit. IV. 2. *Quædam partibus blandiuntur*, *ſed in ſummam non conſentiunt*, Et Catull. c. 86.

Quintia formoſa eſt multis: mihi candida, *longa*,
Recta eſt: hæc ego ſic ſingula confiteor.
Totum illud, *formoſa*, *nego: nam nulla venuſtas*,
Nulla in tam magno eſt corpore mica ſalis.
Lesbia formoſa eſt: quæ cum pulcerrima tota eſt,
Tum omnibus una omnes ſurripuit veneres.

V. *Jun. de pict. vet.* III. 6. §. 1.

3. CÆSIIS *oculis* ineſſe fulgorem quendam viſu horrendum dixere veteres, ut qui cædem quodammodo minari videantur. Tales fuerunt Minervæ, prælio, & cæde gaudentis. Cicer. N. D. I. 30. *Iſto modo dicere liceb̄it*, *cæſios oculos eſſe Minervæ.* Tales & Neronis. Illi vero fuerunt, non leve argumentum tyrannicæ crudelitatis. Heſychius. Γλαυκῶπις, φοβερὰ ἐν τῷ ὁρᾶσθαι. Et leo vocatur *cæſius* Catull. 45. 7.

Cæſio veniam obvius leoni.

Et Heſychio Χάροπος λέων ἀπὸ τοῦ χαροπότητος, qui addit, χαροπόν, ξανθόν, γλαυκόν, φοβερόν. Et χαροποὺς ὀφθαλμοὺς leoni tribuit Ariſtot. Phyſig. c. 5. V. *Thyleſ. de color. c.* 2. *Alciat. Parerg.* 11. 1. *Parrhaſ. Quæſ. Epiſt.* 12.

4. HEBETES oculos fuiſſe Neroni, dicit etiam Plin. XI. 37. *Neroni*, *niſi cum conniveret*, *ad prope admota hebetes.*

5. VENTER PROJECTUS, I. prominens. Gloſſ. Phil. προγάστωρ, *ventroſus*. Max. Tyr. Diſſert. 23. Σωκράτης, ὁ τοῦ λιθοξόου, ὁ σιμὸς, ὁ προγάστωρ. *Socrates*, *lapicida filius*; *ſimus*, *&* *ventrioſus*. Not. Tit. 3. 1. *Jun. Pict.* III. 10.

6. GRADUS *comæ* dicit etiam Quintil. ſupr. Cæſ. 45. 3. §. 16. cincinnorum flexus, & coſdem *anulos* Senec. de Brev. vit. c. 12. *Quomodo excandeſcunt*, *ſi quid ex juba ſua decisum eſt*, *ſi quid extra ordinem jacuit*, *niſi omnia in anulos ſuos reciderunt.* Mart. II. 46. 1.

Unus de toto peccaverat orbe comarum
Anulus, *incerta non bene fixus acu.*

Tortuoſa enim illa flexura exterior gradum occupavit

verticem [8] ſummiſerit: ac plerumque ſyntheſinam [9] indutus, ligato circum collum ſudario [10] prodierit in publicum, ſine cinctu [11], & diſcalceatus [12].

pavit nomen, interior *anulorum*. Unde utramque conjungit Quintil. Inſtit. XII. 10. *Sed me hactenus cedentem nemo inſequatur ultra, do tempori, ne craſſa toga ſit, non ſerica: ne intonſum caput, non in gradus, atque anulos totum comptum: cum in eo, qui ſe non ad luxuriam, ac libidinem referat, eadem ſpecioſiora quoque ſint, quæ honeſtiora.* V. *Torrentium*, *Durant. V. L.* II. 5. *Meurſ. de Lux. Rom. c.* 3. *Rhodig. A. L.* XV. 8. *Salmaſ. in Capitol. Pertin. c.* 12.

7. FORMARE *comam* dicit etiam Prop. I. 3. 23.

Et modo gaudebam lapſos formare capillos.

Fingere Virg. Æn. IV. 148.

—— *mollique fluentem*
Fronde petit crinem fingens.

Tib. I. 5. 50.

Et manibus canas fingere velle comas.

Πλέκειν Artemid. Oneir. II. 6. Πλέκεσθαι δὲ γυναιξὶ μόναις συμφέρει, καὶ ἀνδρῶν τοῖς ἔθος ἔχουσι. *Capillos flecti in orbem ſolis feminis conducit, & virorum iis qui aſſuerunt.*

8. PONE VERTICEM i. poſtica parte capitis. V. Cæſ. 45. 4. §. 20.

9. SYNTHESINAM ſupple veſtem, quæ fuit hominis in triclinio diſcumbentis. Unde *cubitoria* dicitur Petron. c. 30. *Veſtimenta mea cubitoria perdidit.* Fuit forte inſtar pallii, vel potius lintea ſindon, qua involvebantur in convivio, reliquis, ut plurimum, depoſitis veſtimentis. Xiphilino hanc hiſtoriam narranti dicitur χιτώνιον LXIII. p. 721. B. Τὰς δὲ βελευτὰς χιτώνιόν τι ἐνδεδυκὼς ἄνθινον, καὶ σινδόνιον περὶ τὸν αὐχένα ἔχων, ἠσπάζετο. *Senatores autem in florea tunicula, ſindoneque collo circumpoſita, ſalutabat.* Illam non erat fas videre publicam lucem. Mart. XIV. 123. cui titulus *Cœnatoria.*

Nec fora ſunt nobis, nec ſunt vadimonia nota:
Hic opus eſt pictis accubuiſſe toris.

Et non niſi Saturnalibus, toga poſita, ſumebant Romani. Mart. XIV. 1. 1.

Syntheſibus dum gaudet eques, dominuſque ſenatus.

129. cui titulus, *Syntheſis.*

Dum toga per quinas gaudet requieſcere luces,
Hos poteris cultus ſumere jure tuo.

V. *Lipſ. Sat.* I. 2. *Turneb. Adv.* XXIII. 19: XXIV. 6: XXVII. 18. *Stuck. A. C.* I. 33. *Ferrar. R. V.* I. 30. & 31. *Buleng. conv.* I. 35. *Salmaſ. in Vopiſc. Bonoſ. c.* 15.

10. SUDARIUM, quod *focale* vocabant, eo quod faucium quaſi faſcia ſit, & eas tegat. Hoc orationem habituri fauces muniebant adverſus ravim. Mart. XIV. 130.

Si recitaturus dedero tibi forte libellum,
Hoc focale tuas aſſeras auriculas.

Sumpſerit hoc Nero, ne *cœleſtem vocem* ſuam corrumperet.

11. SINE CINCTU *in publico* videri mollium erat olim, & effeminatorum, ut dixi ſupr. Cæſ. 45. 5. §. 28. imo ignominioſum erat, ut dixi ſupr. Aug. 24. 5. §. 24. Unde contra jus & fas, dum ſic in publicum prodiit, feciſſe Neronem dicit Xiphilinus. Καὶ γὰρ ἐς τοῦτο ἤδη παρηνόμει, ὥστε καὶ ἀζώστους χιτῶνας ἐν τῷ δημοσίῳ ἐνδύεσθαι.

12. DISCALCEATUS i. in ſoleis, ut in conviviis ſolebant veteres. * Martial. XII. 88. 6. vero Cottam ridet, quod *excalceatus iret ad cœnam.* Et Seneca frugalitatem ſuam deſcribens Epiſt. 87. dicit pauperis *mulionis* eſſe *excalceatum non propter æſtatem.*

CAPUT LII.

ARG. *Philoſophiam matre, veteres oratores Seneca præceptore illum avertentibus non attingit, ſed ad poeticam pronus carmen componit Nero Claudius Cæſar.*

1.2 Liberales diſciplinas omnes fere puer attigit. Sed a philoſophia [1] eum mater avertit, monens, imperaturo contrariam eſſe [2]: a cognitione veterum oratorum Seneca

PHILOSOPHIAM χρῆμα περίεργον eſſe dicebat Nero. Philoſt. Apoll. IV. 12. Νέρων οὐ ξυνεχώρει φιλοσοφεῖν, ἀλλὰ περίεργον αὐτῷ χρῆμα οἱ φιλοσοφοῦντες ἐφαίνοντο, καὶ μαντικὴν συσκιάζοντες· καὶ ἤχθη ποτὲ ὁ τρίβων ἐς δικαστήριον, ὡς μαντικῆς σχῆμα. *Nero homines philoſophari non ſinebat: ſed ſupervacanea illi opera philoſophorum videbatur, & quæ divinandi peritiam adumbraret: philoſophicum pallium in judicio traductum eſt, ut divinandi artis prætextus.* Unde Muſonium Babylonium in carcerem conjeciſſe dicit idem ibidem c. 16. Ἐτύγχανε δὲ περὶ τὸν χρόνον τοῦτον καὶ Μουσώνιος ὁ Βαβυλώνιος κατειλημμένος ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις τοῦ Νέρωνος, ὃν φασι τελεώτατα ἀνθρώπων φιλοσοφῆσαι. *Erat quoque temporibus illis Muſonius Babylonius in Neronis carcere detentus, quem in philoſophia profectiſſimum eſſe aſſerunt.*

2. IMPERATURO CONTRARIAM ESSE *philoſophiam* dum dixit, perverſe erravit, Neronis mater. Ita enim de philoſophia Cicer. Tuſc. Quæſt. V. 2. *Et hujus culpa, & cæterorum vitiorum, peccatorumque noſtrorum omnis a philoſophia petenda correctio eſt: cujus in ſinum cum a primis temporibus ætatis noſtra voluntas, ſtudiumque nos compuliſſet, his graviſſimis caſibus in eundem portum, ex quo eramus egreſſi, magna jactati tempeſtate confugimus. O vitæ philoſophia dux, o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum! quid non modo*

Seneca præceptor, quo diutius in admiratione ſui detineret. Itaque ad poeticam 3
pronus [3] carmina [4] libenter ac ſine labore compoſuit: nec, ut quidam putant [5], aliena pro ſuis edidit. Venere in manus meas pugillares [6], libellique [7], cum quibuſ- 4
dam notiſſimis verſibus ipſius chirographo ſcriptis; ut facile appareret non tranſlatos [8], aut dictante aliquo [9] exceptos, [10] ſed plane quaſi a cogitante, atque generante exaratos: ita multa, & deleta, & inducta [11], & ſuperſcripta inerant.

modo nos, ſed omnino vita hominum ſine te eſſe potuiſſet? tu urbes peperiſti: tu diſſipatos homines in ſocietatem vitæ convocaſti; tu eos inter ſe primo domiciliis, deinde conjugiis, tum literarum & vocum communione junxiſti: tu inventrix legum, tu magiſtra morum, & diſciplinæ fuiſti. Et Plato de Republ. v. p. 665. Ἐὰν μὴ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλῆς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσται φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, καὶ τοῦτο εἰς ταυτὸν ξυμπέσῃ, δύναμίς τε πολιτικὴ καὶ φιλοσοφία, τῶν δὲ νῦν πορευομένων χωρὶς ἐφ' ἑκάτερον αἱ πολλαὶ φύσεις ἐξ ἀνάγκης ἀποκλεισθῶσιν, οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσι: δοκῶ δὲ, οὐδὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει: οὐδὲ αὕτη ἡ πολιτεία μήποτε πρότερον φυῇ τε εἰς τὸ δυνατὸν, καὶ φῶς ἡλίου ἴδῃ, ἣν νῦν λόγῳ διεληλύθαμεν. *Niſi vel philoſophi civitatibus dominentur, vel hi, qui nunc reges, potenteſque dicuntur, legitime, ſufficienterque philoſophentur, in idemque civilis potentia & philoſophia concurrant: neque (quod nunc fit) a diverſis duo hæc tractentur ingeniis, non erit civitati, vel, ut mea fert opinio, hominum generi requies ulla malorum: neque prius hæc reſpublica, quam verbis expoſuimus, orietur pro viribus, & lumen ſolis adſpiciet.*

3. Ad poeticam pronum fuiſſe Neronem prodit quoque Tacit. Ann. xiii. 3. 7. *Nero puerilibus ſtatim annis vividum animum in alia deterſit: cælare & pingere, cantus aut regimen equorum exercere: & aliquando carminibus pangendis, ineſſe ſibi elementa doctrinæ oſtendebat.* xiv. 16. 1. *Ne tamen ludicra tantum imperatoris artes noteſcerent, carminum quoque ſtudium affectavit, contractis quibus aliqua pangendi facultas. Nec dum inſignis ætatis nati, conſidere ſimul, & allatos, vel ibidem repertos verſus connectere, atque ipſius verba quoquomodo prolata ſupplere: quod ſpecies ipſa carminum docet, non impetu, & inſtinctu, nec ore uno fluens.*

4. Carmina Neronem ſcripſiſſe nos jam monuerunt Xiphilinus, Juvenalis, ejuſque Scholiaſtes & Servius ſupr. 38. 5. §. 26. Et cogitaſſe de rebus geſtis Romanorum verſibus ſcribere addit Xiphilinus. Παρεσκευάζετο δὲ ὡς καὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων πράξεις ἁπάσας συγγράψων ἐν ἔπεσι. *Carmina* Neronis laudant Mart. viii. 66. 8.

Carmina qui docti nota Neronis habent.

Plin. xxxvii. 3. *Domitius Nero in cæteris vitæ ſuæ portentis, capillos quoque conjugis ſuæ Poppææ in hoc nomen adoptaverat, quodam etiam carmine ſuccina appellando.* Et illorum aliquod adfert Senec. N. Q. i. 5. *Quid ergo fit? colorem, non imaginem ducunt: alioquin, ut ait Nero Cæſar diſertiſſime,*

Colla Cytheriacæ ſplendent agitata columbæ.

5. Ut quidam putant: & in illis ipſe Tacitus ſupr. §. 3.

6. Pugillares quinam dicantur V. ſupr. Aug. c. 39. 2. §. 6.

7. Libellos appellat chartas viliores, quibus olim eruditi utebantur, quando primum aliquid componebant: ut opus emendatum in chartam meliorem inde transferrent. Epiphanius ejuſmodi *libellos* vocat σχεδάρια; chartas autem, quæ opus correctum excipiebant, τετράδας. Sic ille in operis fine. Ὑπαγόρευσα, ὁ τὴν μεταγραφὴν ἀπὸ τῶν σχεδαρίων ἐν τετράσι ποιησάμενος. *Caſaubonus.* Si vero hæc tibi non placent, evolvere poteris *Salmaſ. de mod. uſur.* c. 10.

8. Translatos i. ex alio deſcriptos.

* 9. Dictante aliquo notarii excipiebant ſcribenda. Euſeb. Hiſt. Eccl. vi. 23. Ταχυγράφοι αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν παρῆσαν τῷ ὑπαγορεύοντι. *Plures quam ſeptem notarii dictanti aderant.* Suidas, Ὠριγένης. Ὁ δὲ ἐπὶ σχολῆς γενόμενος ὑπηγόρευε τοῖς ταχυγράφοις. *Ille vero, Origenes, otium nactus dictabat notariis.* Paull. Digeſt. xxix. 1. 40. *Lucius Titius miles notario ſuo teſtamentum ſcribendum notis dictavit.*

10. Excipere quinam dicantur, dixi ſupr. Cæſ. 55. 6. §. 13.

11. Inducta quænam dicantur, docui ſupr. Cæſ. 16. 4. §. 20.

CAPUT LIII.

ARG. *Pingit, fingit, luctatur, Apollinem cantu, Solem aurigando æquiperare, & Herculis facta imitari deſiderat Nero Claudius Cæſar.*

Habuit & pingendi [1] fingendique [2] maxime non mediocre ſtudium [3]. Maxima 1. 2
autem

1. Pingere eſt penicillo lineas ducere, & colores addere, quibus homines, bruta, plantæ, arbores, aliæque res exprimuntur. *Pictura* nobilis quondam ars, & quam ingenui addidicerunt. Plin. xxxv. 10. *Et hujus auctoritate effectum eſt Sicyone primum, deinde & in tota Græcia, ut pueri ingenui ante*

Digitized by Google

autem popularitate efferebatur [4], omnium æmulus, qui quoquo modo animum vul-
3 gi moverent. Exiit [5] opinio [6] poſt ſcenicas coronas [7] proximo luſtro deſcenſurum [8]
4 eum ad Olympia inter athletas. Nam luctabatur aſſidue: nec aliter certamina gy-
mnica Græcia tota ſpectaverat, quam brabeutarum [9] more in ſtadio [10] humi aſſidens [11],
5 ac ſi qua paria longius receſſiſſent, in medium manibus ſuis protrahens. Deſtinave-
verat etiam, quia Apollinem cantu [12], ſolem aurigando [13] æquiparare exiſtimare-
tur,

ante omnia diagraphicen, hoc eſt, picturam in buxo docerentur, reciperetur que ars ea in primum gradum liberalium. Semper quidem honos ei fuit, ut ingenui eam exercerent, mox ut honeſti: perpetuo interdicto ne ſervitia docerentur. Ariſtot. Polit. VIII. 3. Ἔστι δὲ τέτταρα σχεδὸν, ἃ παιδεύειν εἰώθασι, γράμματα, καὶ γυμναστικὴν, καὶ μουσικήν· καὶ τέταρτον ἔνιοι γραφικήν. *Sunt autem fere quatuor, quas diſcere juvenes conſueverunt, literas, gymnaſticam, muſicam: addunt vero & quartum quidam picturam.* V. *Beroaldum*, & *Buleng. de pict.* I. 3. Imo ipſi imperatores. *Picturæ peritiſſimus* fuit Adrianus Cæſar apud Spartian. *c.* 14. Illumque ſtatuas feciſſe, & tabulas pinxiſſe dicit Xiphil. LXIX. p. 789. A. Καὶ γὰρ ἔπλασσε καὶ ἔγραφε. Et forte in tabula quapiam cucurbitas feliciter pinxerit. Videtur hoc indicare Apollodorus, de quo hæc idem ibid. C. Τὸν δὲ Ἀπολλόδωρον τὸν ἀρχιτέκτονα τὸν τὴν ἀγορὰν, καὶ τὸ ᾠδεῖον, τό τε γυμνάσιον, τὰ τοῦ Τραϊανοῦ ποιήματα ἐν τῇ Ῥώμῃ κατασκευάσαντα, τὸ μὲν πρῶτον ἐφυγάδευσε, ἔπειτα δὲ καὶ ἀπέκτεινε, λόγῳ μὲν ὡς πλημμελήσαντά τι· τὸ δ' ἀληθὲς, ὅτι τοῦ Τραϊανοῦ κοινουμένου τι αὐτῷ περὶ τῶν ἔργων, εἶπε τῷ Ἀδριανῷ παραλαλήσαντί τι, ὅτι ἄπελθε, καὶ τὰς κολοκύνθας γράφε· τούτων γὰρ οὐδὲν ἐπίστασαι. Ἐτύγχανε δὲ ἄρα τότε ἐκεῖνος τοιούτῳ τινὶ γράμματι σεμνυνόμενος. *Apollodorum vero architectum, qui forum, & odeum, & gymnaſium, opera Trajani, Romæ fecerat, primum exſilio, deinde etiam morte multavit, propter aliquid delictum, ſicuti dicebat: ſed tamen vera cauſa fuit, quod quum Trajanus cum illo quædam de his operibus communicaret, atque interim Adrianus inepte neſcio quid diceret, ei Apollodorus ita reſpondit, abi & cucurbitas pinge: nam tu hæc quidem certe ignoras. Ille enim tum forte tali pictura ſe jactabat.*

2. Fingere *plaſtices eſt terra & argilla ſimilitudines.* Plin. XXXV. 12. Ejus tamen multas ſpecies ponit Philoſtr. Icon. p. 730. Καὶ πλαστικῆς μὲν πολλὰ εἴδη· καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πλάττειν, καὶ ἡ ἐν τῷ χαλκῷ μίμησις, καὶ οἱ ξέοντες τὴν λυγδίνην, ἢ τὴν Παρίαν λίθον, καὶ ὁ ἐλέφας, καὶ νὴ Δία ἡ γλυφική, πλαστική. *Et plaſtica quidem multæ ſpecies. Nam & fingere, & quæ in ære fit imitatio, & lygdinum, Pariumve lapidem, atque ebur polire, & per Jovem ſculptura ipſa plaſtice eſt.* V. quoque *Buleng. de pict.* II. 1. *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 8.

3. Studuiſſe hiſce artibus Neronem tradit etiam Chryſoſt. Orat. 71. Φασὶ δὲ καὶ γράφειν καὶ πλάττειν ἱκανὸς αὐτὸν εἶναι.

* 4. Efferebatur i. delectabatur, movebatur. V. ſupr. Cal. 54. 4. §. 8.

5. Exiit i. divulgata eſt, emanavit. Nep. Ageſ. 2. 1. *Fama exierat, Artaxerxem comparare claſſem.* Et ita Græci Matth. 9. 26. Ἐξῆλθεν ἡ φήμη. Quod paullo plenius dicit Nep. Datam. 6. 3. *Si in turbam exiſſet, ab homine tam neceſſario ſe relictum.* Gell. N. A. XII. 12. *Ea res prodita eſt, & in vulgus exivit.* Noſt. Galb. 20. 7. V. & *Loccen. Ind. Nepot.*

* 6. Opinio i. ſermo, qui ex *opinione* naſcitur. Inde *opinari* Aug. 51. 3.

7. Scenicas coronas V. ſupr. Claud. 11. 7. §. 21.

8. Descensurum eleganter dixit, quaſi in certaminis *diſcrimen* iturum. Sic *deſcendo in campum, in pugnam*, dicimus, non tam ex ſuperiore loco in inferiorem, quam ex tuto in locum diſcriminis. *Sabellicus.* * Imo quoniam profundior eſſet campus ille ſtadiorum ob effoſſam ibi terram tum ipſius campi, tum & proprie dictorum ſcammatum, ſive locorum in ſtadii campo, in quo certabant athletæ: unde & in proverbium ceſſit, *deſcendere in arenam.* Lucian. de Gymnaſ. p. 270. *Rurſus alii ſub dio hoc ipſum faciunt: atque hi quidem non in luto* (uti ſub tecto faciebant) *ſed profundam arenam in foſſa ſubjicientes alii alios conturbant.* Van Dale Diſſert. VIII. c. 4.

9. Brabeutarum i. judicum ludos moderantium, & victoribus præmia diſtribuentium. Pollux III. 30. 2. Τοῖς δὲ γυμνικοῖς ἐφεστῶτι βραβευταὶ, οὓς καὶ βραβέας ὁ Πλάτων καλεῖ. Moſchopul. ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων. Βραβεῖς καὶ βραβευταὶ οἱ διοικηταὶ τοῦ ἀγῶνος, οἱ τὰ ἆθλα διδόντες, ἀφ' οὗ βραβεῖον τὸ ἆθλον. Ulpian. Digeſt. III. 2. 4. *Deſignatores autem, quos Græci βραβευτὰς appellant, artem ludicram non facere Celſus probat, quia miniſterium, non artem ludicram exerceant. Magiſtros* ſupr. 22. 1. & *magiſtros certaminis* ſupr. 12. 10. & *judices* ſupr. Claud. 11. 7. & Ner. 23. 4. dixit noſter.

10. Stadium quid V. ſupr. Cæſ. 39. 9. §. 40.

* 11. Humi assidebant brabeutæ, ut athletas obſervarent. *Van Dale Diſſert.* VIII. *c.* 4.

12. Apollinem cantu præſtitiſſe docet fabula de Marſya ab illo in certamine muſico ſuperato apud Hygin. fab. 165. *Quas*, tibias a Minerva abjectas, *Marſyas Oeagri filius paſtor unus ex Satyris invenit: quibus aſſidue commeletando, ſonum ſuaviorem indies faciebat, adeo ut Apollinem ad citharæ cantum in certamen provocaret: quo ut Apollo venit, Muſas judices ſumpſerunt. Et cum jam Marſyas inde victor diſcederet, Apollo citharam verſabat, idemque ſonus erat: quod Marſya tibiis facere non potuit. Itaque Apollo victum*

Digitized by Google

tur,.. imitari & Herculis facta. Præparatumque leonem [14] ajunt, quem vel clava, 6
vel brachiorum nexibus [15] in amphitheatri arena ſpectante populo nudus eliderect [16].

victum Marſyam ad arborem religatum Scythe tradidit, e cujus ſanguine flumen Marſyas eſt appellatum. Reliquos, qui hanc fabulam referant V. Curt. III. 1. 2. §. 12.

13. SOLEM AURIGANDO præſtitiſſe monet fabula, qua filium Phaetontem, quo modo currum & equos moderari debeat, docet apud *Ovid. Metam.* II. 126.... 140.

14. LEONEM *Nemeæum* interfectum eſſe ab Hercule tradit fabula apud Apollod. II. 5. 1. Εἰς τὴν Νεμέαν ἀφικόμενος, καὶ τὸν λέοντα μαστεύσας, ἐτόξευσε πρῶτον· ὡς δὲ ἔμαθεν ἄτρωτον ὄντα, ἀνατεινάμενος τὸ ῥόπαλον, ἐδίωκε· συμφυγόντος δὲ εἰς ἀμφίστομον σπήλαιον, αὐτοῦ τὴν ἑτέραν ἀνῳκοδόμησεν εἴσοδον, διὰ δὲ τῆς ἑτέρας ἐπεισῆλθε τῷ θηρίῳ, καὶ περιθεὶς τὴν χεῖρα τῷ τραχήλῳ, κατέσχεν ἄγχων ἕως ἔπνιξε. *Ubi in Nemeam pervenit Hercules, & quæſitum leonem reperit, ſagittis prius illum impetivit: ut vero nullis poſſe vulneribus occidi cognovit, protenta clava, feram perſequitur, quæ cum in ſpelæum anceps confugiſſet, ejus alterum oſtium obſtruxit; ac per alterum irrupit in feram: & circumpoſita collo manu, eo uſque adſtrictam tenuit, donec eam præfocavit.* Hanc etiam invenies apud *Heſiod.* Θεογον. v. 327.... 332. & ejus *Scholiaſt. Joh. Tzetz. Chil.* VII. 101. *Iſaac. Tzetz. in Lycophr. p.* 81. *Theocr. Eidyll.* XXVI. 205.... 279. *Virg. Æn.* VIII. 295. & in illum *Servium.*

15. BRACHIORUM NEXIBUS Herculem leonem tenentem exhibent Græcorum numiſmata, & C. Publicii denarii. *Torrentius.* V. *Senecam* §. 16.

16. ELIDERET I. ut Nemeæum Hercules, ſic hunc leonem Nero ſuffocaret. Sic enim *elidere* expoſuit Servius ſupr. Cæſ. 30. II. §. 49. Ipſe Hercules apud Senec. Herc. Oet. IV. 1235.

Hiſne ego lacertis colla Nemeæi mali
Eliſa preſſi?

CAPUT LIV.

ARG. *Ludis hydraulam, choraulam, utriculariam, hiſtrionem ſe prodíturum, Virgiliique Turnum ſaltaturum vovet, & Paridem hiſtrionem adverſarium occidit Nero Claudius Cæſar.*

Sub exitu quidem vitæ palam voverat, ſi ſibi incolumis ſtatus permanſiſſet, prodi- 1
turum ſe partæ victoriæ ludis etiam hydraulam [1], & choraulam [2], & utricularium [3],
ac

HYDRAULA, vel *hydraulos*, ὑδραύλης, *organarius*, ὑδραυλὶς, *organum*. Veteres gloſſæ. Sive qui eſt gnarus incinendi *organo hydraulico*, de quo ſupr. 41. 7. §. 13. Petron. c. 36. *Ut putares Darium hydraule cantante pugnare.*

2. CHORAULES is eſt, qui ad *chorum* tibia canit, ut λυρῳδὸς, qui ad lyram, αὐλῳδὸς, qui ad tibiam. Hos in comœdia cecíniſſe monet Diomed. III. p. 489. Edit. Putſch. *Primis temporibus, ut aſſerit Tranquillus, omnia, quæ in ſcena verſantur, in comœdia agebantur; nam pantomimus & choraules, & pythaules in comœdia canebant.* Poſtea a comœdia ſe ſeparaverunt, & ſeorſum artis ſuæ ſpecimen in ſcena exſequi cœperunt, & *chorum* etiam ſuum habuerunt, qui ubique eos comitabatur. Nunquam enim *choraules* ſine *choro*. *Chorus ex ſeptem conſtabat cantoribus.* Hygin. fab. 273. *Pythaules, qui Pythia cantaverat, ſeptem habuit palliatos, qui voce cantaverunt; unde poſtea appellatus eſt choraules.* Quamvis male *choraulem* & *pithaulem* confundat. *Choraulem* nemo melius, aut elegantius *Cypriano* expreſſit in libro de ſpectaculis. *Alter cum choris, & cum hominis canora voce contendens ſpiritu ſuo, quem de viſceribus ſuis ſuperioribus nitens hauſerat, tibiarum foramina modulans, nunc effuſo, & nunc intus recluſo, ac repreſſo, nunc certis foraminibus emiſſo; atque in aerem profuſo, jam in articulos ſonum frangens loqui digitis elaborat, ingratus artifici, qui linguam dedit.* Et Apollónio apud Philoſtr. v. 7. Ἐμοὶ δοκεῖ ὁ αὐλὸς δεῖσθαι τῆς τε εὐπνοίας, καὶ τῆς εὐστομίας, καὶ τῆς εὐχειρίας τὸν αὐλοῦντα. Ἔστι δὲ εὔπνοια μὲν, ἢν τορὸν, καὶ λευκὸν, ᾖ τὸ πνεῦμα, καὶ μὴ ἐπικτυπῇ ἡ φάρυγξ· τοῦτο γὰρ ἔοικε φθόγγῳ ἀμούσῳ. Εὐστομία δὲ, ἢν τὰ χείλη ἐνθέμενα τὴν τοῦ αὐλοῦ γλῶτταν, μὴ πιμπραμένου τοῦ προσώπου αὐλῇ. Τὸ δὲ εὔχειρον ἀθλητοῦ πολλοῦ ἡγοῦμαι ἄξιον, ἢν μήτε ὁ καρπὸς ἀπαγορεύῃ ἀνακλώμενος, μήτε οἱ δάκτυλοι βραδεῖς ὦσιν ἐπιπέτεσθαι τοῖς φθόγγοις. Καὶ γὰρ τὸ ταχέως μεταβάλλειν ἐκ τρόπου ἐς τρόπον, περὶ τοὺς εὐχειρας ἐστὶ μᾶλλον. *Mihi videtur tibicen indigere ſpiritus bonitate, oris commoditate, & manuum dexteritate. Habet autem ſpiritus bonitatem, ſi lenis ſit, ac politus, nec emiſſus in faucibus obſtrepat: id enim inconcinnam efficit vocem. Oris autem commoditatem dico, ſi poſſint labia tibiarum linguam bene complecti; neve incenſa, ardentique facie cantet. Manuum vero dexteritas permulti, ut arbitror, æſtimanda eſt, ut neque manuum juncturæ infractæ ſint, neve digiti tardius vocis numeros inſequantur. Velociter enim modulari, & ex alio in alium modum tranſire, eorum eſſe maxime puto, qui manuum dexteritate valeant.* Centum *choraulas exhibuiſſe* dicitur Carinus imperator apud Vopiſ. c. 19. Noſt. Galb. 12. 7. V. *Scalig. in Euſeb. p.* 156. *Salmaſ. in Vopiſcum* & *in Tertull. pall. p.* 470. *Barthol. de tibiis* 1. 6.

3. UTRICULARIUS, ἀσκαύλης. *Gloſſa optima.* Utitur vocabulo Græco Mart. x. 3. 8.

2 ac noviſſimo die [4] hiſtrionem, ſaltaturumque [5] Virgilii Turnum [6]. Et ſunt, qui tradant Paridem [7] hiſtrionem occiſum ab eo, quaſi gravem [8] adverſarium.

Et concupiſcat eſſe Canus aſcaules.

Ejus eſt inflare *utrem*, & retinere manu calamos, & preſſum *utrem*, & inſtigatum exanimantem cubito quatere, ita ut calami vibrarentur ex jactatione aſſidua. Virg. Cop. n. 1.

Copa Syriſca caput Graia redimita mitella,
Criſſum ſub crotalo docta movere latus:
Ebria famoſa ſaltat laſciva taberna,
Ad cubitum raucos excutiens calamos.

V. *Scalig. in Catal.* p. 118. & 255. & ex Scaligero *Buleng. de theatr* II. 35. *Barthol. de Tib. vet.* III. 7. *. De crotaliſtria verſus hos eſſe intelligendos contendit *Salmaſ. in Vopiſc. Carin. c.* 19.

4. NOVISSIMO DIE ludorum.

5. SALTATURUM TURNUM I. *ſaltando* imitaturum, exhibiturum, *Turni* perſonam acturum. Horat. Sat. I. 5. 63.

Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa rogabat.

V. *Torrentium*, & *Perizon. ad Sanct. Min.* III. 3. *p.* 222.

6. TURNUM I. *Turni* cum Ænea congreſſum accurate in duodecima Æneide deſcriptum.

* 7. PARIDEM libertum non Neronis, ut perperam Bergier. de viis milit. III. 21. 10. quod etiam Henninius ad illum obſervavit; ſed Domitiæ amitæ Neronis. Tacit. Annal. XIII. 19. 5. *Qui Paridem hiſtrionem libertum & ipſum Domitia impulit.*

8. GRAVEM, quia arte illum vincere non poterat. Ab illo ſaltandi artem diſcere non potuiſſe dicit Xiphil. LXIII. p. 723. A. Τί γὰρ δεῖ λέγειν ὅτι καὶ τὸν Πάριν τὸν ὀρχηστὴν ἀποκτεῖναι ἐκέλευσεν; ὅτι ὀρχεῖσθαι παρ' αὐτοῦ μαθεῖν ἐθελήσας, οὐκ ἠδυνήθη. *Quid opus eſt referre, Paridem juſſum eſſe a Nerone interfici; quod quum ab eo doceri ſaltare cuperet, diſcere non potuit.*

CAPUT LV.

ARG. *Æternitatis perpetuaque famæ cupidine incenſus, Aprilem Neroneum appellat, & Romam Neropolim nuncupare deſtinat Nero Claudius Cæſar.*

1.2 Erat illi æternitatis perpetuæque famæ cupido, ſed inconſulta. Ideoque multis rebus ac locis vetere appellatione detracta, novam induxit ex ſuo nomine. Menſem quoque Aprilem Neroneum [1] appellavit. Deſtinaverat & Romam Neropolim [2] nuncupare.

APRILEM NERONEUM appellaſſe Neronem dicit quoque Tacit. Ann. XVI. 12. 2. *Et menſis, qui Aprilem, eundemque Neroneum ſequebatur, Majus Claudii, Junius Germanici, vocabulis mutantur.* Cauſam *Beroaldus* & *Torrentius* putant fuiſſe, quod eo retecta eſſet conjuratio Piſoniana.

2. ROMAM NEROPOLIM, quaſi *Neronis* civitatem. Et in eo Neronem æmulatus eſt Commodus, qui *urbem Romam coloniam Commodianam vocari voluit* apud Lamprid. c. 8. vel tantum Κομμοδιανὴν apud Xiphil. LXXII. p. 824. B. V. etiam *Beroaldum*.

CAPUT LVI.

ARG. *Religiones contemnit, deam Syriam urina contaminat, icunculam puellarem pro ſummo numine colit, & extiſpicio attendit, ſed non litat Nero Claudius Cæſar.*

1.2 Religionum uſquequaque contemptor, præter unius deæ Syriæ [1]. Hanc mox ita ſprevit,

DEA SYRIA, cujus meminerunt Flor. III. 19. 4. *Syrus quidam nomine Eunus, fanatico furore ſimulato, dum Syria dea comas jactat, ad libertatem, & arma ſervos concitavit.* Apul. Metam. VIII. p. 212. *Qui per plateas, & oppida, cymbalis, & crotalis perſonantes, deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt*, peculiare numen fuit Hierapolitanorum, quod idem cum Junone quidam, alii matrem deum fuiſſe tradunt. Plutarch. Craſſ. p. 553. E. Ἔπειτα τὰς ἐν Συρίᾳ διατριβὰς ἐποιεῖτο, χρηματιστικὰς μᾶλλον ἢ στρατηγικάς: οὐ γὰρ ὅπλων ἀριθμὸν ἐξετάζων, οὐδὲ γυμνασίων ποιούμενος ἁμίλλας, ἀλλὰ προσόδους πόλεων ἐκλογιζόμενος, καὶ τὰ χρήματα τῆς ἐν Ἱερᾷ πόλει θεοῦ σταθμοῖς καὶ τρυτάναις μεταχειριζόμενος ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Ἐπιγράφων δὲ καὶ δήμοις καὶ δυνάσταις στρατιωτῶν καταλόγους, εἶτ' ἀνιεὶς ἀργύριον διδόντας, ἠδόξει καὶ κατεφρονεῖτο τούτοις. Γίνεται δὲ πρῶτον αὐτῷ σημεῖον ἀπὸ τῆς θεοῦ ταύτης. ἣν οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὴν ἀρχὰς καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγρῶν παρασχοῦσαν αἰτίαν καὶ φύσιν νομίζουσι, καὶ τὴν πάντων εἰς ἀνθρώπους ἀρ-

χὴν

Digitized by Google

vit, ut urina contaminaret [2]: alia ſuperſtitione captus, in qua ſola pertinaciſſime hæſit. Siquidem icunculam puellarem, cum quaſi remedium inſidiarum [3] a plebejo quodam 3
& ignoto muneri accepiſſet, detecta confeſtim conjuratione pro ſummo numine triniſque in die ſacrificiis colere perſeveravit: volebatque credi monitione ejus futura prænoſcere. Ante paucos quam periret menſes, attendit & extiſpicio [4], nec un- 4
quumm litavit [5].

χὴν ἀγυλὰς καταδήξαντες. *Deinde commorationes ejus in Syria laceraverunt quæſtuariis potius quam imperatoriis. Non enim luſtravit exercitum, non inſtituit ad exercendos milites certamina, ſed vectigalia tantum ſupputavit, deæ Hieropolitanæ theſaurum ponderibus & trutinis per multos dies examinavit.... indicebat populis, dynaſtiſque militum delectus, mox pecunia cauſa remittebat. His rebus male audivit, & contemptui fuit. Omen primum ei offertur ab hac dea, quam Venerem, alii Junonem, nonnulli eam, quæ incunabula & ſemina omnibus ex humido præbuit, cauſam & naturam arbitrantur eſſe, & quæ principium omnium bonorum docuit mortales.* De dea Syria ſcripſit *Lucianus*, & diſputant *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 405. *b. Selden. de diis Syris* II. 2. *Voſſ. de idolol.* II. 21.

2. URINA CONTAMINARE ſtatuas illorum, quos ignominia affectum ibant, ſolebant veteres. Juven. Sat. I. 131.

> *Cujus ad effigiem non tantum mejere fas eſt.*

Horat. Sat. I. 8. 37.

> *Mentior at ſi quid, merdis caput inquiner albis*
> *Corvorum, atque in me veniat mictum atque cacatum*
> *Julius: & fragilis Pedacia, furque Voranus.*

De hac ignominia etiam agunt *Durant. Var.* II. 16. *Kirchm. de Fun.* III. 26. *Grang. in Juvenalem.* Quid proprie *contaminare*, dixi ſupr. Cæſ. 49. 6. §. 30.

3. REMEDIUM INSIDIARUM; quia adverſus quoſvis morbos & caſus *remedia*, quæ ſemper circumferri facilia eſſent, vendere hominibus præſtigiatoribus & planis moris fuit. Arnob. adv. gent. II. p. 66. *Adverſus ictus noxios & venenatos colubrarum morſus remedia ſæpe conquirimus, & protegimus nos laminis, Pſyllis, Marſiſve vendentibus, aliiſque inſitoribus atque planis.*

4. EXTISPICII apud Etruſcos auctor habitus eſt quidam Tages. Cicer. de Divin. II. 23. *Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi, cum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repente, & eum affatus eſſe, qui arabat. Is autem Tages, ut in libris eſt Etruſcorum, puerili ſpecie dicitur viſus, ſed ſenili fuiſſe prudentia. Ejus adſpectu cum obſtupuiſſet bubulcus, clamoremque majorem cum admiratione edidiſſet: concurſum eſſe factum, totamque brevi tempore in eum locum Etruriam conveniſſe: tum illum plura locutum multis audientibus, qui omnia ejus verba exceperint, literiſque mandaverint: omnem autem orationem fuiſſe eam, qua aruſpicinæ diſciplina contineretur: eam poſtea creviſſe rebus novis cognoſcendis; & ad eadem illa principia referendis.* Illud bene excoluiſſe Etruſcos teſtis eſt Tacit. Ann. XI. 15. 1. *Retulit deinde ad ſenatum ſuper collegio aruſpicum, ne vetuſtiſſima Italiæ diſciplina per deſidiam exoleſceret: ſæpe adverſis Reipublicæ temporibus accitos, quorum monitu redintegratas ceremonias, & in poſterum rectius habitas: primoreſque Etruriæ ſponte, aut patrum Romanorum impulſu retinuiſſe ſcientiam, & in familias propagaſſe.*

5. LITARE quid ſit, dixi ad Curt. VII. 7. 29. §. 78.

CAPUT LVII.

ARG. *Obit, & gaudium publice præbet Nero Claudius Cæſar, & tamen floribus tumulus ornatur, memoriaque colitur Neronis Claudii Cæſaris, & apud Parthos favorabilis eſt Pſeudo-Nero.*

Obiit [1] ſecundo & trigeſimo ætatis anno [2], die quo quondam Octaviam intereme- 1
rat.

1. OBIERIT *Nero* quoto imperii anno, ſilentio prætermittit noſter, ſat habens dixiſſe ſupr. 40. 1. *Talem principem paullo minus quatuordecim annos perpeſſus terrarum orbis.* Et in imperii tempore definiendo in omnia alia eunt chronologi. Annorum quaternorum denorum illud fuiſſe dicunt Tacit. de orat. 17. 3. Eutrop. VII. 15. & Clemens Alex. Strom. I. p. 339. tredecim annorum & octo dierum Joſeph. de Bell. Jud. V. 6. tredecim annorum, ſeptem menſium & viginti octo aut triginta dierum Proſp. Aquit. Chron. p. 285. tredecim annorum & octo menſium Xiphil. LXIII. p. 727. E. ſed illis duos dies demit Zonar. Ann. II. p. 195. V. etiam *Caſaubonum.* Quo menſis die perierit, diſquirit *Scalig. de Emend. Temp.* V. *p.* 469.

2. SECUNDO ET TRIGESIMO ÆTATIS ANNO obiiſſe Neronem dixit Euſebius quoque ſupr. 48. 1. §. 2. dicunt etiam Aurel. Vict. Epit. 5. 8. & Eutrop. VII. 9. §. 11. ſed primo & trigeſimo Xiphilinus & Zonaras, licet in menſibus denarrandis non conveniant. Ille enim *ἐβίω ἔτη τριάκοντα καὶ μῆνας ἐννέα: vixit annos triginta, menſes novem.* Hic *βιοὺς ἔτη τριάκοντα πρὸς μησὶ πέντε καὶ ἡμέραις εἴκοσι: vixit annos triginta, menſes quinque, dies viginti.* * Numerus vero in Joh.

Digitized by Google

2 rat. Tantumque gaudium publice præbuit, ut plebs pileata [3] tota Urbe diſcurre-
3 ret. Et tamen non defuerunt qui per longum tempus vernis æſtiviſque floribus [4]
tumulum ejus ornarent: ac modo imagines [5] prætextatas [6] in Roſtris proferrent,
4 modo edicta, quaſi viventis, & brevi magno inimicorum malo reverſuri [7]. Quinetiam
Vologeſus [8] Parthorum rex, miſſis ad ſenatum legatis de inſtauranda ſocietate, hoc
5 etiam magnopere oravit, ut Neronis memoria coleretur [9]. Denique cum poſt viginti
annos [10] adoleſcente me extitiſſet conditionis incertæ [11], qui ſe Neronem eſſe jactaret [12],
tam

Joh. Malal. Chronol. x. 333. & Chronico Alexandrino mendoſus eſt, ubi ſcribunt. Τελευτᾷ ὁ αὐτὸς Νέρων, ὢν ἐνιαυτῶν ξθ. *Nero diem ſupremum obiit, annos natus ſexaginta novem.*

3. PILEATA i. *pileo* induta interprete Aurel. Vict. Epit. 9. 4. *Ceterum adeo cuncta provincia, omniſque Roma interitu ejus exſultavit, ut plebs induta pilei manumiſſionum, tanquam ſævo exempta domino, triumpharet.* *Pileum* libertatis ſignum fuiſſe, dixi ſupr. Tib. 4. 4. §. 21.

4. FLORIBUS tumulos veteres ornaſſe dictum ſupr. Aug. 18. 1. §. 5.

* 5. IMAGINEM Imperatoris *ne quis in invidiam alterius portaret, Sclo cavetur, & qui contra fecerit, in vincula publica mittitur.* Scævol. l. 38. de injur. Senſus eſt: qui in invidiam novi alicujus Imperatoris defuncti etiam poſt memoriam ejus damnatam portare non veretur. Id interdum fieri conſuevitſſe teſtis eſt Suetonius. Nec alio reſpexit Ambroſ. in Pſalm. 38. dum ſcribit: *Si quis tyranni imagines habeat, qui jam victus interiit, jure damnetur. Quomodo tu hoſtis, & adverſarii imaginem in civitatem veri Imperatoris inducis, niſi ipſe te damnet.* Rævard. Conject. 11. 6.

* 6. PRÆTEXTATAS. Portari enim Imperatoris imago ſic interdum ſolet, ut ea veſtibus intexeretur. Auſon. in Grat. act. *Palmatam tibi miſi, in qua D. Conſtantius parens noſter intextus eſt.... Conſtantius in argumento veſtis intexitur.* Epigr. XXV. 7.

Hos ille Serum veſte contexi jubet,
Hos cælat argento gravi.

Loquitur de quodam divite, qui cum degener eſſet, & mœcho genitus, antiqua captabat ſtemmata, Romulumque & Remum iis, quibus utebatur, veſtibus ſericis intexi jubebat. *Rævard Conject.* 11. 6.

7. VIVERE.... crediderunt plures. Tacit. Hiſt. 11. 8. 1. *Sub idem tempus Achaja atque Aſia falſo exterrita, velut Nero adventaret: vario ſuper exitu ejus rumore, eoque pluribus vivere eum fingentibus, credentibuſque.* Imo ne quidem occiſum. Unde Auguſtinus explicans 2. Theſſ. 2. 7. de Civit. Dei XX. 19. *Quidam putant hoc de imperio dictum fuiſſe Romano: & propterea Paullum Apoſtolum non id aperte ſcribere voluiſſe, ut calumniam videlicet incurreret, quod Romano imperio male optaverit, cum ſperaretur æternum; ut hoc quod dixit: jam enim myſterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi, cujus jam facta velut Antichriſti videbantur. Unde nonnulli ipſum reſurrecturum, & futurum Antichriſtum ſuſpicantur. Alii vero, nec eum occiſum putant, ſed ſubtractum potius, ut putaretur occiſus: & vivum occultari in vigore ipſius ætatis, in qua fuit, cum crederetur extinctus, donec ſuo tempore reveletur, & reſtituatur in integrum. Sed multum* Auguſtino *mira eſt hæc opinantium tanta præſumptio.* Et deliros quoſdam hoc credidiſſe dicit Lactant. de mort. perſecut. c. 2. *Unde illum quidam deliri credunt eſſe tranſlatum, ac vivum reſervatum. Sibylla dicente, matricidam profugum a finibus eſſe venturum, ut, quia primus perſecutus eſt, idem etiam noviſſimus perſequatur, & Antichriſti præcedat adventum, quod nefas eſt credere,* ut hujus loci hiatum ſupplet ampliſſ. *Cuper. in Lactantium p.* 127. V. etiam *Caſaubonum.*

8. VOLOGESUS Neronis, dum ſuperabat, hoſtis acerrimus. Xiphil. LXIII. p. 719. A. Ὁ δὲ δὴ Οὐολόγαισος, ὅτι ἐλθεῖν πρὸς τὸν Νέρωνα, καί τοι πολλάκις μεταπεμφθεὶς, οὐκ ἠθέλησε, καὶ τέλος, ἐπεὶ ἐνόχλησις αὐτῷ ἐγίγνετο, ἀντεπέστειλεν ὅτι πολὺ σοὶ ῥᾷον ἢ ἐμοὶ ἐστὶ τοσαύτην θάλασσαν πλεῦσαι. Ἂν οὖν ἐς τὴν Ἀσίαν ἔλθῃς, τότε συνθησόμεθα συμβαλεῖν ἀλλήλοις. *Vologeſus autem, licet ſæpenumero arcerſitus, venire ad Neronem noluit; ac tandem, quum ei moleſtum eſſet, reſcripſit, ſibi quidem longe facilius eſt tam magnum mare navigare quam mihi. Si ergo in Aſiam veneris, tunc inter nos componemus, ubi mutuo nos convenire poſſimus.*

9. MEMORIAM COLERE idem eſt ac manes *colere.* Hinc intelligi poteſt reſponſum Modeſt. Digeſt. XXXIII. 2. 16. *Legatum civitati relictum eſt, ut ex reditibus quotannis in ea civitate, memoriæ conſervandæ defuncti gratia, ſpectaculum celebretur, quod illi celebrare non licet, quæro, quid de legato exiſtimes? Modeſtinus reſpondit: cum teſtator ſpectaculum edi voluerit in civitate, ſed tale, quod ibi celebrare non licet: iniquum eſſe hanc quantitatem, quam in ſpectaculum defunctus deſtinaverit, lucro heredum cedere. Igitur adhibitis heredibus, & primoribus civitatis diſpiciendum eſt, in quam rem converti debeat fidei commiſſum, ut memoria teſtatoris alio & licito genere celebretur.* Guther. de jur. man. 11. 18. Addit Aurel. Vict. Epit. 5. 8. *Hunc Perſæ in tantum dilexerunt, ut legatos mitterent, orantes copiam conſtruendi monumenta.*

10. POST VIGINTI ANNOS h. a morte Neronis.

11. CONDITIONIS INCERTÆ i. aliquis.

12. NERONEM ESSE JACTAVIT hic quiſquis fuerit, Domitiani temporibus, & quidem imperii ejus anno ſeptimo. Plures fuere *Pſeudo-Nerones.* Statim ſub Othone & Vitellio *ſervus e Ponto, ſive, ut alii tradidere, libertinus ex Italia, citharæ, & cantus peritus*

Digitized by Google

tam favorabile [13] nomen ejus apud Parthos fuit, ut vehementer adjutus, & vix redditus ſit [14].

ritus (unde illi ſuper ſimilitudinem oris propior ad fallendum fides) adjunctis deſertoribus, quos inopia vagos ingentibus promiſſis corruperat, mare ingreditur. Sed interfectus quiſquis ille erat. Tacit. Hiſt. IV. 8. 2. De illo etiam Xiphil. LXIV. p. 731. E. Ἑάλω δέ τις καὶ Νέρων εἶναι πλασάμενος κατὰ τὸν δε τὸν καιρόν: ὃ τὸ ὄνομα τῷ Δίωνι ἠγνόηται: καὶ τὸ τέλος καὶ δίκην ἔδωκεν. *Per id tempus quidam captus eſt, qui ſe Neronem eſſe ſimulabat, cujus quidem nomen a Dione ignoratum eſt: ſed is tandem ſupplicio affectus eſt*, ut addit Zonar. Ann. II. p. 191. a Calpurnio. Ἐν τούτοις δέ τις πλασάμενος Νέρων εἶναι, ἐκ τῆς πρὸς τον Νέρωνα ξένης ἐμφερίας αὐτοῦ, τὴν Ἑλλάδα ὀλίγου πᾶσαν ἐτάραξε: καὶ χεῖρα κακούργων ἀνδρῶν ἀθροίσας, πρὸς τὰ ἐν τῇ Συρίᾳ στρατόπεδα ὥρμησεν. Ἐν Κύδνῳ δὲ περαιούμενον αὐτὸν ὁ Καλπούρνιος συλλαβὼν καὶ ἀπέκτεινεν. *Interea quidam ob lineamentorum corporis ſimilitudinem ſe Neronem eſſe fingens, totam pene Græciam conturbavit, & manu ſicariorum comparata, ad Syriacas legiones properavit. Sed eum Calpurnius in trajectu Cydni amnis comprehenſum interfecit.* Sub Tito Terentius Maximus ibid. p. 195. Ἐπὶ τούτου καὶ ὁ Ψευδο-Νέρων ἐφάνη, ὃς Ἀσιανὸς ἦν, ἐκαλεῖτο δὲ Τερέντιος Μάξιμος, προσεοικὼς δὲ τῷ Νέρωνι καὶ τὸ εἶδος καὶ τὴν φωνήν: καὶ γὰρ καὶ ἐκιθαρῴδει. Ἐκ τε τῆς Ἀσίας τινὰς προσεποιήσατο, καὶ ἐπὶ τὸν Εὐφράτην προχωρῶν, πολλῷ πλείους ἀνηρτήσατο: καὶ τέλος πρὸς Ἀρτάβανον τὸν τῶν Πάρθων κατέφυγεν ἄρχοντα: ὃς καὶ δι' ὀργῆς τὸν Τίτον ποιούμενος, ἐδέξατο τοῦτον, καὶ κατάγειν εἰς Ῥώμην παρεσκευάζετο. *Sub eo*, Tito, *Pſeudo-Nero extitit, homo Aſianus, nomine Terentius Maximus, Neroni, & facie, & voce ſimilis: nam ad citharam quoque canebat. Is comparata in Aſia factione, & ad Euphratem progreſſus, manu longe majore facta, denique ad Artabanum Parthorum regem confugit: qui Tito infenſus, illum receptum, Romam reducere inſtituit.* V. quoque *Caſaubonum.*

13. FAVORABILIS quis V. ſupr. Cal. 4. 2. §. 5.

14. REDDITUS SIT ad ſupplicium.



Ooooo SER



SERGIUS SULPICIUS GALBA.

CAPUT I.

ARG. *Cæſarum progeniem in Nerone defecturam, ſignis apparet evidentiſſimis, maxime duobus.*

1 Progenies Cæſarum [3] in Nerone [4] defecit [5]: quod futurum compluribus quidem ſignis,

[1] Sergius perperam dicitur Sulpicius Galba. *Servius* ejus gentilitium nomen fuit, loco tamen prænominis uſurpatum. Dio LVIII. p. 634. B. Γάλβας ὁ Σερούιος, ὁ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσας. *Servius Galba, is qui deinde Imperator factus eſt.* LXIII. p. 725. B. Ὁ Βίνδιξ τὸν Γάλβαν τὸν Σερούιον τὸν Συλπίκιον ἐς τὴν ἡγεμονίαν προεχειρίζετο. *Vindex Servio Sulpicius Galba imperium detulit.* Plutarch. Galb. p. 1054. A. Μέγα ἔχων εὐγενείας ἀξίωμα τοῦ Σερουίων οἴκου. *Cum illuſtri nobilitate excelleret ex Serviorum gente.* Livius inſr. 3. 4. §. 17. *Noriſ. Epiſt. Conſul. Theſ. Ant. Roman. Græv. Tom.* XI. *p.* 406. C. *Crenius Animad. Philol. & Hiſtor. Tom.* XII. *p.* 235.


2. Galbæ vitam, mores, & laudes in brevi quaſi tabella exhibet Tacit. Hiſt. I. 49. 4. *Vetus in familia nobilitas, magna opes: ipſi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus. Fama nec incurioſus, nec venditator. Pecunia aliena non appetens, ſua parcus, publica avarus. Amicorum, libertorumque, ubi in bonos incidiſſet, ſine reprehenſione patiens: ſi mali forent, uſque ad culpam ignarus. Sed claritas natalium, & metus temporum obtentui, ut, quod ſegnitia erat, ſapientia vocaretur. Dum vigebat ætas, militari laude apud Germanias floruit. Proconſul Africam moderate: jam ſenior, citeriorem Hiſpaniam pari juſtitia continuit, major privato viſus, dum privatus fuit, & omnium conſenſu capax imperii, niſi imperaſſet.* * *Galbam*, Vitellium, Othonem, infelices illos & anniculos Imperatores in ſcripta referri non meruiſſe judicat Eunap. Proœm. p. 14. Τοὺς γὰρ ἀθλίως καὶ ἐνιαυσίους οὐ χρὴ γράφειν: οὗτοι δ' ἦσαν οἱ περὶ Γάλβαν, Βιτέλλιον, Ὄθωνα.

3. Progenies Cæsarum, I. *familia Auguſti*, ut Eutrop. VII. II. Oroſ. VII. 8. *Atque in eo omnis familia Auguſti conſumpta eſt.*

4. In Nerone, ut *qui unus ſupereſſet e familia ſummum ad faſtigium genita.* Tacit. Ann. XIII. 17. 3.

5. Defecit I. eſſe deſiit. Flor. IV. 2. 6. *Et ibi aliquando defecit.* Unde ἔσχατος τῶν ἀπὸ τοῦ Αἰνείου καὶ ἀπὸ τοῦ Αὐγούστου γεγόνεται, *ultimus eorum, qui ab Ænea,*

Digitized by Google



Digitized by Google

ſignis [6], ſed evidentiſſimis duobus apparuit. Liviæ [7] olim poſt Auguſti ſtatim [8] 2
nuptias [9] Vejentanum [10] ſuum reviſenti prætervolans aquila gallinam albam [11], ramulum [12] lauri roſtro tenentem, ita ut rapuerat, demiſit in gremium [13]: cumque nutriri alitem, pangique [14] ramulum [15] placuiſſet [16], tanta pullorum ſuboles [17] provenit [18], ut hodie quoque ea villa *ad gallinas* [19] vocetur: tale vero lauretum [20], ut triumphaturi Cæſares inde laureas [21] decerperent: fuitque mos triumphantibus [22], alias [23] confeſtim eodem loco pangere: & obſervatum eſt ſub cujuſque obitum, arborem ab ipſo inſtitutam [24], elanguiſſe [25]. Ergo noviſſimo Neronis anno, & ſylva 3
omnis

Ænea, & Auguſto genus ducebant, dicitur Xiphil. LXIII. p. 727. E. &

Æneadum generis qui ſextus & ultimus hæres.

Auſon. Cæſar. 6. 1. Euſeb. ſupr. Ner. 48. 1. §. 2. Appianus tamen, qui vixit ſub Adriano & Antonino Pio, ſed ſolus, ut monet Caſaubonus, ſcribit B. C. IV. p. 598. reliquiſſe Octavium καὶ γένος, καὶ ὄνομα τὸ νῦν ἄρχον. Errat & vetus Scholiaſtes Juvenalis, qui ad Sat. IV. 38. notat *ultimum* dici Domitianum, *quia in illo Cæſarum origo defecit.*

6. SIGNIS, & Sibyllarum vaticinio. Xiphil. LXII. p. 709. D. Ἐπειδή τε ὁ Νέρων παραμυθούμενος αὐτοὺς, οὐδαμοῦ ταῦτα τὰ ἔπη εὑρῆσθαι ἔλεγε, μεταβαλόντες ἕτερον λόγιον, ὡς καὶ Σιβύλλειον ὄντως ὄν, ᾖδον. Ἔστι δὲ τοῦτο.

Ἔσχατος Αἰνεαδῶν μητροκτόνος ἡγεμονεύσει.

Καὶ ἔσχεν οὕτως, εἴτε καὶ ὡς ἀληθῶς θεομαντείᾳ τινὶ προλεχθὲν, εἴτε καὶ τότε ὑπὸ τοῦ ὁμίλου πρὸς τὰ παρόντα θειασθέν: τελευταῖος γὰρ τῶν Ἰουλίων τῶν ἀπὸ Αἰνείου γενομένων ἐμονάρχησεν. *Et quum Nero populi conſolandi cauſa hos verſus nuſquam repertos eſſe diceret, aliud oraculum, ut vere Sibyllinum, cecinerunt,*

Ultimus Æneadum matrem necat induperator.

Id quod accidit, ſive vere prædictum divino oraculo, ſive tunc a plebe divino quodam inſtinctu de præſenti rerum ſtatu prolatum. Nam is ultimus ex Julii familia, quæ ab Ænea profecta erat, regnavit.

7. LIVIÆ *ſedenti.* Plin. XV. 30.

8. STATIM, quod laxius ſumendum pro ſpatio duorum annorum. Livia enim Auguſto nupta eſt Appio Claudio, C. Norbano conſulibus. Dio XLVIII. p. 383. D. 1. anno ab U. C. 715. ut volunt Faſti Capitolini, & Caſſiodorus, & ex illis Pigh. Ann. III. p. 488. & hoc prodigium accidit L. Gellio, Cocceio Nerva conſulibus. Dio p. 389. C. ſive anno ab U. C. 717.

9. POST NUPTIAS, *pactam Cæſari* fuiſſe dicit Plinius.

10. VEJENTANUM I. villam in agro *Vejentano.* Illam deſcribit Plin. XV. 30. *Quod factum eſt in villa Cæſarum, fluvio Tiberi impoſita juxta nonum lapidem Flaminia via.* * Circa locum, qui nunc vocatur *Fraxinetum*, vulgo *Fraſſineto*, ut putat *Cluver. Ital. ant.* II. 3. 39.

11. ALBAM, *conſpicui candoris* Plinius. Et tales, qui ex ipſa provenere, fuiſſe pullos, dicit Xiphinus infr. §. 26.

12. RAMULUM *onuſtum ſuis baccis.* Plinius, κλῶνα δάφνης ἐγκάρπου. Dio.

13. DEMISIT IN GREMIUM *illæſam.* Plinius. Quod quomodo Liviam, alioſque affecerit, narrant Dio XLVIII. p. 389. C. & Zonar. Ann. II. p. 150. Τό τε τῇ Λιβίᾳ συμβὰν, ἐκείνῃ μὲν καθ' ἡδονὴν ἐγένετο. τοῖς δ' ἄλλοις δέος ἐνεποίησε... ἥ τε Λιβία ἐγκολπώσασθαι, καὶ τὴν τοῦ Καίσαρος ἰσχὺν, καὶ ἐν πᾶσιν αὐτοῦ κρατήσειν ἔμελλε. *Et Livia hujuſmodi prodigium evenit, quod ei voluptatem, aliis metum attulit... ac futurum erat, ut Livia ſuo in ſinu potentiam Cæſaris complecteretur, omnibus in rebus ejus domina futura.*

14. PANGI, *ſeri* Plinius. Paullus Feſti abbreviatur. *Pangere, figere, unde plantæ pangi dicuntur, cum in terram demittuntur: inde etiam verſus pangi, vel figi in cera dicuntur.*

15. RAMULUM vocat κλῶνα; nam laurus earum arborum una eſt, quæ generant, ſi κλὼν pangatur, id eſt, ſurculus: non generant, ſi ἀκρέμων, hoc eſt, ſurus, ſive craſſior *ramus.* Cauſam habes apud Theophraſt. Αἰτίων φυτικῶν I. 3. *Caſaubonus.*

16. PLACUISSET *Liviæ.* Dio & Zonaras. Καὶ (ἐδόκει γὰρ οὐ σμικρὸν τὸ σημεῖον εἶναι) τήν τε ὄρνιθα ἐν ἐπιμελείᾳ ἦγε, καὶ τὴν δάφνην ἐφύτευσε. *Et (non enim ſignum exiguum videbatur eſſe) gallinam* Livia *adſervavit diligenter, & laureum ramum ſevit.* Jubentibus n. aruſpicibus. Plinius. *Conſervari alitem, & ſubolem juſſere aruſpices, ramumque eum ſeri, ac rite cuſtodiri.*

17. TANTA PULLORUM SUBOLES I. tot *pulli.*

18. PROVENIT I. nata eſt. Salluſt. B. C. c. 8. *Provenere ibi ſcriptorum magna ingenia.* Juſtin. XLIV. 4. 2. *Huic cum ex filiæ ſtupro nepos proveniſſet.*

19. AD GALLINAS ob id prodigium *vocatam eſſe eam villam* teſtatur quoque Plinius. In alta ſemita, ſive regione ſexta *gallinas albas* collocant S. Rufus, & P. Victor, *Pancirol. de* XIV. *reg. Urb. p.* 10. *Aring. Rom. Subt.* IV. 38. §. 4.

20. TALE LAURETUM. Plinius. *Mire ſylva provenit.*

21. LAUREAM, quam *in manu tenuit, & coronam,* quam *capite geſſit* primum *Cæſar* Auguſtus: *ac deinde imperatores Cæſares cuncti.* Plinius.

22. TRIUMPHANTIBUS, & hinc *durant ſylvæ nominibus ſuis diſcretæ.* Plinius.

23. ALIAS, imo *ramos, quos tenuerunt.* Plinius.

24. INSTITUERE I. in terra *ſtatuere*, pangere. Paull.

omnis exaruit radicitus, & quidquid ibi gallinarum erat, interiit [26]: ac ſubinde tacta de cælo Cæſarum æde [27], capita omnibus ſtatuis ſimul deciderunt: Auguſtique ſceptrum [28] e manibus excuſſum eſt.

Digeſt. XIX. 2. 55. *In conducto fundo, ſi conductor ſua opera, aliquid neceſſario, vel utiliter auxerit, vel ædificaverit, vel inſtituerit.* Cicer. Agrar. II. 25. *Utrum hac lex eſt, an tabula Veratiana auctionis? in qua ſcriptum fuiſſe ajunt: jugera CC. in quibus olivetum fieri poteſt: jugera* CCC. *ubi inſtitui vineæ poſſunt.* Noſt. infr. Gramm. 23. 4. *Turneb. Adv.* II. 13: V. 2.

25. ELANGUISSE quando dicantur herbæ, dixi ſupr. Aug 81. 3. §. 10. Et ita *elangueſcunt* arbores. Sil. Ital. IV. 140.

Sic elangueſcens, & jam caſura, petitum
Invenit vulnus, cædemque recepit ab hoſte
Cornus.

26. SYLVA EXARUIT.... & interitum Neronis denuntiarunt. Xiphil. LXIII. p. 727. E. Καὶ ξηρὰς αἱ δάφναι αἱ ὑπὸ τῆς Λιβίας φυτευθεῖσαι, τό τε γένος τῶν λευκῶν ὀρνίθων, προδιαφθαρέντα αὐτῷ, ἐσήμαινε. *Interitum ejus lauri, quæ a Livia plantatæ fuerant, & genus albarum gallinarum, quæ ante illum utraque perierant, non obſcure denuntiarunt.* * Funeſtiſſimum eſſe lauri præmortuæ oſtentum etiam putaverunt Trojani, quorum venturæ calamitatis prodigiis & hoc addit Q. Calab. X. 12. 507.

Ἀπεμυάθοντο δὲ δάφναι
Πὰρ νηὸν Φοίβοιο, πάρος θαλεραί περ ἐοῦσαι.
Exareſcuntque lauri
Juxta Apollinis fanum, quæ antehac floridiſſimæ fuerant.

27. CÆSARUM ÆDE, quam Veneris Genetricis, de qua dictum ſupr. Cæſ. 61. 7. quia a Venere per Æneam gens Julia, fuiſſe putat *Torrentius.* * Sed ab aliquo Cæſarum in Palatino; fortean a Nerone in prodigioſa domus ſuæ aureæ laxitate ſtructam credit *Nardin. Rom. Vet.* VI. 14.

28. SCEPTRUM, quale etiam ſtante Republica triumphantibus geſtare jus erat. Et fortaſſis habitu triumphali Auguſtum illa ſtatua repræſentaverit. V. *Schildium*, & *Babelonium.*

CAPUT II.

ARG. *Neroni ſuccedit Sergius Sulpicius Galba, nobiliſſimus, & ex vetere proſapia oriundus.*

1 Neroni Galba ſucceſſit, nullo gradu contingens Cæſarum domum [1]; ſed haud dubie nobiliſſimus [2], magnaque [3] & vetere proſapia [4]: ut qui ſtatuarum titu-
2 lis [5] pronepotem ſe Q. Catuli [6] Capitolini [7] ſemper adſcripſerit. Imperator vero etiam

NULLO GRADU CONTINGENS CÆSARUM DOMUM, ſed tamen aliquo modo Liviam, ut vult Plutarch. Galb. p. 1054. B. Ἦν δέ τι καὶ Λιβίᾳ τῇ Καίσαρος γυναικὶ κατὰ γένος προσήκων ὁ Γάλβας, καὶ διὰ τοῦτο Λιβίας παρασχούσης ὕπατος ἐκ Παλατίου προῆλθε. *Adhuc intercedebat Galbæ aliqua cum Cæſaris uxore Livia neceſſitudo: atque inde Liviæ beneficio conſul ex Palatio progreſſus eſt.* * Sed Livia ante quadriennium quam Galba conſulatum gereret, e vita deceſſerat, quare non ejus opera conſul deſignatus fuit. *Noriſ. Epiſt. conſul. Theſ. Ant. Rom. Græv. Tom.* XI. *p.* 407. C.

2. NOBILISSIMUS, utpote qui genus paternum a gente Sulpicia, maternum a Lutatia traxerit. Tacit. Hiſt. I. 15. 1. *Igitur Galba apprehenſa Piſonis manu, in hunc modum locutus fertur; ſi te privatus, lege curiata apud Pontifices, ut moris eſt, adoptarem; & mihi egregium erat tunc, Pompeji & M. Craſſi ſubolem in Penates meos adſciſcere; & tibi inſigne, Sulpiciæ ac Lutatiæ decora, nobilitati tuæ adjeciſſe.* Unde *magnus* civis dicitur Juven. VI. 559.

Cujus amicitia, conducendaque tabella
Magnus civis obit, & formidatus Othoni.

3. MAGNA I. opulenta, divite. Ita enim illam deſcribit Tacit. Hiſt. I. 49. 4. *Vetus in familia nobilitas, magnæ opes.* Noſt. Oth. I. 3.

4. PROSAPIA, *progenies, id eſt, porro ſparſis, & quaſi jactis liberis; quia ſipare ſignificat jacere, & diſjicere.* Paulus Feſti abbreviator. Verbum eſt vetus. Cicer. Tim. c. 11. *Quos fratres inter ſe, agnatoſque uſurpare, atque appellare videmus, & eorum, ut utamur veteri verbo, proſapiam.* Unde illo non eſſe utendum cenſet Quintil. Inſtit. I. 6. *Sed opus eſt modo, ut neque crebra ſint hæc, verba a vetuſtate repetita, neque manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione: nec utique ab ultimis, & obliteratis repetita temporibus, qualia ſunt, proſapia....* Utuntur tamen illo præter noſtrum Plaut. Curc. III, 23.

De cœlitum proſapia te eſſe arbitror.

Merc. III. 4. 49.

Quis eſſet, aut unde eſſet, qua proſapia.

* Salluſt. Bell. Jug. c. 85. Juſtin. XIV. 6. 11. Apulej. Met. I. Præf. n. 13: III. I. 134: VI. 183: VIII. 201: IX. 233: X. 247. Apol. 286. Prudent. Cathemer. II. 89. Periſteph. X. 112. 180. Apotheoſ. 938. Pſychom. I. 36.

5. STATUARUM TITULIS ſæpe numero ſcriptores debent, quod de honoribus, vita, origine, aut affinitatibus illuſtribus eorum, quorum hiſtoriam pangunt,

Digitized by Google

etiam ſtemma [8] in atrio [9] propoſuerit, quo paternam originem ad Jovem; maternam ad Paſiphaen [10] Minois uxorem referret.

pangunt, narrant; quod niſi ita traditum fuiſſet, & ipſi ignorarent, & aliis aperire neſcirent. Unde & ſi ob honores geſtos cuipiam aut vivo publice decretæ fuiſſent, aut poſt mortem datæ *ſtatuæ*, illud etiam in aliis extra *ſtatuas* titulis memorari interdum ſolebat. Vopiſc. in Caro c. 5. *Hic igitur per civiles, & militares gradus, ut tituli ſtatuarum ejus indicant, præfectus prætorii a Probo factus.* Figrell. de ſtat. c. 28.

6. Pronepotem Q. Catuli. Ea de re Plutarch. Galb. p. 1054. B. *Μέγα δὲ ἔχων εὐγενείας ἀξίωμα, τοῦ Σεγβίων οἴκου, αὐτὸς ἐφρόνει μεῖζον ἐπὶ τῇ Κάτλου συγγενείᾳ πρωτεύσαντος ἀνδρὸς ἀρετῇ καὶ δόξῃ τῶν καθ' ἑαυτόν. Cum autem illuſtri nobilitate præcelleret ex Serviorum gente, ipſe majores animos gerebat ex propinquitate Catuli viri virtute, & laude omnium ſua memoria principis.*

7. Capitolini, dicti a refectione *Capitolii*, de qua ſupr. Cæſ. 15. 1. §. 3.

8. Stemma quid, dixi ſupr. Ner. 37. 2. §. 6.

9. Atrium primus intra ædes aditus. Vitruv. Archit. VI. 8. *Earum autem rerum non ſolum erunt in urbe ædificiorum rationes, ſed etiam ruri, præterquam quod in Urbe atria proxima januis ſolent eſſe.* In *atrio* majorum imagines collocabant veteres. Vitruvius de *atriis* agens VI. 4. *Imagines item alte cum ſuis ornamentis ad latitudinem alarum ſint conſtituta.* Et *ceras* i. imagines ex *cera* factas in *atrio* locant Juven. Sat. VIII. 19.

Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria.

Et Ovid. Amor. 1. 8. 65.

Nec te decipiant veteris quinque atria ceræ.

10. Pasiphae Solis filia cum feratur, mirum eſt, non ad Solem potius maternum genus eum retuliſſe, quam ad feminam tam fœdo concubitu infamem. De alio quodam Galba Sil. Ital. VIII. 470.

Rectorem magno ſpectabat nomine Galbam.
Huic genus orditur Minos, inviſaque tauro
Paſiphae.

Torrenius.

CAPUT III.

ARG. *Galbæ cognomen trahunt, & familiam illuſtrant Sulpicii.*

Imagines & elogia univerſi generis [1] exſequi longum eſt; familiæ [2] breviter attin- 1
gam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbæ tulit, cur, aut unde traxe- 2
rit, ambigitur. Quidam putant, quod oppidum Hiſpaniæ fruſ[illegible] diu oppugnatum 3
illitis demum galbano [3] facibus [4] ſuccenderit: alii quod in diuturna valetudine galbeo [5], id eſt, remediis [6] lana [7] involutis aſſidue uteretur: nonnulli quod præpinguis fuerit.

* Genus Galbæ vocat omnes Sulpicios. } V. ſupr. Cæſ. 6. 1. §. 13.

* 2. Familiam Galbæ appellat Sulpicios Galbas. } V. ſupr. Cæſ. 6. 1. §. 13.

3. Galbanum *dat Syria in Amano monte, e ferulaque ejuſdem nominis, reſinæ modo: ſtagonitin appellant.* Plin. XII. 25. Quem ſic conſtituendum vult illuſtris *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 249. *a. E.* Idem dicit Dioſcor. III. 97. *Γαλβάνη ὀπός ἐστι νάρθηκος ἐν Συρίᾳ γεννωμένου, ὃν ἔνιοι μετώπιον καλοῦσι. Galbanum liquor eſt naſcentis in Syria ferulæ, quod nonnulli metopium vocant.* Veteres gloſſæ. *Γαλβάνη, ἡ χαλβάνη, galba*, ubi *galbanum* legendum eſſe monet *Voſſ. Lex.* Exod. 30. 34. *Item edixit Jehova Moſchi, accipe tibi aromata, ſtacten, & onychen, &* חֶלְבְּנָה *chelbenah*, quod *galbanum* vertunt *Septuaginta interpretes, Tremellius, Buxterfius & Pagninus.*

4. Faces *galbano illeverunt* veteres, quia ignem nutrit, utpote pingue. Dioſcorides. *Ἔστι αὐτῆς ἀρίστη λιβανοειδής, χονδρώδης, καθαρά, λιπαρά. Eſt in hoc genere probatiſſimum, quod thuris præbet effigiem, grumoſum, purum, pingue.* Inde *reſinæ modo* in Syria dari, dixit modo Plinius.

5. Galbeum pro ornamento, vel armilla accipiebant veteres, qua virtutis ergo donabantur milites. Id autem *galbeum*, vel *calbeum* dicebatur a voce Græca *κάρπιον*: unde *carpeum*, & *calpeum*, poſtea *galbeum*. Feſtus. *Calbeos armillas dicebant, quibus triumphantes utebantur, & quibus ob virtutem milites donabantur. Calbeos* i. *καρπίους*: unde *καρπίους ὄφεις*, & *ἐπικαρπίους* Græci dicunt armillas in modum ſerpentis contextas. *Κάρπιον* enim vocabant id omne, quod *χειρὸς καρπὸν* vinciebat, quod armillæ proprie faciunt. Latini *calpeum*, vel *galbeum*. Optimæ gloſſæ: *calbea, κόσμια.* Remedia hæc vocat *galbeum* noſter, quod more *galbei*, vel armillæ circa brachium obvoluta illa haberet. *Salmaſ. in Lamprid. Alex. Sev. c.* 41. *Rhodig. A. L.* XXIV. 5. *Keuchen. in Sammonic. p.* 272. *Rigalt. ad Onoſand. Στρατηγ. p.* 61. *Turneb. Adv.* V. 2; XVII. 8.

6. Remedia hæc an fuere quaſi ſtemma, *καὶ περιειλημμένοι ἐρίῳ τῷ θαλλῷ*? quo pacto Xenocrates apud Plin. XX. 14. *pulegii ramum lana involutum, in*

tertianis

fuerit viſus, quem *galbam* [8] Galli vocent: vel contra, quod tam exilis [9], quam ſunt
4 animalia [10], quæ in æſculis naſcuntur, appellanturque *galba*. Familiam illuſtravit Sergius Galba conſularis [11], temporum ſuorum eloquentiſſimus [12], quem tradunt Hiſpaniam [13] ex prætura obtinentem, XXX Luſitanorum [14] millibus [15] perfidia [16] trucidatis [17], Viria-

tertianis ante acceſſionem olfactandum dari, aut ſtragulis ſubjici, & ita collocari ægrum, inter remedia tradit. Quale etiam præſcribit Q. Seren. Sammon. 51. 5.

Pulegii ramus lana velatus amictu
Tempore ſuſpecto medicos præbebit odores.

Quibus verbis innuere videtur, *φυσικὰ remedia*, ſive περίαπτα, nota veteribus quoque medicis, ὡς φυσικῶς δρᾷν δυνάμενα, ut ait Alexander Trallianus I. 15. n. ſi πολλῶν καὶ ποικίλων γινομένων ἀπεγνωσμένος ὁ κάμνων εἴη, *multis, variiſque nequidquam adhibitis remediis, deſperata, ac depoſita ſalus ægrotantis eſſet.* Rigalt. ad Onoſand. p. 62.

7. LANÆ perſæpe involuta remedia, ſive quæ medici ex artis ſuæ præceptis imperabant, ſive quæ ſuperſtitio aliqua ſuadebat, vel ars magica, affectæ parti admovebant veteres. Ulpian. Digeſt. XXXII. 70. 7. *Ne ea quidem, quæ fomentationis gratia parata ſunt, vel medicina, lanarum appellatione continentur.* Apud Hippocratem, & alios medicos leges ſæpe ἔρια ἐπικαταδεῖν, aut περιδίνειν προσπαθείας ἕνεκα, *ut pars affecta commodius ſe habeat.* Plinius & Sammonicus §. 6. Noſter Domit. 17. 2. V. *Caſaubonum.*

8. GALBAM *pinguem* Galli vocant, & hac adhuc ætate Helvetii *calb*, & [illegible], qui obeſi, ac minime mali ſunt, *calber*, & Germani inferiores *kalf*. Romani vero *Galb* pro *calb*, ut *Gaius* pro *Cajus* protulerunt. V. *Glareanum*, *Torrentium*, *Merul. Coſm.* II. 3. 15. *Bochart. Chan.* I. 42.

* 9. EXILIA i. gracilia. *Exilia* proprie dicuntur, quæ ſunt minuta adeo & tenuia, ut vix in ſenſum incurrant. Colum. Præf. 10. *Ejus*, Virgilii, *quaſi numine inſtigante aggreſſi ſumus tenuem admodum & pene viduatam corpore materiam, quæ tam exilis eſt, ut in conſummatione quidem totius corporis annumerari velut particula poſſit laboris noſtri; per ſe vero & quaſi ſuis finibus terminata nullo modo ſpecie conſpici.* Noit. Fl. 5. 2.

10. Ab ANIMALIBUS, ſeu inſectis nomina ſibi induebant veteres. Feſtus. *Coſſi ab antiquis dicebantur natura rugoſi corporis homines, a ſimilitudine vermium ligno editorum, qui coſſi appellantur.*

10. CONSUL fuit Galba cum L. Aurelio Cotta anno ab U. C. 609. V. *Faſtos Capitolinos*, *Caſſiodorum*, & *Pigh. Ann.* II. *p.* 466.

12. ELOQUENTIAM Galbæ laudat etiam Cicer. Brut. c. 21. *Sed inter hos ætate paullum his antecedens ſine controverſia Ser. Galba eloquentia præſtitit: & nimirum is princeps ex Latinis illa oratorum propria, & quaſi legitima opera tractavit, ut egrederetur a propoſito ornandi cauſa, ut delectaret animos, aut permoveret, ut augeret rem, ut miſerationibus, ut communibus locis uteretur: ſed neſcio quomodo hujus, quem conſtat eloquentia præſtitiſſe, exiliores orationes ſunt, & redolentes magis antiquitatem, quam aut Lælii, aut Scipionis, aut etiam ipſius Catonis. Itaque exaruerunt, vix jam ut appareant.* De orat. I. 10. *Equidem & Ser. Galbam memoria teneo, divinum hominem in dicendo.*

13. HISPANIAM ulteriorem obtinuit Galbam L. Licinio Lucullo, & A. Poſthumio Albino conſulibus, ſive anno ab U. C. 602. *Faſti Capitolini*, *Caſſiodorus*, & *Pigh. Ann.* II. *p.* 437.

14. LUSITANORUM citra Tagum flumen habitantium. Oroſ. IV. 21. *In Hiſpania Ser. Galba prætor Luſitanos citra Tagum flumen habitantes, cum voluntarios in deditionem recepiſſet, per ſcelus interfecit: ſimulans enim de commodis eorum ſe acturum fore, circumpoſitis militibus, cunctos inermes, incautoſque proſtravit.*

15. XXX. MILLIA *Luſitanorum* dicit noſter, ſed *ſeptem millia* Valer. Max. IX. 6. 2. *Trium Luſitaniæ civitatum convocato populo, tanquam de commodis ejus acturus, ſeptem millia, in quibus flos juventutis conſiſtebat, electa, & armis exuta, partim trucidavit, partim vendidit.*

16. PERFIDIAM Galbæ curatius deſcribit Appian. Hiſpan. p. 288. Τοῖς πρεσβευομένοις ἐς αὐτὸν, καὶ θέλουσι βεβαιοῦν ἃ Ἀτιλίῳ τῷ πρὸ αὐτοῦ στρατηγῷ συνθέμενοι παραβεβήκεσαν, ἐδέχετο, καὶ ἐσπένδετο, καὶ ὑπεκρίνετο αὐτοῖς καὶ συνάχθεσθαι ὡς δι᾽ ἀπορίαν λῃστεύουσί τε καὶ πολεμοῦσι καὶ παρεσπονδηκόσι. Τὸ γὰρ λυπρόγεων, ἔφη, καὶ πενιχρὸν ὑμᾶς ἐς ταῦτα ἀναγκάζει. Δώσω δ᾽ ἐγὼ πενομένοις φίλοις γῆν ἀγαθὴν, καὶ ἐν ἀφθόνοις συνοικιῶ, διελὼν ἐς τρία. Οἱ μὲν δὴ, τάδε προσδοκῶντες, ἀπὸ τῶν ἰδίων ἀνίσταντο, καὶ συνῄεσαν ἔνθα προσέταττεν ὁ Γάλβας. Ὁ δὲ αὐτοὺς ἐς τρία διῄρει, καὶ πεδίον ἑκάστοις τι ὑποδείξας ἐκέλευεν ἐν τῷ πεδίῳ περιμένειν, μέχρι πολίσειεν αὐτοὺς ἐπελθών. Ὡς δ᾽ ἧκεν ἐπὶ τοὺς πρώτους, ἐκέλευσεν, ὡς φίλους, θέσθαι τὰ ὅπλα: θεμένους δὲ ἀπετάφρευέ τε, καὶ μετὰ ξιφῶν τινας ἐσπέμψας, ἀνεῖλε πάντας, ὀδυρομένους τε καὶ θεῶν ὀνόματα καὶ πίστεις ἀνακαλοῦντας. Τῷ δ᾽ αὐτῷ τρόπῳ καὶ τοὺς δευτέρους καὶ τρίτους ἐπειχθεὶς ἀνεῖλεν, ἀγνοοῦντας, ἔτι τὰ πάθη τὰ τῶν προτέρων. Ἀπιστίαν μὲν ἄρα ἀπιστίᾳ μετιὼν, οὐκ ἀξίως δὲ Ῥωμαίων, μιμούμενος βαρβάρους. *Ad quem*, Galbam, *cum legati veniſſent, ſeque dicerent velle ea fœdera firmare, quæ cum Atilio, qui paullo ante dux belli fuerat, pacti violarant, placide quidem illos excepit, fidemque dedit, ſimulans ſe eorum vicem dolere, quod ob inopiam & latrocinia exercere, & bella gerere, & fœdera tranſgredi coacti eſſent. Nec enim, aiebat, apud me dubium, qui agri veſtri infœcunditas, & paupertas eo vos egerit. Proinde ſi amici eſſe volueritis, inopibus* dabo

Viriatini [18] belli cauſam [19] exſtitiſſe. Ejus nepos ob repulſam conſulatus [20] infenſus Julio Cæſari, cujus legatus [21] in Gallia fuerat, conſpiravit cum Caſſio & Bruto [22], propter

dabo terram bonam, & tres in partes diviſos locis uberrimis ſtatuam. His promiſſis pellecti, relictis ſuis ſedibus, eo frequentes conveniebant, quo Galba juſſerat. Igitur in tria agmina partitos deſcendere in planitiem, quam ſingulis aſſignaverat, juſſit: ibique tantiſper operiri dum reverteretur. Deinde ad primos accedens, ceu jam amicos, arma deponere imperat, armis ſpoliatos vallo circumdat; poſtremo immiſſis aliquot viris cum gladiis omnes trucidat: quiritantes, & deorum, hominumque fidem implorantes. Eodem modo ſecundos & tertios ingenti feſtinatione delevit, priuſquam de ſociorum calamitate aliquid reſciſcere potuiſſent. Sic perfidiam perfidia ultus eſt, non ut Romanum decuit, ſed barbaros imitatus.

17. Trucidaverat quia tot Luſitanos, Galbam accuſavit M. Cato. Liv. Epit. 49. *Quum L. Scribonius tribunus plebis rogationem promulgaſſet, ut Luſitani, qui in fidem populo Romano dediti, a Servio Galba in Galliam veniſſent, in libertatem reſtituerentur, M. Cato acerrime ſuaſit. Exſtat oratio in Annalibus ejus incluſa. Q. Fulvius Nobilior, & ſæpe ab eo in ſenatu laceratus, reſpondit pro Galba: ipſe quoque Galba, quum ſe damnari videret, complexus duos filios prætextatos, & filium Galli Sulpicii, cujus tutor erat, ita miſerabiliter pro ſe locutus eſt, ut rogatio antiquaretur.* Accuſationis hujus meminit Gell. I. 12. *M. Cato de Luſitanis quum Ser. Galbam accuſavit*: & juxta cum illo Tacit. Ann. III. 66. 2. *Ser. Galbam a Catone cenſorio accuſatum.* Cædis cauſam, quam interſeruit Galba, addit Livius. *Luſitanos propter ſeſe caſtra habentes cæſos fatetur: quod compertum habuerit, equo atque homine ſuo ritu immolatis per ſpeciem pacis adoriri exercitum ſuum in animo habuiſſe.* Judicium quomodo evaſerit, docet Appian. p. 288. Ὁ Γάλβας Λευκόλλου φιλοχρηματώτερος ὢν, ὀλίγα μὲν τινὰ τῆς λείας τῇ στρατιᾷ διεδίδου, καὶ ὀλίγα τοῖς φίλοις, τὰ λοιπὰ δὲ ἐσφετερίζετο, καί τοι πλουσιώτατος ὢν ὁμοῦ τι Ῥωμαίων· ἀλλ' οὐδ' ἐν τῇ εἰρήνῃ φασὶν αὐτὸν διαλιπεῖν ψευδόμενόν τι καὶ ἐπιορκοῦντα διὰ κέρδη. Μισούμενος δὲ, καὶ κατηγορούμενος, διέφυγε διὰ τὸν πλοῦτον. *Galba Lucullum avaritia ſuperans pauca de præda militi diſtribuebat, pauca amicis, reliqua ipſe intervertebat: & quamquam Romanorum ditiſſimus erat, tamen ne in pace quidem ajunt, aut mendacio, aut perjurio abſtinuiſſe, dum rem faceret. Inviſus igitur omnibus, & ad judicium tractus, divitiarum præſidio evaſit.*

18. Viriatini i. geſti cum *Viriato* Luſitanorum duce. *Viriatus in Hiſpania primum ex paſtore venator, e venatore latro, mox juſti quoque exercitus dux factus, univerſam Luſitaniam occupavit, M. Vitilium prætorem, fuſo ejus exercitu, cepit: poſt quem C. Plautius prætor nihilo felicius rem geſſit, tantumque terrorem is hoſtis intulit, ut adverſus eum conſulari opus eſſet, & duce, & exercitu.* Liv. Epit. 52. Aurel. Vict. de vir. Illuſt. c. 71. & ſatis fuſe Appian. Hiſpan. p. 289.... 297. *Per quatuordecim annos Hiſpanias adverſum Romanos moviſſe* Viriatum volunt Eutrop. IV. 13. Florus II. 17. Liv. Epit. 54. Oroſ. IV. 4. De illo etiam Sil. Ital. III. 354.

Hos Viriatus agit, Luſitanumque remotis
Extractum luſtris, primo Viriatus in ævo
Nomen Romanis factum mox nobile damnis.

Sed bella connexa confundunt; nam & antea, ſed non duce *Viriato* Luſitani rebellarunt. *Decem annis Romanos varia victoria Viriatum fatigaviſſe* dicit Juſtin. XLIV. 2. 7. Sed exactius Appian. p. 297. Ἔστι γὰρ ἐντὸς τῶδε τοῦ πολέμου παμμιγοῦς στρατοῦ ἀστασίαστον ἦν. *Annis octo, quibus bellum geſſit, nulla ſeditio in ejus caſtris eſt orta, licet exercitum habuerit ex diverſis gentibus conflatum.* Cepit enim hoc bellum Cn. Cornelio Lentulo & L. Mummio conſulibus, ſive anno ab U. C. 607. & Viriato per inſidias cæſo confectum eſt C. Lælio Sapiente, & Q. Servilio Cæpione conſulibus, ſive anno ab U. C. 613. Falſus omnino eſt Paterculus, qui *contumelioſe viginti annorum bello ſub duce Viriato majores ſuos eſſe exercitos* dicit II. 90. 4.

19. Causam *belli Viriatini* fuiſſe Galbæ perfidiam prodit etiam Appian. p. 288. Ὀλίγοι δ' αὐτῶν διέφυγον, ὧν ἦν Οὐρίατθος, ὃς μετ' οὐ πολὺ ἡγήσατο Λυσιτανῶν, καὶ ἔκτεινε πολλοὺς Ῥωμαίων. *Evaſere tamen ex illis pauci, inter quos Viriatus, qui non multo poſt Luſitanis præfuit, & Romanos multos occidit.* p. 289. Οὐρίατθος δὲ ἐκ τῆς Γάλβα παρανομίας ἐκφυγὼν, τότε συνὼν αὐτοῖς, ὑπεμίμνησκε τῆς Ῥωμαίων ἀπιστίας... *Viriatus, qui ex iniqua illa Galbæ crudelitate evaſerat, forte fortuna tunc temporis inter eos verſabatur, & ſingulos Romanorum perfidia admonere cœpit.*

20. Repulsam consulatus paſſus fuerat Ser. Galbæ nepos Ser. Galba, cum Cæſar adhuc eſſet in Gallia anno ab U. C. 704. quo Galba rejecto *conſulatum* obtinuerunt, ſed Cæſare invito, L. Cornelius Lentulus & C. Claudius Marcellus, Hirt. B. G. VIII. 50. 4. *Propterea quod inſolenter adverſarii ſui gloriarentur, L. Lentulum & C. Marcellum conſules creatos, qui omni honore, & dignitate Cæſarem exſpoliarent: ereptum Ser. Galbæ conſulatum, quum is multo plus gratia, ſuffragiiſque valuiſſet, quod ſibi conjunctus & familiaritate, & neceſſitudine legationis eſſet.* Paſſus fuit & altera vice *conſulatus repulſam* Cæſare jam dictatore, rerum, honorumque potente, & magiſtratus ordinante. V. etiam *Ruben. Electt.* I. 27.

21. Legatum Cæſaris Galbam fuiſſe dicit quoque Dio XXXIX. p. 94. D. Καὶ τῷ αὐτῷ τούτῳ χρόνῳ Γάλβας ὁ Σέργιος, ὑποστρατηγῶν αὐτῷ. *Eodem illo tempore Sergius Galba, Cæſaris legatus.* Ejuſque meminit Cæſar B. G. III. 1. 1. & 4: 3. 1: 5. 2: 6. 4. *Legatos* Cæſarum deſcripſi ſupr. Aug. 47. 1. §. 4.

22. Conspirasse cum Cassio et Bruto *Galbam* indicat

6 propter quod Pedia lege [23] damnatus eſt. Ab hoc ſunt imperatoris Galbæ avus, &
7 pater. Avus clarior ſtudiis, quam dignitate; non enim egreſſus præturæ gradum,
8 multiplicem, nec incurioſam [24] hiſtoriam edidit. Pater conſulatu [25] functus, quam [26]
brevi corpore atque etiam gibber [27], modicæque in dicendo facultatis [28] cauſas indu-
9 ſtrie actitavit. Uxores habuit Mummiam Achaicam, neptem Catuli, proneptem
L. Mummii, qui Corinthum [29] excidit [30]; item Liviam Ocellinam, ditem admo-
dum, & pulcram, a qua tamen nobilitatis cauſa appetitus ultro exiſtimatur, & ali-
quanto enixius, poſtquam ſubinde inſtanti vitium corporis ſecreto poſita veſte de-
10 texit, ne quaſi ignaram fallere videretur. Ex Achaica liberos, Cajum & Sergium
11 procreavit. Quorum major Cajus [31] attritis facultatibus Urbe ceſſit: prohibituſ-
que [32] a Tiberio ſortiri anno ſuo [33] proconſulatum, voluntaria morte obiit [34].

indicat etiam Cicer. Philip. 13. 16. *Ser. Galbam eodem pugione ſuccinctum in caſtris videtis. Nihil tibi de Galba reſpondeo, fortiſſimo, conſtantiſſimo cive: coram aderit, præſens tibi ipſe, & ille, quem inſimulat, pugio reſpondebit.* Cauſa *conſpirationis* eadem Galbæ quæ Caſſio. Ut enim hunc *conſulatum differendo.* Paterc. II. 56. 3. ita illum ad conſulatum, ad quem provehere potuiſſet rerum potitus, non provehendo offenderat. Quid ſit, dixi ad Curt. IX. 6. 7. §. 9.

23. PEDIA LEGE. V. illam ſupr. Ner. 3. 2. §. 3.

24. CURIOSUS quis ſit, dixi ſupr. Aug. 27. 4. §. 13.

25. CONSULAREM patrem habuit Ser. Galba, ſed quo tempore *conſulatum* geſſerit, nobis incognitum eſt. Non enim C. Galbam puto, qui cum Haterio Agrippa *conſul* fuit infr. §. 31. Fratrem enim imperatoris fuiſſe teſtatur Tranquillus. *Pigh. Ann.* III. *p.* 552. & 561.

26. QUAM i. valde, admodum. V. ſupr. Claud. 20. 1. §. 1.

27. GIBBER eſt, qui habet *gibbum* i. tumorem, & eminentiam in aliqua parte corporis, quam *carnem* vocat noſt. Galb. 21. 2. Senec. Epiſt. 101.

Tuber adſtrue gibberum;
Lubricos quate dentes.

Hinc in Galbam Auguſti jocus apud Macrob. Sat. II. 4. *Galba cujus informe gibbo erat corpus, agenti apud ſe cauſam, & frequenter dicenti corrige in me ſi quid reprehendis, reſpondit: ego te monere poſſum, corrigere non poſſum.* Et Orbilii apud eundem ibid. c. 6. *In eundem Galbam Orbilius Grammaticus acerbius irriſit. Prodierat Orbilius in reum teſtis: quem Galba ut confunderet, diſſimulata profeſſione ejus, interrogavit: quod artificium facis? reſpondit, in ſole gibbos ſoleo fricare.* *Gibberoſus* dicitur noſt. Gramm. 9. 3.

28. MODICÆ IN DICENDO FACULTATIS, quem tamen *eloquentia clarum* fuiſſe dicit Macrob. Sat. II. 6. *In Galbam eloquentia clarum, ſed quem habitus corporis deſtruebat, M. Lollii vox circumferebatur: Ingenium Galbæ male habitat.* * In parvo enim & curvo corpore magnum gerebat ingenium & rectum. Unde *immodica* legit *Dorleans in Tacit. p.* 398.

29. CORINTHUS, *Achajæ* fuit *caput*, *Græciæ decus, inter duo maria Ionium & Ægæum, quaſi ſpecula, expoſita.* Flor. II. 16. Ejus ſitum deſcribunt Strab. VIII. p. 261. & Pauſan. Arcad. p. 236.

30. EXCISAM *eſſe Corinthum Olympiadis* 156. *anno tertio, noſtræ urbis* 608. dicit Plin. XXXIV. 2. Cn. n. Cornelio Lentulo, & L. Mummio conſulibus, quos eodem anno, quo Plinius, conſules fuiſſe dicunt Faſti Siculi; ſed a. 607. Faſti Capitolini & triumphales, & ex illis Pigh. Ann. II. p. 460. *poſt annos nongentos quinquaginta duos, quam ab Halete, Hippotis filio, erat condita.* Paterc. I. 13. 1. *Excidii* cauſam indicat Strabo p. 262. Κορίνθιοι δὲ ὑπὸ Φιλίππῳ ὄντες ἐκείνῳ τε συνεφιλονείκησαν, καὶ ἰδίᾳ πρὸς Ῥωμαίους ὑπεροπτικῶς εἶχον, ὥστε τινὲς καὶ τῶν πρεσβείων παριόντων τὴν οἰκίαν αὐτῶν, ἐθάῤῥησαν καταντλῆσαι βόρβορον: ἀντὶ τούτων μὲν οὖν καὶ ἄλλων ὧν ἐξήμαρτον, ἔτισαν δίκας αὐτίκα: πεμφθείσης γὰρ ἀξιολόγου στρατιᾶς, αὐτή τε κατέσκαπτο ὑπὸ Λευκίου Μομμίου. *Corinthii porro cum Philippo parerent, non illius modo contendendi ſtudio acti conatus adjuverunt, ſed & pro ſe privatim ita Romanos deſpexerunt, ut quidam* (in his *Critolaum* nominant Flor. II. 17. 2. & Cicer. N. D. III. 38.) *in legatos domum ſuam prætereuntes auſi ſint cœnum defundere: pro quo peccato, aliiſque flagitiis mox pœnas dederunt: miſſo enim juſto exercitu everſa eſt a L. Mummio.* Bellum hoc etiam deſcribunt Liv. Epit. 52. Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr. c. 66. Juſtin. XXXIV. 2. Eutrop. IV. 11. Oroſ. V. 2. Val. Max. VII. 5. 4. Zonar. Ann. II. p. 117. & curatius in Achaicis Pauſanias.

31. CAJUS *Sulpicius Galba* imperatoris frater conſul fuit cum Haterio Agrippa anno ab U. C. 774. V. Faſtos Capitolinos, & Pigh. Ann. III. p. 552. Unde *conſularis* dicitur Tacito infr. §. 32.

32. PROHIBITUS... quia fuerat, morte voluntaria obiiſſe Galbam, docet etiam Tacit. Ann. VI. 40. 3. *At C. Galba conſularis voluntario exitu cecidit, triſtibus Cæſaris literis provinciam ſortiri prohibitus.*

33. SUO i. ſibi aſſignato & promiſſo. Quo qui proconſulatum ſortitus fuiſſet, ſi non prohibitus a Tiberio, dictum ſupr. Claud. 7. 2. §. 7.

34. OBIIT *Galba Q. Plautio, Sex. Papinio conſulibus.* Tacit. n. 1. ſive anno ab U. C. 788. V. Faſtos Capitolinos, Caſſiodorum, & Pigh. Ann. III. p. 552. & 563.

C A-

CAPUT IV.

ARG. *Naſcitur, adoptatur, prædictionibuſque, & prodigiis ad res novas tentandas confirmatur Sergius Sulpicius Galba.*

Sergius Galba imperator, M. Valerio Meſſalla, Cn. Lentulo conſulibus [1] natus eſt 1
IX Kal. Januarii, in villa [2] colli ſuperpoſita, prope Terracinam [3] ſiniſtrorſum
Fundos [4] petentibus. Adoptatus a noverca [5] ſua, Livii nomen, & Ocellæ [6] cogno- 2
men aſſumpſit, mutato prænomine. Nam & Lucium mox pro Sergio uſque ad
tempus imperii uſurpavit. Conſtat Auguſtum puero [7] adhuc ſalutanti [8] ſe inter æ- 3
quales [9], apprehenſa buccula [10] dixiſſe, *καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ* [11]. Sed 4
& Tiberius, cum comperiſſet [12] eum imperaturum, verum in ſenecta: *vivat ſane* [13], ait,
quando id ad nos nihil pertinet. Avo quoque ejus fulgur procuranti [14], cum exta de 5
manibus

M. VALERIO MESSALLA, CN. LENTULO CONSULIBUS 1. anno ab U. C. 750.. *Faſti Capitolini*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 529. Dioni in indice libri LV. & Faſtis vocantur *L. Cornelius L. F. Lentulus*, & *M. Valerius*, *M. F. Meſſalinus.*

* 2. VILLA hæc olim fuit apud ſpeluncas, quæ hodie viſuntur ſub ipſo monte, qua e Laurulis Fundos verſus adſcenditur. *Cluver. Ital. Ant.* III. 7. 14.

3. TERRACINAM V. ſupr. Tib. 39. 2. §. 7.

4. FUNDOS V. ſupr. Tib. 5. 1. §. 1.

5. NOVERCA *Livia Ocellina.*

* 6. OCELLÆ dicti ſunt, *qui parvis utriſque erant oculis* Plin. XI. 37. Cognomen fuit familiæ Serviorum. Cicer. Fam. VIII. 7. *Servius Ocella nemini perſuaſiſſet ſe mœchum eſſe, niſi triduo bis deprehenſus eſſet.*

7. PUERO *Galba* imperium prædixerit Auguſtus, ut vult noſter. Ad illud enim pervenit anno ætatis tertio & ſeptuageſimo, adeoque ab Auguſti exitu ad hujus imperii initium anni ſunt quatuor & quinquaginta. *Conſuli* prædixerit Tiberius, ut mox Tacitus. Qui hoc dixerit non ipſi Galbæ, ſed de Galba amicis quibuſdam interioribus. Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 8. *Ἦν δὲ καὶ γενεθλιαλογίᾳ Τιβέριος τὰ μάλιστα προσκείμενος, καὶ κατορθώμασιν αὐτῆς μείζοσιν τοῖς ἐς τὸ δὲ ἀνακειμένοις ἐκείνων τὸν βίον ἐξηγμένος. Γάλβαν οὖν ποτε θεασάμενος ὡς αὐτὸν ἐσιόντα, φησὶ πρὸς τοὺς ἐπιτηδειοτάτους αὐτῷ, ὡς παραγένοιτο ἀνὴρ τῇ Ῥωμαίων προτιμητόμενος ἡγεμονίᾳ.* *Erat enim mathematicorum diſciplinis addictus Tiberius, juxta quorum conſilia in tota vita pleraque agere eſt ſolitus. Nam & Galbam olim venientem conſpicatus, verſus ad intimos quoſdam amicos: en, inquit, virum, futurum aliquando Romanorum principem.* *Accito* hoc Tiberium dixiſſe dicit Tacit. Ann. VI. 20. 3. *Non omiſerim præſagium Tiberii, de Ser. Galba tum conſule: quem accitum, & diverſis ſermonibus pertentatum, poſtremo Græcis verbis in hanc ſententiam allocutus: Et tu Galba quandoque deguſtabis imperium, ſeram, & brevem potentiam ſignificans.* Sed obvio Dio infr. §. 11.

8. SALUTARE potentiores moris fuiſſe, dixi ſupr. Aug. 27. 6. §. 17.

9. ÆQUALES quinam, dicam infr. Vitel. 14. 1. §. 2.

10. BUCCULA i. parva *bucca*, quæ proprie cavitas eſt interior genarum, quam arrogantiores inflare ſolent, & qui tibiis canunt. Arnob. adv. gent. II. p. 73. *Idcirco animas miſit, ut inflandis bucculas diſtenderent tibiis.* Ariſtæn. Epiſt. I. 14. *Τὰς γνάθους ἐμφυσῶντες τῇ σύριγγι.* Deſcribit illas Plin. XI. 37. *Infra eas*, malas, *hilaritatem riſumque indicantes bucca.* Illa apprenſa pueros deoſculabantur veteres, ut dictum ſupr. Aug. 94. 15. §. 55.

11. *Παρατρώγειν* dicit etiam Philoſtr. vit. Sophiſt. II. p. 592. A. *Δικῶν τι, καὶ δικαστηρίων παρέτρωγεν.* Sed vocem minus uſitatam uſitatiore *παραγεύσῃ* mutaverunt Dio LVII. p. 616. A. *Οὕτω δ' οὖν τὸ πεπρωμένον ἑκάστῳ τῶν πρώτων καὶ ἐξήταζε καὶ ἠπίστατο· ὥστε καὶ τὸ Γάλβᾳ τῷ μετὰ ταῦτα αὐταρχήσαντι ἀπαντήσας, γυναῖκα ἐγγεγυημένῳ εἰπεῖν· ὅτι καὶ σύ ποτε τῆς ἡγεμονίας γεύσῃ.* *Adeo ſane fatum uniuſcujuſque præſtantiſſimorum virorum indagabat, ac certe cognoſcebat, ut Galba etiam, qui poſterioribus temporibus imperator factus, tum forte uxorem duxerat, obviam factus dixerit: & tu quoque aliquando imperium guſtabis.* Et Xiphil. LXIV. p. 721. C. *Ὡμίλησε ποτε μὲν αὐτῷ καὶ ὁ Τιβέριος, φήσας ὅτι καὶ αὐτὸς τῆς ἡγεμονίας παραγεύσεται.* *Quod ei Tiberius aliquando prædixerat, quum diceret, eum quoque imperium deguſtaturum.* Latine jam vertit Tacitus ſupr. §. 7. Et Latino verbo utitur Cicer. Tuſc. Quæſt. V. 21. *Viſne igitur Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipſe eandem deguſtare, & fortunam experiri meam?*

12. COMPERISSET ex præceptis mathematicorum, ut monent ſupr. Joſeph. §. 7. & Dio §. 11.

13. VIVAT SANE.... Dio. *Ἐφείσατο γὰρ αὐτοῦ, ὡς αὐτὸς ἔλεγεν, ὅτι καὶ ἐν γήρᾳ καὶ μετὰ πολὺ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ ἄρξει.* *Abſtinuit autem ejus cæde, ut ipſe dicebat, quod ſe jam defuncto, multo poſt tempore eſſet imperio potiturus.* * Idem fere Caracallus apud Capitolin. in Maxim. jun. c. 4. *Nec defuerunt qui cavendum infantem dicerent Caracallo. Tum ille dixit longe eſt ut mihi ſuccedat iſte.*

14. PROCURANTI i. ſacrificium, quo averteret ejus minas, facienti: malum, quod ſignificabat, victima

manibus aquila rapuiſſet, & in frugiferam [15] quercum contuliſſet, ſummum ſed ſerum imperium portendi familiæ, reſponſum eſt. Et ille irridens: *Sane*, inquit,
6 *cum mula pepererit* [16]. Nihil æque poſtea Galbam tentantem res novas confirmavit, quam mulæ partus [17]: cæteriſque ut obſcœnum [18] oſtentum abhorrentibus, ſolus
7 pro lætiſſimo accepit, memor ſacrificii, dictique avi. Sumpta virili [19] toga [20], ſomniavit fortunam dicentem, *ſtare ſe ante fores defeſſam, & niſi ocyus reciperetur, cui-*
8 *cunque obvio prædæ futuram.* Utque evigilavit, aperto atrio, ſimulacrum æneum [21] deæ cubitali majus juxta limen invenit: idque gremio ſuo Tuſculum [22], ubi æſtiva-re

victima avertenti, declinanti. Phædr. III. 4. 11.

Si procurare vis oſtentum, ruſtice,
Uxores, inquit, da tuis paſtoribus.

De *fulminum procuratione* Senec. N. Q. II. 33. *Quorum, fulminum, ars in tria dividitur: quemadmodum exploremus, quemadmodum interpretemur, quemadmodum exoremus. Prima pars ad formulam ſpectat; ſecunda ad divinationem, tertia ad propitiandos deos: quos bona rogare oportet, mala deprecari. Rogare, ut promiſſa firment: deprecari, ut remittant minas.* c. 35. *Fatum fulmine mutari non poteſt. Quidni? Nam fulmen ipſum fati pars eſt. Quid ergo expiationes, procurationeſque, quo pertinent, ſi immutabilia ſunt fata?* c. 36. *Agere tamen nunc eorum volo cauſam, qui procuranda exiſtimant fulmina: & expiationes non dubitant prodeſſe, aliquando ad ſummovenda pericula, aliquando ad levanda, aliquando ad differenda.*

15. FRUGIFERAM I. *fruges*, ſive glandes ferentem. Cornificio *arborea fruges* ſunt fructus arborum, ut poma, glandes, quamquam Paullus Ictus fruſtra repugnet. V. Clariſſ. *Gravium.*

16. CUM MULA PEPERERIT adagium eſt pervetuſtum, quo ſignificabant, aliquid nunquam futurum, aut adeo raro ſolere accidere, ut improbum, ac ſtultum videatur ſperare. Plin. VIII. 44. *Obſervatum, e duobus diverſis generibus nata, tertii generis fieri, & neutri parentum eſſe ſimilia: eaque ipſa, quæ ſunt ita nata, non gignere: idcirco mulas non parere.* Cicer. de Divin. I. 18. *Quid? qui irridetur partus hic mulæ, nonne quia fœtus exſtitit in ſterilitate naturæ, prædictus eſt ab aruſpicibus incredibilis partus mularum.* Unde de Babyloniis Herodot. III. p. 250. B. Ἀναβαίνοντες ἐπὶ τὰς προμαχεῶνας τοῦ τείχεος οἱ Βαβυλώνιοι, κατωρχέοντο, καὶ κατεκερτόμεον Δαρεῖον, καὶ τὴν στρατιὴν αὐτοῦ, καὶ τις αὐτῶν εἶπε τοῦτο τὸ ἔπος: τί κάτησθε ἐνθαῦτα ὦ Πέρσαι, ἀλλ' οὐκ ἀπαλλάσσεσθε; τότε γὰρ αἱρήσετε ἡμέας, ἐπεὰν ἡμίονοι τέκωσι. Τοῦτο εἶπε τῶν τις Βαβυλωνίων, οὐδαμὰ ἐλπίζων ἡμίονον τεκεῖν. *Conſcenſis propugnaculis Babylonii tripudiare, probraque ingerere Dario, atque exercitui, & illorum quidam ita inquit: quid iſtic deſidetis Perſæ? quin potius abſceditis, quippe qui tunc expugnaturi nos eſtis, quum pepererint mulæ? Hoc quidam Babyloniorum dicebat, credens nunquam parere mulam.*

17. MULAS PEPERISSE *ſæpe eſt in annalibus noſtris, verum prodigii loco habitum. Theophraſtus vulgo parere in Cappadocia tradit: ſed eſſe id animal ibi ſui generis.* Plinius. Exemplum adfert Herodotus. Ἀλλὰ γὰρ δεινῶς ἦσαν ἐν φυλακῇσι οἱ Βαβυλώνιοι, οὐδέ σφεας οἷός τε ἦν ἑλεῖν: ἐνθαῦτα εἰκοστῷ μηνὶ Ζωπύρῳ τῷ Μεγαβύζου, τούτου ὃς τῶν ἑπτὰ ἀνδρῶν ἐγένετο τῶν τὸν μάγον κατελόντων, τούτῳ τῷ Μεγαβύζου παιδὶ Ζωπύρῳ ἐγένετο τέρας τόδε: τῶν οἱ σιτοφόρων ἡμιόνων ἡ μία ἔτεκε. Ὡς δέ οἱ ἐξηγγέλθη, καὶ ὑπὸ ἀπιστίης αὐτὸς ὁ Ζώπυρος εἶδε τὸ βρέφος, ἀπείπας τοῖσι ἰδοῦσι μηδενὶ φράζειν τὸ γεγονὸς, ἐβουλεύετο: καί οἱ πρὸς τὰ τοῦ Βαβυλωνίου ῥήματα, ὃς κατ' ἀρχὰς ἔφησε, ἐπεάν περ ἡμίονοι τέκωσι, τότε τὸ τεῖχος ἁλώσεσθαι. Πρὸς ταύτην τὴν φήμην Ζωπύρῳ ἐδόκεε ἁλώσιμος εἶναι ἡ Βαβυλών: σὺν γὰρ θεῷ ἐκεῖνόν τε εἰπεῖν, καὶ ἑωυτοῦ τεκεῖν τὴν ἡμίονον. *Omnia hæc fruſtra fuerunt, quia Babylonii vehementer cuſtodiis incumbebant. Sed quum ne ſic quidem capi poſſent, viceſimo quam circumvallati ſunt menſe, Zopyro, Megabyzi filio, unius ſeptem, qui magum ſuſtulerunt, hoc contigit portentum, ut quædam mularum ejus, quæ frumentum ſubvectabant, pareret. Quod ubi ei renuntiatum fuit, non credens, fœtum ipſe inſpicere voluit, eo viſo, vetuit ſervos cuipiam rem aperire, reputans illius Babylonii verba, qui inter initia dixiſſet, poſtquam mulæ peperiſſent, fore ut muri expugnarentur. Ex hoc omine Zopyro viſa eſt expugnabilis Babylon: divino enim numine, & illum locutum, & ſuam mulam eſſe enixam.*

18. OBSCOENUM I. turpe, mali ominis. Feſtus in Oſcum. *Apud antiquos omnes fere obſcœna dicta ſunt, quæ mali ominis habebantur.* Hinc *mali ominis obſcœnitatem* dicit Arnob. I. 10. *Nec adverſus ſpes bonas mali ominis obſcœnitate tractetur.*

19. VIRILIS toga quare dicatur, dixi ſupr. Aug. 8. 2. §. 4.

20. TOGA quale veſtimentum ſit, diſputatum ſupr. Cæſ. 9. 5. §. 22.

21. *Æs* etiam ſimulacrorum materia fuit, quia inter metalla *æs* & vilius auro, argentove, & tractabilius ferro, & durabilius plumbo, ſtannoque eſſet. Ennod. VIII. *Virorum fortium effigies manſuro perenniter ære ſervantur.* Caſſiod. Var. VIII. 2. *Amore principis conſtat inventum, ut ſimulacris æneis fides ſervaretur imaginis.* Figrell. de ſtat. c. 16.

22. TUSCULUM, Latii oppidum. Dionyſ. X. p. 646. Ἐπὶ πόλιν ἀφικνοῦνται Τουσκλάνων, ἥ ἐστι μὲν τοῦ Λατίνων ἔθνους, ἀφέστηκε δὲ τῆς Ῥώμης οὐκ ἔλαττον σταδίων ἑκατόν. *Pervenerunt Tuſculum Latini nominis urbem, non minus centum ſtadiis Roma diſſitam.* Conditum a Telegono Ulyſſis filio. Ea de re Horatius illud

Telegoni

Digitized by Google

re [21] conſueverat, avexit: & in parte ædium conſecratum [24], menſtruis deinceps ſup- 9
plicationibus [25], & pervigilio [26] anniverſario coluit. Quamquam ætate nondum
conſtanti [27], veterem civitatis exoletumque morem, ac tantum in domo ſua hæren-
tem obſtinatiſſime retinuit, ut liberti ſervique bis die frequentes adeſſent, ac mane
ſalvere [28], veſperi valere ſibi ſinguli dicerent.

Telegoni juga parricida.

vocat Od. III. 29. 8. Et ad illum Acro, *Tuſculum civitas eſt, in jugo montis conſtituta. Hanc ſignificat nomine conditoris. A Telegono enim Circes filio fundata eſt, qui per ignorantiam patrem ſuum Ulyſſem interemit.* Deſcribitur *Strab.* V. *p.* 165. & ex recentioribus *Cluver. Ital. ant.* III. 4. 19. *Merul. Coſmog.* II. 4. 22. *Kircher. Lat.* I. 2. I. *Leand. Ital. p.* 232. *Schott. Itiner. Ital. p.* 267.

23. ÆSTIVARE i. *æſtivo* tempore commorari, *æſtiva agere*, ut Curt. V. 8. I. §. 3. Ubi plura. Noſt. Veſp. 24. I.

24. IN PARTE ÆDIUM CONSECRATUM. Et hinc forte obſervatum, ut *Fortuna* aurea ſemper in cubiculo principum poneretur. Capitol. in Anton. Pio c. 12. & M. Anton. Philoſ. c. 7. *Fortunam auream, quæ in cubiculo principum poni ſolebat, ad Marci cubiculum tranſire juſſit.* Unde frequentiſſima illa numiſmatum inſcriptio, uti & marmorum, FORT. AUG. *Torrentius.*

25. SUPPLICATIONIBUS i. ſacrificiis, quibus ob rem proſperam, & lætam diis gratias agebant. Tacit. Ann. II. 32. 2. *Supplicationum dies Pomponii Flacci ſententia conſtituti: ut dona Jovi, Marti, Concordiæ, utque Iduum Septembrium dies, quo ſe Libo interfecerat, dies feſtus haberetur.* Quæ *ſupplicia* etiam fuiſſe dicta monet Paullus Feſti abbreviator. *Supplicia veteres quædam ſacrificia a ſupplicando vocabant.* Salluſt. B. C. c. 9. *In ſuppliciis deorum magnifici. Supplicare* verbum V. ſupr. Aug. 35. 4. §. 23.

26. PERVIGILIUM quid ſit, docui ſupr. Cal. 54. 5. §. 11.

27. CONSTANTI i. plane virili, in qua poſitos *καθεστηκότας* vocat Hippocr. Aphor. I. 15. *Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι· δεύτεροι οἱ καθεστηκότες. Senes facillime jejunium ferunt, ſecundo ætate conſiſtentes.* Firmata ætate viros factos Virg. Ecl. IV. 37.

Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.

28. SALUTATIO hæc, quam admiſit Galba, privata fuit. *Salutantium* & valere dicentium formulas V. ſupr. Aug. 27. 6. §. 17.

CAPUT V.

ARG. *Juri attendit, matrimonio operam dat, ſed amiſſa Lepida in cœlibatu remanet, & Liviam Auguſtam obſervat Sergius Sulpicius Galba.*

Inter liberales diſciplinas attendit & juri. Dedit & matrimonio operam [1]: verum 1. 2
amiſſa uxore Lepida, duobuſque ex ea filiis, remanſit in cœlibatu [2], neque ſoli-
citari [3] ulla conditione [4] amplius potuit, ne Agrippinæ quidem viduatæ [5] morte Do-
mitii, quæ maritum quoque adhuc, necdum cœlibem Galbam, adeo omnibus ſoli-
citaverat [6] modis, ut in conventu matronarum correpta jurgio, atque etiam manu [7]
pulſata ſit a matre Lepida. Obſervavit [8] ante omnes Liviam Auguſtam: cujus & 3
vivæ

DEDIT MATRIMONIO OPERAM i. duxit uxorem. *Beroaldus.*

2. REMANSIT IN CŒLIBATU i. ad altera vota non tranſivit. *Cælebs* enim eſt, qui uxorem habuit, ſed nunc non habet. Plaut. Stich. IV. I. 37.

——— *ille erat cælebs ſenex,*
Quaſi ego nunc ſum.

Cælibem marito opponit Quintil. Inſtit. V. 10. *Conditionis etiam diſtantia eſt, nam maritus an cælebs ſit, plurimum diſtat.*

3. SOLICITARI nove uſus eſt, pro induci, ac perſuaderi. Ita & Plin. Epiſt. IV. 13. 11. *Circumſpicias præceptores, quos ſolicitare poſſimus.* Torrentius.

4. CONDITIONE i. matrimonio. V. Curt. IV. 11. 13. §. 32.

5. VIDUATAM Agrippinam V. ſupr. Ner. 5. 8.

6. SOLICITAVERAT ad ſtuprum. Ita Sempronia fuit *ſic libidine accenſa, ut ſæpius peteret viros, quam peteretur.* Salluſt. B. C. c. 25.

7. MANUS, aut pugnus cum pulſatione jungi ſolebat. Tribonian. Inſtit. III. titulo de injuriis. *Injuria autem committitur, non ſolum, cum quis pugno pulſatur.* Seneca ſupr. Tib. 2. 9. §. 60. V. *Lacerd. Virg. Æn.* VI. 609.

8. OBSERVAVIT i. coluit, veneratus eſt. Virg. Georg. IV. 210.

Præterea regem non ſic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes
Obſervant.

Hujus *obſervantiæ*, ut monet Torrentius, evidens teſtimonium eſt, quod imperator factus omnis ge-

Digitized by Google

vivæ gratia [9] plurimum valuit, & mortuæ teſtamento pæne [10] ditatus eſt: HS namque quingenties [11] cum præcipuum [12] inter legatarios [13] habuiſſet, quia notata [14], non perſcripta [15] erat ſumma, hærede Tiberio legatum [16] ad quingenta [17] revocante, ne hæc quidem accepit [18].

neris nummos cum DIVAE AVGVSTAE, Liviæ ſcilicet, imagine percuſſit.

9. Gratia i. favore, commendatione. Nep. Attic. 12. 2. *Cujus gratia cum augere poſſeſſiones poſſet ſuas.* Noſt. infr. Veſp. 4. 1. V. ſupr. 2. 1. §. 1.

10. Pæne; quia Tiberii fraude interceptum eſt legatum, quod ſi accepiſſet, haud dubie ditatus fuiſſet. *Beroaldus.*

11. HS quingenties etiam noſt. infr. Oth. 7. 4. quam faciant nobis ſummam V. ſupr. Aug. 30. 4. §. 19. Hanc uni Galbæ reliquiſſe Liviam, cum populo Romano quadringenties legaverit Auguſtus ſupr. 102. 4. abſurdum eſt. L. *quinquagies* i. aureorum centum viginti quinque millia. *Caſaubonus.* * Qui hoc quidem reponendum putat. Sed hoc non poteſt congruere cum illa nota QUING. propter poſtremam literam, quæ in alphabeto ſeptima eſt. Nota autem QUINQ. per Q poſtremam nihil habuiſſet cum *quingenta* commune. Præterea quamvis *quinquagies* HS ſumma ſit permagna, tamen ad ditandum Galbam non uſque adeo exiſtimanda eſt. *Hotman. Antiq. Roman.* IV. 2. 29.

12. Præcipuum Iſtorum eſt vocabulum. Sidon. Epiſt. VI. 12. *Illud autem deberi tibi quodam, ut Juriſconſulti dicunt, præcipui titulo.....* Papinian. Digeſt. XXXI. 75. *Pro parte hæres inſtitutus, cui præceptiones erant relictæ, poſt diem legatorum cedentem, ante aditam hereditatem, vita deceſſit, partem hæreditatis ad cohæredes ſubſtitutos pertinere placuit: præceptionum autem portiones, quæ pro parte hæredum conſtiterunt, ad heredes ejus tranſmitti.* Scævol. ibid. 88. *Quæ marito hæres exſtiterat, ita teſtamento cavit: Maii & Semproni filii dulciſſimi præcipitote omne, quidquid ex hæredibus, boniſve Titii domini mei, patris veſtri, ad me pervenit mortis ejus tempore.* De *præcipuo* Donat. Æn. v. 249. *Quod præter communionem ſingulis proprio nomine deputatur, ut fit ſæpe in teſtamentis, cum aliquo per præceptionem ſingulorum hæredum cenſueris eſſe teſtator.* Feſtus. *Præcipuum, quod ante capitur. Præceptionis* formula erat: *præcipito, ſumito, ſibique habito.* Quæ exprimebatur his notis, P. S. T. Q. H: ut docent in notis juris *Magno*, & in notis literarum *Petrus Diaconus.* Suetonius vero *præcipuum* vocat, quod Galbæ, tametſi hæres ſcriptus non eſſet, primo, ac veluti ſummo inter legatarios loco relictum a Livia fuerat. V. *Torrentium, Turneb. Adv.* v. 2. *Savar. in Sidonium.*

13. Legatarius eſt, cui *legatum* datum eſt. Juſtinian. Inſtit. II. 20. 11. *Sed ſi rem legatarii quis ei legaverit, inutile eſt legatum: quia, quod proprium eſt ipſius, amplius ejus fieri non poteſt.*

14. Notata i. *notis* quibuſdam, & literarum compendiis breviter perſtricta. Quintil. Inſtit. proœm. 1. *Quantum notando conſequi potuerant.* Literarum compendia hæc celeritati & exceptioni fuerunt reperta. V. ſupr. Cæſ. c. 56. 10. §. 34.

15. Perscripta i. omnibus literis expreſſa.

16. Legatum *eſt donatio teſtamento relicta.* Modeſtin. Digeſt. XXXI. 36.

17. Quingenta i. coronatorum duodecim millia & quingentos. *Caſaubonus*, & *Glareanus.*

18. Ne hæc quidem accepit; quia matris ſuæ legata omnia irrita fecerat Tiberius. V. ſupr. Cal. 16. 8. §. 20. * Et fortaſſe pro pecunia conſulatum tuliſſe putat *Noriſ. Epiſt. Conſul. Ant. Rom. Græc. tom.* XI. *p.* 407. *D.*

CAPUT VI.

ARG. *Præturam & conſulatum gerit, & ad legiones miſſus diſciplinam ſevere exercet Sergius Sulpicius Galba.*

1 Honoribus ante legitimum tempus initis, prætor [1] commiſſione [2] ludorum Floralium [3], novum ſpectaculi genus, elephantos [4] funambulos [5] edidit: exin provinciæ

Prætoris erat ludos exhibere privata impenſa. Hinc Murænæ magnificentiam, qui in *prætura* ludos fecit magnificentiſſimos, qui illi mox in petitione conſulatus admodum profuerunt apud populum ludis magnopere lætantem laudat Cicer. pro Mur. c. 18. *Sed tamen, ſi eſt reddenda ratio: duæ res vehementer in prætura deſiderata ſunt, quæ ambæ in conſulatu tum Murenæ profuerunt; una exſpectatio muneris, quæ & rumore nonnullo, & ſtudiis, ſermonibuſque competitorum creverat.... & munus ampliſſimum, quod petitio præturæ deſiderabat, prætura reſtituit.* V. *Beroaldum.* *Præturam* urbanam obtinuiſſe Galbam Tiberio IV. & Druſo II. ſive anno ab U. C. 773. putat *Pigh. Ann.* III. *p.* 551.

2. Commissione i. certamine. V. ſupr. Aug. 89. 8. §. 25.

3. Floralia, *ludi inſtituti Floræ.* Varr. R. R. I. 1. Illa deſcribit Lactant. de rel. I. 20. *Flora, cum magnas opes ex arte meretricia quæſiviſſet, populum ſcripſit hæredem, certamque pecuniam reliquit, cujus ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. Quod quia ſenatui flagitioſum*

Digitized by Google

ciæ Aquitaniæ [6] anno fere præfuit: mox conſulatum [7] per ſex menſes ordinarium [8] 2
geſſit: Evenitque, ut in eo ipſe L. Domitio [9] patri Neronis, ipſi Salvius Otho
pater Othonis ſuccederet [10], velut præſagium inſequentis caſus, quo medius inter
utriuſque filios exſtitit imperator. A Cajo Cæſare Gætulico [11] ſubſtitutus [12], poſtri- 3
die quam ad legiones [13] venit, ſollemni forte ſpectaculo plaudentes [14] inhibuit, data

ta

gitieſum videbatur; ab ipſo nomine argumentum ſumi placuit, ut pudenda rei quædam dignitas adderetur. Deam finxerunt eſſe, quæ floribus præſit, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus, aut vitibus, bene, proſpereque floreſcerent. Eum colorem ſecutus in Faſtis poeta, non ignobilem nympham fuiſſe narravit, quæ ſit Chloris vocitata: eamque zephyro nuptam, quaſi dotis loco id accepiſſe muneris a marito, ut haberet omnium florum poteſtatem. Honeſte quidem iſta dicuntur: ſed inhoneſte, turpiterque creduntur. Nec debent, cum veritas quæritur, hujuſmodi nos velamenta decipere. Celebrantur ergo illi ludi cum omni laſcivia, convenientes memoriæ meretricis. Nam præter verborum licentiam, quibus obſcœnitas omnis effunditur, exuuntur etiam veſtibus populo flagitante meretrices, quæ tunc mimorum funguntur officio, & in conſpectu populi, uſque ad ſatietatem impudicorum luminum, cum pudendis motibus detinentur. Hæc ex oraculis Sibyllæ anno Urbis *quingenteſimo ſexto decimo inſtituta* eſſe dicit Plin. XVIII. 29. ſed apud eum lapſum librarium, qui I & L literarum deceptus ſimilitudine, uniuſque literæ facta tranſpoſitione ſcripſerit DXVI pro DXLV, & illo anno ædilem curulem C. Servilium illa inſtituiſſe putat *Urſin. Fam. Rom.* p. 261. V. & *Gyrald. Syntag. Deor.* I. p. 41.

* 4. ELEPHANTOS per funem incedendi artem addiſcere teſtatur Plin. VIII. 2. *Poſtea & per funes inceſſere.* c. 3. *Mirum maxime, & adverſis quidem funibus, ſed regredi magis utique pronis.* V. & Ner. 11. 5. §. 13. *Elephantorum* hoc ludicrum cum olim non ſatis aſſequerer, docuit Borrich. Ant. Rom. Fac. c. 7. §. 5. illuſtris Gombervillæus Pariſinus ex antiquo numiſmate ſignificavit, *elephantos*, quod in uno funiculo divaricata neſcirent colligere crura, duabus chordis parallelis incedentes duxiſſe choreas. Quale numiſma fuiſſe, in quo *elephantum funambulum* vidit Peireſckius, credibile.

5. FUNAMBULUS eſt, qui per *funem* protenſum ingreditur. Illum deſcribit Petron. 8. 1.

Stupea ſuppoſitis tenduntur vincula lignis,
Quæ fide adſcendit docta juventa gradu:
Quæ ſuper aerius prætendit crura viator,
Vixque avibus facili tramite currit homo.
Brachia diſtendens greſſum per inane gubernat,
Ne lapſa e gracili planta rudente cadat.
Dædalus adſtruitur terras mutaſſe volatu,
Et medium pennis proſecuiſſe diem.
Præſenti exemplo firmatur fabula mendax,
Ecce hominis curſus funis & aura ferunt.

Σχοινοβάτης Græcis dicitur. Et illo utitur Juven. III. 78.

Augur, ſchœnobates, medicus, magus:

6. AQUITANIAM deſcripſi ſupr. Aug. 21. 1. §. 3. Illam obtinuiſſe Galbam Tiberio V. & L. Ælio Sejano conſulibus, ſive anno ab U. C. 783. putat *Pigh. Ann.* III. p. 559.

7. CONSUL fuit Galba cum L. Cornelio Sylla, ut dictum ſupr. Tib. 53. 5. §. 15.

8. ORDINARIUS *conſul* erat, ex cujus nomine anni ſupputatio ordinabatur, id eſt, cujus nomen in literis, & inſtrumentis, & in faſtis ſcribebatur, qui denique Kalendis Januariis honorem inibat. Nam ætate imperatorum annus in multos dividebatur conſules: ſed ſoli, qui anni initio inibant honorem, *ordinarii* cenſebantur, ad differentiam ſuffectorum, qui quidem pari poteſtate, non dignitate erant, dicebantur. Senec. de Ira III. 31. *Dedit mihi præturam? ſed conſulatum ſperaveram. Dedit duodecim faſces? ſed non fecit ordinarium conſulem. A me numerari voluit annum?* i. fecit me *ordinarium* conſulem; *ſed deeſt mihi ad ſacerdotium.* Noſſ. Vitell. 2. 8. Dom. 2. 3. *Turneb. Adv.* V. 10. *Lipſ. ad Senecam*, *Savar. in Sidon. Epiſt.* I. 11.

9. L. DOMITIUS perperam in vulgatis codicibus vocatur pater Neronis, cum fuerit *Cneus* conſul cum A. Vitellio anno ab U. C. 784. V. ſupr. Ner. 1. 4. §. 8.

10. SUCCESSIT *Salvius Otho* Galbæ ex Kalendis Juliis.

11. GÆTULICUS. *Lentulus ea tempeſtate ſuperioris Germaniæ legiones curabat.* Tacit. Ann. VI. 30. 3. Idem etiam Dio LIX. p. 657. C. Γαιτούλικον Λέντουλον, τά τε ἄλλα εὐδόκιμον ὄντα, καὶ τῆς Γερμανίας δέκα ἔτεσιν ἄρξαντα ἀπέκτεινεν. *Lentulum Gætulicum cum aliis rebus illuſtrem, tum adminiſtrata per decennium Germania, occidit* Cajus.

12. SUBSTITUTUS *Gætulico* eſt Galba Cajo II. & L. Apronio Cæſiano conſulibus, ut docet Pigh. Ann. III. p. 568. V. illos ſupr. Cal. 17. 3. §. 3.

13. LEGIONES *Germanicas* quomodo rexerit Galba, docebit Plutarch. infr. 7. 3. §. 5.

* 14. PLAUDERE quid ſit, docui ad Curt. IX. 93 26. §. 59. In theatro *plauſus* manibus dabatur ſpectantium invicem ſeſe apte ferientibus & artificioſe collidentibus. Themiſt. Orat. 17. Κροτεῖτε μὲν, ὡς ἔοικεν, ἀπ' ἄκρων τῶν χειρῶν. *Plauſum quidem, ut apparet, extremis nunc manibus excitatis.* Nazianz. Or. 32. Κροτήσατε χεῖρας: *Manibus plaudite.* Et *plaudere* aliis ſcriptoribus eſt manus movere. Ariſtæn. Epiſt. I. 26. Ὁ δὲ δῆμος ἀνίσταται τε ὀρθὸς ὑπὸ θαύματος, καὶ τὰ χεῖρε κινεῖ. *Populus interea rectus ac mirabundus adſtat, & manus movet.* Colum. Præf. 1. *In circis*

potius

4 ta teſſera [15], *ut manus pænulis* [16] *continerent* [17]. Statim per caſtra jactatum eſt,
Diſce miles militare, *Galba eſt* [18], *non Gætulicus* [19].

5.6 Pari ſeveritate interdixit commeatus peti. Veteranum ac tyronem militem opere aſſiduo corroboravit [20]: matureque barbaris, qui jam in Galliam uſque proruperant, coercitis, præſenti quoque Cajo talem & ſe & exercitum approbavit, ut inter innumeras contractaſque ex omnibus provinciis copias, neque teſtimonium [21] neque præ-
7 mia ampliora ulli perciperent. Ipſe maxime inſignis, quod campeſtrem decurſionem [22] ſcuto moderatus [23], etiam ad eſſedum imperatoris per viginti paſſuum millia cucurrit [24].

potius ac theatris manus movemus. Plinius junior ſupr. Aug. 56. 8. §. 13. Hinc Galba, ut *plaudere* milites vetaret... Plura *Ferrar. de Acclam. & Plauſ.* I. 7.

15. TESSERAM vocat ducis præceptum, quod ab iis, qui proximi erant, primo exceptum, per ſucceſſionem ad omnes pervenit: nec refert, ſive id voce datum eſt, ſive in pittacio ſcriptum: utroque enim modo fieri ſolitum. *Caſaubonus.*

16. PÆNULA quale fuerit veſtimentum V. ſupr. Cal. 52. 2. §. 8.

* 17. MANUS PÆNULIS CONTINERENT: ut dum teſſeram tenerent, minime ſeſe poſſent ad applaudendum movere. *Ferrar. de Acclam. & plauſ.* I. 7.

18. GALBA EST. Vis eſt in nomine, tanquam intelligi vellent, *Galbam* ſeverum eſſe, & rigidum nimis in adminiſtratione rei militaris. *Beroaldus.*

19. NON GÆTULICUS I. non mollis, & indulgens: non mitis, & connivens in exigenda militari diſciplina, ſicut *Gætulicus*, Galbæ anteceſſor. *Beroaldus.*

20. CORROBORAVIT, *labore enim continuo militum vires acuuntur.* Juſtin. XX. I. 2. Et hoc vult diſciplina militaris, quæ præcipit milites jugiter exercendos eſſe militaribus exercitationibus. Ab *exercitio* enim *exercitus nomen accepit.* Veget. II. 23. Qui, quomodo exerceri ſolitus fuerit exercitus, docet ſupr. Ner. 7. 6. §. 21. V. quoque Aug. 18. 2. §. 14.

21. TESTIMONIUM, quo pacto adverſus hoſtes ſe geſſiſſent, militibus Romanis, quoties ex æſtivis ad hyberna diſcederent, dabatur, ut poſtea ad altiora produci poſſent. Licet enim ab eo duce, cujus ductu bellum gerebant, leviora præmia peterent & acciperent, ea tamen, quæ majoris momenti erant, ab ipſo petenda erant imperatore: qui ſolitus in ea re judicium ſequi plerumque ducum, vel legatorum. V. & ſupr. Tib. 12. 4. §. 17.

22. CAMPESTREM DECURSIONEM V. ſupr. Ner. 7. 6. §. 21.

23. MODERATUS. Sed *immodice oneratus* legendum contendit *Dorleans in Tacit. p.* 271.

* AD ESSEDUM IMPERATORUM CUCURRERUNT ſæpius viri etiam principes. Eutrop. VII. 10. *Multi reges ex regnis ſuis venerunt, & habitu Romano, togati ſcilicet, ad vehiculum vel equum ipſius*, Auguſti, *cucurrerunt.* Quid *eſſedum* dixi ſupr. Aug. 76. 3. §. 8.

CAPUT VII.

ARG. *Cæde Caji nuntiata quietem præfert, in cohortem amicorum recipitur, & Africam obtinet, magnaque ſeveritatis, ac juſtitiæ cura ordinat Sergius Sulpicius Galba.*

1 CÆde Caji nuntiata, multis ad occaſionem [1] ſtimulantibus [2], quietem [3] prætu-
2 lit. Per hoc gratiſſimus Claudio, receptuſque in cohortem amicorum [4], tantæ dignationis eſt habitus, ut cum ſubita ei valetudo nec adeo gravis incidiſſet, di-
3 latus ſit expeditionis Britannicæ dies. Africam [5] pro conſule [6] biennio obtinuit [7], extra

OCCASIONEM capiendi imperii.

2. STIMULANTIBUS I. *ſtimulo*, quaſi impellentibus, incitantibus. Catul. 63. 4.

Stimulatus ubi furenti rabie.

Stimulus proprie eſt fuſtis acutæ cuſpidis, quo concitabantur boves. Tib. I. 4. 12.

Aut ſtimulo tardos increpuiſſe boves.

Et equi. Pollux X. 12. Τοῖς ἡνιόχοις κέντρων δεῖ. *Aurigis conveniunt ſtimuli.* Plaut. Men. V. 2. 112.

Jam adſtiti in currum: jam lora teneo: jam ſtimulum in manu eſt.

3. QUIETEM, quam & olim prætulit Archidamus Lacedæmonius, qui ſcripſit epiſtolam ad Heleos his verbis: καλὸν ἡσυχία, *pulcrum eſt quieſcere.* Beroaldus.

4. COHORS AMICORUM eſt turba domeſticorum. V. ſupr. Ner. 5. 2. §. 4.

5. AFRICAM quomodo adminiſtraverit Galba, docet Plutarch. p. 1054. B. Αἰγύπτου δὲ καὶ στρατεύματος ἐν Γερμανίᾳ καλῶς ἦρξε, καὶ Λιβύης ἀνθύπατος γενόμενος ἐν ὀλίγοις ἐπαινεῖται. *Fertur etiam legionibus Germanicis honeſte præfuiſſe, atque ex proconſulatu,* quem

extra ſortem electus [8] ad ordinandam provinciam, & inteſtina diſſenſione & barba-
rorum tumultu inquietam. Ordinavitque magna ſeveritatis ac juſtitiæ cura etiam
in parvulis rebus. Militi, qui per expeditionem annona arctiſſima reſiduum cibario- 4
rum tritici modium centum denariis vendidiſſe arguebatur, vetuit, ſimulatque indi-
gere cibo cœpiſſet, a quoquam opem ferri: & is fame [9] extabuit [10]. At in jure di- 5
cendo, cum de proprietate [11] jumenti quæreretur, levibus utrimque argumentis, &
teſtibus, ideoque difficili conjectura veritatis, ita decrevit, ut ad lacum [12], ubi ada-
quari ſolebat, duceretur capite involuto, atque ibidem revelato, ejus eſſet, ad
quem ſponte ſe a potu recepiſſet.

quem geſſit in Africa, fuiſſe inter paucos commendatus. Videtur, ut monet Torrentius, Galba monumentum ſui reliquiſſe urbem in eo loco poſitam, ubi ipſe caſtra habuerat, *Caſtra Galbæ* dictam. Ejus mentio apud Cyprianum in concilio Carthaginenſi.

6. PRO CONSULE vocabulum de illis ſolitum dici tum fuiſſe videtur, qui extra ordinem velut *conſulis* loco mitterentur, cum interdum nec ex *conſulatu* mitterentur, nec unquam *conſules* fuiſſent. *Turneb. Adv.* II. 24. V. & *Caſ.* 54. 2. §. 4.

7. OBTINUIT Africam Galba M. Vinicio Nepote II, M. Statilio Corvino conſulibus, ſive anno ab U. C. 797. *Pigh. Ann.* III. *p.* 575.

8. EXTRA SORTEM ELECTUS i. non *ſortitus* provinciam ex more Romanorum, ſed per *electionem* conſecutus. Hoc vero honoratius eſt. *Sors* enim eſt in manu fortunæ: *electio* ex judicio provenit. *Beroaldus.*

9. FAME eodem modo conſumptus eſt, qui Caſilinum obſidente Annibale murem ducentis denariis vendiderat. Hiſtoriam narrant Val. Max. VII. 6. 3. & Plin. VIII. 57. *In illa obſidione*, Caſilinienſi, *& fide cum trecentis Prœneſtini permanerent, evenit, ut ex his quidam murem captum ducentis potius denariis vendere, quam ipſe lenienda famis gratia conſumere mallet. Sed credo, deorum providentia, & venditori, & emptori, quem uterque merebatur, exitum attribuit. Avaro enim fame conſumpto manubiis ſordium ſuarum frui non licuit: æqui animi vir, ad ſalutarem impenſam faciendam, care quidem, verum neceſſarie, comparato cibo vixit.*

10. EXTABUIT i. mortuus, exſtinctus eſt. Simile quod narrat Lucan. IV. 93.

Jamque comes ſemper magnorum prima malorum
Sæva fames aderat, nulloque obſeſſus ab hoſte
Miles eget, toto cenſu non prodigus emit
Exiguam Cererem, pro lucri pallida tabes!
Non deeſt prolato jejunus venditor auro.

Quid *tabes*, dixi Tib. 51. 5. §. 10.

11. DE PROPRIETATE i. ad quem *proprietas*, & poſſeſſio pertineret. Unde *proprietarius* a Ictis dictus, ad quem pertinet rei *proprietas*. Beroaldus.

* 12. LACUM i. fontem. *Lacum* appellabant veteres fontem, in quo labrum ſeu receptaculum erat, quod aquam ad uſum populi reciperet & contineret, & diſtinguebant ab illis fontibus, qui exſilientes tantum præberent aquas. Plin. XXXVI. 15. *Agrippa in ædilitate ſua, adjecta Virgine aqua, cæteris corrivatis atque emendatis, lacus ſeptingentos fecit: præterea ſalientes centum quinque.* Nardin. Rom. Vet. III. 4.

CAPUT VIII.

ARG. *Ornamenta triumphalia, & ſacerdotium triplex accipit, in ſeceſſu plurimum vivit, Hiſpaniam obtinet, & rerum mutationem prodigiis docetur Sergius Sulpicius Galba.*

Ob res, & tunc in Africa, & olim in Germania geſtas, ornamenta triumphalia [1] 1
accepit, & ſacerdotium triplex [2], inter XV viros [3], ſodaleſque Titios [4], item
Augu-

* ORNAMENTA TRIUMPHALIA V. ſupr. Aug. 38. 1. §. 5.

2. SACERDOTIUM TRIPLEX, ut *ſacerdotium duplex* Veſpaſianus infr. 8. 3. Multa enim *ſacerdotia* uni ſimul interdum dabantur. Tacit. Agric. 9. 8. *Adjecto pontificatus ſacerdotio.* * Liv. XXX. 26. *Q. Fabius Maximus duo ſacerdotia habuit.* Paterc. II. 127. 1. *M. Agrippa, & Statilio Tauro novitas familiæ haud obſtitit, quo minus ad complura eniterentur ſacerdotia.* Ita Vitellius *ſacerdotiis auctus* legitur quod noſt. infr. 5. 1. Et querela cujuſdam apud Senec. de Ira III. 31. *Cooptatus in collegium ſum, ſed cur in unum.* Spanhem. de Præſt. numiſm. Diſſert. VIII. p. 673. Lipſ. in Senecam.

3. XV VIRI quibus ſacris præfuerint, docui ſupr. Jul. 79. 3. §. 24.

4. TITIOS *ſodales retinendis Sabinorum ſacris quondam inſtituit T. Tatius.* Tacit. Ann. I. 54. 1. Romulus poſt Tatii mortem ſollennitate quadam confirmavit, & ſacravit, ut Sabinum populum eo magis deliniret. Unde Tacit. Hiſt. II. 95. 3. *Quod ſacerdotium ut Romulus Tatio Regi, ita Cæſar Tiberius Juliæ genti ſacravit.* V. *Pichen.* & *Lipſ. in Tacitum*, *Merul. de ſacerd.* 2. 8. *Laz. Comm. R. R.* III. 14.

Onuph.

Auguſtales [5] cooptatus: atque ex eo tempore prope ad Neronis medium principatum in ſeceſſu plurimum vixit, ne ad geſtandum [6] quidem unquam iter ingreſſus [7], quam ut ſecum vehiculo proximo [8] decies HS [9] in auro [10] efferret, donec in oppi-
2 do Fundis moranti Hiſpania Tarraconenſis [11] oblata eſt [12]. Acciditque, ut cum provinciam ingreſſus ſacrificaret intra ædem publicam, puero e miniſtris acerram [13] te-
3 nenti capillus repente toto capite caneſceret. Nec defuerunt qui interpretarentur ſignificari rerum mutationem [14], ſucceſſurumque juveni ſenem [15], hoc eſt, ipſum
4 Neroni. Nec multo poſt in Cantabriæ [16] lacum fulmen decidit: repertæque ſunt duodecim ſecures, haud ambiguum ſummi imperii [17] ſignum.

Onuph. Comm. R. R. II. *p.* 163. *Stuck. A. C.* I. 31.

5. Augustales ſacerdotes V. ſupr. Claud. 6. 4. §. 9.

6. Ad gestandum i. ut *geſtaretur*. V. Claud. 33. 6. §. 15.

7. Ingressus, deeſt *aliter*. Sic & apud Græcos. Polybius in quinta hiſtoria. Τοῖς ὅλοις ἐσφάλησαν, παρ' οὐδὲν ἢ τὴν ὑπειρημένην αἰτίαν, pro παρ' οὐδὲν ἄλλο. *Caſaubonus*, & *Perizon. in Sanct. Minerv.* IV. *p.* 523.

8. Proximo i. quod auro onuſtum in omni itinere ſibi *proximum* habuit, ne ſi caſus aliquis ſubito nuntiaretur, qui fugæ neceſſitatem ei afferret, a pecunia imparatus reperiretur. *Caſaubonus*, & *Lipſ. Epiſt. Miſcell.* II.

9. Decies HS V. infr. Oth. 5. 4. §. 12.

* 10. In auro i. in nummis *aureis*.

11. Ἡ Ταρρακωνησία μέχρι μὲν πλεῖστα τῷ ἀρκτῴῳ ὠκεανῷ προσκεῖται, μέρει δέ τινι καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάσσῃ. ἐφ' ἑκατέρας τ' ἐκ τῆς μεσημβρίας διήκουσα τὰς θαλάσσας μέχρι τῶν Πυρηναίων ὀρῶν. *Tarraconenſis* Hiſpania *maxima quidem ex parte adjacet ſeptentrionali oceano, parte vero aliqua noſtro mari, a meridie pertingens ad utraque maria uſque Pyrenæos montes.* Marc. Heracl. Peripl. 2. 2. V. etiam Agathem. Geogr. II. 4. Mel. II. 6. Plin. III. I.

12. Oblata est *Hiſpania Tarraconenſis* a Nerone. Plutarch. Galb. p. 1054. C. Ἐπέμφθη δὲ ὑπὸ Νέρωνος Ἰβηρίας ἄρχων, οὔπω δεδιδαγμένου φοβεῖσθαι τοὺς ἐν ἀξιώμασι μεγάλοις τῶν πολιτῶν. *Porro miſſus eſt a Nerone cum imperio in Hiſpaniam, cum nondum formidare in magna poſitos dignitate viros didiciſſet.*

13. Acerram V. ſupr. Tib. 44. 4. §. 13.

14. Rerum mutationem i. alium futurum principem, ut infr. Domit. 16. 3. ſupr. Ner. 5. 7.

15. Juveni senem, quia anno ætatis ſecundo & trigeſimo periit Nero, & tertio & ſeptuageſimo imperium adeptus eſt Galba. Prodigium hoc, ejuſque explicationem etiam refert Xiphil. LXIV. p. 728. D. Καὶ παῖς λιβανωτὸν αὐτῷ θύοντι προσφέρων, πολιὰς ἐξαίφνης ἔφυσε· καὶ οἱ μάντεις τὴν τοῦ νεωτέρου ἀρχὴν πρὸς τὸ γῆρας αὐτοῦ μεταστήσεσθαι ἔφασαν. *Eidem quoque ſacrificanti puer thus obtulit, ac ſubito canos miſit: qua ex re dictum eſt a vatibus, imperium a minore natu ad ſenectutem ejus eſſe tranſiturum.*

16. Cantabriam V. ſupr. Aug. 20. I. §. 2.

17. Summi imperii, tum conſulatus, tum regni: utriuſque enim ſignum duodecim fuerunt ſecures a duodecim geſtatæ lictoribus. Liv. I. 8. *Si ſe ipſe venerabilem inſignibus imperii feciſſet, quum cætero habitu ſe auguſtiorem, tum maxime lictoribus duodecim ſumptis fecit.*

CAPUT IX.

ARG. *Hiſpaniam varie & inæquabiliter regit, Gallias tumultuari comperit, & auſpiciis, ominibus, & vaticinationibus ad res novas tentandas iterum confirmatur Sergius Sulpicius Galba.*

1.2 Per octo annos [1] varie & inæquabiliter provinciam rexit. Primo acer, vehemens, &
3 in coercendis quidem delictis vel immodicus [2]. Nam & nummulario [3] non ex
4 fide [4] verſanti [5] pecunias, manus amputavit [6], menſæque [7] ejus affixit. Et tutorem,

Octo annos illi etiam dat Plutarchus. Ἔτος ὄγδοον ἐκεῖνο τὴν ἀρχὴν ἔχων· ἐν ᾧ Ἰούλιος Οὐίνδιξ ἐπανέστη Νέρωνι Γαλατίας ὢν στρατηγός. *Quod ex quo proconſul ageret ibi, annus ille eſſet octavus, qua tempeſtate Julius Vindex Galliæ proprætor adverſus Neronem rebellavit.*

2. Immodicus i. non ſervato *modo*: qui, cum in rebus omnibus optimus ſit, præcipue in puniendis ſontibus adhibendus eſt. Nam, ut ait Marcian. Digeſt. XLVIII. 19. II. *Perſpiciendum eſt judicanti, ne quid aut durius, aut remiſſius conſtituatur, quam cauſa depoſcit; nec enim aut ſeveritatis, aut clementiæ gloria affectanda eſt: ſed perpenſo judicio, prout quæque res expoſtulat, ſtatuendum eſt. Plane in levioribus cauſis proniores ad lenitatem judices eſſe debent: in gravioribus pœnis ſeveritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi.* Beroaldus.

3. Nummularius quis. V. ſupr. Aug. 5. 4. §. 29.

4. Non

rem, quod pupillum [8], cui ſubſtitutus hæres erat, veneno necaſſet, cruce affecit [9]: implorantique leges [10], & civem Romanum [11] ſe teſtificanti, quaſi ſolatio & honore aliquo pœnam levaturus, mutari, multoque præter cæteras altiorem [12] & dealbatam [13] ſtatui [14] crucem juſſit. Paullatim in deſidiam ſegnitiemque converſus eſt, ne quid

4. Non ex fide, dum nummos minime probos, minimeque legitimi ponderis expendit. *Beroaldus.*

5. Versanti i. tractanti. Sic *verſare oves* Virg. Ecl. x. 68.

Æthiopum verſemus oves ſub ſidere cancri.

Ubi Servius: *exerceamus & tractemus.* Gronov. de pec. vet. iv. 14. Buchn. Theſ. Fabri in verſo.

*6. Manus amputavit. Illa enim, qua peccaverant, corporis parte puniebantur facinoroſi. V. ſupr. Claud. 15. 5. §. 17.

7. Mensæ, ex qua pecuniam numeraverat.

8. Pupilli primum juxta parentes locum ex moribus populi Romani tenent fidei & tutelæ noſtræ crediti. Hos ea de re a tutoribus circumſcribi flagitioſum eſt, necari longe flagitioſiſſimum. Nam cum tutores dicti ſint *quaſi tuitores atque defenſores*, ut dicuntur Juſtiniano ſupr. Claud. 23. 4. §. 12. qui *pupillos* circumſcribunt, qui ſpoliant, qui, quod pejus eſt, necant, hi non ſunt appellandi tutores, ſed parricidæ. *Beroaldus.*

9. Cruce affecit i. in *crucem* egit, ut *exſilio afficere*, in exſilium pellere apud Nepot. Thraſyb. 3. 1. *Ne qui afficerentur exſilio.* Et noſt. Tib. 35. 3.

10. Leges, quæ cives Romanos lictori eripiebant. Talis Valeria lata a Valerio Poplicola. Dionyſ. A. R. v. p. 292. Νόμους τε φιλανθρωποτάτους ἔθετο, βοηθείας ὑμνοῦντας τοῖς δημοτικοῖς.... ἕτερον δὲ, ἐν ᾧ γέγραπται, ἐάν τις ἄρχων Ῥωμαίων τινὰ ἀποκτείνειν, ἢ μαστιγοῦν, ἢ ζημιοῦν εἰς χρήματα θέλῃ, ἐξεῖναι τῷ ἰδιώτῃ προκαλεῖσθαι τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὴν τοῦ δήμου κρίσιν. *Leges quoque humaniſſimas tulit in plebis favorem & auxilium.... alteram, in qua ſcriptum eſt, ſi quis Romanus magiſtratus aliquem vel capite plectere, vel virgis cædere, vel pecuniis multare velit, licere privato homini ab illo magiſtratu ad populi judicium provocare.* Liv. x. 9. *Valeria lex, cum eum qui provocaſſet, virgis cædi, ſecurique necari vetuiſſet.* Porcia lata a M. Porcio Catone. Hanc latam *pro ſcapulis* dicit Feſtus in pro. *Pro ſcapulis cum dixit Cato, ſignificat pro injuria verberum.* Et *pro tergo* Liv. x. 9. *Porcia tamen lex ſola pro tergo civium lata videtur: quod gravi pœna, ſi quis verberaſſet, necaſſetve civem Romanum, ſanxit.* Unde Cicer. pro Rabir. c. 4. *Porcia lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit: hic miſericors flagella retulit. Porcia lex libertatem civium lictori eripuit: Labienus, homo popularis, carnifici tradidit.* Sempronia lata a C. Sempronio Graccho. Cicer. pro Rabir. c. 4. *C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Romanorum injuſſu veſtro judicaretur: hic popularis a duumviris, injuſſu veſtro, non judicari de cive Romano, ſed indicta cauſa civem Romanum capitis condemnari coegit.* Unde idem Verr. v. 63. *O nomen dulce libertatis! o jus eximium noſtræ civitatis! O lex Porcia, legesque Semproniæ!* Intelligit & haſce Lactant. de relig. iv. 18. *Non enim Gravianam crucem deſcribimus, quam M. Tullius univerſa eloquentiæ ſuæ nervis ac viribus, velut effuſis totius ingenii fontibus proſecutus eſt, facinus indignum eſſe proclamans, civem Romanorum contra omnes leges in crucem eſſe ſublatum.* Cicero. V. illum infr. §. 14.

11. Civem Romanum *vinciri facinus eſt: verberari ſcelus: necari prope parricidium: quid dicam in crucem tollere?* Cicer. Verr. v. 66. Unde lotis cædendi aut in crucem agendi ſe *cives Romanos eſſe* clamabant. Paullus Actor. 22. 25. Ὡς δὲ προέτειναν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, εἶπε πρὸς τὸν ἑστῶτα ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος· εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν. 29. Εὐθέως οὖν ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ οἱ μέλλοντες αὐτὸν ἀνετάζειν· καὶ ὁ χιλίαρχος δὲ ἐφοβήθη ἐπιγνοὺς ὅτι Ῥωμαῖός ἐστι, καὶ ὅτι ἦν αὐτὸν δεδεκώς. Cicer. c. 57. *Illa vox, & imploratio,* CIVIS ROMANUS SUM, *ſæpe multis & in ultimis terris, opem inter barbaros, & ſalutem tulit.* Tyranni tamen, & qui ſe legibus ſolutos eſſe credebant, implorationem illam negligebant. Cicero de Verre c. 62. *Cædebatur virgis in medio foro Meſſanæ civis Romanus, judices; cum interea nullus gemitus, nulla vox alia iſtius miſeri, inter dolorem, crepitumque plagarum audiebatur, niſi hæc,* CIVIS ROMANUS SUM. *Hac ſe commemoratione civitatis omnia verbera depulſurum, cruciatumque a corpore dejecturum arbitrabatur. Is non modo hoc non perfecit, ut virgarum vim deprecaretur: ſed cum imploraret ſæpius, uſurparetque nomen civitatis: crux, crux, inquam, infelici & ærumnoſo, qui nunquam iſtam poteſtatem viderat, comparabatur.* De Balbo Fam. x. 32. *Fadium abſtractum defodit in ludo, & vivum combuſſit: cum quidem pranſus: nudis pedibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum rejectis, inambularet, & illi miſero quiritanti,* CIVIS ROMANUS NATUS SUM, *reſponderet: abi, nunc populi fidem implora.*

12. Altiores, præſertim in noxio aliquo inſigni, ſtatuebantur cruces. Juſtin. xviii. 7. 15. *Atque ita enim,* Cartalonem, *cum ornatu ſuo, in altiſſimam crucem in conſpectu urbis ſuffigi juſſit* pater. Idem Pœni in Regulo apud Sil. Ital. ii. 343.

—— vidi cum robore pendens
Heſperiam cruce ſublimis ſpectaret ab alta.

V. *Lipſ. de cruce* iii. 13. *Kipping. Antiq. Rom.* ii. 8. §. 9. & *Bernegg. in Juſtinum.*

13. Dealbatam, ut civi, qui in Veſte alba; ſive etiam, ut magis notabilis, conſpicuaque eſſet.

quid materiæ præberet Neroni [15]; &, ut dicere ſolebat, *quod nemo rationem otii ſui*
6 *reddere cogeretur* [16]. Carthagine nova [17] conventum agens [18] tumultuari Gallias com-
7 perit. Legato Aquitaniæ auxilia implorante, ſupervenerunt Vindicis literæ [19],
8 hortantis, *ut humano generi* [20] *aſſertorem ducemque ſe accommodaret*. Nec diu cuncta-
9 tus [21], conditionem partim metu [22], partim ſpe [23] recepit. Nam & mandata Neronis de nece ſua ad procuratores clam miſſa deprehenderat: & confirmabatur cum ſecundiſſimis auſpiciis & ominibus, tum virginis honeſtæ vaticinatione, tanto magis, quod eadem illa carmina ſacerdos Jovis Cluniæ [24] ex penetrali ſomnio monitus eruerat,

Lipſ. de Cruce III. 13. *Kipping. Antiq. Rom.* II. 8. §. 9. *Nicquet. Titul. S. Cruc.* I. 6. I.

14. STATUEBATUR frequentiſſime crux, & tum ſuffigebatur cruciarius. Joſeph. Bell. Jud. VII. 25. Ὁ μὲν γὰρ προσέταξε καταπηγνύναι σταυρὸν, ὡς αὐτίκα κρεμῶν τὸν Ἐλεάζαρον. *Nam ipſe*, Baſſus, *quidem juſſit defigi crucem, tanquam ſtatim ſuſpenſurus in ea Eleazarum.* Cicer. Verr. V. 66. *Quid enim attinuit, cum Mamertini more, atque inſtituto ſuo crucem fixiſſent poſt urbem, in via Pompeja: te jubere in ea parte figere, quæ ad fretum ſpectat.* Lipſ. ibid. II.

15. MATERIAM PRÆBERET NERONI ad odium, vel ſuſpicionem affectati imperii, aut utrumque potius. Tyranni enim virtutes, quibus ipſi carent, in aliis oderunt, & perditas cupiunt. Iidem viros omnes, quos ſua virtus in quocunque genere reddit inſignes, &, quod neceſſe eſt, in vulgus gratioſos, pro hoſtibus habent. Itaque paſſim in Tacito obſervabis rectores provinciarum, res magnas gerere idoneos, vires ſponte remittere; quam plus ab imperatore, quam ab hoſte ſibi timerent. *Caſaubonus.*

16. OTII SUI RATIONEM REDDERE NEMINEM COGI, ſententia eſt viro magno indigna. Unde *originum ſuarum principio ſcripſit Cato, & Catonis illud ſemper magnificum & præclarum putavit* Cicero, *clarorum virorum, atque magnorum, non minus otii, quam negotii rationem exſtare oportere* pro Planc. c. 27. * Symm. Ep. I. I. *Non enim actuum noſtrorum ordo pandendus eſt? Libet non minus otii quam negotii tractare rationem.*

17. CARTHAGINEM NOVAM condidit Aſdrubal. Polyb. Hiſtor. II. 13. Ἀσδρούβας δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τήν τε παρὰ μέν τισι Καρχηδόνα, παρὰ δέ τισι Καινὴν πόλιν προσαγορευομένην κατεσκεύασε. *Iiſdem temporibus Aſdrubal urbem, quam alii Carthaginem, alii Novam urbem nuncupant, condidit.* Κεῖται μὲν τῆς Ἰβηρίας κατὰ μέσην τὴν παραλίαν ἐν κόλπῳ νεύοντι πρὸς ἄνεμον Λίβα. *Sita eſt in ſinu maris, qui media fere Hiſpania ora Africo vento eſt oppoſitus.* Idem X. II. Ἥ τις ὥσπερεὶ πρόσχημα καὶ βασίλειον ἦν ἐν τοῖς Καρχηδονίων κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τόποις. *Erat urbs illa quaſi gentis caput, & regia, in ea Hiſpania parte, quæ Carthaginenſibus parebat.* Idem III. 15.

18. CONVENTUS AGERE quid, dixi ſupr. Cæſ. 7. I. §. 6.

19. VINDICIS LITERAS etiam ponit Plutarch. Galb. p. 1054. E. Ἀλλ' ὁ ἐπειδὴ λαμπρῶς τὸν πόλεμον ἐκφήνας ὁ Οὐίνδιξ, ἔγραψε τῷ Γάλβᾳ παρακαλῶν ἀναδέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν, καὶ παρασχεῖν ἑαυτὸν ἰσχυρῷ σώματι ζητοῦντι κεφαλὴν ταῖς Γαλατίαις, δέκα μυριάδας ἀνδρῶν ὡπλισμένων ἐχούσαις, ἄλλας τε πλείονας ὁπλίσαι δυναμέναις. *At poſtquam bello ſtrenue ſuſcepto ad Galbam ſcripſit Vindex, adhortans eum, ut imperium ſuſciperet, & valido corpori ſe quærenti caput præberet Galliis, quæ eſſent centenis millibus ſuccinctæ, pluresque armare alios valerent.* Et de *Vindice* Philoſtr. Apoll. vit. V. 3. Ἐπὶ Νέρωνα ἐν Ἀχαΐᾳ ᾄδοντα, τὰ ἔθνη τὰ Ἑσπέρια λέγεται κινῆσαι Βίνδιξ, ἀνὴρ οἷος ἐκτεμεῖν τὰς νευρὰς, ἃς Νέρων ἀμαθῶς ἔψαλλε. *Dum in Achaia tragicis cantibus incumberet Nero, Hiſpanos ad defectionem ſolicitaſſe dicitur Vindex, vir idoneus certe, qui poſſet fides concidere, quibus inepte cantabat Nero.*

20. HUMANO GENERI I. populo Romano. V. ſupr. Cal. 13. I. §. 3.

21. CUNCTATUS quamdiu fuerit Galba, docet Plutarchus. Προὔθηκε βουλὴν τοῖς φίλοις: ὧν οἱ μὲν ἠξίουν περιμένειν, καραδοκοῦντα τίνα κίνησιν ἡ Ῥώμη καὶ φορὰν ἕξει πρὸς τὸν νεωτερισμόν. Τῖτος δὲ Ὀβίνιος, τοῦ στρατηγικοῦ τάγματος ἡγεμὼν, αὐτὸς εἶπεν: ὦ Γάλβα, τίνα τρόπον βουλεύεσθε: τὸ γὰρ ζητεῖν εἰ Νέρωνι πιστοὶ μένομεν, ἤδη μενόντων ἐστίν. Ὡς οὖν ὑπάρχοντος ἐχθροῦ Νέρωνος, οὐ δεῖ προετέον τὴν τοῦ Οὐίνδικος φιλίαν, ἢ καὶ κατηγορητέον εὐθὺς αὐτοῦ καὶ πολεμητέον, ὅτι σὲ βούλεται Ῥωμαίους ἔχειν ἄρχοντα μᾶλλον ἢ Νέρωνα τύραννον. *Adhibuit in conſilium amicos: quorum aliqui ſuſtinendum cenſuerunt, & operiendum, quid motura, & quo inclinatura novis rebus Urbs eſſet. At Titus Ovinius cohortis prætoriæ præfectus: qua ratione, inquit, Galba, deliberatis? nam quærere, an in fide velimus perſiſtere erga Neronem, furentium jam eſt. Quare ut ſi hoſtis Nero ſit, nequaquam Vindicis rejicienda eſt ſocietas, aut deferendus ſtatim, & oppugnandus, quod te mavult eſſe Romanis imperatorem, quam Neronem tyrannum.*

22. METU, propter necem ſuam a Nerone procuratoribus mandatam. Metum in ſimili cauſa Othonem etiam finxiſſe dicit Tacit. Hiſt. I. 21. 2. *Fingebat & metum, quo magis concupiſceret. Prægravem ſe Neroni fuiſſe: ſuſpectum ſemper, inviſumque dominantibus, qui proximus deſtinaretur.*

23. SPE, propter ſecundiora auſpicia, omina, & vaticinationes.

24. CLUNIA oppidum eſt Hiſpaniæ. Plutarch. Galb. p. 1055. B. Κλουνία Ἰβηρικὴ πόλις. *Celtiberiæ ſinu*

Digitized by Google

rat [25], ante ducentos annos ſimiliter a fatidica puella pronuntiata. Quorum car- 10
minum ſententia erat, *Oriturum quandoque ex Hiſpania* [26] *principem, dominumque rerum.*

finis Plin. III. 3. Colonia Sulpicia dicitur in nummo Galbæ. Hodie *Coruna*, vel *Cruna del Conde* vocatur. V. quoque *Occon. Num. Imp.* p. 69. *Merul. Coſmog.* II. 2. 19.

* 25. ERUUNTUR latentia & defoſſa. Varr. L.L. v. 1. *Quæ obruta vetuſtate, ut potero, eruere conabor.* Cicer. Fam. v. 9. *Tibi illum reperiam, niſi ſi in Dalmatiam aufugerit: & inde tamen aliquando eruam.*

26. EX HISPANIA, quæ terrarum orbi dedit Trajanos, Adrianos, Theodoſios. Hoc vaticinium ad ſe tranſtulit Galba, qui ex *Hiſpania*, quam illa tempeſtate regebat, ad imperium Romanum capeſſendum tranſiturus erat. Similis fama vagatur infr. Veſpaſ. 4. 8.

CAPUT X.

ARG. *Imperator conſalutatur, legiones, & auxilia conſcribit, e primoribus inſtar ſenatus inſtituit, equeſtris ordinis juvenes excubitores deligit, ſingulis, univerſiſque per provincias conſpirandi auctor eſt, prodigiis bellum eſſe juſtum docetur, & a ſervis ad fraudem preparatis pene intercimitur Sergius Sulpicius Galba.*

Igitur cum quaſi manumiſſioni vacaturus [1] conſcendiſſet tribunal [2], propoſitis ante 1
ſe damnatorum occiſorumque a Nerone quam plurimis imaginibus, & adſtanti nobili puero [3], quem exſulantem ex proxima Baleari inſula [4] ob id ipſum acciverat [5], deploravit temporum ſtatum, conſalutatuſque IMPERATOR: LEGATUM SE SENATUS AC POPULI ROMANI PROFESSUS EST. Deinde juſtitio [6] indicto, e plebe qui- 2
dem provinciæ legiones [7] & auxilia conſcripſit ſuper exercitum veterem legionis unius [8], duarumque alarum, & cohortium [9] trium. Ac e primoribus prudentia at- 3
que

MANUMISSIONI VACATURUS. Magiſtratus enim populi Romani non quibuſvis quovis tempore negotiis *vacabant*, ſed diſtincti erant ſeſſionum dies. Ulpian. Digeſt. XXXVIII. 13. 2. §. 1. *Dies bonorum poſſeſſionis utiles eſſe palam eſt, ſed non ſeſſionum numerabuntur, ſi modo ea ſit bonorum poſſeſſio, quæ de plano peti potuit. Quid, ſi ea, quæ cauſæ cognitionem pro tribunali deſiderat, vel quæ decretum expoſcit? ſeſſiones erunt nobis computandæ.* Et de qua re tunc cognoſcebant, ei rei ſedere dicebantur. Ulpian. ibid. 17. 2. §. 43. *Ubi primum potuit, id eſt, prætoris copiam habuit huic rei ſedentis.* Eadem porro in provinciis ratio. Atque adeo noviſſimis conventuum diebus *manumiſſionibus* dabant operam. His ſe *vacaturum* edicto indicaverat Galba. Plutarch. p. 1054. ἐν Προγεγραμμένοις ἐδήλωσεν ὁ Γάλβας ἡμέραν, ἐν ᾗ τὰς κατὰ μέρος ἐλευθερώσεις ἀποδώσει τοῖς δεομένοις. V. etiam *Torrentium & Turneb. Adv.* v. 2.

2. TRIBUNAL *conſcendit* Galba, majora præcipiens animo, ipſamque liberaturus ſervitute Rempublicam. Nam, ut Cajus docet Digeſt. XL. 2. 7. *non eſt omnino neceſſe pro tribunali manumittere: & plerumque in tranſitu ſervi manumitti ſolent, cum aut lavandi, aut geſtandi, aut ludorum gratia prodierit prætor, aut proconſul, legatuſve Cæſaris.* Sane initio principatus omnis generis nummos cum effigie libertatis publicavit, addito elogio, LIBERTAS PUBLICA. V. *Torrentium.*

3. NOBILI PUERO forte Romano. Detecta enim conjuratione Piſoniana, damnatorum liberi Urbe pulſi, ſupr. Ner. 36. 6. *Torrentius.*

4. BALEARES INSULAS deſcribit Diodor. Bibl. v. p. 297. Ἄλλαι δ' ὑπάρχουσι νῆσοι κατ' ἀντικρὺ τῆς Ἰβηρίας, ἀπὸ μὲν τῶν Ἑλλήνων ὀνομαζόμεναι Γυμνήσιαι, διὰ τὸ τοὺς ἐνοικοῦντας γυμνοὺς τῆς ἐσθῆτος βιοῦν κατὰ τὴν τοῦ θέρους ὥραν. Ὑπὸ δὲ τῶν ἐγχωρίων καὶ τῶν Ῥωμαίων προσαγορευόμεναι Βαλιαρεῖς, ἀπὸ τοῦ βάλλειν ταῖς σφενδόναις λίθους μεγάλους κάλλιστα τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων. *Sunt alia porro inſulæ exadverſum Iberiæ, Gymneſias Græci vocitant, quod incolæ nudis corporibus æſtatis tempore vivant. Hos populares & Romani Baleares a jaculando nuncupant; quia magnos lapides fundis melius quam univerſi mortales ejaculantur.* Deſcribunt etiam *Strab.* III. p. 115. *Plin.* III. 5. *Mel.* II. 7. *Agathem. Geogr.* I. 5.

5. ACCIVERAT ad invidiam Neroni faciendam, quia in illam inſulam a Nerone in exilium miſſus fuerat. *Beroaldus.*

6. JUSTITIUM quid ſit. V. ſupr. Tib. 52. 5. 6. 7.

7. LEGIONEM UNAM ſibi Tarraconenſem adminiſtranti duntaxat adfuiſſe dicit ipſe apud Tacit. Hiſt. I. 16. 4. *Sit ante oculos Nero, quem longa Cæſarum ſerie tumentem, non Vindex cum inermi provincia, aut ego cum una legione, ſed ſua immanitas, ſua luxuria cervicibus publicis depulere.* Hæc ideo vocabatur *legio Hiſpana.* Tacit. ibid. 6. 3. *Inducta* in Urbem *legione Hiſpana, remanente ea, quam e claſſe Nero conſcripſerat, plena Urbs exercitu inſolito.* Videtur fuiſſe

 ſexta.

que ætate præſtantibus, velut inſtar ſenatus [10], ad quos de majore re, quoties opus
4 eſſet, referretur, inſtituit. Delegit & equeſtris ordinis juvenes, qui manente anu-
lorum aureorum [11] uſu, Evocati [12] appellarentur, excubiaſque [13] circa cubiculum
5 ſuum vice militum agerent. Etiam per provincias edicta dimiſit, auctor ſingulis u-
niverſiſque conſpirandi ſimul, &, ut qua poſſet quiſque opera, communem [14] cau-
6 ſam juvarent. Per idem fere tempus in munitione oppidi, quod ſedem bello dele-
gerat, repertus eſt anulus opere antiquo, ſcalptura gemmæ victoriam cum tro-
7 pæo [15] exprimente. Ac ſubinde [16] Alexandrina navis [17] Dertoſam [18] appulit armis
onuſta,

ſexta. Tacit. ibid. v. 16. 6. *Principem Galbam ſextæ legionis auctoritate factum.*

9. LEGIONES, ALAS, COHORTES junctim numerare ſolebant veteres. Flor. III. 21. 88. *Quippe quum bis octo legiones, atque quingenta cohortes ſtabant in armis.* Noſt. Veſp. 4. 11. *Cohortes* tunc non ſignificant partes legionum, quas ſignificant apud Veget. II. 6. *Sciendum eſt autem, in una legione decem cohortes eſſe debere.* Sed auxilia ſociorum. Et opponuntur *legionibus.* Tacit. Hiſt. I. 59. 2. *Et erant in civitate Lingonum octo Batavorum cohortes, quarta decima legionis auxilia.*

10. INSTAR SENATUS inſtituit hoſce primores Galba, ut oſtenderet *ſenatorias* partes ſe ſequi, & *ſenatoriam* ſe tueri majeſtatem. *Beroaldus.*

11. ANULIS AUREIS uſi ſunt equites Romani domi bellique. Docet hoc hiſtoria de trimodiis *anulorum* ab Annibale Carthaginem miſſis, quam narrat Liv. XXIII. 12. *Ad fidem deinde tam lætarum rerum effundi in veſtibulo curiæ juſſit anulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut metientibus dimidium ſuper tres modios expleſſe ſint quidam auctores. Adjecit deinde verbis, quo majoris cladis indicium eſſet, neminem niſi equitem, atque eorum ipſorum primores, id gerere inſigne.* Et illa, quam de tribunis, *anulorum aureorum* indicio bello Punico tertio agnitis, cum quibus pari pæne loco & dignitate erant equites, narrat Appian. Punic. p. 63. Ἀχθομένων δὲ πάντων ἐπὶ τῇ κειμένων ἀταφίᾳ, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖς χιλιάρχοις, ὁ Σκιπίων τινὰ λύσας τῶν αἰχμαλώτων ἔπεμψε πρὸς Ἀσδρούβαν, καὶ παρῄνει θάψαι τοὺς χιλιάρχους: ὁ δ' ἐρευνησάμενος τὰ νεκρὰ, καὶ ἀπὸ τῆς σφραγῖδος εὑρὼν (χρυσοφοροῦσι γὰρ τῶν στρατευομένων οἱ χιλίαρχοι τῶν ἐλαττόνων σιδηροφορούντων) ἔθαψεν αὐτούς. *Cumque omnes moleſte ferrent relictos inhumatos milites, præcipue tribunos, Scipio, captivum quendam, ſolutum vinculis, miſit ad Aſdrubalem, rogans, ut ſepeliret tribunos: ille quæſitos inter cadavera, & aureorum anulorum agnitos indicio (his enim differunt a peditibus & gregariis militibus,* per ἐλαττόνων hoc loco intelligendis, *ferreos geſtantibus) ſepeliit.* V. de his decertantes *Lipſ. Elect.* II. 8. *de Mil. Rom.* II. 9. *Kirchm. de anul. c.* 15. *Chiment. de Honor. biſell. c.* 34.

12. EVOCATUS dicebatur beneficiarius ab imperatore militia primum ſolutus, & deinde urgente neceſſitate ad bellum *revocatus.* Cæſ. Civ. III. 88. 4. *Hæc erant* XLV. *millia evocatorum circiter duo, quæ ex beneficiariis ſuperiorum exercituum ad eum convenerant.* Dio XLV. p. 276. B. Τὸ τῶν ἠουοκάτων ἢ οὐοκάτων σύστημα, οὓς ἀνακλήτους ἄν τις ἑλληνίσας, ὅτι πεπαυμένοι τῆς στρατείας, ἐπ' αὐτὴν αὖθις ἀνεκλήθησαν, ὀνομάσειεν. *Evocatorum, aut vocatorum manus, quos aliquis anacletos Græce, quaſi revocatos, quod defuncti militia iterum ad eam revocentur, dixerit.* Τούτοις ἤρξατο μὲν νομίζειν ἀφ' οὗ τοὺς συστρατευσαμένους τῷ πατρὶ πρὸς τὰ ὅπλα αὖθις ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον ἀνεκάλεσεν, ἐτήρησε δέ: καὶ ἔστι καὶ νῦν σύστημα ἴδιον, ῥάβδους φέροντες ὥσπερ οἱ ἑκατόνταρχοι. *Illis uti cœpit* Auguſtus, *ex quo veteranos patris ad arma adverſus Antonium rurſus evocarat, eoſdemque deinceps retinuit: ac ſunt etiamnum manus propria, & diſcreta, vites ferentes ut centuriones.* Idem LV. p. 565. B. Ille majore in dignatione quam miles ordinarius. Quo ſpectat, quod eſt in veteri inſcriptione. *Aram evocatus poſuit, quam caligatus voverat.* Hos inſtituit Galba exemplo cuſtodiæ principalis, quia principem tunc agebat: etſi non veteranos quoſdam milites, qui vere *evocati*, ſed equites elegit. V. quoque *Turneb. Adv.* I. 9. *Lipſ. de Mil. Rom.* I. 8. *Admir.* I. 4. *Goeſ. indic. in rei agrar. ſcriptores. Aring. Rom. Subterr.* IV. 18. *Urſat. Not. Rom. Antiq. Roman. Græv. tom.* XI. *p.* 701.

13. EXCUBITORES ſervos, qui nocturnas ad limen agebant cuſtodias, habebant potentiores. Inprimis autem a Romanis hoc obſervatum eſt imperatoribus, ut ejuſmodi *excubias* ad majorem ſui ſecuritatem in veſtibulo Palatii haberent. Iſidor. IX. 3. *Excubitores dicuntur pro eo quod excubias ſemper agunt. Sunt enim ex numero militum, & in porticibus excubant propter regalem cuſtodiam.* Noſt. ſupr. Ner. 8. 1. infr. Oth. 6. 1. V. *Sagittar. de jan. vet.* 17. 2. *Calvin. in Senec. de clem. p.* 60.

14. COMMUNEM I. ad ſalutem cunctorum mortalium pertinentem. Talis vero erat aſſerere imperium ex manibus tyranni ſanguinarii. *Beroaldus.*

15. VICTORIAM CUM TROPÆO, quia eventus quoſpiam ſingulares anulis inſculpebant veteres. Hoc vero omen fuit Galbæ tanquam victori futuro adverſus Neronem. Dio XLII. p. 193. B. Ἐνεγέγλυπτο ἐν αὐτῷ τρόπαια τρία. *In quo,* Pompeji anulo, *tria erant tropæa inſculpta.* Nec mirum videri debet, ſi una gemma & *tropæum*, & *victoria* expreſſa continebantur, cum achatem gemmam habuerit Pyrrhus, *in qua novem Muſæ & Apollo citharam tenens ſpectaretur, non arte, ſed ſponte naturæ ita diſcurrentibus*

onuſta, ſine gubernatore, ſine nauta ac vectore ullo, ut nemini dubium eſſet juſtum piumque [19], & faventibus diis, bellum ſuſcipi. Cum repente ex inopinato 8
prope cuncta turbata ſunt: alarum altera [20] caſtris appropinquantem, pœnitentia mutati ſacramenti [21], deſtituere conata eſt, ægreque retenta in officio: & ſervi, quos a liberto Neronis ad fraudem præparatos muneri acceperat, per angiportum [22] in balnea tranſeuntem pæne interemerunt [23]: niſi cohortantibus invicem, ne occaſionem omitterent, interrogatiſque de qua occaſione loquerentur, expreſſa cruciatu confeſſio eſſet.

currentibus maculis, ut Muſis quoque ſingulis ſua redderentur inſignia. Plin. xxxvii. 1. V. *Beroaldum*, & *Kirchm. de anul. c.* 13.

* 16. Subinde. L. *ſub id* cum *Buleng. de Prod. c.* 1.

17. Navis; ſed plures appuliſſe dicit Xiphil. lxiv. p. 728. D. Καὶ πλοῖα ὅπλων μεστὰ πρὸς Ἰβηρίαν ἐπ' αὐτὰς ἐκείνας τὰς ἡμέρας αὐτόματα, μηδενὸς ἀνθρώπου ἄγοντος αὐτὰ, προσωρμίσθη. *Et navigia armis onuſta per eoſdem dies, ſua ſponte, in Hiſpaniam, ſine nautis appulerunt.*

18. Dertosa oppidum eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis ad fluvium Iberum. Strab. iii. p. 110. Ἐκ Ταῤῥάκωνος, ἐπὶ τὸν πόρον τοῦ Ἴβηρος, κατὰ Δερτῶσσαν πόλιν. *A Tarracone, ad tranſitum Iberi, ad urbem Dertoſſam. Dertoſa Ilergavonia* cognominatur a populis, quorum hæc urbs erat caput, in numino Tiberii imperatoris. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS: & in averſa parte infra navis carinam, DERT. ILERGAVONIA. V. *Merul. Coſmog.* ii. 15. *Occon. Numiſm. Imp. p.* 69. * Hodie *detorſa* edunt vitioſiſſime. *Turneb. Adv.* xxiv. 41.

19. Justum et pium *bellum* quale, dixi ad Curt. v. 8. 15. §. 35.

* 20. Altera i. alterutra, ex duabus una. Cicer. Off. ii. 13. *Cum te Pompejus alæ alteri præfeciſſet.* Hirt. B. Af. 78. 7. *Cæſar alteram alam mittit.* Ita *alterum cornu* Nep. 16. 4. 3.

21. Mutare Sacramentum quid, dictum ſupr. Cæſ. 42. 1. §. 3.

22. Per angiportum. Sunt in urbe viarum genera tria. *Vici*, qui latiores exitus habent. *Fundula* a fundo, quæ exitu carent. *Angiportus*, per quos propter anguſtiam nihil poteſt agi in *portus*. V. *Barland. in Terent. Adelph.* iv. 2. 39.

23. Pæne interemerunt i. *interempturi* fuerunt. V. Cæſ. 52. 1. §. 5.

CAPUT XI.

ARG. *Morte Vindicis conſternatur, Neronis confirmatur, iter ingreditur, & novas res molientes opprimit Sergius Sulpicius Galba.*

Acceſſit ad tanta diſcrimina mors Vindicis [1], qua maxime conſternatus [2], deſtituto- 1
que ſimilis, non multum abfuit, quin vitæ renuntiaret. Sed ſupervenienti- 2
bus ab Urbe nuntiis [3], ut occiſum Neronem, cunctoſque in verba [4] ſua juraſſe cognovit:

Vindicis, quem ſemetipſum interfeciſſe dicit Plutarch. Galb. p. 1055. D. Ἐπεὶ δὲ τὰ Οὐεργινίου καὶ Οὐίνδικος στρατεύματα τρόπον τινὰ βίᾳ τοὺς ἡγεμόνας, ὥσπερ τοὺς ἡνιόχους κρατῆσαι χαλινῶν μὴ δυνηθέντας, εἰς μάχην ἐξενεγκόντα μεγάλην συνέῤῥηξαν, καὶ Οὐίνδικος ἑαυτὸν ἀνελόντος ἐπὶ δισμυρίοις Γαλατῶν πεσοῦσι. *Ut vero Verginii & Vindicis legiones vi quodammodo duces, ſicut aurigas habenarum impotentes concitavere, atque atroci colliſere prælio: ac Vindex cæſis* xx *millibus Gallorum ſibi ipſe manus intulit.* Prælium hoc ad Veſontionem accidit. Xiphil. lxiii. p. 725. C. Γενόμενος ἐν Βεσοντίωνι ταύτην ἐπολιόρκει, πρόφασιν ὅτι μὴ ἐδέξατο αὐτόν. Τῷ δὲ Βίνδικος πρὸς βοήθειαν τῆς πόλεως ἀντεπελθόντος αὐτῷ, καὶ οὐ πόῤῥω στρατοπεδευσαμένου..... Μετὰ δὲ τοῦτο ὁ Βίνδιξ ὥρμησε μετὰ τοῦ στρατοῦ ὡς τὴν πόλιν καταληψόμενος· καὶ αὐτοὺς οἱ τοῦ Ῥούφου στρατιῶται προσιόντας αἰσθόμενοι, καὶ νομίσαντες ἐφ' ἑαυτοὺς αὐτοὺς χωρεῖν, ἀντεξορμήσαντες αὐτοκέλευστοι, καὶ προσπεσόντες σφίσιν ἀπροσδοκήτοις καὶ ἀσυντάκτοις οὖσι, παμπόλλους κατέκοψαν. Ἰδὼν δὲ τοῦτο καὶ περιαλγήσας ὁ Βίνδιξ, αὐτὸς ἑαυτὸν ἔσφαξε. *Is, Verginius Rufus, poſtquam Veſontionem venit, cœpit eam urbem obſidere, quod ab ea non fuiſſet exceptus. Vindex ad opem urbi ferendam contendit, nec procul caſtra poſuit.... Poſt hæc Vindex properat cum exercitu, quaſi ſtatuiſſet urbem capere: quorum adventum ubi cognoſcunt milites Rufi, rati eos aperte contra ſe venire, injuſſi impetum faciunt, & necopinantes, atque confuſos invadunt, ac magnum numerum eorum concidunt. Quod quum Vindex videret, ferretque graviter, ipſe ſibi manus attulit.*

2. Consternatus est morte Vindicis Galba, quia δῆλος λόγος ὡς βουλομένων πάντων ἐπὶ νίκῃ τοσαύτῃ τὸν Οὐεργίνιον ἀναδέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν, ἢ πάλιν μεταβαλλομένων πρὸς Νέρωνα: *increbruit rumor omnes a tanta victoria Verginium imponere ſtatuiſſe imperio, aut denuo tranſire ad Neronem.* Plutarchus.

3. Nun-

3 gnovit: depoſita LEGATI, ſuſcepit CÆSARIS appellationem [5]. Iterque ingreſſus eſt paludatus [6], ac dependente a cervicibus [7] pugione [8] ante pectus, nec prius uſum togæ recuperavit [9], quam oppreſſis, qui novas res moliebantur, præfecto prætorii [10] Nymphidio Sabino [11] Romæ: in Germania Fontejo Capitone [12]: in Africa Clodio Macro [13] legatis.

3. NUNTIIS, quorum Siculum quendam libertum ejus, qui fuerit Icelus, de quo infr. 14. 3. nominat Plutarch. E. Ἦν δὲ θέρος ἤδη καὶ βραχὺ πρὸ δείλης ἧκεν ἀπὸ Ῥώμης Σικελὸς ἀνὴρ ἀπελεύθερος, ἑβδομαῖος. Πυθόμενος δὲ τὸν Γάλβαν ἀναπαύεσθαι καθ' ἑαυτὸν, ἐβάδιζε συντόνως ἐπὶ τὸ δωμάτιον αὐτοῦ, καὶ βίᾳ τῶν θαλαμηπόλων ἀνοίξας καὶ παρελθὼν, ἀπήγγειλεν ὅτι καὶ ζῶντος ἔτι τοῦ Νέρωνος, οὐκ ὄντος δὲ φανεροῦ, τὸ στράτευμα πρῶτον, εἶτα ὁ δῆμος, καὶ ἡ σύγκλητος, αὐτοκράτορα τὸν Γάλβαν ἀναγορεύσειαν: ὀλίγον δὲ ὕστερον ἀπαγγελθείη τεθνηκὼς ἐκεῖνος: οὐ μὴν αὐτός γε πιστεύσας ἔφη τοῖς ἀπαγγέλλουσιν, ἀλλὰ ἐπελθὼν τῷ νεκρῷ καὶ κείμενον θεασάμενος, οὕτως ἐξελθεῖν. *Æſtas jam erat, cum præcipite in noctem die Siculus quidam libertus eius Roma ſeptimo die venit. Hic cum Galbam intellexiſſet ſolum quieſcere, citato curſu ad cubiculum eius profectus invitis cubiculariis aperuit oſtium, ingreſſuſque annuntiavit Nerone adhuc vivo, ſed nuſquam apparente, exercitum primum, deinde populum, & ſenatum Galbam appellaſſe imperatorem, mox mortem ejus allatam: non habuiſſe tamen ait ſe nuntiis fidem, ſed perrexiſſe ipſum ad cadaver, atque cum exanimem ſpectaſſet, tum profectum.*

* 4. IN VERBA alicujus jurare, eſt jurare hoc ipſum quod ille præit, five dictat, five præjurat per ſe ipſe aut per alium. Priſcian. XVIII. p. 1182. *Jurare in verba illius, id eſt, quomodo ille dictitaret.* Horat. Epod. XV. 4.

In verba jurabas mea.

In verba ducis jurabant milites. Livius. V. illum ſupr. Claud. 10. 7. §. 31. Noſt. 16. 2. Oth. 8. 1. Vit. 15. 1. Quod etiam *in nomen* ducis jurare dicebatur. V. Claud. 10. 7.

5. CÆSARIS APPELLATIONEM *ſuſcepit, aſpernatus antea, ſed tunc, ſuperſtitione nominis, & quia in metu conſilia prudentium, & vulgi rumor juxta audiuntur.* Tacit. Hiſt. III. 58. 5. *Cæſaris appellatio* dignitatis, non familiæ ex hoc tempore fuit.

6. PALUDATUS I. habitu militari, ut ſolebant imperatores ad bella profecturi. V. Claud. 21. 12. §. 51.

* 7. A CERVICIBUS, & non a latere tantum, & clune. V. Vit. 15. 7. pugiones interdum pendebant. Hoc etiam in veterum Francorum quibuſdam veteribus ſtatuis ſe vidiſſe teſtatur *Dorleans in Tacit.* p. 110.

8. PUGIONE, quia merum imperium, cujus ſignum erat, ſe habere ſignificare voluit. Gladium pro ſummo imperio dicit Senec. de Clem. I. 11. *Nullam te toto orbe ſtillam cruoris humani miſiſſe, eo majus mirabiliuſque, quod nulli unquam citius gladius commiſſus eſt.* Ita *Imperator conſalutatus* Vitellius, *in prima gratulatione porrectum ſibi ſtrictum divi Julii tenuit gladium* apud noſtr. 8. 2. & gladium a Veſpaſiani exercitu Romæ oppreſſus, velut imperium depoſiturus, conſulibus & aliis ſenatoribus præbuit apud Xiphil. LXV. p. 741. B. Τὸ ξίφος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς τε ὑπάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις βουλευταῖς ὤρεγεν, ὡς καὶ τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν δὲ αὐτοῦ ἀποτιθέμενος. Galbam tamen, quod in itinere gladium ſemper accingeret, homo jam ſenex, & imbecillis, deriſum fuiſſe dicit idem LXIV. p. 729. D. Ὅτι δὲ ξίφος διὰ παντὸς τοῦ ὤμου ἐξηρτᾶτο, καὶ γέρων, καὶ ἀσθενὴς τὰ νεῦρα ὤν, καὶ πάνυ πολὺν γέλωτα ὠφλίσκανε. V. *Torrentium, Fab. Semeſt.* I. 3. *Buleng. de imp.* II. 16.

9. USUM TOGÆ RECUPERAVIT I. habitum civilem, & pacificum ſumpſit.

10. PRÆFECTUM PRÆTORII fuſius deſcripſi ſupr. Cal. 56. 2. §. 10.

11. NYMPHIDII SABINI in Galbam molitiones & interitum deſcribit Plutarch. Galb. p. 1056. A. Νυμφίδιος Σαβῖνος ἐν Ῥώμῃ οὐκ ἠρέμα, καὶ κατὰ μικρὸν, ἀλλὰ συλλήβδην ὁμοῦ πάντα πράγματι φέρων, περιήγαγεν εἰς ἑαυτὸν, ὡς Γάλβαν μὲν ὄντα πρεσβύτην, καὶ μόλις εἰς Ῥώμην ἐξαρκέσοντα φοράδην κομισθῆναι διὰ γῆρας (ἦν γὰρ ἐτῶν τριῶν καὶ ἑβδομήκοντα) τὰ δὲ αὐτόθι στρατεύματα καὶ πάλαι πρὸς αὐτὸν εὐνόως ἔχοντα, καὶ νῦν ἑνὸς ἐξηρτημένα μόνου, διὰ τὸ τῆς δωρεᾶς μέγεθος εὐεργέτην ἐκεῖνον ἡγεῖσθαι, Γάλβαν δὲ χρεωφειλέτην.... *Nymphidius Sabinus Romæ, non ſenſim, neque paullatim, ſed ſemel univerſam rerum ſummam ad ſe trahebat, ſenem exiſtimans Galbam, cui vix vires ſuppeterent per gravem ætatem, ut lectica Romam portaretur (nam annos tres & ſeptuaginta natus erat) cohortes vere aulicas cum jamdudum ſui cupidas, tum uni in præſentia ſibi addictas ob donativi magnitudinem ſe benefactorem ducere, & Galbam debitorem ſuum....* Ejuſque interitum p. 1059. B. Τῶν δὲ παρὰ τὰς πύλας παρέντων αὐτὸν, εἰσελθὼν μετ' ὀλίγων, αὐτὸς ἀκοντίζεται λόγχῃ, καὶ αὐτὴν μὲν ἐδέξατο πρὸ αὐτοῦ θυρεῷ Σεπτίμιος. Ἄλλων δὲ γυμνοῖς ξίφεσιν ἐπιφερομένων, φυγὼν καὶ διωχθεὶς, ἐν οἰκήματι στρατιώτου σφάττεται. *Poſtquam vero ſtatio, quæ ad portam erat, illum cum paucis admiſit in caſtra: ingeſta in illum eſt lancea, quam præcedens ſcuto Septimius excepit. Sed cum alii ſtrictis gladiis incurrerent, fugam cepit, & comprehenſus confoditur in militis cujuſdam tabernaculo.*

12. FONTEJI CAPITONIS in Galbam molitiones deſcribit Xiphil. LXIV. p. 729. B. Νυμφίδιος δέ τις καὶ Καπίτων οὕτως ἐξεφρόνησαν ὑπ' αὐτοῦ, ὥστε ὁ Καπίτων, ἐφέντος τινὸς ἀπ' αὐτοῦ ποτε δικάζοντος, μετεπήδησέ τε ἐπὶ δίφρον ὑψηλὸν, καὶ ἔφη: λέγε τὴν δίκην παρὰ τῷ Καίσαρι: δικάσας τε ἀπέκτεινεν αὐτόν. *Nymphidius autem & Capito tam dementi fuerunt eo principe inſolentia, ut Capito, quum forte quidam reus ab eo jus dicente provocaviſſet,*

Digitized by Google

vocaviſſet, ſtatim in ſellam excelſiorem tranſilierit, atque ita dixerit: age, dic cauſam apud Cæſarem: eumque cauſa cognita capite damnavit. Ejuſque interitum Tacit. Hiſt. 1. 7. 1. *Capitonem in Germania, cum turbaret, Cornelius Aquinus, & Fabius Valens legati legionum interfecerunt, antequam juberentur.* Et illum Galbæ pro concione exprobrat Otho apud eund. ibid. 36. 4. *His auſpiciis Urbem ingreſſus, quam gloriam ad principatum attulit, niſi occiſi Fonteji Capitonis in Germania?*

13. CLODII MACRI in Galbam molitiones & interitum deſcribit Tacit. Hiſt. 1. 7. 1. *Macrum in Africa haud dubie turbantem, Trebonius Garucianus procurator, juſſu Galbæ interfecit.* Unde & ejus interitum Galbæ exprobrat apud eundem l. l. *Quam gloriam.... niſi occiſi Clodii Macri in Africa?*

CAPUT XII.

ARG. *Multiplicis ſævitiæ ſimul atque avaritiæ inſimulatur Sergius Sulpicius Galba.*

Præceſſerat de eo fama ſævitiæ ſimul atque avaritiæ [1]; quod civitates Hiſpania- 1
rum Galliarumque, quæ cunctantius ſibi acceſſerant [2], gravioribus tributis,
quaſdam etiam murorum [3] deſtructione [4] puniſſet: & præpoſitos procuratoreſque [5]
ſupplicio capitis, affeciſſet cum conjugibus ac liberis: quodque oblatam a Tarraco-
nenſibus e vetere templo Jovis coronam auream librarum xv conflaſſet, ac tres un-
cias, quæ ponderi deerant, juſſiſſet exigi. Ea fama & confirmata, & aucta eſt, ut 2
primum Urbem introiit [6]. Nam cum claſſiarios, quos Nero ex remigibus juſtos 3
milites [7] fecerat [8], redire ad priſtinum ſtatum [9] cogeret: recuſantes, atque inſuper
aquilam [10], & ſigna [11] pertinacius flagitantes [12], non modo immiſſo equite disje-
cit,

SÆVITIÆ ATQUE AVARITIÆ *fama* nocuit maximopere Galbæ apud populum Romanum oſorem principis *avarioris* & *ſævioris.* Male enim ſperandum eſt haud dubie de principe, qui eſt *ſævus* atque *avarus.* Cum dos prima, & regum inſigne ſit clementia: ideóque rex in apibus aut aculeum non habet, aut, ſi habet, illo non utitur, ut principes admoneantur aculeum non eſſe exerendum, ſed recondendum. Et liberalitas cum primis decet principes, eoſque apud cunctos mortales facit favorabiles. V. *Beroaldum.*

2. CUNCTANTIUS SIBI ACCESSERANT i. non ſtatim a Nerone defecerant, & ad ſuas partes ſe junxerant.

3. MURORUM *deſtructio* civitatum quædam quaſi pœna eſt. Hac affecerunt Athenienſes Thaſum apud Thucyd. Hiſt. 1. p. 67. B. Θάσιοι δὲ τρίτῳ ἔτει πολιορκούμενοι, ὡμολόγησαν Ἀθηναίοις, τεῖχός τε καθελόντες, καὶ ναῦς παραδόντες. *Thaſii, tertio, quam oppugnari cœpti ſunt, anno, Athenienſibus ſeſe dediderant, muris dirutis, & navibus traditis.* Samum apud eund. p. 76. D. Ναυμαχίαν μέν τινα βραχεῖαν ἐποιήσαντο οἱ Σάμιοι, ἀδύνατοι δὲ ὄντες ἀντισχεῖν, ἐξεπολιορκήθησαν ἐνάτῳ μηνί, καὶ προσεχώρησαν ὁμολογίᾳ, τεῖχός τε καθελόντες, καὶ ὁμήρους δόντες, καὶ ναῦς παραδόντες. *Commiſerunt quidem pugnam quandam navalem parvam* cum Athenienſibus Samii, *ſed quum reſiſtere non poſſent, nono menſe expugnati ſunt, & deditionem fecerunt, dejectis muris, datis obſidibus, traditis navibus.* Severus imperator Byzantium apud *Xiphil.* LXXIV. *p.* 847. *C. D. Zonar. Ann.* II. *p.* 215. *Niceph. Gregor. Hiſt. Rom.* VI. 1. *p.* 117. *Herodian.* III. 6. §. 18. Sed hos nos deſcribo.

4. DESTRUCTIONE i. excidio. *Deſtruere* eſt *ſtructum* tollere, evertere, exſcindere. Cicer. de Senect. c. 20. *Ut navem, ut ædificium idem deſtruit facillime, qui conſtruxit.*

5. PROCURATORES, & inter illos Cornelium Marcellum, & Vettium Chilonem. Tacit. Hiſt. 1. 37. 4. *Quam gloriam ad principatum attulit, niſi occiſi Cornelii Marcelli in Hiſpania, Vettii Chilonis in Gallia?*

6. URBEM INTROIISSE Galbam dicit noſter, dicit etiam Tacit. Hiſt. 1. 6. 3. infr. §. 8. Sed illi appropinquaſſe Xiphil. LXIV. p. 729. B. Ὡς δ᾽ ἐπλησίασε τῇ πόλει: perveniſſe ad tertium ferme ab Urbe lapidem Plutarch. Galb. p. 1059. D. Ἐπεὶ δὲ προσιὼν ἀπεῖχε τῆς πόλεως περὶ πέντε καὶ εἴκοσι σταδίους.

7. JUSTOS MILITES, quos prætorianos vocat Xiphilinus. Ἀπήντησαν αὐτῷ οἱ δορυφόροι τοῦ Νέρωνος. Et in unam legionem decuriatos ordinibuſque militaribus ornatos Plutarchus. Οὗτοι δὲ ἦσαν, οὓς εἰς ἓν τάγμα ὁ Νέρων συλλοχίσας, ἀπέφηνε στρατιώτας.

8. FECERAT paullo ante interitum. Unde *inermes milites* dicuntur Tacito. *Introitus in Urbem, trucidatis tot millibus* (infr. §. 13.) *inermium militum, infauſtus omine, atque ipſis etiam, qui occiderant, formidoloſus.*

9. AD PRISTINUM STATUM i. ad militiam nauticam, quæ apud Romanos olim parum erat honeſta. * Hinc de claſſiariis legas apud Tacit. Hiſt. 1. 87. 2. *Facta & cæteris ſpes honoratioris in poſterum militiæ.* Liv. XXXII. 23. *Navales ſocii, relictis claſſibus, ad ſpem honoratioris militiæ tranſgreſſi.* Petierant vero ab eo, ut ſe in eodem gradu militiæ retineret. Xiphilinus. Ἠξίουν ἐν τῇ αὐτῇ στρατείᾳ φυλαχθῆναι.

Plutar-

4 cit [13], ſed decimavit etiam. Item Germanorum cohortem [14] a Cæſaribus olim ad cuſtodiam corporis inſtitutam, multiſque experimentis fideliſſimam, diſſolvit, ac ſine ullo commodo [15] remiſit in patriam: quaſi Cn. Dolabellæ [16], juxta cujus hor-
5 tos [17] tendebat [18], proniorem. Illa quoque, verene an falſo, per ludibrium jactaban-
6 tur, appoſita lautiore cœna ingemuiſſe eum. Et ordinario quidem diſpenſatori [19] breviarium rationum [20] offerenti [21] paropſidem [22] leguminis [23] pro ſedulitate, ac di-
7 ligentia [24] porrexiſſe. Cano [25] autem choraulæ [26], mire placenti, denarios quinque [27] donaſſe.

Plutarchus. Ἐβιβασμένας τῷ στρατιῷ.

10. AQUILAM deſcripſi ſupr. Cæſ. 62. 1. §. 3.

11. SIGNA V. ſupr. Cal. 14. 5. §. 17.

12. PERTINACIUS FLAGITANTES i. clamore poſtulantes, interprete Plutarcho. Ἐβοῶσαν βοῇ, σημεῖα τῷ τάγματι, καὶ χώραν αἰτοῦντες. *Flagitare* quid ſit, Valla nos docuit ſupr. Cæſ. 70. §. 5.1

13. IMMISSO EQUITE DISJECIT. Plutarchus. Ἐνίων τὰς μαχαίρας σπασαμένων, ἐκέλευσε τοὺς ἱππεῖς ἐμβαλεῖν αὐτοῖς ὁ Γάλβας: ὑπέστη δὲ οὐδεὶς ἐκείνων, ἀλλ' οἱ μὲν, ἐνθὺς ἀνατραπέντες, οἱ δὲ, φεύγοντες διεφθάρησαν. *Ut nonnulli gladios ſtrinxerunt, imperavit equitibus Galba, ut in eos inveherent: nec ſubſtitit quiſquam illorum, ſed omnes extemplo proſtrati, pars in fuga cæſi ſunt.* Proſtratos fuiſſe ſeptem millia, reliquoſque decimatos poſtea dicit Xiphilinus. Καὶ οἱ μὲν παραχρῆμα ἐς ἑπτακισχιλίους ἀπώλοντο, οἱ δὲ καὶ μετὰ τοῦτο δεκατωθέντες.

14. COHORTEM hanc peditum fuiſſe, & fortaſſe poſtea non reſtitutam putat *Lipſ. Admir.* 1. 4. *De cohorte Germanorum* ſupr. Aug. 49. 3. §. 9. Cal. 58. 9. §. 28.

15. COMMODO, de quo ſupr. Aug. 24. 4. §. 12.

16. CN. DOLABELLÆ, quem adoptare renuit Galba apud Plutarch. p. 1063. B. Πυθόμενος δὲ τὸν ἐκεῖ νεωτερισμὸν ὁ Γάλβας, εὐθὺς τὴν εἰσποίησιν ἀνεβάλετο: γνώσκων δὲ τῶν φίλων ἐνίους μὲν ὑπὲρ Δολαβέλλα, τοὺς δὲ πλείστους ὑπὲρ Ὄθωνος ἀρχαιρεσιάζοντας, ὧν οὐδέτερον ἐδοκίμαζεν αὐτὸς. *Hac perlata defectione non ultra produxit Galba adoptionem: ſed quod amicos ſciret partim Dolabellæ, pleroſque vero Othoni pronos, quorum ipſe neutrum probabat.*

17. JUXTA HORTOS, quia, licet prætorias cohortes extructis caſtris in unum coegerit Sejanus, ut dictum ſupr. Aug. 49. 4. §. 12. in illa non admittebantur, quæ ex aliis quam Romanis civibus, ut Germanorum, Hiſpanorum, aliorumve, erant compoſitæ cohortes. *Caſaubonus.* Ut vero juxta Cn. Dolabellæ *hortos* Germanorum cohors, ita in porticu Vipſania Illyriorum cohors tendit apud Plutarch. Galb. p. 1064. E. Τοῦ δ' Ἰλλυρικοῦ τάγματος ἐν τῇ καλουμένῃ παστάδι Βιψανίᾳ στρατοπεδεύοντος ἀπεστάλη Μάριος Κέλσος. Quod Latine ſic dicit Tacit. Hiſt. 1. 31. 2. *Miſſus & Celſus Marius ad electos Illyrici exercitus Vipſanii in porticu tendentes.*

18. TENDERE, militare verbum pro tabernacula habere. Virg. Æn. 11. 29.

Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles.

19. DISPENSATORI, οἰκονόμῳ V. illum ſupr. Aug. 67. 3. §. 2.

20. BREVIARIUM RATIONUM privatarum etiam fuit, n. ſummarium acceptæ, expenſæque pecuniæ. Illo ſenſu *breviarias rationes* dicit Scæv. Digeſt. XXXIII. 8. 26. *Cum rationibus breviariis in ære alieno, & ſortem, & uſuras inter cæteros creditores complexus ſit.* Guther. Offic. dom. Aug. 1. 2.

* 21. OFFERENTI. Conſueverant enim Romani quotidie *rationes* a ſervis, etiam immaniter exigere & relegere. Senec. Epiſt. 122. *Audio circa horam tertiam noctis flagellorum ſonos: quæro, quid faciat, dicitur rationes accipere.* Juven. VI. 483.

Et cadit, longi relegit tranſverſa diurni.

22. PAROPSIS vas eſt cibarium aliquantum concavum, in quo opſonia apponuntur. Juven. III. 142.

——— *quam multa, magnaque paropſide cœnat.*

V. *Stuck. A. C.* II. 11: III. 2.

23. LEGUMEN *hoc*: cicer, *ut cætera, quæ velluntur e terra, non ſubſequantur: quæ quod ita leguntur, legumina dicta.* Varr. R. R. 1. 23. & 32.

24. DILIGENTIA eſt frugalitas, parſimonia. Propria virtus patrisfamilias in ſumptibus faciendis. Cicer. Fam. VI. 18. *Si Galba conſponſor tuus redierit, homo in re familiari non parum diligens.* Opponitur avaritiæ. Cicer. ad Herenn. IV. 25. *Non eſt iſta diligentia, ſed avaritia: ideo quod diligentia eſt accurata conſervatio ſuorum: avaritia injurioſa appetitio alienorum.* Et luxuriæ. Varr. R. R. 1. 13. *Fructuoſior eſt certe fundus propter ædificia, ſi potius ad antiquorum diligentiam, quam ad horum luxuriam, dirigas ædificationem.* V. & infr. 14. 4. §. 15.

25. CANUM deſcribit Philoſtr. Apollon. vit. V. 7. Ἐπεχωρίαζε τότε τῇ Ῥόδῳ Κάνος αὐλητὴς, ὃς ἄριστα δὴ ἀνθρώπων ἐδόκει αὐλεῖν. *Degebat tum temporis Rhodi Canus tibicen, omnium, ut ferebatur, ætatis ſuæ tibicinum præſtantiſſimus.* Ejus meminit Mart. IV. 5. 6.

Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.

Et ſupr. Ner. 54. §. 3.

* 26. CHORAULES quis V. ſupr. Ner. 54. 1. §. 2.

27. DENARIOS QUINQUE. Magnitudinem ſordium intelliget, qui cogitabit fuiſſe moris, ut hiſtrionibus placentibus præter mercedem legitimam aliquot aurei, ac ſimilia munera darentur: datæ ſunt & coronæ ex auro. *Denarium* V. ſupr. Aug. 57. 5. §. 15. Χρυσοῦς τινάς. *aureos quoſdam* dum Cano Galbam dediſſe dicit Plutarch. §. 27. differentem a Sueto-

donaſſe, prolatos manu ſua e peculiaribus [28] loculis [29] ſuis.

Suetonio omnino ſummam ponit, ut obſervat Gronov. de pec. vet. III. 15. Non enim ſunt iidem quinque *denarii*, qui χρυσοί τινες. At Galba quanta illiberalitate præterea fuerit, docet Xiphil. LXIV. p. 728. E. *Πλὴν ὅτι χρήματά γε ἀπλήστως, ἅτε καὶ πολλῶν δεόμενος, ἤθροιζε, καὶ ἀπ' αὐτῶν ἐλάχιστα ἀνήλισκεν, ὥστε μηδὲ δραχμὰς ἔστιν οἷς, ἀλλ' ὀβολοὺς χαρίζεσθαι. Sed erat in coacervanda pecunia inexplebilis, tanquam multis rebus indigeret, deque ea re ita parum impendebat, ut non drachmas, ſed obolos nonnullis largiretur.* V. & *Caſaubonum*, & *mercedes ſcenicorum reciſas* ſupr. Tib. 34. 1. §. 1.

28. Peculiare quid ſit dixi ſupr. Cæſ. 76. 9. §. 45. Unde de ſuo, non de publico ſe illi hos largiri, Cano dicit Galba apud Plutarch. p. 1060. A. *Ἐκέλευσεν αὐτῷ κομισθῆναι τὸ γλωσσόκομον, καὶ λαβὼν χρυσοῦς τινας, ἐπέδωκε τῷ Κάνῳ, φήσας ἐκ τῶν ἰδίων, οὐκ ἐκ τῶν δημοσίων χαρίζεσθαι.*

29. Loculi ſunt ſacculi, in quibus nummi reconduntur. Apul. Met. IV. p. 149. *Qui contubernalis opportuna liberalitate lætatus, jubet nobis protinus gaudii ſui gerulis, decem aureos, ut ipſe habebat, e ſuis loculis adnumerari.* Γλωσσόκομοι dicuntur Græcis. Gloſſ. Cyrill. *Loculi*, γλωσσόκομοι. Et γλωσσόκομα Plutarch. §. 28.

CAPUT XIII.

ARG. *Venit in Urbem, ſed non eſt gratus Sergius Sulpicius Galba.*

Quare adventus ejus non perinde gratus fuit: idque proximo ſpectaculo apparuit. 1
Siquidem Atellanis [1] notiſſimum canticum [2] exorſis, *Venit io* [3] *ſimus* [4] *a villa* [5]: cuncti ſimul ſpectatores conſentiente voce reliquam partem retulerunt [6], ac ſæpius verſu repetito egerunt.

Atellanis 1. actoribus *Atellanarum*. Quæ quid fuerint V. ſupr. Tib. 45. 2. §. 8.

2. Canticum quid ſit, V. ſupr. Cal. 54. 6. §. 20.

3. Io interjectio eſt exſultantis omnibus notiſſima, & maxime in ipſo triumpho. *Turneb. Adv.* V. 2. Legendum potius *ohe*. In his enim ſupponi debet familia æſtuans & anxia ob ſupervenientem & deprehenſurum eam dominum vel villicum, ubi illud *ohe* familiariſſimum. Notum Cæcilii, *Jam ohe adeo*. Ita hunc locum emendat Academiæ Lugduno-Batavæ columen *Jacobus Gonovius*.

4. Simus pro homine ruſtico & triparco in comœdiis dicitur. Pollux IV. 19. §. 5. *Τῷ ἀγροίκῳ τὸ μὲν χρῶμα μελαίνεται, τὰ δὲ χείλη πλατέα, καὶ ἡ ῥὶς σιμή.* Dicitur vero a preſſis naribus. Unde *ſima capella* Virg. Ecl. X. 7. Illas recte Galbæ objiciunt Atellanarum actores. Fuit enim *adunco naſo* infr. 21. 1. V. de hoc loco decertantes *Turnebum*, *Muret. V. L.* XV. 11. & *Gronov. ad h. l.*

5. A villa, quia ut plurimum in ſeceſſu vixerat. *Torrentius*. Intelligit vero per *villam* Hiſpaniam, ut per *prædium* Sardiniam Cicer. Fam. IX. 7. *Iſtuc ipſum de Bajis, nonnulli dubitant, an per Sardiniam veniat. Illud enim adhuc prædium ſuum non inſpexit.* Ita præfectum Urbis *villicum* vocat Juven. IV. 77.

——— *attonitæ poſitus modo villicus Urbi.*

V. *Gronov. ad Ciceronem.*

6. Reliquam partem retulerunt, quod Ariſtoteles in ſimili ſententia tertio Rhetoricorum *προλαμβάνειν* aptius dixit. *Caſaubonus.*

CAPUT XIV.

ARG. *Imperium majore favore, & auctoritate adipiſcitur, quam gerit, trium arbitrio regitur, & ſibi ipſi non conſtat Sergius Sulpicius Galba.*

Majore adeo & favore & auctoritate adeptus eſt quam geſſit imperium: quam- 1
quam multa documenta egregii [1] principis daret: ſed nequaquam tam grata erant [2] quam inviſa, quæ ſecus fierent. Regebatur trium [3] arbitrio, quos una & in- 2
tra

Documentum egregii.... 1. multis doceret ſe egregium principem futurum.

2. Neque tam grata erant.... Tacit. Hiſt. 1. 7. 3. *Cæterum utraque cædes ſiniſtre accepta: & inviſo ſemel principe, ſeu bene ſeu male facta premunt.*

3. Regendum tribus ſe tradidiſſe Galbam, præter noſtrum monent etiam Tacit. Hiſt. 1. 13. 1. *Potentia principatus diviſa in T. Vinium conſulem, & Cornelium Laconem prætorii præfectum. Nec minor gratia Icelo Galbæ liberto.* Et Aurelius Victor. §. 5. Hiſce quam perperam ſe tradiderit Galba, docet apud Plutarch. p. 1058. B. Nymphidius. *Γάλβαν μὲν αὐτὸν*

tra Palatium habitantes, nec unquam non adhærentes [4] pædagogos [5] vulgo vocabant.
3 Hi erant T. Vinius [6] legatus [7] ejus in Hiſpania, cupiditatis immenſæ [8]: Cornelius Laco [9] ex aſſeſſore præfectus prætorii [10], arrogantia ſocordiaque intolerabilis: libertus Icelus [11], paullo ante anulis aureis [12], & Martiani cognomine ornatus, ac
4 jam ſummi equeſtris gradus candidatus [13]. His diverſo vitiorum genere graſſantibus, adeo

τὸν μὲν πρεσβύτην ἐπιεικῆ, καὶ μέτριον, ἐλάχιστα δὲ τοῖς αὐτοῦ χρώμενον λογισμοῖς, ὑπὸ δὲ Οὐινίου καὶ Λάκωνος ἐκ τοῦ διαφθείρεσθαι: *Galbam ipſum quidem bonum, & moderatum ſenem eſſe, ſed non ſuis utentem conſiliis, a Vinio & Lacone perverti.* Quid vero principi bono corrumpendo faciant mali pædagogi, apud Vopiſcum legere eſt Aurelian. c. 43. *Quæritur, quæ res malos principes faciat: jam primum, mi amice, licentia, deinde rerum copia, amici præterea improbi, ſatellites deteſtandi, eunuchi avariſſimi, aulici, vel ſtulti, vel deteſtabiles, & (quod negari non poteſt) rerum publicarum ignorantia. Sed ego a patre meo audivi, Diocletianum principem, jam privatum, dixiſſe nihil eſſe difficilius quam bene imperare. Colligunt ſe quatuor, vel quinque, atque unum conſilium ad decipiendum imperatorem capiunt: dicunt, quid probandum ſit. Imperator, qui domi clauſus eſt, vera non novit: cogitur hoc tantum ſcire quod illi loquuntur: facit judices quos fieri non oportet, amovet a Republica quos debebat obtinere. Quid multa? ut Diocletianus ipſe dicebat, bonus, optimus, cautus venditur imperator.*

* 4. ADHÆRENT ſemper pueris quibus appoſiti ſunt, pædagogi. Plaut. Bacch. III. 3. 18.

Nego tibi hoc annis viginti fuiſſe primis copia,
Digitum longe a pædagogo pedem ut efferres ædibus.

Petron. c. 53. *Ego pædagogus & cuſtos, etiam quæ non juſſeris, ſequar.* Unde *aſſidui* Quintil. Inſtit. I. I. & *aſſidui comites* Mart. II. 39. 2. dicuntur.

5. PÆDAGOGOS quemadmodum dicimus educatores ductoreſque puerorum, quibus continenter adhærent: ita *pædagogos* vulgo vocaverunt, qui inſtar *pædagogorum* rexerunt Galbam. Aurel. Victor. Epit. 6. 2. *Trium amicorum conſilio, id eſt, Vinii, Cornelii, & Iceli, cuncta diſponens, adeo, ut inter Palatinas ædes pariter habitarent, & vulgo pædagogi dicerentur.*

6. T. VINII ortum, & mores deſcribit Tacit. Hiſt. I. 48. 3. *T. Vinius 47. annos variis moribus egit. Pater illi e prætoria familia, maternus avus e proſcriptis. Prima militia infamis, legatum Calviſium Sabinum habuerat: cujus uxor, mala cupidine viſendi ſitum caſtrorum, per noctem militari habitu ingreſſa, cum vigilias, & cætera militiæ munia eadem laſcivia temeraſſet, in ipſis principiis ſtuprum auſa, & criminis hujus reus T. Vinius arguebatur. Igitur juſſu C. Cæſaris oneratus catenis; mox mutatione temporum dimiſſus, curſu honorum inoffenſo, legioni poſt præturam,* quam geſſit, ut putat Pigh. Ann. III. p. 581. anno ab U. C. 801. ſive C. Pompejo Longino, & Q. Verannio conſulibus, *præpoſitus, probatuſque. Servili deinceps probro reſperſus eſt: tanquam ſcyphum aureum* (*argenteum* dicit Plutarch. Galb. p. 1058. A.) *in convivio Claudii furatus, & Claudius poſtera die ſoli omnium Vinio fictilibus miniſtrari juſſit. Sed Vinius proconſulatu Galliam Narbonenſem ſevere, integreque rexit: mox Galbæ amicitia in abruptum tractus, audax, callidus, promptus, & prout animum intendiſſet, pravus, aut induſtrius, eadem vi.*

7. LEGATUS, imo conſul, ut illum appellavit Tacit. §. 6. Conſul vero fuit cum imperatore Galba. Tacit. Hiſt. I. II. 5. *Hic fuit rerum Romanarum ſtatus, cum Sergius Galba iterum, Titus Vinius conſules, inchoavere annum ſibi ultimum, Reipublicæ prope ſupremum.*

8. CUPIDITATIS IMMENSÆ, de qua etiam Plutarch. Galb. p. 1057. E. Ἦν δὲ Οὐίνιος ἀργυρίου μὲν ἐσχάτως καὶ ἐντοῦ ἥττων. *Fuit Titus Vinius in immenſum, & præter omnes hiante avaritia.*

9. CORNELII LACONIS mores deſcribit Tacit. ibid. 6. I. *Invalidum ſenem T. Vinius & Cornelius Laco, alter deterrimus mortalium, alter ignaviſſimus, odio flagitiorum oneratum, contemptu inertiæ deſtruebant.* 26. 4. *Multa erumpentis ſeditionis indicia per conſcios oppreſſa, quædam apud Galbæ aures præfectus Laco eluſit, ignarus militarium animorum, conſiliique quamvis egregii, quod non ipſe afferret, inimicus, & adverſus peritos pervicax.*

10. EX ASSESSORE PRÆFECTUS PRÆTORII factus eſt etiam Ulpianus apud Lamprid. Alex. Sev. c. 31. *Neque unquam ſolum quemquam, niſi præfectum ſuum vidit, & quidem Ulpianum, ex aſſeſſore ſemper ſuo.* De illo & de Paullo Spartian. Peſcen. Nigr. c. 7. *Præter militares adminiſtrationes intimavit etiam, ut aſſeſſores, in quibus provinciis aſſediſſent, in his adminiſtrarent: quod poſtea Severus, & deinceps multi tenuerunt, ut probant Paulli & Ulpiani præfecturæ, qui Papiniano in conſilio fuerunt: ac poſtea quum unus ad memoriam, alter ad libellos paruiſſet, ſtatim præfecti facti ſunt.* Aſſeſſoris *officium in his fere cauſis conſiſtit, in cognitionibus, poſtulationibus, libellis, edictis, decretis, epiſtolis.* Paull. Digeſt. I. 22. I. *Præfectum prætorii* V. ſupr. Cal. 56. 2. §. 9.

11. ICELI mores deſcribit Tacit. Hiſt. I. 37. I. *Minore avaritia & licentia ſunt, & jam plura rapuit Icelus, quam quod Polycleti, & Vatinii, & Elii paraverunt.*

12. ANULIS AUREIS *ornatus*, ſive jure *anulorum aureorum* donatus, ut dicitur Plutarch. in Galb. p. 1056. A. Τῷ δὲ ἀπελευθέρῳ δακτυλίους τε χρυσοῦς ἔδωκε, *liberto jus anulorum aureorum dedit.* Et ideo Tacit. ibid. 13. I. *Quem, Icelum, anulis donatum equeſtri nomine Martianum vocitabant.* V. Cæſ. 33. 3. §. 12.

13. SUM-

adeo ſe abūtendum permiſit & tradidit, ut vix ſibi ipſi conſtaret [14]: modo acerbior parciorque, modo remiſſior [15] ac negligentior [16] quam conveniret principi electo [17], atque
illud ætatis [18]. Quoſdam claros ex utroque ordine viros ſuſpicione minima inauditos 5
condemnavit [19]. Civitatem Romanam raro dedit. Jura [20] trium liberorum vix uni 6.7
atque alteri: ac ne his quidem, niſi ad certum præfinitumque tempus. Judicibus 8
ſextam decuriam adjici precantibus, non modo negavit: ſed etiam conceſſum a Claudio beneficium [21], ne hyeme initioque anni ad judicandum evocarentur, eripuit.

13. SUMMI EQUESTRIS GRADUS CANDIDATUS 1. qui præfecturam prætorii, ſummum illis temporibus *gradum equeſtrem*, ſive *equeſtris* ordinis faſtigium ambierit. Potentiſſimus certe ſub Galba fuit Icelus. Plutarchus. *Μαρκιανὸς 'Οὐίκελλος ἦν καλούμενος ὁ ἔχων τὴν πρώτην ἐν τοῖς ἀπελευθέροις δύναμιν. Is Marcianus Icelus jam appellatus ſummam inter libertos potentiam obtinebat.* Proinde non abſurdum erit, ſi iſte libertini generis homo, ſi non *eques*, ſaltem *equeſtribus* ornamentis donatus, quod vult Fab. ſupr. Claud. 25. 2. §. 7. ad præfecturam prætorii, licet ad illam perveniendi facultatem non habuerit, adſpiravit. V. etiam *Caſaubonum*, *Fabr. Semeſtr.* 1. 2. &, ſi placet, *Guther. Off. dom. Aug.* 11. 4. *Pontan. in Macrob. Sat.* 11. 16. *Lipſ. in Tacit. Hiſt.* 1. *n.* 46.

14. SIBI IPSI CONSTAT *homo*, qui ſuæ mentis compos ſervat in agenda vita *conſtantiam*, *quam in omni re gerenda, conſilioque capiendo ſervare, nihil eſt, quod tam deceat.* Cicerone arbitro de Offic. 1. 34.

15. REMISSUS quis V. ſupr. Aug. c. 98. 2. §. 3.

16. NEGLIGENS eſt prodigus, in ſumptus effuſus. Cicer. Fam. 111. 8. *Non potui in illo ſumptu non neceſſario negligens eſſe.* Huic opponitur *diligens* ſupr. 12. 6. §. 24.

17. ELECTO, quia ad Galbam hæreditario quaſi jure imperium Romanum tenuerant Cæſares. Unde *imperii heredem* Druſillam ſororem *ager inſtituit* Cajus ſupr. 24. 4. Et Cajo in manus imperium Romanum tradit Tiberius apud Joſeph. Ant. Jud. XVIII. 8. *Σοὶ φέρων ἐγχειρίζω τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν;* & Dion. LVIII. p. 636. A. *Τὴν ἀρχὴν αὐτῷ ἔδωκεν.*

18. ILLUD ÆTATIS. V. ſupr. Ner. 26. 7. §. 20.

19. INAUDITOS CONDEMNAVIT *Cingonium & Mithridatem Ponticum*, Plutarch. in Galb. p. 1059. C. *Τῶν συνωμοτῶν αὐτῷ κελεύσας ἀποθανεῖν, ὅσοι μὴ δι' αὐτὸν ἑαυτοὺς ἀπέθανον, ἐν οἷς ἦν καὶ Κιγγώνιος ὁ τὸν λόγον γράψας καὶ Μιθριδάτης ὁ Ποντικός· ἔδοξε μὴ νομίμως, εἰ καὶ δικαίως, μηδὲ δημοτικῶς ἀνῃρηκέναι πρὸ κρίσεως ἄνδρας οὐκ ἀσήμους. Conſortes conjurationis ejus*, Nymphidii, *qui non præverterant ſibimet ipſi mortem conſciſcere, interfici imperavit; inter quos fuit orationis ſcriptor Cingonius, & Mithridates Ponticus; quos non legitime, quamvis jure, neque civili more, viros non obſcuros, inauditos necaſſe viſus eſt.*

20. Jus trium liberorum V. ſupr. Claud. 19. §. 7.

21. CONCESSUM A CLAUDIO BENEFICIUM, quod attulit noſt. ſupr. Claud. 23. 1.

CAPUT XV.

ARG. *Officia ſenatoria & equeſtria biennii ſpatio determinaturus exiſtimatur, Neronis liberalitates revocandas curat, per comites & libertos nihil non pretio addici, aut gratia donari patitur, & Halotum, nec non Tigillinum viros maleficentiſſimos incolumes præſtat Sergius Sulpicius Galba.*

Exiſtimabatur etiam ſenatoria & equeſtria officia biennii ſpatio determinaturus, nec 1
daturus niſi invitis ac recuſantibus. Liberalitates Neronis [1] non plus decimis 2
conceſſis [2], per quinquaginta [3] equites Romanos ea conditione revocandas curavit exigen-

LIBERALITATES NERONIS V. ſupr. Ner. 30. 3. §. 8.

2. DECIMIS CONCESSIS 1. *decima* liberalitatis parte cuique relicta. Exempli gratia. Si quis ex liberalitate Neronis centum ſeſtertia acceperat, nonaginta reſtituebat, & decem tantummodo retinebat. Tacit. Hiſt. 1. 20. 2. *Appellari ſingulos juſſit, decuma parte liberalitatis apud quemque eorum relicta. At illis vix decumæ ſuper portiones erant, iiſdem erga aliena ſumptibus, quibus ſua prodegerant, cum rapaciſſimo cuique ac perditiſſimo, non agri, aut fœnus, ſed ſola inſtrumenta vitiorum manerent.* Beroaldus.

3. QUINQUAGINTA, quos *triginta* fuiſſe dicit Tacit. *n.* 4. *Exactioni triginta equites Romani præpoſiti, novum officii genus, & ambitu, ac numero onerosum: ubique haſta, & ſector, & inquieta urbs auctionibus.* Initio n. negotii, ſed poſtquam difficultas major, quam initio futura viſa fuerat, apparuit, illis plures forte additi. Plutarch. in Galb. p. 1060. A. *Τὰς δὲ δωρεὰς, ἃς Νέρων ἔδωκε τοῖς περὶ σκηνὴν καὶ παλαίστραν, ἀπαιτεῖσθαι συντόνως κελεύσας, πλὴν τοῦ δεκάτου μέρους. Εἶτα μικρὰ καὶ γλίσχρα κομιζόμενος (ἀνηλώκεισαν γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν λαβόντων, ἐφήμεροι καὶ σατυρικοὶ τοῖς βίοις ἄνθρωποι) τοὺς πριαμένους παρ' αὐτῶν ἢ λαβόντας ὁτιοῦν ἀνεζήτει, καὶ παρ' ἐκείνων ἐξέπραττε. Τοῦ γὰρ πράγματος ὅρον οὐκ ἔχοντος, ἀλλὰ πόῤῥω νεμομένου καὶ προϊόντος ἐπὶ*

Digitized by Google

exigendaſque: ut & ſi quid ſcenici aut xyſtici [4] donatum olim vendidiſſent, auferre-
3 tur emptoribus, quando illi abſumpto pretio ſolvere nequirent [5]. At contra, nihil non per comites atque libertos [6] pretio addici [7], aut donari gratia paſſus eſt, vecti-
4 galia, immunitates [8], pœnas innocentium, impunitatem noxiorum. Quinetiam populo Romano depoſcente ſupplicium [9] Haloti [10] & Tigellini [11], ſolos ex omnibus Neronis emiſſariis [12] vel maleficentiſſimos incolumes præſtitit [13]: atque inſuper Halotum procuratione ampliſſima [14] ornavit. Pro Tigillino etiam ſævitiæ populum edicto [15] increpuit.

πολλάς, αὐτὸς μὲν ἠξίου. *Dona, quæ ſcenicis Nero & palæſtricis largitus fuerat, acerbe repeti præter decimas præcepit. Inde cum pauca & exigua auferret: quod plerique munera prodegiſſent homines in diem viventes, & vita diſſoluti: requiſivit eos, qui quidquam ab illis comparaſſent, vel accepiſſent, atque ab his exegit. Cum eſſet res infinita, & porro ſerperet, pertineretque ad multos, ipſe infamiam ſibi comparabat.*

4. SCENICI ET XYSTICI, οἱ περὶ σκηνὴν καὶ παλαίστραν Plutarch. §. 3. hiſtriones & athletæ. V. illos ſupr. Cæſ. 84. 6. §. 43. Aug. 45. 10. §. 33.

5. SOLVERE NEQUIRENT. Hinc Tacitus. *Attamen grande gaudium, quod tam pauperes forent quibus donaſſet Nero, quam quibus abſtuliſſet.*

6. PER COMITES ATQUE LIBERTOS vendidit cuncta Galba. Tacit. Hiſt. I. 7. 4. *Jam afferebant venalia cuncta præpotentes liberti.* Unde de Vinio Plutarch. Galb. p. 1060. B. Φθόνος καὶ μῖσος εἶχεν Οὐίνιον· ὡς τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασιν ἀνελεύθερον παρέχων τὸν ἡγεμόνα καὶ μικρολόγον, αὐτὸς δὲ χρώμενος ἀσώτως, καὶ λαμβάνων πάντα καὶ πιπράσκων. *Invidia & odio flagrabat Vinius, quod ceteris omnibus redderet imperatorem malignum & ſordidum, cum ipſe uteretur profuſo omniaque acciperet & venumdaret.*

7. ADDICERE quid ſit V. ſupr. Cæſ. 50. 3. §. 17.

* 8. IMMUNITATES.... quæ a bonis Imperatoribus dabantur, ab avaris vendi ſolebant. Vendidit hoc loco Galba. Vendidit poſt Galbam Commodus. Lamprid. Comm. c. 14. *Vendidit etiam ſuppliciorum diverſitates, & ſepulturas, & immunitates.*

9. POPULO ROMANO DEPOSCENTE SUPPLICIUM. Plutarch. D. Οὐδενὸς γὰρ οὕτω θεάματος ἐρασθεὶς ὁ Ῥωμαίων δῆμος ὡς τοῦ Τιγελλίνου ἰδεῖν ἀπαγόμενον, οὐδὲ παυσάμενος ἐν πᾶσι θεάτροις καὶ σταδίοις αἰτούμενος ἐκεῖνον. *Nam cum ſpectaculum populus Romanus nullum perinde expeteret atque Tigellinum rapi videre ad ſupplicium, neque deſiſteret in omnibus theatris & circis depoſcere illum.* Tacit. Hiſt. I. 72. 3. *Unde non alium pertinacius ad pœnam flagitavere, diverſo affectu, quibus odium Neronis inerat, & quibus deſiderium: 6. Eo infenſior populus, addita ad vetus Tigellini odium recenti T. Vinii invidia, concurrere e tota Urbe in Palatium ac fora, ubi plurima vulgi licentia, in circum, ac theatra effuſi, ſeditioſis vocibus obſtrepere.*

10. HALOTUM Neronis prægustatorem vidimus ſupr. Claud. 44. 4. §. 8. De ejus delationibus dubitari poſſe admittit *Torrentius.*

11. TIGELLINUM *maleficentiſſimum* virum deſcribit Tacit. Hiſt. I. 72. 2. *Sophonius Tigellinus, obſcuris parentibus (patre Agrigentino.* Schol. Juven. ad I. 155.) *fœda pueritia, juvenis, egens, verum admodum pulcer, in concubinatum a Vincio,* A. Vinicio, qui Liviam, quam Fulviam perperam vocat Scholiaſtes, Germanici filiam uxorem habuit, legendum eſſe vult Lipſ. Tacit. Ann. p. 173. *& L. Domitio maritis Agrippina,* cum qua adulterium commiſiſſe dicit etiam Dio LIX. p. 658. E. Καὶ ὁ Τιγελλῖνος ὁ Σοφώνιος, ὡς καὶ τὴν Ἀγριππῖναν μεμοιχευκώς: *& Fulvia ſororum Cæſaris, atque in utriſque uxoribus ſuſpectus) impudica ſenecta, præfecturam vigilum & prætorii & alia præmia virtutum, quia velocius erat vitiis adeptus, crudelitatem mox, deinde avaritiam, & virilia ſcelera exercuit: corrupto ad omne facinus Nerone, quædam ignaro auſus, ac poſtremo ejuſdem deſertor ac proditor.* Hujus nequitias denarrat etiam Philoſtr. Apollon. vit. IV. 15.

12. EMISSARIUS eſt qui ab alio *emiſſus*, & ſubornatus eſt alterius vexandi gratia, aut arcana aliorum cognoſcendi cauſa. Cicer. Fam. VII. 2. *Perſuaſeratque nonnullis invidis meis, ſe in me emiſſarium ſemper fore.* VIII. 8. *Et præterea de vi reus a quodam emiſſario ſuo, Titie, factus eſt.* Noſt. Domit. II. 3.

13. INCOLUMEM PRÆSTITIT, οὐχ ὑπείξας δήμῳ σφόδρα ἀξιοῦντι τὸν Τιγελλῖνον ἀποθανεῖν, τάχα ἂν ἀποκτείνας αὐτὸν, εἰ μὴ ἐκεῖνοι τοῦτ' ᾐτήκεσαν. *Populo vehementer poſtulanti, ut Tigellinus ſupplicio afficeretur, non conceſſit, quem illico fortaſſe interfeciſſet, ſi ille hoc non poſtulaſſet.* Xiphil. LXIV. p. 729. C. *Præſtitit* vero *incolumen Tigellinum* Galba *defenſum potentia T. Vinii, prætexentis ſervatam ab eo filiam: & haud dubie ſervaverat, non clementia (quippe tot interfectis) ſed effugio in futurum: quia peſſimus quiſque diffidentia præſentium mutationem pavens adverſus publicum odium privatam gratiam præparat: unde nulla innocentiæ cura, ſed vices impunitatis.* Tacit. ibid. n. 4. Et ab illo effuſis largitionibus corrupti. Plutarch. C. Ἐφθάκει δὲ ὁ γενναῖος προειληφὼς ἀῤῥαβῶσι μεγάλοις τὸν Οὐίνιον.... Ὁ δὲ καὶ ποιήσας ἄξιον θανάτου Νέρωνα, καὶ γενόμενον τοιοῦτον ἐγκαταλιπὼν καὶ προδοὺς, περιῆν μέγα δίδαγμα τοῦ μηδὲν, ἄπρακτον εἶναι παρὰ Οὐινίῳ, μηδὲ ἀνέλπιστον τοῖς διδοῦσι. *At egregius ille grandibus arrhabonibus occupaverat Vinium.... Qui vero morte dignum reddiderat Neronem, & factum talem deſtituerat, prodideratque, ſuperarat: magno documento nihil eſſe apud Vinium impoſſibile, vel deploratum largientibus.*

14. A...

14. Ampliſſima *procuratione*, quia non ſolum quæ judicata ſunt, ſed quæ geſta a *procuratore* Cæſaris, ſic ab eo comprobantur, atque ſi a Cæſare geſta eſſent. Ulpian. Digeſt. I. 19. *Quæ acta, geſtaque ſunt a procuratore Cæſaris, ſic ab eo comprobantur, atque ſi a Cæſare geſta ſunt.* V. Guther. de *Off. dom. Aug.* III. 33.

15. Edicto, de quo Plutarch. D. Ἐπλήχθη διαγράμματι τῷ αὐτοκράτορος, Τιγελλῖνον μὲν ὡς πολὺν ἔτι βιώσεσθαι φάσκοντος χρόνον, ὑπὸ φθινάδος νόσου δαπανώμενον, ἐκείνοις δὲ παραιτουμένους μὴ διαγριαίνεσθαι, μηδὲ τυραννικὴν ποιεῖν τὴν ἡγεμονίαν. *Imperatoris edicto increpitus eſt* populus Romanus. *Tigellinum dicebat, quod eſſet tabe confectus, haud diu ſuperſtaturum. Petere a populo ſe, ne efferet, neque tyrannicum efficiat principatum ſuum.*

CAPUT XVI.

ARG. *Univerſis ordinibus offenſus, apud militem, donativum promiſſum non numerari, & navata adverſus Gallos opera præmiis ſe fraudari frementem, invidia flagrat Sergius Galba.*

Per hæc prope univerſis ordinibus offenſus [1], vel præcipua flagravit invidia apud 1
milites. Nam cum in verba ejus abſentis jurantibus donativum grandius ſolito [2] 2
præpoſiti [3] pronuntiaſſent: neque rem ratam habuit, & ſubinde jactavit, *legere ſe
militem, non emere* [4] *conſueſſe.* Atque eo quidem nomine [5] omnes, qui ubique erant,
exacerbavit [6]. Cæterum prætorianos etiam metu & indignitate commovit, remo- 3
vens [7] ſubinde plerosque ut ſuſpectos, & Nymphidii ſocios. Sed maxime fremebat 4
ſuperioris [8] Germaniæ exercitus, fraudari ſe præmiis navatæ [9] adverſus Gallos & Vin-
dicem operæ [10]. Ergo primi obſequium rumpere [11] auſi, Kalen. Januarii [12] adigi [13]
ſacra-

Ordinibus offensus, ut Cicer. Attic. II. 19. *Scito nihil unquam fuiſſe tam infame, tam turpe, tam peræquè omnibus generibus, ordinibus, ætatibus offenſum, quam hunc ſtatum. Offenſus* enim eſt inviſus. Cicer. pro Cluent. c. 58. *Etiam ſi is invidioſus, aut multis offenſus eſſe videatur.*

2. Donativum grandius solito. Inde δωρεᾶς μέγεθος, *donativi magnitudo* apud Plutarch. ſupr. II. 3. §. II. quid *Donativum* V. ſupr. Cal. 46. 2. §. II.

3. Præpositi ei ſcilicet negotio, quos inter vel præcipuus Nymphidius Sabinus apud Plutarchum jam allatum ſupr. II. 3. §. II. & Tacit. Hiſt. I. 5. I. *Miles urbanus longo Cæſarum ſacramento imbutus, & ad deſtituendum Neronem arte magis & impulſu, quam ſuo ingenio traductus: poſtquam neque dari donativum ſub nomine Galbæ promiſſum, neque magnis meritis ac præmiis, eundem in pace, qui in bello, locum, præventamque gratiam intelligit, apud principem a legionibus factum, pronus ad novas res, ſcelere inſuper Nymphidii Sabini præfecti imperium ſibi molientis agitatur.*

4. Legere, non emere i. pro arbitrio conſcribere, non donis, & pollicitationibus allicere. Tacit. Hiſt. I. 5. 5. *Acceſſit Galbæ vox pro Republica honeſta ipſi anceps, legi a ſe militem, non emi.*

5. Nomine i. cauſa. Cicer. Verr. II. 76. *Quæ ſignificabant, multis nominibus eos homines verſuram a Carpinatio feciſſe.* Exempla congeſſit *Bud. in Pandect. p.* 137.

6. Exacerbasse Galbam eo nomine militem docet etiam Plutarch. F. Τοὺς δὲ στρατιώτας τὴν δωρεὰν μὴ κομιζομένους, ἐν ἀρχῇ μὲν ἐλπὶς παρῆγεν ὡς εἰ καὶ μὴ τοσοῦτον, ἀλλ' ὅσον Νέρων ἔδωκεν ἀποδώσοντος. Ἐπεὶ δὲ μεμφομένους ἀκούσας, ἀφῆκε φωνὴν ἡγεμόνι μεγάλῳ πρέπουσαν, εἰπὼν εἰθίσθαι καταλέγειν στρατιώτας, οὐκ ἀγοράζειν. Πυθομένοις τοῦτο δεινὸν εἰσῆλθε μῖσος καὶ ἄγριον πρὸς αὐτόν. *Milites vero non ſoluto donativo, ſpes initio protrahebat, ſi non tantum, at quantum dederat Nero, numeraturum. Quos ut conqueri accepit, vocem miſit magno principe dignam, dicens: legere militem, non emere ſe ſolere. Id intelligentes ingens & aſperum adverſus eum odium cepit.*

7. Removens i. a militia *movens*, dimittens, exauctorans.

8. Superioris. Romani ut aliquid etiam dominii in Germania habere videri poſſent, poſtquam ea amiſere, quæ inter Rhenum & Albim fluvios parvulo admodum tempore habuere, in ipſa adeo Gallia ad Rheni ripas duas finxere Germanias, *ſuperiorem* ac *inferiorem*. Tacit. Hiſt. I. 9. I. *Superior exercitus legatum Hordeonium Flaccum ſpernebat.... Inferioris Germaniæ legiones diutius ſine conſulari fuere.* Quem V. quoque infr. Oth. 8. I. §. 2. Noſt. Vitell. 8. 3. Marcellinus dividit in primam & ſecundam, & primam dicit eſſe XV. II. *Ubi præter alia municipia Mogontiacus eſt, & Vangiones, & Nemetes, & Argentoratus barbaricis cladibus nota.* In ſecunda vero c. 8. ponit *ampli nominis urbem Coloniam Agrippinam.* V. etiam *Pancirol. in Notit. dignit. imper. occid. c.* 67.

9. Navatæ ſub Verginio Rufo, qui tum temporis Germaniam obtinebat. Xiphil. LXIII. p. 725. C. Ῥοῦφος ἄρχων τῆς Γερμανίας ὥρμητο μὲν ὡς καὶ τῷ Βίνδικι πολεμήσων. *Rufus, qui Germaniam obtinebat, inde profectus eſt, ut Vindici bellum inferret.* De hoc Verginio multa Plin. Epiſt. II. I.

10. Adversus Gallos et Vindicem operæ *præmiis* ſe fraudatos hiſce conqueruntur milites Germanici apud Plutarch. p. 1062. D. Ἰδίας δὲ ἐκεῖνοι προφάσεις ἐποιοῦντο, Οὐεργίνιόν τε Ῥοῦφον ἀπεῤῥιμμένον ἀτί-

ſacramento niſi in nomen ſenatus [14] recuſarunt: ſtatimque legationem ad prætorianos [15] cum mandatis deſtinaverunt, *diſplicere imperatorem in Hiſpania factum, eligerent ipſi, quem cuncti exercitus comprobarent.*

μους, καὶ Γαλατῶν τοὺς πολεμήσαντας αὐτοῖς δωρεῶν τυχόντας: ὅσοι δὲ μὴ προσέθεντο Οὐίνδικι κολαζομένους, ᾧ μόνῳ τοῦ Γάλβαν χάριν εἰδέναι, καὶ τιμᾶν τεθνηκότα καὶ γέραιρειν δημοσίοις ἐναγισμοῖς, ὡς ὑπ' ἐκείνου Ῥωμαίων ἀποδεδειγμένον αὐτοκράτορα. *Peculiares vero illi*, Germani, *cauſas interſerebant, Verginium Rufum ignominioſe abjectum, & Gallos, qui cum illis arma contulerant, donis honoratos, punitos eſſe, qui ſe Vindici non accommodaſſent, illique uni Galbam gratias habere, & mortuum honorare, & remunerare publicis parentationibus, quaſi Romanus imperator ab illo creatus eſſet.*

11. Obsequium rumpere i. a Galba deficere, *rupta ſacramenti reverentia, imperatorem alium flagitare*, ut Tacit. infr. §. 14.

12. Kalendis Januarii jusjurandum militare ſolenniter repetitum videtur. Tacit. Ann. xvi. 22. 1. *Principio anni vitare Thraſeam ſollenne jusjurandum.* Plutarch. E. Τοιούτων ἀναφανδὸν ἤδη λόγων ἐν τῷ στρατοπέδῳ περιφερομένων, ἐπῆλθεν ἡ νουμηνία τοῦ πρώτου μηνὸς, ἣν Καλάνδας Ἰανουαρίας καλοῦσι. Τοῦ Φλάκκου συναγαγόντος αὐτοὺς ἐπὶ τὸν ὅρκον, ὃν ἔθος ἐστὶν ὀμνύειν ὑπὲρ τοῦ αὐτοκράτορος. *Cum hujuſmodi ſermones propalam in caſtris fererentur: ſupervenerunt Kalendæ Januariæ. Ibi convocavit eos Flaccus* (Hordeonius, quem ſucceſſorem a Galba miſſum admiſerat Verginius Rufus. Plutarch. p. 1057. C. Καὶ πέμψαντος αὐτοῦ διάδοχον Φλάκκον Ὁρδεώνιον ἐδέξατο) *ut de more in verba imperatoris jurarent.*

13. Adigere, *dare cogere.* Feſtus. Inde *adigere ſacramento* eſt conceptis verbis alteri in jurejurando præire, & cogere ad ſimiliter jurandum. Quod *adigere ad jusjurandum* dicunt Salluſt. B. C. 22. *Cum ad jusjurandum populares ſceleris ſui adigeret* Catilina. Tacit. Hiſt. iv. 31. 3. *Sed adigente Hordeonio Flacco, inſtantibus tribunis, dixit ſacramentum.* Ulpian. Digeſt. 11. 4. 8. §. 2. *Sed ſi ad jusjurandum adegi, ne uxorem ducat, ne nubat, impune in jus vocabor.* De qua formula etiam Schott. *Obſ. Hum.* iii. 10.

14. In nomen senatus, ὑπὲρ συγκλήτου καὶ δήμου Ῥωμαίων. Plutarchus. Tacit. Hiſt. i. 12. 1. *Paucis poſt Kalendas Januarias diebus, Pompeïi Propinqui procuratoris e Belgica literæ afferuntur; ſuperioris Germaniæ legiones, rupta ſacramenti reverentia, imperatorem alium flagitare, & ſenatus ac populi Romani arbitrium eligendi permittere.* Quid ſit *in alicujus nomen jurare* docui ſupr. Claud. 10. 7. §. 31.

15. Ad prætorianos, qui *in tantum viribus proceſſerant, ut, quem vellent, ad ſpem imperii impellerent, & in principem aſſumerent, aſſumptumque mox deturbarent.* Alex. Gen. vi. 22.

CAPUT XVII.

ARG. *Piſonem Frugi Licinianum, in caſtra perductum, pro concione adoptat Sergius Sulpicius Galba.*

1 Quod ut nuntiatum eſt, deſpectui eſſe non tam ſenectam ſuam [1], quam orbitatem [2], ratus, Piſonem Frugi Licinianum [3] nobilem egregiumque juvenem [4], ac ſibi olim probatiſſimum, teſtamentoque ſemper [5] in bona [6] & nomen [7] adſcitum,

Non tam senectam suam, cum tamen Nervæ *ſenecta* deſpectui fuerit apud Zonar. Ann. 11. p. 199. Διὰ δὲ γῆρας βαθὺ καταφρονούμενος. *Sed cum ob ſenectutem provectam contemneretur.*

2. Orbitas *deſpectui* eſſe ſolet. Plutarch. Theſ. p. 2. D. Ἰσχυρῶς γὰρ ἐδεδοίκει τοὺς Παλλαντίδας ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ διὰ τὴν ἀπαιδίαν καταφρονοῦντας. *Formidabat enim magnopere Pallantidas, qui inſidiis ipſum appetebant, deſpiciebantque propter orbitatem.* Galbæ ſententiam ad verbum reddit Plutarchus p. 1061. C. Φοβηθεὶς ὡς μὴ μόνον διὰ τὸ γῆρας, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἀπαιδίαν καταφρονούμενος. *Subſidia* vero *aulæ* eſſe liberos dixit noſter ſupr. Cal. 12. 2. Ubi plura §. 9.

3. Pisonem frugi Licinianum, *M. Craſſo & Scribonia genitum.* Tacit. Hiſt. i. 14. 4. De quo etiam Plin. Epiſt. ii. 20. *Verania Piſonis graviter jacebat. Hujus dico Piſonis, quem Galba adoptavit.* *Frugi* quis primus dictus, dictum ſupr. Claud. 17. 5. §. 25.

4. Nobilem, egregiumque juvenem, *utrimque nobilem, vultu, habituque moris antiqui, & æſtimatione recta ſeverum.* Tacitus. Νεανίαν ἐν τῇ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν εὐφυΐᾳ τὸ κόσμιον καὶ αὐστηρὸν ἐμφανέστατα ἔχοντα, *in cujus ad omnem virtutem indole modeſtia & ſeveritas clariſſime elucebant.* Plutarch. p. 1063. C.

5. Semper, quia, ut monui ſupr. Cæſ. 83. 2. §. 7. maturius ſupremis proſpicere ſoliti fuerunt veteres. Et quamvis pro arbitrio teſtamenti tabulas refecerint, Piſonem tamen *ſemper* hæredem Galba nuncupaverat.

6. In bona *adſcitum* i. hæredem ſuum adſcripſerat.

7. In nomen *adſcitum* i. *nomen* ſuum ferre juſſerat. In adoptantium *nomina adſcitos* hæredes fuiſſe, dixi ſupr. Cæſ. 83. 4. §. 19. Aug. 102. 3. §. 13.

8. Ad-

Digitized by Google

ſcitum [8], repente e media ſalutantium turba apprehendit: filiumque appellans, perduxit in caſtra, ac pro concione [9] adoptavit [10], ne tunc quidem donativi ulla mentione facta [11]: quo faciliorem occaſionem M. Salvio Othoni præbuit perficiendi conata [12], intra ſextum adoptionis diem.

8. ADSCITUM i. adoptatum interprete Tacito ſupr. 2. 2. §. 2. Feſtus. *Adſciſcere eſt adjungere, vel aſſumere.* Proprie *adſciſcere*, ut Valla etiam monet Eleg. v. 86. eſt remotum aliquid, quaſi *ſcite* vocatum capere. Cicer. Orat. c. 8. *Adſciverunt aptum ſuis auribus, opimum quoddam, & tanquam adipata dictionis genus.*

9. PRO CONCIONE. Tacit. Hiſt. 1. 18. 2. *Apud frequentem militum concionem, imperatoria dignitate, adoptari a ſe Piſonem, more divi Auguſti, ac exemplo militari, quo vir virum legeret, pronuntiat.*

10. ADOPTAVIT, *ſeu propria electione, ſive, ut quidam crediderunt, Lacone inſtante: cui apud Rubellium Plantum exercita cum Piſone amicitia.* Tacit. Hiſt. 1. 14. 2. Orationem, qua ſe Piſonem *adoptare* pronuntiavit Galba, V. apud eundem c. 15. & 16.

11. DONATIVI MENTIONEM FACTAM *ne tunc* quidem eſſe, exacerbavit milites. Plutarch. D. Ἦν δὲ καὶ τὰ τῶν στρατιωτῶν ὕπουλα καὶ σκυθρωπὰ μηδὲ τότε δωρεᾶς αὐτοῖς δοθείσης. *Erant jam milites quoque exulcerati & triſtes, quod ne tunc quidem eſſet ipſis donativum repræſentatum.* Tacit. 18. 4. *Per ceteros mæſtitia ac ſilentium, tanquam uſurpatum etiam in pace donativi neceſſitatem bello perdidiſſent. Conſtat potuiſſe conciliari animos quantulacumque parci ſenis liberalitate: nocuit antiquus rigor, & nimia ſeveritas, cui jam pares non ſumus.*

12. CONATA, πειρατικῶς, ut Cæſ. B. G. 1. 3. 6. *Perfacile illis probat, conata perficere.* Paterc. 11. 29. 1. *Magnificeque conata exſecutus.*

CAPUT XVIII.

ARG. *Monſtris magnis & aſſiduis exitum, qualis evenit, docetur Sergius Sulpicius Galba.*

Magna & aſſidua monſtra jam inde a principio exitum ei, qualis evenit, porten- 1
derant. Cum per omne iter [1] dextra ſiniſtraque oppidatim victimæ [2] cæde- 2
rentur, taurus ſecuris ictu conſternatus, rupto vinculo [3], eſſedum [4] ejus invaſit: e-
latiſque pedibus totum cruore perfudit, ac deſcendentem ſpeculator [5] impulſu turbæ
lancea [6] prope vulneravit. Urbem quoque & deinde Palatium ingreſſum, excepit 3
terræ tremor, & aſſimilis quidam mugitui [7] ſonus. Secuta ſunt aliquanto manife- 4
ſtiora. Monile [8] margaritis gemmiſque [9] conſertum ad ornandum fortunam ſuam 5
Tuſculanam [10], ex omni gaza ſecreverat: id repente quaſi auguſtiore dignius loco,
Capitolinæ Veneri dedicavit: ac proxima nocte ſomniavit, ſpeciem fortunæ querentis fraudatam ſe dono [11] deſtinato, minantiſque erepturam & ipſam quæ dediſſet [12].

Cum-

PER OMNE ITER, quod fecit ex Hiſpania Romam pergens. *Beroaldus.*

* 2. VICTIMAS CÆSAS FUISSE, quoties Imperatori adventanti ſenatus populuſque Romanus obviam procedebant, docui ſupr. Claud. 15. 2. §. 9.

3. RUPTO VINCULO; licet enim *ſolutas hoſtias*, quia *piaculum eſt in ſacrificio aliquid eſſe religatum*, dicat Serv. Æneid. 11. 134. tamen ferociores hoſtiæ, ob periculum, ne fugiendo ſacra perturbarent, laxo quodam fune vinciri ſolebant, ut nihilominus tanquam liberæ ducerentur, ut credidit *Torrentius*, & ita intellexit Juven. Sat. XII. 5.

Sed procul extenſum petulans quatit hoſtia funem.

4. ESSEDUM deſcripſi ſupr. Aug. 76. 2. §. 8.

5. SPECULATOR quis, dixi ſupr. Aug. 27. 4. §. 14.

6. LANCEA quorum fuerit V. ſupr. Claud. 35. 2. §. 4.

7. MUGITUS, *ventis in abdito tumultuantibus, antequam terra moveatur, ſolet audiri. Nec enim aliter poſſet, ut ait noſter Virgilius Æn.* VI. 256.

Sub pedibus mugire ſolum, & juga celſa moveri:

niſi hoc eſſet ventorum opus. Senec. N. Q. VI. 13. Idem Plin. 11. 80. *Præcedit vero comitaturque terribilis ſonus, alias murmur ſimilius mugitibus, aut clamori humano, armorumve pulſantium fragori.* V. *Beroaldum.* * *Terra* vero *ſæpe fremitus, ſæpe mugitus, ſæpe motus, multa noſtræ reipublicæ, multa ceteris civitatibus gravia, & vera prædixerunt*, ut ſcribit Cicer. de Divin. 1. 18.

8. MONILE quorum ornamentum fuerit. V. ſupr. Cal. 55. 8. §. 27.

9. MARGARITÆ & GEMMÆ quomodo diſtinguantur, docui ad Curt. VIII. 5. 5. §. 14.

10. TUSCULANAM i. *Tuſculi* conſecratam ſupr. 4. 8.

11. DONO i. monili margaritis, gemmiſque conſerto.

12. QUÆ

6 Cumque exterritus luce prima ad expiandum ſomnium [13], præmiſſis qui rem divinam appararent, Tuſculum excucurriſſet, nihil invenit præter tepidam in ara favillam [14], atratumque juxta ſenem [15], in catino [16] vitreo [17] thus tenentem, & in calice
7 fictili merum. Obſervatum etiam eſt Kalend. Januariis, ſacrificanti coronam de capite excidiſſe [18]: auſpicanti pullos evolaſſe [19]: adoptionis die [20], neque milites allocuturo caſtrenſem [21] ſellam de more poſitam pro tribunali, oblitis miniſtris, & in ſenatu curulem perverſe collocatam [22].

12. QUÆ DEDISSET i. imperium.

13. EXPIARE SOMNIUM i. propter *ſomnium*, ſi bonum eſſet, ut res *ſomnio* ſignificata eveniret: ſi malum, ut averteretur, & eventu careret: ſi ambiguum, ut in bonum verteretur, rem divinam faciebant veteres. Petron. c. 64. *Lycas ut Tryphana ſomnium expiavit.* Modos *expiandorum ſomniorum* varios denarrat *Wouwerius ad Petronium.*

14. TEPIDAM IN ARA FAVILLAM, cum fulgere *aram* oportuiſſet.

15. ATRATUM SENEM, cum a puero ingenuo, & bene culto, quales qui Camilli appellabantur, oportuiſſet.

16. CATINO, cum acerra oportuiſſet. *Catinus* vero, ſive *catinum* vas erat eſcarium. Varr. L. L. IV. 25. *Vas in menſa eſcarium, ubi pultem, aut jurulenti quid ponebant, a capiendo catinum nominaverunt.* Apul. Apol. p. 302. *Cur nemo audeat cum eo ex eodem catino cœnare, eodem poculo bibere.* Illo, ſed in indicium paupertatis, ſacrificarunt Romani. Apul. ibid. p. 285. *Eadem paupertas etiam populo Romano imperium a primordio fundavit, proque eo in hodiernum diis immortalibus ſimpulo & catino fictili ſacrificat.*

17. VITRUM etiam ominoſum fuit in imperatoris maxime ſacrificio, cum hi quoque qui argentum ad alios uſus omnes aſpernarentur, patellam ſaltem deorum cauſa haberent argenteam. *Torrentius.*

18. CORONAM DE CAPITE EXCIDISSE *caducum auſpicium* vocabant veteres. Silius XVI. 169.

Vittaque majorum decoramen, fronte ſine ullo
Delapſa attactu nudavit tempora regis.
Talia cœlicolæ caſuro triſtia regno
Signa dabant, ſævique aderant gravia omina fati.

Caſaubonus, & Lomejer. de Luſtrat. c. 12.

19. PULLOS EVOLASSE, *omen magni terroris, & ſolicitudinis, triſtiſſimique eventus* erat. Alex. Gen. I. 20. Exemplo ſit C. Hoſtilius Mancinus conſul. Hic *in Hiſpaniam iturus cum Lanuvii ſacrificium facere vellet, pulli cavea emiſſi in proximam ſylvam fugerunt, ſummaque diligentia quæſiti reperiri nequiverunt.* Val. Max. I. 6. 7. Liv. Epit. 55. Obſeq. c. 83. Auguſtin. de C. D. III. 21.

20. ADOPTIONIS DIEM imbribus fœdum deſcribit Tacit. Hiſt. I. 18. I. *Quartum Idus Januarias fœdum imbribus diem, tonitrua, & fulgura, & cœleſtes minæ ultra ſolitum turbaverant. Obſervatum id antiquitus comitiis dirimendis, non terruit Galbam, quo minus in caſtra pergeret.* Qui quid ſignificaverint, docet Plutarch. p. 1063. C. Ἀρξάμενος δὲ τὰ μὲν λέγειν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, τὰ δὲ ἀναγινώσκειν, τοσαυτάκις ἐβρόντησε καὶ κατήστραψε, καὶ τοσοῦτος ὄμβρος καὶ ζόφος ἐξεχύθη εἰς τὸ στρατόπεδον καὶ τὴν πόλιν, ὡς κατάδηλον εἶναι μὴ προσιέμενον, μηδὲ ἐπαινοῦν τὸ δαιμόνιον γινομένην οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν εἰσποίησιν. *Ubi in caſtris exorſus eſt orationem partim habere, partim de ſcripto recitare: toties tonuit, & fulguravit, tantaque vis imbris, & caliginis, in caſtra, & Urbem effuſa eſt, ut liqueret non admittere, neque comprobare deos, neque felicem ſucceſſum habituram adoptionem.*

21. CASTRENSEM i. in *caſtris* imperatori apponi ſolitam. Hanc a curuli diſtinguit noſter, ut locum, non formam in hiſce ſellis diverſam declarari velit. Utraque fuerit curuli ſpecie, ſed caſtrenſis magis expedita, ac veluti in procinctu, more militum. Oſtendunt nummi, & probant hiſtoriæ. De Vitellio apud exercitum Tacit. Hiſtor. II. 59. 5. *Valentem, & Cæcinam, pro concione laudatos, curuli ſuæ circumpoſuit.* Chiment. Biel. c. 13.

22. PERVERSE COLLOCATA Galbæ *ſella curulis*, quam V. ſupr. Aug. 26. 6. §. 24. præſagium futuræ fuit calamitatis. Magna enim, ut & meus Lomejerus obſervat de Luſtrat. c. 12. in actionibus ad vitam politicam pertinentibus fuit obſervationum ſuperſtitio. Eadem vero ſellæ facies non videtur fuiſſe, tam anterior, quam poſterior, ut qua fronte ſtatueretur, idem non fuerit. Niſi *perverſe* intelligamus, quaſi latera ſellæ expoſita fuerint, ubi frons, aut aditus obverti debebat. Ulpian. Digeſt. III. I. 4. *Refert Labeo, Publium Cæcum Aſprenatis Nonii patrem averſa ſella a Bruto deſtitutum, cum vellet poſtulare.* Sed eam partium ante, aut ſecus, diſparem formam imagines non præferunt. Illud duntaxat quandoque obſervare eſt, præſertim in nummis, ſigna poſticæ partis paullo altius exſtare, ac proniorem ſellam in anterius reddere. V. *Chiment. c.* II.

CAPUT XIX.

ARG. *Percuſſores non longe abeſſe monetur, caſtra ab Otho ne teneri cognoſcit, ad famam, oppreſſos, qui tumultuarentur, in forum uſque procedit, & contrucidatur Sergius Sulpicius Galba.*

Prius

Prius vero quam occideretur, ſacrificantem [1] mane [2] aruſpex [3] identidem monuit [4], 1
caveret periculum [5]: non longe percuſſores abeſſe. Haud multo poſt cognoſcit 2
teneri caſtra [6] ab Othone: ac pleriſque [7], ut eodem [8] quamprimum pergeret [9], ſua-
dentibus (poſſe enim auctoritate & præſentia prævalere) nihil amplius quam continere
ſe ſtatuit [10]: & legionariorum [11] firmare præſidiis, qui multifariam [12] diverſeque [13]
tendebant. Loricam [14] tamen induit linteam [15], quamquam haud diſſimulans parum 3
adverſus tot mucrones profuturam [16]. Sed extractus rumoribus falſis [17], quos con- 4
ſpirati,

SACRIFICANTEM XVIII. *Kalend. Februar. pro æde Apollinis.* Tacit. Hiſt. I. 27. 1. ἐν Παλατίῳ τῶν φίλων παρόντων, *in Palatio aſſiſtentibus amicis.* Plutarch. p. 1064. A.

2. MANE, ἕωθεν εὐθὺς, *prima ſtatim luce.* Plutarchus.

3. ARUSPEX *Umbricius.* Tacitus & Plutarchus.

4. MONUIT ἅμα τῷ λαβεῖν εἰς τὰς χεῖρας τοῦ ἱερείου τὰ σπλάγχνα, καὶ προσιδεῖν οὐ δι' αἰνιγμῶν, ἀλλ' ἄντικρυς, ἔφη σημεῖα μεγάλης ταραχῆς, καὶ μετὰ δόλου κίνδυνον ἐκ κεφαλῆς ἐπικείμενον τῷ αὐτοκράτορι: *ut primum hoſtiæ exta in manus ſumpſit, prævidere ſe non per ænigmata, ſed aperte ſigna ingentis turbæ ait, atque ex inſidiis diſcrimen cervici impendens imperatoris.* Plutarchus.

5. CAVERET PERICULUM, adeoque domi maneret, nec uſquam progrederetur. Xiphil. LXIV. p. 730. B. Zonar. Ann. II. p. 190. Οἴκοι μεῖναι, καὶ μηδαμῇ μηδαμῶς προελθεῖν.

6. CASTRA prætoria. V. ſupr. Claud. 10. 5. §. 21.

7. PLERISQUE, maxime Celſo Mario, & Lacone, Κέλσου καὶ Λάκωνος παρορμώντων. Plutarch. E.

8. EODEM, in caſtra prætoria.

9. QUAMPRIMUM PERGERET, n. *antequam creſceret invalida adhuc conjuratio paucorum. Trepidaturum etiam Othonem, qui furtim digreſſus, ad ignaros illatus, cunctatione nunc & ſegnitia terentium tempus, imitari principem diſcat. Non exſpectandum, ut compoſitis caſtris forum invadat, & proſpectante Galba Capitolium adeat; dum egregius imperator, cum fortibus amicis, janua ac limine tenus domum cludit, obſidionem nimirum toleraturus. Et præclarum in ſervis auxilium, ſi conſenſus tantæ multitudinis, & quæ plurimum valet, prima indignatio langueſcat. Proinde intuta, quæ indecora: vel, ſi cadere neceſſe ſit, occurrendum diſcrimini. Id Othoni invidioſum, & ipſis honeſtum.* Tacit. 33. 1.

10. CONTINERE SE STATUIT, *Tito Vinio manendum intra domum, opponenda ſervitia, firmandos aditus, non eundum ad iratos cenſente. Daret malorum pœnitentiæ, daret bonorum conſenſui ſpatium. Scelera impetu, bona conſilia mora valeſcere. Denique eundi ultro ſi ratio ſit, eandem mox facultatem: regreſſus, ſi pœniteat, in aliena poteſtate.* Tacit. 32. 3.

11. LEGIONARII quidam, dixi ſupr. Aug. 102. 4. §. 25. Hos ſecum ex Hiſpania adduxerat Galba.

12. MULTIFARIAM V. ſupr. Tib. 52. 2. §. 20.

13. DIVERSE, ut Catull. 46. 10.

Longe quos ſimul a domo profectos
Diverſe variæ via reportant.

14. LORICAM, quam *thoracem* appellat Tacit. I. 35. 2. *Donec ſumpto thorace Galba ſella levaretur.* Plutarch. p. 1065. C. Τὸν δὲ Γάλβαν ἀποκλιθέντος τοῦ φορείου περὶ τὸν Κούρτιον, καλούμενον λάκκον, ἐκκυλισθέντα τεθωρακισμένον, ἔτυπτον ἐπιδραμόντες. *Galba everſa lectica ad lacum Curtium provoluto, & in thorace jacenti accurrentes ingeſſerunt vulnera.*

15. LINTEIS, ſive lineis loricis uſi ſunt veteres. Ajax apud Homer. Iliad. II. 529.

Τελαμώνιος Αἴας,
Ἀλλὰ πολὺ μείων· ὀλίγος μὲν ἔην, λινοθώρηξ.
Telamonius Ajax,
Sed multo minor: parvus quidem erat, lineum thoracem habens.

Ubi brevium ſcholiorum auctor. Λινῷ θώρακα ἔχων: οἱ γὰρ τοξόται λινοῦς θώρακας φέρουσι. Communiter Græci poſt Iphicratem ducem. Nep. XI. 1. 4. *Genus loricarum mutavit, & pro ferreis, atque æneis linteas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit.* Fiebant opera atque artificio coactiliariorum, & πιλοποιῶν, qui linum aceto, vel auſtero vino, cui ſal eſſet adjectum, probe macerabant, deinde ita cogebant, ut ſoliditatem, ac craſſitiem lintei octies decies aut ſæpius in ſe complicati haberet. Nicetas Choniates rerum Iſaaci Angeli I. Αὐτὸς μέντοι ἄνευ θυρεοῦ τηνικαῦτα ἠγωνίζετο, ἐκ δὲ λίνου πεποιημένον ὕφασμα, ὅπερ αὐστηρῷ ἱκανῶς ἡλισμένον οἴνῳ διάβροχον, πολλάκις περιπτυχθὲν, δίκην θώρακος ἐνεδέδυτο. Ἐς τοσοῦτον δ' ἦν ἀντιτυπὲς ἁλσὶ καὶ οἴνῳ συμπιληθὲν, ὡς καὶ βέλους εἶναι παντὸς στεγανώτερον. Ἠριθμεῖτο δ' εἰς ὀκτωκαίδεκα καὶ πλείω ὑφάσματος συμπτύγματα. *Ipſe,* Conradus Montiſferratenſis, *tunc quidem ſine ſcuto pugnabat, ſed ex lino factum textum quoddam, vino auſtero affatim ſalito madidatum, ſæpius replicatum loco thoracis induerat. Adeo autem ictibus reſiſtebat, vino & ſale coactum, & perfuſum, ut omni telo eſſet robuſtius. Erant autem hujus texti plagellæ octodecim & eo plures.* Hinc *multiplex linum* thoracem appellat Sil. Ital. IV. 291.

Tum nodo, curſuque levi ſimul adjuvat haſtam
Dignam mole viri nixus, fugit illa per oras
Multiplicis lini ſubtectaque tegmina nervis,
Atque altum tota metitur cuſpide pectus.

V. etiam *Caſaubonum & Torrentium. Lipſ. de Mil. Rom.* III. 6. *Villiomar. adv. Titium* II. 19. *Lazium Comm. R. R.* VIII. 16. *Ferrar. R. V.* II. 4. 11. *Cuper. Obſerv.* II. 12. *Mag. in Nepotem. Dauſquej. in Silium* III. *p.* 120.

16. PARUM.... PROFUTURAM. Hoc etiam de ſuis loricis dicit Pauſan. Att. p. 19. Οἱ δὲ θώρακες οἱ λι-

ſpirati [18], ut eum in publicum elicerent, de induſtria diſſiparant [19], paucis temere affirmantibus [20], tranſactum negotium [21], oppreſſos qui tumultuarentur, advenire frequentes cæteros gratulabundos [22], & in omne obſequium paratos: his ut occurreret, prodiit [23] tanta fiducia, ut militi [24] cuidam occiſum a ſe Othonem glorianti [25], *quo auctore* [26] *?* reſponderit, atque in forum uſque proceſſit. Ibi equites, quibus mandata cædes erat, cum per publicum dimota paganorum [27] turba [28] equos adegiſſent [29], viſo procul eo, parumper reſtiterunt [30]: deinde rurſum incitati, deſertum a ſuis [31] contrucidarunt [32].

τοῖς μαχομένοις μὲν οὐχ ὁμοίως ἐστὶ χρήσιμοι· διιᾶσι γὰρ καὶ βιαζόμενοι τὸν σίδηρον. Lorica lintea pugnantibus non æque utiles: tranſmittunt enim, vel coacta, vel fracta ferrum.

17. FALSIS, quos *multos* dicit Plutarch. p. 1064. F. θροῦς ἄδηλος πολύς. *Vagos & incertos* Tacit. 34. 3. *Vix dum egreſſo Piſone, occiſum in caſtris Othonem, vagus primum & incertus rumor, mox, ut in magnis mendaciis, interfuiſſe ſe quidam, & vidiſſe affirmabant, credula fama inter gaudentes & incurioſos.*

18. CONSPIRATI I. qui conſpiraverant, ſive conjuraverant. V. Curt. IX. 6. 7. §. 9.

19. DE INDUSTRIA DISSIPATUM, quem *compoſitum & auctum, mixtis jam Othonianis, qui ad evocandum Galbam, læta falſo vulgaverint.* Tacit. n. 4.

20. AFFIRMANTIBUS *paucis.* Tacit. 35. 2. *Nemo ſcire, & omnes affirmare.*

21. NEGOTIUM, ſeditionem occiſo Othone.

* 22. GRATULABUNDI hoſtibus cæſis a pugna redire ſolebant milites victores. Feſtus. *Ovantes, lætantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites.* Juſtin. XII. 8. 17. *Illi ut cæſis hoſtibus, cum gratulatione in eadem reverterunt.* Ita emendandum Juſtinum cenſet ad illum Schefferus. Quinam & quales hi fuerint, docet Tacit. n. 1. *Tum vero non populus tantum, & imperita plebs in plauſus, & immodica ſtudia, ſed equitum plerique, ac ſenatorum, poſito metu incauti, refractis Palatii foribus, ruere intus, ac ſe Galbæ oſtentare, præreptam ſibi ultionem querentes. Ignaviſſimus quiſque, &, ut res docuit, in periculo non auſurus; nimii verbis, lingua feroces.*

23. PRODIIT *inopia veri, & conſenſu errantium victus.* Tacit. n. 2.

24. MILES hic fuit Ἰούλιος Ἀττικὸς τῶν οὐκ ἀφανῶν ἐν τοῖς δορυφόροις στρατευόμενος, *Julius Atticus inter ſpeculatores non obſcurus.* Plutarch. p. 1064. F. & Tacitus, quorum poſterior addit, *obvium in Palatio* Galbæ fuiſſe *militem.*

25. GLORIANTEM Atticium deſcribit Plutarchus. Ὤφθη γυμνῷ τῷ ξίφει προσφερόμενος, καὶ βοῶν ἀπεκτονέναι τὸν Καίσαρος πολέμιον· ὠσάμενος δὲ διὰ τῶν προεστώτων, ἔδειξε τῷ Γάλβᾳ τὸ ξίφος ᾑμαγμένον. *Viſus eſt ſtricto enſe accurrere, qui occidiſſe clamabat ſe Cæſaris hoſtem, dimotaque turba, gladium cruentum Galbæ oſtendit.* Καὶ ἔφη· θάρσει αὐτοκράτορ, καὶ ἔστι σοι δεινὸν ἔτι οὐδέν, *dixitque: bono animo es imperator, & nunc es ſine periculo.* Xiphil. LXIV. p. 730. C. Zonar. Ann. II. p. 190.

26. QUO AUCTORE. Plutarch. p. 1065. A. Ὁ δὲ ἐμβλέψας πρὸς αὐτὸν, τίς σε, εἶπε, ἐκέλευσε; τοῦ δὲ ἀνθρώπου τὴν πίστιν εἰπόντος καὶ τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσε. *Quem* Galba *intuitus: quis tibi, inquit, juſſit? qui reſpondit, fides, & ſacramentum, quo adactus eſſet.*

27. PAGANORUM I. civium. V. ſupr. Aug. 27. 4. §. 12.

28. DIMOTA TURBA, *disjecta plebe, proculcato ſenatu.* Tacit. 40. 3. Ἐφαίνοντο πρῶτοι ἱππεῖς, εἶτα ὁπλῖται διὰ τῆς Παύλου βασιλικῆς προσφερόμενοι, μιᾷ φωνῇ μέγα βοῶντες, ἐκ ποδῶν ἵστασθαι τὸν ἰδιώτην. *Conſpecti ſunt primo equites, mox pedites a baſilica Paulli advolare, una voce exclamantes, faceſſeret pagani.* Plutarch. p. 1065. A.

29. EQUOS ADEGISSENT PER PUBLICUM I. *rapidis equis forum irrupiſſent, armis truces, quaſi Vologeſen, aut Pacorum, avito Arſacidarum ſolio depulſuri, ac non imperatorem ſuum inermem, & ſenem trucidare pergerent.* Tacitus.

30. PARUMPER RESTITERUNT, donec *viſo cominus armatorum agmine, vexillarius comitantis Galbam cohortis (Atilium Vergilionem fuiſſe tradunt) dereptam Galbæ imaginem ſolo afflixit. Eo ſigno manifeſta in Othonem omnium militum ſtudia.* Tacit. 41. 1. & Plutarch. B.

31. DESERTUM A SUIS, imo *deſertum fuga populi forum* fuiſſe dicit Tacit. n. 2. Qui quo, & quomodo fugerit, tradit Plutarch. B. Τῶν μὲν οὖν πολλῶν δρόμος ἦν οὐ φυγῇ σκεδαννυμένων, ἀλλ' ἐπὶ τὰς στοὰς, καὶ τὰ μετέωρα τῆς ἀγορᾶς, ὥσπερ θέαν καταλαμβανόντων. *Ibi multitudo diſcurrit, non fuga ſe diffundens, ſed porticus, & edita fori, ſicut theatrum, occupans.*

32. CONTRUCIDATUS EST juxta Curtium lacum, trepidatione ferentium projectus e ſella, ac provolutus.

CAPUT XX.

ARG. *Ad lacum Curtii jugulatur, luditur, & in hortis Aurelia via ſepultura datur Sergius Sulpicius Galba.*

Sunt

Sunt qui tradant ad primum tumultum proclamaſſe [1] eum, *Quid agitis commilito-* 1
nes? Ego veſter ſum, & vos mei: donativum etiam pollicitum [2]. Plures autem 2
prodiderunt, obtuliſſe ultro jugulum: & *ut hoc agerent* [3] *ac ferirent, quando ita vi-*
deretur [4], hortatum. Illud mirum admodum fuerit, neque præſentium quemquam 3
opem imperatori ferre conatum [5]: & omnes, qui arceſſerentur, ſpreviſſe nuntium,
excepta Germanicorum [6] vexillatione [7]. Hi ob recens meritum, quod ſe ægros & 4
invalidos magnopere foviſſet, in auxilium advolavere: ſed ſerius, itinere devio per
ignorantiam locorum retardati. Jugulatus eſt [8] ad lacum Curtii [9], ac relictus ita 5
uti erat [10], donec gregarius miles [11] a frumentatione rediens abjecto onere caput ei
amputavit. Et quoniam capillo præ calvitio arripere non poterat, in gremium ab-
didit [12]. Mox inſerto per os pollice, ad Othonem [13] detulit. Ille lixis calonibuſ- 6
que

PROCLAMAVERIT quid, *ut cuique odium, aut admiratio fuit varie prodidere.* Tacit. Hiſt. I. 41. 3. Unde Zonar. Ann. II. p. 190. Καὶ ὁ μὲν οὕτως ἐσφάγη, τοῦτο μόνον εἰπὼν, τί κακὸν ἐποίησα. *Et ſic, Galba, eſt occiſus, hoc ſolum dicens, ecquid mali feci.*

2. DONATIVUM POLLICITUM, imo *paucos dies exſolvendo donativo deprecatum.* Tacitus.

3. HOC AGE quorum fuerit formula, docui ſupr. Cal. 58. 4. §. 16.

4. ITA VIDERETUR *e Republica*, ut addit Tacitus, εἰ τοῦτο τῷ δήμῳ Ῥωμαίων ἄμεινόν ἐστι. Plutarchus.

5. OPEM FERRE CONATUM *quempiam præſentium* negat noſter, affirmant Plutarch. 1065. B. Xiphil. LXIV. p. 730. E. Ἤμυνε δὲ οὐδεὶς, οὐδὲ ἐπεῖσεν, πλὴν ἑνὸς ἀνδρὸς, ὃν μόνον ἥλιος ἐπεῖδεν ἐν μυριάσι τοσαύταις ἄξιον τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, Σεμπρώνιος Δῆνσος ἑκατοντάρχης, οὐδὲν ἴδιον χρηστὸν ὑπὸ Γάλβα πεπονθὼς, τῷ δὲ καλῷ καὶ τῷ νόμῳ βοηθῶν προέστη τοῦ φορείου, καὶ τὸ κλῆμα πρῶτον ᾧ κολάζουσιν ἑκατοντάρχαι τὰς πληγὰς ἂν δεομένους ἐπαράμενος, τοῖς ἐπιφερομένοις ἐβόα, καὶ διεκελεύετο φείσασθαι τοῦ αὐτοκράτορος. Ἔπειτα συμπλεκομένων αὐτῷ, σπασάμενος τὸ ξίφος ἠμύνατο πολὺν χρόνον, ἕως ὑφεὶς τὰς ἰγνύας ἔπεσε. *Nemo illum defendit, neque ſe iis objecit extra unum virum, quem ſol in tot millibus adſpexit unum Romano imperio dignum, Sempronium Denſum centurionem, qui nullo quidem privatim beneficio Galba obſtrictus, ſed ſacramento, & fide impulſus inſtitit protegere lecticam, vitemque primo, quo in ſontes animadvertarunt centuriones, ſuſtollens invehentibus minitabundus inclamavit, parcerent imperatori. Inde cum invaderent ipſum, educto gladio diu pugnavit, quoad in poplitibus ictus occubuit.*

6. GERMANICORUM, quorum *vexilla diu mutavere, invalidis adhuc corporibus, & placatis animis, quod eos a Nerone Alexandriam præmiſſes, atque inde rurſus longa navigatione ægros, impenſiore cura Galba refovebat*, ut dicit Tacit. 31. 7.

7. VEXILLATIONE I. plurium *vexillorum* quadam complexione. *Torrentius* & *Turneb. Adv.* V. 2. Centum autem Germanicos milites, qui in *vexilla* vulgo diſtributi, centeni ſub uno *vexillo* ſtatuebantur, vel unum *vexillum* per *vexillationem* Germanicorum intelligit *Salmaſ. Vopiſc. Firm.* c. 4. V. tamen *Scheffer. in Mauric. Strateg.* III. 5.

8. JUGULATUS EST, ſed a quo incertum. *De percuſſore non ſatis conſtat. Quidam Terentium Evocatum, alii Lecanium, crebrior fama tradidit. Camurium* XV *legionis militem, impreſſo gladio, jugulum ejus hauſiſſe. Ceteri crura, brachiaque (nam pectus tegebatur) fœde laniavere: pleraque vulnera, feritate, & ſævitia, trunco jam corpori adjecta.* Tacit. 41. 4. Plutarch. C.

9. LACUM CURTII deſcripſi ſupr. Aug. 57. 4. §. 4. Ad illum jugulatum eſſe Galbam præter noſtrum dicunt Tacitus, Aurelius Victor, Plutarch. ſupr. 19. 3. §. 14. Unde in ipſa civitate interfectum illum dicit Philoſtr. Apollon. vit. V. 4. Γάλβας μὲν γὰρ ἐπ᾽ αὐτῆς Ῥώμης ἀπέθανεν, ἁψάμενος τῆς ἀρχῆς. Et in medio foro, ubi fuerat *Curtius lacus* ibid. c. 11. Τί δ᾽ ἂν περὶ σοῦ Γάλβας ξυνταράττειν εἴποιμι, ὃς ἐπ᾽ ἀγορᾶς μέσης ἀπέθανεν, ἐταιρησαμένους ἐν ποιῶν ἑαυτῷ παῖδας, τὸν Ὄθωνα, καὶ τὸν Πείσωνα. *Quid autem Galbæ turbationes referam, qui in medio foro interemptus eſt, cum ſibi meretricios filios adoptaſſet, Othonem & Piſonem.*

10. RELICTUS ITA UTI ERAT, quia, ut reperi in commentariis Græcorum, adiiterit illi canis, quo vivo caput Galbæ amputari non potuerit. Hiſtoria id ſit, an fabula, nihil pronuntio. *Caſaubonus.*

11. GREGARIUS MILES, Fabius Fabulus §. 12.

12. IN GREMIUM ABDIDIT. Plutarchus. C. Ὃν καί φασιν ἀποκρύψαντα τὴν κεφαλὴν, κομίζειν τῷ ἱματίῳ συλλαβόντα, διὰ τὴν ψιλότητα δυσπερίληπτον οὖσαν: ἔπειτα τῶν σὺν αὐτῷ κρύπτειν τὸν ἐῶντων, ἀλλ᾽ ἐκφανῆ πᾶσι ποιεῖν τὴν ἀνδραγαθίαν, περιπείραντα περὶ λόγχην, καὶ ἀνασείσαντα πρεσβύτου πρόσωπον, ἄρχοντός τε κοσμίου, καὶ ἀρχιερέως, καὶ ὑπάτου, δρόμῳ χωρεῖν, ὥσπερ αἱ Βάκχαι πολλάκις μεταστρεφόμενον καὶ κραδαίνοντα τὴν λόγχην αἵματι καταῤῥεομένην. *Quem, Fabium Fabulum, ajunt caput Galbæ occultaſſe, & portaſſe in ſinu tunicæ ſuæ, quod præ calvitie apprehendere id non poſſet: mox ſociis ejus tegere non permittentibus, ſed urgentibus, ut omnibus oſtenderet ſtrenuitatem ſuam, in lanceam ſublato, & ſuffixo ſenis capite, imperatoriſque moderati, & pontificis maximi, & conſulis, excurriſſe Baccharum more ſæpe convertentem ſe, & vibrantem cruore ſtillantem haſtam.*

13. AD OTHONEM, quem τῆς κεφαλῆς κομισθείσης εἰπ-

que donavit: qui haſta ſuffixum [14], non ſine ludibrio circum caſtra portarunt, ac-
7 clamantes identidem, *Galba cupide* [15] *fruaris* [16] *ætate* [17] *tua*. Maxime irritati ad talem jocorum petulantiam, quod ante paucos dies exierat in vulgus, laudanti cuidam formam ſuam, ut adhuc floridam & vegetam, reſpondiſſe eum,

Ἔτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐστιν [18].

8 Ab his Patrobii [19] Neroniani [20] libertus, centum aureis redemptum [21], eo loco ubi
9 juſſu Galbæ animadverſum in patronum fuerat [22], abjecit. Sero tandem diſpenſator Argius [23], & hoc & cæterum truncum [24] in privatis ejus hortis [25] Aureliæ viæ [26] ſepulturæ dedit [27].

ἀνακραγεῖν λέγουσιν: οὐδέν ἐστι τοῦτο ὦ συστρατιῶται, τὴν Πείσωνός μοι κεφαλὴν δείξατε, *capite allato vociferaſſe ferunt: hoc nihil eſt commilitones, Piſonis mihi caput oſtendite.* Plutarch. E.

14. HASTA SUFFIXUM circum caſtra portarunt *caput Galbæ*, ut Ptolemæi lancea fixum apud Juſtin. XXIV. 5. *Ptolemæus multis vulneribus ſaucius capitur: caput ejus amputatum, & lancea fixum, tota acie ad terrorem hoſtium circumfertur. Inter ſigna cohortium juxta aquilam legionis* Galbæ & Piſonis *capita eminus præfixa* geſtata dicit Tacit. 44. 3.

* 15. CUPIDE. Melius blattarius Tranquillus *Cupido*. Senex, qui pulcer videri etiamnum vellet per irriſionem *Cupido* i. bellus & formoſus joculariter appellatur. *Turneb. Adverſ.* XXIV. 41.

16. FRUARIS i. gaudeas iſta, habeas tibi iſtam, non invidemus tibi iſtam. Formula, qua utebantur, qui bona aliis cupita, & ſibi oblata reſpuebant. Senec. de Ira III. 23. *Paranti deinde excuſationem, obſtitit. Et fruere, inquit, mi Pollio, fruere.* Phædr. III. 8, 26.

Fruere, quæ laudas, canis.

17. ÆTATE impudica, ut dictum ſupr. Claud. 16. 3. §. 8.

18. Ἔτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐστι i. *adhuc mihi vires integræ ſunt*. Hemiſtichium, quod exſtat apud Homer. Iliad. v. 254.

19. PATROBII, quem κατά τε τὴν πόλιν πᾶσαν δεδεμένον περιαχθῆναι, καὶ μετὰ τοῦτο κολασθῆναι ἐκέλευσε, *per totam Urbem vinctum duci, ac poſtea morte mulctari juſſit* Galba. Xiphil. LXIV. p. 729. D.

20. NERONIANI, quia *Neronis* fuerat libertus. Tacit. 49. 2. *Caput ante Patrobii tumulum (libertus is Neronis punitus a Galba fuerat) poſtera demum die repertum eſt.*

21. REDEMPTUM dicit noſter, dono datum Plutarch. p. 1066. A. Τὴν δὲ Γάλβα κεφαλὴν τοῖς Πατροβίου καὶ Οὐιτελλίου δούλοις ἐδωρήσατο.

22. UBI ANIMADVERSUM IN PATRONUM FUERAT. Ita enim ſolatium injuriam paſſo exhibebant veteres. Sic Alexander Beſſi *ſupplicium diſtulit, ut eo loco, in quo Darium ipſe occiderat, necaretur.* Curt. VII. 543. Et patris ſui *cædis conſcios ad tumulum patris occidi juſſit.* Juſtin. XI. 2. 1. Eo reſpicit Sophocles Elect. n. 1499. ubi introducit Ægiſthum atque Oreſtem ita verbigerantes.

ΑΙ. Τί δ' ἐς δόμους ἄγεις με? πῶς τόδ' εἰ καλὸν
Τοὔργον, σκότου δεῖ, κοὐ πρόχειρος εἶ, κτανεῖν?
ΟΡ. Μὴ τάσσε, χώρει δ' ἔνθαπερ κατέκτανες
Πατέρα τὸν ἀμὸν, ὡς ἂν ἐν ταὐτῷ θάνῃς.
ÆG. *Quid attinet in domum duci? nam ſi honeſtum eſt
Quod agiſis, cur tenebris opus eſt? quin ſtatim interficis?*
OR. *Ne impera, ſed vade ad eum locum, ubi interfeciſti
Patrem meum, ut ibidem & tu cadas.*

Gruter. & Freinsh. in Flor. IV. 6. 2. Locum deſcribit Plutarchus. Λαβόντες δ' ἐκεῖνοι, καὶ πάντα τρόπον αἰκισάμενοι καὶ καθυβρίσαντες ἔρριψαν ὅπου τοὺς ὑπὸ τῶν Καισάρων κολαζομένους θανατοῦσιν. Ὁ δὲ τόπος Σηστέρτιον καλεῖται. *Id illi ubi acceperunt, omni contumeliarum, & ludibriorum genere affectum projecerunt, quo loco trucidantur, in quos Cæſares animadvertunt. Locus Seſtertium dicitur.*

23. DISPENSATOR ARGIUS. Tacit. II. 1. *Galbæ corpus diu neglectum, & licentia tenebrarum plurimis ludibriis vexatum, diſpenſator Argius, e prioribus ſervis, humili ſepultura in privatis ejus hortis contexit.* Quis *diſpenſator* V. ſupr. Aug. 67. 3. §. 2.

24. TRUNCUM, a Priſco Helvidio ſublatum. Plutarchus. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ Γάλβα Πρίσκος Ἐλβίδιος ἀνείλετο τοῦ Ὄθωνος ἐπιτρέψαντος. Quid *truncus*, dixi ad Curt. IV. 2. 24. §. 102.

* 25. HORTOS Galbæ extra portam S. Pancratii nunc appellatam, in ipſo Janiculo, prope templum B. Martyris fuiſſe putant *Donat. de Urb. Rom.* III. 23. *Nardin. Rom. Vet.* VII. 11. *Borrich. Ant. Urb. Fac. c.* 16. §. 1. *Martian. Topogr. Urb. Rom.* v. 28.

26. AURELIA VIA, *non longe ab urbe Roma.* Eutrop. VII. 11. A porta *Aurelia* exiens per maritima Tuſciæ ora, agros, & ſylvas Piſas uſque extendebatur. Ab *Aurelio* tribunali prope ejuſdem viæ principia collocato dicta fuerit. Cicer. Philip. XII. 9. *Tres viæ ſunt ad Mutinam: a ſupero mari Flaminia: ab infero Aurelia: media Caſſia.* De via hac *Onuphr. Panvin.* R. R. *p.* 56. *Pancir. de* 14. *reg. Urb. p.* 23. *Fabret. de aquæduct. diſſ.* I.

27. SEPULTURÆ DEDIT noctu. Plutarchus. Ἔθαψε δὲ νυκτὸς Ἀργεῖος.

C. A.

CAPUT XXI.

ARG. *Qua ſtatura, qua facie fuerit, & qua valetudine uſus fuerit Sergius Sulpicius Galba.*

Statura [1] fuit juſta, capite præcalvo, oculis cæruleis [2], adunco naſo [3], manibus 1
pedibuſque articulari morbo [4] diſtortiſſimis: ut neque calceum perpeti, neqe li-
bellos evolvere aut tenere omnino valeret. Excreverat etiam in dexteriore latere 2
ejus caro [5], præpendebatque adeo, ut ægre faſcia ſubſtringeretur.

STATURA JUSTA quænam ſit. V. ſupr. Tib. 68. 2. §. 2.

2. CÆRULEIS, quos glaucos vocat Plinius ſupr. Aug. 79. 3. §. 11.

3. ADUNCUM NASUM pueri formoſi eſſe vult Mart. IV. 41. 9.

Frons brevis, atque modus breviter ſit naribus uncis.

V. Aug. 79. 4. §. 21.

4. ARTICULARI MORBO i. chiragra & podagra. *Articularis* enim *morbus* eſt, qui infeſtat *articulos.* De illo Celſ. IV. 24. *In manibus, pedibuſque articulorum vitia frequentiora longioraque ſunt. Quæ in podagricis, chiragricisve eſſe conſuerunt, ea raro, vel caſtratos, vel pueros ante feminæ coitum, vel mulieres, niſi quibus menſtrua ſuppreſſa ſunt, tentant.* De hoc morbo etiam *Beroaldus.*

5. CARO i. tumor, eminentia quædam. Celſ. V. 22. *Quale eſt, ad carnem ſupercreſcentem exedendam.* Quæ in Galba fuerit gibber, quo ſubſtantive utitur Plin. VIII. 45. *Syriacis* bubus *non ſunt palearia, ſed gibber in dorſo.* V. ſupr. 3. 8. §. 27.

CAPUT XXII.

ARG. *Cibi plurimi, & libidinis in mares pronioris eſt Sergius Sulpicius Galba.*

Cibi plurimi traditur, quem tempore hiberno [1] etiam ante lucem capere [2] conſue- 1
verat. Inter cœnam vero uſque eo abundantem, ut congeſtas ſuper manus re- 2
liquias circumferri juberet, ſpargique ad pedes ſtantibus [3]. Libidinis in mares pro- 3
nior, & eos non niſi præduros [4] exoletoſque [5]. Ferebaut in Hiſpania Icelum e ve- 4
teribus concubinis [6], de Neronis exitu nuntiantem [7], non modo arctiſſimis [8] oſcu-
lis palam exceptum ab eo, ſed, ut ſine mora velleretur [9], oratum, atque ſeductum [10].

TEMPORE HIBERNO *plus eſſe convenit; minus, ſed meracius bibere.* Celſ. I. 3. p. 33. Unde Hippocr. Aphor. I. 15. 'Αι κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. 'Εν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. Καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πολὺ ἔχουσι. Τροφῆς οὖν πλείονος δέονται. *Ventres hyeme & vere natura ſunt calidiſſimi, & ſomni longiſſimi. In his igitur temporibus etiam alimenta plura exhibenda. Innatum enim calorem majorem habent. Nutrimento igitur copioſiore indigent.* 18. Χειμῶνος σιτία πλεῖστα φέρουσι. *Hyeme facillime cibos ferunt.*

2. ANTE LUCEM CAPERE *cibum conſueverat* etiam Alexander Magnus. Plutarch. de fort. Alex. II. p. 338. 'Αλέξανδρος ἠρίστα μὲν ὄρθρου καθιζόμενος, ἐδείπνει δὲ πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν. *Alexander prima luce ſedens prandebat, tenebris noctis jam ingruentibus cœnabat.*

3. AD PEDES STANTIBUS i. miniſtris, qui cœnantibus dominis *ad pedes* ſtabant. V. ſupr. Cal. 26. 2. §. 12. His reliquias ſpargere i. dividere, V. ſupr. Cal. 18. 4. §. 8. ſolebant veteres. Plutarch. Quæſt. Rom. 63. Ἢ πρὸς οἰκέτας φιλάνθρωπον τὸ ἔθος; οὐ γὰρ οὕτω λαμβάνοντες ὡς μεταλαμβάνοντες ἀγαπῶσι, κοινωνεῖν τρόπον τινὰ τραπέζης ἡγούμενοι τοῖς δεσπόταις. *Aut erga famulos aliquid habet humanitatis mos iſte, qui ſic quodam modo videntur a dominis ad ſocietatem menſæ admitti.* Seneca Epiſt. 187. *Marcellinum admonuit non eſſe inhumanum, quemadmodum cœna peracta reliquiæ circumſtantibus dividuntur, ſic peracta vita aliquid porrigi his, qui totius vitæ miniſtri fuiſſent.* V. *Torrentium, Urſin. de triclin.* p. 381. *Mercur. Gymn.* I. 11. *Stuck. A. C.* II. 22. *Buleng. de conv.* II. 2.

4. PRÆDUROS, quibus *teneri* opponuntur. Colum. VI. 2. *Quoniam illa ætas adhuc tenera eſt, hæc jam prædura.*

5. EXOLETOS i. cinædos adultiores V. ſupr. Cæſ. 49. 5. §. 22.

6. CONCUBINUS puer eſt, quo in fœda Venere utebantur veteres. Feſtus. *Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Jovis concubinus.* Catul. 61. 129.

Deſertum domini audiens
Concubinus amorem.

7. DE NERONIS EXITU NUNTIANTEM *Icelum* V. ſupr. 11. 2. §. 3.

8. ARCTISSIMIS, qualia eſſe ſolent amatoria. Amatorum enim oſcula ſic deſcribit Lucret. IV. 1072.

Quod petiere, premunt arcte, faciuntque dolorem
Corporis, & dentes illidunt ſæpe labellis,
Oſculaque adfigunt.

Beroaldus, & Lomej. Diſſert. gen. dier. I. 10. p. 381.

9. VELLERENTUR qui veteres, dictum ſupr. Cæſ. 45. 3. §. 16.

10. SEDUCERE quid ſit V. ſupr. Tib. 44. 4. §. 14.

Digitized by Google

CAPUT XXIII.

ARG. *Ætatis anno tertio & ſeptuageſimo trucidatur, & in ſtatua collocatur Sergius Sulpicius Galba.*

1.2 Periit tertio & ſeptuageſimo [1] ætatis anno, imperii menſe ſeptimo [2]. Senatus [3] ut primum licitum fuit, ſtatuam ei decreverat roſtratæ [4] columnæ [5] ſuperſtantem
3 in parte fori, qua trucidatus eſt [6]. Sed decretum Veſpaſianus abolevit [7], percuſſores ſibi ex Hiſpania in Judæam [8] ſummiſiſſe opinatus.

TERTIO ET SEPTUAGESIMO.... Unde Xiphil. LXIV. p. 730. E. Ἔζησε Γάλβας ἔτη δύο καὶ ἑβδομήκοντα, ἀφ' ὧν ἦρξε μῆνας ἐννέα, καὶ ἡμέρας δεκατρεῖς. *Vixit Galba annos ſeptuaginta duos: regnavit menſes novem, dies tredecim.* Exactius utroque Zonar. Ann. II. p. 191. Γάλβας μὲν ζήσαντι ἔτη δύο καὶ ἑβδομήκοντα, καὶ ἡμέρας τρεῖς καὶ εἴκοσιν, ἄρξαντι δὲ μῆνας ἐννέα, καὶ ἡμέρας τρισκαίδεκα, οὕτως τέλος ἐγένετο. *Galba annos ſeptuaginta duos, dies & tres viginti natus, imperii menſe nono, & die decimo tertio hunc exitum habuit.* * Tacit. Hiſt. I. 49. 3. *Hunc exitum habuit Ser. Galba tribus & ſeptuaginta annis.* V. tamen, ſi tibi otium eſt, *Scalig. de Emend. Temp. v. p.* 472. 473. Plane autem errat Malal. Chronol. x. 334. ſcribens. Τελευτᾷ ὁ Γάλβας ἰδίῳ θανάτῳ ἐξαίφνης, φλεβοτομηθεὶς, ὢν ἐνιαυτῶν μθ. *Galba annum agens nonum & quadrageſimum, ex vena ſectione, ſubito mortuus eſt.*

* 2. MENSE SEPTIMO & quidem menſis ſeptimo die periit Galba. Joſeph. de Bell. Jud. VI. 5. Φθάνει Γάλβας ἀναιρεθεὶς, μετὰ μῆνας ἑπτὰ, καὶ ἴσας ἡμέρας. *Interſici Galbam contigit, ſeptem poſt menſibus, & totidem diebus*, Aurel. Vict. de Cæſ. 6. 3. *Caſus eſt menſe imperii ac die ſeptimo.* Licet imperii menſe nono ac die decimo tertio exitum habuiſſe dicant ſupr. §. 1. *Xiphilinus* & *Zonaras.* A nono enim Junii, quo ſeipſum interfeciſſe Neronem diximus Ner. 49. 7. ad XV. Januarii, quo Galba interfectus eſt, numerantur menſes ſeptem, ac dies ſeptem. Et ita *Noriſ. Epoch. Syro-Maced.* I. *p.* 55.

3. SENATUM viris principibus & illuſtribus imagines ponendas decreviſſe docent ſenatuſconſulta, quorum alterum de ſtatua M. Lepido ponenda Cicer. Philip. V. 15. *Ejuſque*, Lepidi, *in Rempublicam, meritorum ſenatum, populumque Romanum memorem fore, eique ſtatuam equeſtrem inauratam in Roſtris, aut quo alio loco in foro vellet, ex hujus ordinis ſententia ſtatui placere.* Alterum de ſtatua S. Sulpicii legitur apud Cicer. Philip. IX. 5. *Hæc enim ſtatua mortis honeſtæ teſtis erit: illa memoria vitæ glorioſæ: ut hoc magis monumentum grati ſenatus, quam clari viri futurum ſit.* V. etiam *Figrel. de ſtat. Roman. c.* 15.

4. ROSTRATÆ dictæ haud dubio ab argumento victoriæ navalis. Talem ſtatuam in *roſtrata* columna ſenatus Auguſto poſt victum Sex. Pompejum decrevit. Appian. B. C. V. p. 746. Περικειμένων τῷ κίονι νεῶν ἐμβόλων, καὶ ἔστη μὲν ἡ εἰκὼν ἐπιγραφὴν ἔχουσα. *Roſtris navium affixis circa columnam, cui ſuperpoſita ſtatua hanc habens inſcriptionem.* Figrel. de ſtat. Roman. c. 26.

5. IN COLUMNIS ſtatuarum celebratio antiqua eſt. Plin. XXXIV. 5. *Antiquior celebratio ſtatuarum, ſicut C. Menio, qui devicerat priſcos Latinos, quibus ex fœdere tertias prædæ Romanus populus præſtabat, eodemque in conſulatu in ſuggeſtu Roſtra devictis Antiatibus fixerat anno Urbis* 416. Pollio in Claudio c. 3. *Illi totius orbis judicio in Roſtris poſita eſt columna, cum palmata ſtatua ſuperfixa, librarum argenti mille quingentarum.* c. 7. *Poſſumus dicere, Flavium Claudium, unicum in terris principem, non columnis, non ſtatuis, ſed famæ viribus adjuvari.* Vopiſc. Aurelian. c. 37. *Ubi & in columnis divo Aureliano ſtatuæ conſtitutæ ſunt.* V. *Beroaldum. Tiraquel. in Alex. Gen.* III. 7. *Argol. in Onuph. de lud. circ. p.* 22. *Figrel. de Stat. Roman. c.* 26.

6. IN PARTE FORI, QUA TRUCIDATUS eſt. Statuis enim non ſemper certa, & ſtata; ſed interdum extra ordinem ſortuita data loca, tam extra, quam intra Urbem, ob rarum aliquem eventum, etiam ubi quis cæſus eſſet. Pauſan. Arcad. p. 246. Φαίνονται δὲ οἱ Μαντινεῖς, Γρύλλον μὲν δημοσίᾳ τε θάψαντες, καὶ ἔνθα ἔπεσεν ἀναθέντες εἰκόνα ἐπὶ τιμῇ ἀνδρὸς ἀρίστου τῶν συμμάχων. *Quin apparet, Mantinenſes Gryllum publice ſepeliviſſe, & quo loco cecidit, ſtatuam in ejus honorem poſuiſſe, quod præ omnibus ſociis virtus ejus enituiſſet.* Vopiſc. Aurelian. c. 37. *Sane Mneſtheus poſtea ſurrectus ad ſtipitem beſtiis objectus eſt, quod ſtatuæ marmoreæ poſitæ in eodem loco utrinque ſignificant.* Figrel. de ſtat. Roman. c. 23.

7. ABOLEVIT i. ratum eſſe noluit, ſuſtulit. Quintil. Inſtit. I. 6. *Abolita, atque abrogata retineri, inſolentiæ cujuſdam eſt.*

8. IN JUDÆAM, ubi ipſe præerat legionibus, quibus bellum Judaicum adminiſtrabat. *Beroaldus.*

MAR-



Digitized by Google



MARCUS SALVIUS OTHO.

CAPUT I.

ARG. *Ex Etruria principibus oriundi ſunt Othonis majores, ſenator, & prætor eſt avus M. Salvius Otho, honores in Urbe, & provinciis adipiſcitur, & ſeveriſſime adminiſtrat, uxorem ducit, & ex ea liberos gignit pater L. Salvius Otho.*

Majores Othonis ſunt orti [1] oppido Ferentino [2], familia vetere & honorata [3], at- 1
que ex principibus Etruriæ. Avus M. Salvius Otho, patre equite Romano, 2
matre humili [4], incertum an ingenua [5], per gratiam Liviæ Auguſtæ, in cujus domo
creverat [6], ſenator eſt factus, nec præturæ gradum exceſſit. Pater L. Otho materno 3
genere

ORTI SUNT *Ferentino* 1. Ferentini nati ſunt majores. *Oriundus* illinc fuit imperator. Liv. XXIV. 6. *Hippocrates & Epicydes nati Carthagine, ſed oriundi ab Syracuſis exule avo.* V. *Val. Eleg.* III. 57.

2. FERENTINO *oppido* ortos Othonis majores dicit etiam Tacit. Hiſt. II. 50. 1. *Origo illi e municipio Ferentino.* Ubi ſitum fuerit, incertum, dum alii *Hernicis*, alii *Samnitibus*, alii *Latinis* illud videntur dare. Noſter *Etruriæ* facit oppidum, & juxta cum noſtro Plin. III. 5. Ejus & mentio infr. Veſp. 3. 1. V. *Merul. Coſmog.* II. 4. 29. *Pinedo in Stephanum.* & *Cluver. Ital.* II. 3. 64. *Leandr. Ital. p.* III.

3. HONORATA I. quæ in *honore*, & pretio erat. Cicer. Offic. I. 39. *Dicendum eſt etiam, qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe.* Unde Plutarch. Galb. p. 1061. C. Ἦν δὲ Μάρκος Ὄθων ἀνὴρ γένει οὐκ ἀφανής. *Erat M. Otho natalibus non obſcuris.*

4. HUMILI I. quæ fortunæ eſt inferioris, conditionis obſcurioris, & vilioris. V. Curt. VII. 6. §. 13.

* 5. INCERTUM AN INGENUA. Cum duo contraria, quorum uno propoſito, alterum non poteſt ignorari, eloqui volumus, hac phraſi ita utimur, ut alterutrum tantum exprimamus. Tacit. Ann. I. 5. 3. *Exſtincto Maximo dubium an quæſita morte* Noſt. Veſp. I. V. *Ind. Flor. in dubium.*

6. CREVERAT I. adoleverat. Plaut. Merc. V. 2. ſuppoſ. 29.

Par eſt ætas: una crevimus.

7. URBA-

genere præclaro, multarum & magnarum propinquitatum, tam charus, tamque non
4 abſimilis facie Tiberio principi fuit, ut plerique procreatum ex eo crederent. Ur-
banos [7] honores, proconſulatum Africæ [8], & extraordinaria [9] imperia, ſeveriſſime
5 adminiſtravit. Auſus etiam eſt in Illyrico [10] milites quoſdam, quod motu Camilli [11]
ex pœnitentia [12] præpoſitos [13] ſuos quaſi defectionis adverſus Claudium auctores occi-
derant, capite punire, & quidem ante principia [14] ſe coram [15], quamvis ob id ipſum
promo-

7. URBANOS i. in *Urbe* geri ſolitos, ædilitatem, præturam, conſulatum.

8. AFRICÆ *proconſulatum* deſcribit Tacit. Hiſt. IV. 48. 1. *Sub idem tempus L. Piſo proconſul interficitur.... Legio in Africa, auxiliaque tutandis imperii finibus, ſub divo Auguſto Tiberioque principibus, proconſuli parebant. Mox C. Cæſar turbidus animi, ac M. Silanum obtinentem Africam metuens, ablatam proconſuli legionem miſſo in eam rem legato tradidit. Proconſules* V. *ſupr. Aug.* 47. 1. §. 4.

9. EXTRAORDINARIA, quod *extra ordinem* illa, quibus vellet, imperator daret. *Pigh. Ann.* III. *p.* 506.

10. ILLYRICUM V. ſupr. Cæſ. 22. 2. §. 5.

11. MOTU CAMILLI, quem deſcripſit Dio ſupr. Claud. 13. 5. §. 11.

12. EX POENITENTIA i. cum ad obſequium Claudii, a quo defecerant, rediiſſent.

13. PRÆPOSITI in Romana militia dicti, qui ſub tribunis certo militum numero præfecti erant. Modeſt. Digeſt. XLIX. 16. 3. §. 22. *Qui præpoſitum ſuum protegere noluerunt, vel deſeruerunt: occiſo eo capite puniuntur.* Buleng. de imper. V. 6.

* 14. PRINCIPIA erant locus in caſtris poſt prætorium & quæſtorium nobiliſſimus, nempe in quo legati, tribuni militum, ac primorum maxime ordinum ductores non aliter, ac Imperator in prætorio, quæſtor in quæſtorio tendebant, ac jus dicebant. Plutarch. in Galb. c. 17. verbatim convertens archæa, ſive initia dixit, cum additione: *quæ Romani principia appellant.* Sigon. de Antiq. jur. prov. II. 6. Lipſ. Mil. Rom. V. 4. Bernegg. ad Juſtin. XI. 6. 6. In illis ignominia affectos fuiſſe milites perperam agentes, dixi ſupr. Aug. 24. 5. §. 22. imo ſanguinem miſiſſe dicit Front. Stratag. IV. 1. 17. *M. Cato memoria tradidit, in furto comprehenſis, ſi lentius animadvertere voluiſſent, in principiis ſanguinem miſſum. Fuit* vero *hæc quoque antiquitus militaris animadverſio, jubere ignominiæ cauſa militi venam ſolvi, & ſanguinem dimitti.* Gell. N. A. X. 8. Summo ſupplicio tamen afficiebantur extra vallum. Senec. de Ira I. 16. *Damnatus extra vallum ductus eſt.* Veget. I. 23. *Decumana porta quæ appellatur, poſt prætorium eſt, per quam delinquentes milites educuntur ad pœnam.* Et non in illis, quia in illis erant ſigna, & aquilæ, caſtrorum dii (ſupr. Cal. 14. 5. §. 20.) Hi vero occiſorum ſanguine commaculati fuiſſent. Tacit. Ann. I. 39. 5. *Ac ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuiſſet, rarum etiam inter hoſtes, legatus populi Romani, Romanis in caſtris, ſanguine ſuo altaria deûm commaculaviſſet.* Unde Calviſii Sabini uxorem notat, quod *in principiis* ſtuprum paſſa eſſet, idem ſupr. Galb. 14. 3. §. 6. Suet. Oth. c. 1. n. 5. Othonem carpit, nimiamque ſeveritatem traducit, & vituperat. *Capite* enim *milites punire* magnum, & ſeverum; ſed majus, factum fuiſſe *ante principia ſe coram.* Male ergo audiit, quod ne quidem reveritus fuerit ſanctum locum, in quo aquilæ, id eſt, ſigna, id eſt, dii militares, ſuppliciis fœdare. *Cuper. Obſerv.* IV. 19. *Faber Semeſtr.* II. 8. Vulgarium hominum, ſeu gregalium militum pœnæ ex vulgaribus delictis ablegabantur extra vallum. At olim omnino intra vallum, *in principiis*, pro concione, ſedente in tribunali Imperatore exigebantur: immo & poſtea, ſi quando ſollenne ſupplicium, & exemplo ſtatuendo conducibile ſumeretur. Exempla ſunt Q. Fabii Rulliani magiſtri equitum apud Liv. VIII. 32. L. Quinctii Flaminini apud Senec. Contr. IV. 25. Et Prænеſtinarum cohortium præfecti ultimi ſupplicii metu perfundendi apud Liv. IX. 16. Dii caſtrenſes.... in aciem ſemper & prælium efferebantur, ubi multa ſane patrabatur cædes tum hoſtium, tum civium, & non debuerunt abhorrere a cæde, quæ ſecundum judicum ſententiam. Suetonius epiphonema huic facto ſubjicit n. 6. *ſicut gloriam auxit, ita gratiam minuit.* Nempe *gratiam minuit* apud Principem, *gloriam auxit* apud omnes alios. Quo modo ergo *male audivit* hoc nomine, aut quæ in his ineſt facti reprehenſio? Nec iſtis Suetonii verbis, eorumque ἐμφάσει ſignificatur quædam loci ſanctimonia, quæ licet quidem fuerit in *principiis* caſtrorum, neutiquam tamen inde excluſit ſupplicia. Neque Taciti illis ſignificatur talis quædam loci ſanctimonia. Nam & hujus locutionis ratio non aliunde eſt petenda, quam a multitudine hominum, quæ iſtic, ut in foro caſtrenſi ſemper erat. Hinc apud Liv. XXVIII. 25. tribuni militum miſſi, ut revocarent ad officia ſeditioſos milites, leguntur *primo circumiviſſe tentoria, dein in principiis, prætorioque, ubi ſermones inter ſe ſerentium circulos vidiſſent, allocuti.* Immo inde factum, ut, illi, qui militari quadam ignominia erant notandi, ſtare iſtic per totum diem cogerentur. Quæ, obſecro, iſtius rei reddetur ratio, niſi quod tum locus ille erat deſtinatus exigendis omne genus pœnis, tum homines illi ſtabant iſtic in conſpectu totius exercitus, & ſic illa ignominiæ nota erat omnibus conſpicua. Quum itaque ſummæ impudentiæ indicium eſſet, ſi quæ mulier in conſpectiſſimo caſtrorum loco, ubi interdiu frequentia erat omnis
generis

Digitized by Google

promotos in ampliorem gradum [16] a Claudio ſciret. Quo facto, ſicut gloriam auxit [17], 6
ita gratiam minuit [18]: quam tamen mature recuperavit detecta equitis Romani [19]
fraude, quem prodentibus ſervis [20] necem Claudio parare compererat. Namque & 7
ſenatus honore rariſſimo [21], ſtatua in Palatio [22] poſita, proſecutus eſt eum: & Clau-
dius allectum inter patricios [23] collaudans ampliſſimis verbis, hoc quoque adjecit:
Vir, quo meliores liberos habere ne opto quidem [24]. Ex Albia Terentia [25] ſplendida 8
femina [26] duos tulit filios, L. Titianum [27], & minorem Marcum cognominem [28]
ſibi. Tulit & filiam, quam nondum nubilem Druſo Germanici filio deſpondit.

generis militum: noctu vigilum, & excubitorum, ſtuprum committeret, nonne juſta ſatis cauſa fuit dicendi illam auſam fuiſſe ſtuprum in ipſis *principiis*, ubi nulla itaque alia, quæ aliquid verecundiæ, & pudoris haberet, id fuiſſet auſura? *Perizon. Differt. de Prætor.* §. 22. 27. 28. 29. *Sichterman. de Pæn. milit.* §. 11. Et hæc fuit ſententia *Lipſ. in Tacit. Annal.* xv. *n.* 14.

15. Se coram. Quod auxit ſupplicii ſeveritatem, cum ſuppliciis non ipſe dux, ſed centurio præfici ſoleret. Senec. de Ira 1. 16. *Et jam cervicem porrigebat, cum ſubito apparuit ille commilito, qui occiſus videbatur. Tunc centurio ſupplicio præpoſitus condere gladium ſpeculatorem jubet.* Torrentius.

16. Promotos in altiorem gradum i. honeſtiore militia ornatos. *Sabellicus.*

17. Auxit gloriam, tanquam *glorioſum* facinus feciſſet capite puniendo illos milites, qui ſuos præpoſitos occiderant. *Beroaldus.*

18. Gratiam minuit apud Claudium, qui ægre tulerit milites defectionis adverſus ſe auctores occidentes, & ob id a ſe in altiorem gradum promotos ab Othone capite puniri.

19. Equitis Romani, alterius illorum duorum, de quibus Claud. 13. 3.

20. Servis equitis Claudio inſidias componentis.

21. Rariſſimo i. i. *raro* cuiquam decerni ſolito. *Sabellicus.*

22. In Palatio a ſenatu Othoni ſtatua poſita fuit illi majori honeſtamento & claritudini, quam ſi in alio loco fuiſſet collocata. Ut enim interdum loca ab hominibus honorantur: ita ſæpius locus honoratior præbet homini ornamentum. *Beroaldus.*

* Magno vero honori fuit apud Palatium ſtatuam poni. Tacit. Ann. xv. 72. 1. *Tigellinum & Nervam ita extollens, ut ſuper triumphales in foro imagines, apud Palatium quoque effigies eorum ſiſteret.*

23. Allectum inter patricios. Cum gens Salvia ante plebeja tantum fuiſſet, nec Romana quidem, ſed ex oppido Ferentino tranſlata. *Torrentius.* Ita in *patricios* tranſducta eſt gens Octavia ſupr. Aug. 2. 1.

24. Vir, quo meliores.... Tali pæne laudatione proſecutus eſt Auguſtus Druſum Germanicum, *cum precatus eſt deos, ſimiles ei Cæſares ſuos facerent.* Claud. 1. 11. *Beroaldus.*

25. Albia Terentia, quam ex *Albiorum*, quæ poeta candidiſſimo *Albio* Tibullo cenſetur, familia fuiſſe putat *Beroaldus.*

26. Splendida femina. Tacit. Hiſt. ii. 50. 1. *Pater conſularis; avus prætorius; maternum genus impar, nec tamen indecorum.* Ad quem *ſplendorem* ordinem equeſtrem proprie notare ſcribit *Lipſius.*

27. L. Titianum *Salvium.* Tacit. Hiſt. ii. 60. 4. *Salvius Titianus, Othonis frater, nullum diſcrimen adiit, pietate, & ignavia excuſatus.* Sub imperatoribus enim liberos tres, quatuorve eodem familiæ nomine appellare, in deſuetudinem abierat.

28. Cognomines fuere pater, & M. minor filius. *Salvius* enim *Otho pater Othonis* imperatoris vocatur noſtro ſupr. Galb. 6. 2. *Cognomines* ſunt, qui ejuſdem ſunt *nominis.* Plaut. Bacch. 1. 1. 5.

Quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines?

Virg. Æn. vi. 383.

——— *gaudet cognomine terra.*

i. nominis ſui ſimilitudine, ut explicat *Servius.*

CAPUT II.

ARG. *Naſcitur, prodigus & procax eſt, aulicam diligere ſe ſimulat, & per hanc Neroni inſinuatus, facile ſummum inter amicos tenet locum Marcus Salvius Otho.*

Otho imperator iv. Kalen. Maji natus eſt, Camillo Arruntio, Domitio Æno- 1
barbo conſulibus [1]. A prima adoleſcentia prodigus ac procax [2], adeo ut ſæpe 2
flagris

Camillo Arruntio, Domitio Ænobarbo conſulibus i. anno ab U. C. 784. V. ſupr. Ner. 1. 4. §. 8. * *Arruntii* nomen Camillo Scriboniano per errorem quis adjecerit, forſan, quia *Arruntius*, quiſquis fuerit, illi ſucceſſerit. V. *Pigh. Ann.* iii. p. 560. Non enim ex gente *Arruntia*, ſed ex Furia fuit Camillus. Conceptis hoc verbis legitur apud Tacit. Ann. xii. 52. 2. ubi ſcribit *Furium Scribonianum, cujus pater Camillus arma per Dalmatiam moverat, Fauſto Sylla, Salvio Othone Conſulibus in exſi-*

3 flagris objurgaretur [3] a patre. Ferebatur & vagari noctibus ſolitus: atque invali-
dum [4] quemque obviorum vel potulentum [5] corripere, ac diſtento ſago [6] impoſitum
4 in ſublime jactare. Poſt patris deinde mortem libertinam aulicam gratioſam [7], quo
efficacius [8] coleret [9], etiam diligere [10] ſimulavit, quamvis anum, ac pæne decrepi-
5 tam [11]. Per hanc [12] inſinuatus [13] Neroni, facile ſummum inter amicos locum te-
nuit [14] congruentia morum [15]: ut vero quidam tradunt, & conſuetudine mutui ſtu-
pri:

exſilium fuiſſe actum. Et is, qui bellum civile movit Claudio principe, Furius Camillus vocatur noſtro ſupr. Claud. 13. 5. & , quem ibi laudamus, Dioni. Eadem etiam *Noriſ. Faſt. Conſ. Theſ. Ant. Rom. Græv. tom.* XI. *p.* 806.

2. PROCAX quis, definit ad Terent. Hec. I. 2. 84.

Maligna multo, & magis procax facta illico eſt.

Donatus. *Procax, diſpoliatrix & petax, Procare enim eſt petere. Virg. Æn.* I. 540.

Procacibus auſtris

I. *impudentibus. Nam qui multum petit, impudens eſt, & procax. Unde & proci dicti ſunt, qui filias alienas in matrimonium petierunt.* Tacitus *petulantem* fuiſſe dicit Hiſt. I. 13. 4. *Otho pueritiam incurioſe, adoleſcentiam petulanter egerat.* II. 50. 2. *Pueritia ac juventa, qualem monſtravimus, duobus facineribus, altero flagitioſiſſimo, altero egregio, tantundem apud poſteros meruit bona fama, quantum mala.*

3. OBJURGAMUR etiam flagris, verberibus, colaphis. Exempla congeſſi ſupr. Cal. 20. 4. §. 10.

4. INVALIDUM I. imbecillum, infirmum, & ob id injuriæ obnoxium. *Beroaldus.*

5. POTU LENTUM codex Salmaſianus I. cujus pedes vinum captavit, ut Plautus jocatur Pſeud. V. I. 6. qui per ebrietatem *lente* incedit. *Potulentus* enim pro ebrio nuſquam legi obſervat criticorum princeps *J. G. Grævius.* * *Potulentus* tamen ebrius eſt, ut illum in Indice Apulejano explicat *Elmenhorſtius.* Apul. III. p. 131. *Nam cum a cœna me ſerius aliquanto reciperem, potulentus alioquin.*

6. SAGUM eſt veſtis ſtragulæ genus non diſſimilis cilicio. Plin. XVI. 44. *Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit. Falce aurea demetit. Candido id excipitur ſago.* Illo impoſitos ſeſe in ſublime jactare conſueverunt laſciviores. Mart. I. 3. 8.

Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.

Laſcivia hæc *ſagatio* dicta eſt veteribus Latinis. Gloſſæ: *Sagatio*, παλμός. V. *Caſaubonum. Mercur. Gymn.* III. 8. *Laz. Comm. R. R.* VIII. 9. *Bud. in Pandect. p.* 140. *Rader. in Martialem. Ferrar. R. V.* III. 7. *Pancirol. Notit. dignit. imp. orient. c.* 96.

7. GRATIOSAM I. quæ multum apud principem poterat. Cicer. Fam. I. 3. *Is vehementer confidit his meis literis, ſe apud te gratioſum fore.*

8. EFFICACIUS I. non fruſtra, majore fructu, ac commodo, ut pro obſequii ſui præmio, vel honores, vel aliud quidpiam conſequeretur. V. *Torrentium, & Fabr. Semeſt.* I. 20.

9. COLERET I. obſequeretur, omni officiorum genere proſequeretur. Senec. de Conſtant. c. 13. *Quemadmodum non placet ſibi, ſi illum mendicus coluerit, nec contumeliam judicabit, ſi illi homo plebis ultima ſalutanti mutuam ſalutationem non reddiderit.* de Brev. vit. c. 2. *Hic illius cultor eſt, ille illius, ſuus nemo.* V. *Fabrum.*

10. DILIGERE *quo coleret*, non enim quos *colimus*, illico *diligimus*. Sidon. Epiſt. IV. 4. *Simul & ipſe hinc amplius capiebatur, quod ſe diligi magis, quam quaſi coli intelligebat.* Unde luſus Mart. II. 55.

Vis te, Sexte, coli: volebam amare,
Parendum eſt tibi: quod jubes, coleris:
Sed ſi te colo, Sexte, non amabo.

* DECREPITUS non eſt moribundus, aut ſpiritum extremum trahens, ἐμπεπνευκώς, ut olim cum Scaligero explicuimus. Sed qui viribus per ætatem fractis vigore priſtino omni exhauſtus & deſtitutus eſt. Cicer. Cœl. 16. *Huic triſti, ac decrepito ſeni reſponderet Cœlius, ſe nulla cupiditate inductum de via deceſſiſſe.* Terent. Ad. V. 8. 16.

Ego anum decrepitam ducam?

Eun. II. I. 24.

Ni ego me turpiter hodie hic dabo
Cum meo decrepito hoc eunucho.

Metaphora petita ab igne in ſtipula, cremiis, ſpinis, carduis, aliis ſimilibus concepto, qui abſumpta, qua alebatur, materia marceſcens, necdum extinctus tamen, *crepare*, ſive *crepitum*, quem dum vigebat, inſigniorem dederat, edere ultra jam deſierit. *De* verbo præfixum στερητικόν, ut in *denaſci* Caſſii Heminæ Anal. II. apud Non. II. 257. & Varr. L. L. IV. 10. *depudere* Senec. de Conſtant. c. 17. *dedolere* Ovid. Rem. Am. n. 294. Salom. Eccl. 7. 6. *Stolidi cachinnus ſpinarum ſub olla crepitus.* Apul. Apol. p. 290. *Ecquando vidiſti flammam ſtipula exortam, claro ſtrepitu, largo fulgore, cito incremento; ſed enim materia levi, caduco incendio, nullis reliquiis.* Hæc debemus *Gatak. Adv. Miſc.* II. 13.

12. PER HANC. Forte huc reſpicit Juven. Sat. I. 38.

—— in cælum quos evehit optima ſummi
Nunc via proceſſus, vetulæ veſica beatæ.

13. INSINUARI quid V. ſupr. Cal. 12. 4. §. 17.

14. SUMMUM INTER AMICOS.... I. *amicorum* primus fuit. Cæſ. B. G. I. 20. 4. *Cum ipſe eum locum amicitia apud eum teneret.*

15. CON-

pri [16]: ac tantum potentia valuit, ut damnatum repetundis [17] conſularem virum, ingens præmium pactus, prius quam plane reſtitutionem [18] ei impetraſſet, non dubitaret in ſenatum ad agendas gratias introducere [19].

15. CONGRUENTIA MORUM, qua facile homines mali obſtringuntur. Tacit. Ann. XIV. 57. 2. *Validior in dies Tigellinus, & malas artes, quibus ſolis pollebat, gratiores ratus, ſi principem ſocietate ſcelerum obſtringeret.* Unde de Othone idem Hiſt. I. 13. 4. *Otho gratus Neroni æmulatione luxus.* Ann. XIII. 45. 6. *Otho pellexit juventa, ac luxu, & quia flagrantiſſimus in amicitia Neronis habebatur.* Contra *diſpares mores diſparia ſtudia ſequuntur, quorum diſſimilitudo diſſociat amicitias: nec ob aliam cauſam ullam boni improbis: improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi quod tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morum ſtudiorumque diſtantia.* Cicer. de Amicit. c. 20. V. Xiphilin. infr. Horat. vit. 4. §. 17.

16. CONSUETUDINEM STUPRI. V. ſupr. Cal. 24. 1. §. 2.

17. REPETUNDARUM crimen deſcripſi ſupr. Cæſ. 4. 1. §. 5.

18. RESTITUTIONEM in ordinem, cujus amiſſionem hujus criminis pœnam fuiſſe dixi ſupr. Cæſ. 43. 2. §. 5.

19. AD AGENDAS GRATIAS INTRODUCERE, tanquam reſtitutum in priſtinam dignitatem, cum tamen neque reſtitutionem, neque abſolutionem ei impetraſſet. Verum adeo confidebat ſuæ potentiæ, ut ſperaret, ſe, cum vellet, reſtitutionem ei impetraturum. *Beroaldus.*

CAPUT III.

ARG. *Conſiliorum, ſecretorumque Neroni particeps eſt, ſed propter Poppæam Sabinam corruptam, & non redditam, per cauſam legationis in Luſitaniam ſeponitur Marcus Salvius Otho.*

Omnium autem conſiliorum ſecretorumque particeps [1], die, quem Nero necan- 1
dæ matri deſtinaverat, ad avertendas ſuſpiciones [2] cœnam utrique exquiſitiſſimæ
comitatis [3] dedit. Item Poppæam Sabinam [4], tunc adhuc amicam ejus [5], abdu- 2
ctam [6] marito, demandatamque [7] interim ſibi, nuptiarum ſpecie recepit. Nec cor- 3
rupiſſe [8] contentus, adeo dilexit, ut ne rivalem [9] quidem Neronem æquo tulerit animo.

PARTICEPS 1. conſcius. Hæc conjungit noſt. infr. 6. 6. Tacit. Ann. I. 6. 6. *Quod poſtquam Salluſtius Criſpus particeps ſecretorum comperit. Arbiter* dicitur Curt. III. 12. 16. V. Tacit. ſupr. Ner. 35. 5. §. 11.

2. AD AVERTENDAS SUSPICIONES 1. ne Agrippina aliquid *ſuſpicari* poſſet. *Beroaldus.*

3. EXQUISITISSSIMÆ COMITATIS, 1. in qua nihil voluptatis, aut lautitiarum deeſſet.

4. POPPÆAM SABINAM, cui *cuncta alia fuere, præter honeſtum animum. Quippe mater ejus ætatis ſuæ feminas pulcritudine ſupergreſſa, gloriam pariter, & formam dederat. Opes claritudini generis ſufficiebant. Sermo comis, nec abſurdum ingenium. Modeſtiam præferre, & laſcivia uti. Rarus in publicum egreſſus, idque velata parte oris, ne ſatiaret adſpectum, vel quia ſic decebat. Famæ nunquam pepercit, maritos & adulteros non diſtinguens: neque affectui ſuo, aut alieno obnoxia, unde utilitas oſtenderetur, illuc libidinem transferebat.* Tacit. Ann. XIII. 45. 3. Unde *principale ſcortum* dicitur eidem ſupr. Ner. 35. 5. §. 11. Quo loco etiam de *Poppæa* dictum, & ejus marito §. 2. & 4.

5. Ejus, *Neronis*, qui, quomodo Poppææ amore fuerit accenſus, narrat Tacit. 46. 1. *Otho, ſive amore incautus, laudare formam, elegantiamque uxoris* (diſcrepat nonnihil a Suetonio Tacitus) *apud principem: ſive ut accenderet, ac ſi eadem femina poterentur, id quoque vinculum potentiam ei adjiceret. Sæpe auditus eſt conſurgens e convivio Cæſaris, ſe ire ad illam, ſibi conceſſam dictitans nobilitatem, pulcritudinem, vota omnium, & gaudia felicium. His, atque talibus irritamentis non longa cunctatio interponitur.*

6. ABDUXERIT quomodo Sabinam Nero marito, narrat Plutarch. Galb. p. 1061. C. Ἣν ἤρα μὲν ὁ Νέρων Κρισπίνῳ συνοῦσαν, ἔτι δὲ αἰδούμενος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ τὴν μητέρα φοβούμενος, ὑφῆκε τὸν Ὄθωνα πειρῶντα τὴν Ποππαίαν.... Ἀλλὰ τήν γε Ποππαίαν προμοιχεύσας τῷ Νέρωνι, καὶ διαφθείρας ταῖς εἰς ἐκεῖνον ἐλπίσιν ἔπεισεν ἀποστῆναι τοῦ ἀνδρός. *Quam*, Poppæam, *Nero nuptam Criſpino adamabat: ſed pudore adhuc uxoris, & matris metu Othonem ad Poppæam ſolicitandam ſubmiſit... At ubi Poppæa ſtuprum delibavit Neroni, illius propoſita ſpe corruptam induxit, ut a viro diverteret.*

7. DEMANDAVERIT quare Othoni Poppæam Nero, dixit Tacit. ſupr. Ner. 35. 5. §. 11.

8. CORRUPSISSE 1. a Nerone alienaſſe, ut *corrumpere* alterius ſervum dicimus, & actionem de *ſervo corrupto* XI. 3. in Pandectis legimus. *Torrentius.*

9. RIVALES *dicuntur æmuli de mulieribus, facta tranſlatione nominis a feris beſtiis, quæ ſitientes cum ex eodem*

4 nimo. Creditur certe non modo miſſos ad arceſſendam non recepiſſe, ſed ipſum etiam excluſiſſe [10] quondam pro foribus adſtantem, miſcentemque fruſtra minas & preces, 5 ac depoſitum [11] repoſcentem. Quare diducto [12] matrimonio, ſepoſitus [13] eſt per cauſam [14] legationis in Luſitaniam [15]. Id ſatis viſum, ne pœna acrior [16] mimum [17] omnem divulgaret: qui tamen ſic quoque hoc diſticho enotuit:

Cur Otho mentito ſit quæritis exſul [18] honore?
Uxoris mœchus [19] cœperat eſſe ſuæ.

6 Provinciam adminiſtravit quæſtorius per decem annos, moderatione atque abſtinentia [20] ſingulari.

eodem rivulo hauſtum petunt, in prælium contra ſe invicem concitantur. Sic Cicero pro Cœlio. Sin erit ex illo fonte rivalis. Donat. Terent. Eun. v. 8. 42.

10. Excluſiſſe Neronem Othone abſente ipſam Poppæam dicit Plutarch. p. 1061. E. Οὐδὲ αὐτῆς ἀχθομένης, ὥς φασι, τῇ ζηλοτυπίᾳ τῆς Ποππαίας. Καὶ γὰρ ἀποκλεῖσαι τὸν Νέρωνα λέγεται μὴ παρόντος τοῦ Ὄθωνος, εἴτε τῆς ἡδονῆς ἀφαιροῦσα τὸ πλήσμιον εἴτε, ὥς φασιν ἔνιοι, βαρυνομένη τοῦ Καίσαρος γάμον, ἐραστῇ δὲ μὴ φεύγουσα χρῆσθαι διὰ τὸ φιλακόλαστον. *Nec moleſte patiebatur, ut ajunt, æmulationem Poppæa. Etenim excluſiſſe Othone non præſente Neronem dicitur, vel ſatietatem detrahens libidinis, vel, ut ferunt nonnulli, Cæſaris nuptias gravata: cum uti eo ob laſciviam non defugeret amatore.*

11. Depoſitum i. Poppæam, quam illi ſervandam dediſſet. * Ita Proſerpinam *depoſitum* vocat Claud. de Rapt. Proſerp. III. 120.

—— *Levinsque meum Trinacria celet*
Depoſitum.

Quorum ſenſus eſt, Cererem timere, quod negligenter Sicilia Proſerpinam ſervarit. Et Achillem *depoſitum ingens* Achill. I. 385. & *depoſitum grande* Achill. II. 239. vocat Statius, quia illum Lycomedi regi Scyri ſervandum tradidere.

12. Diducto i. divulſo, dirempto. Horat. Od. III. 9. 18.

Diductoſque jugo cogit aheneo.

13. Seponi quid, dixi ſupr. Aug. 65. 5. §. 17. *In Poppæa ſuſpectum ſepoſitum* eſſe Othonem dicit Tacit. Hiſt. I. 13. 5. & *ne in Urbe æmulatus ageret*, idem Ann. XIII. 46. 5. Seneca ſuaſore addit Plutarchus. Σενέκαν δὲ εἶχεν εὔνουν· κἀκείνου τὸν Νέρωνα πείσαντος, καὶ παραινέσαντος ἐξεπέμφθη Λυσιτανῶν στρατηγὸς ἐπὶ τὸν ὠκεανόν. *Cæterum utebatur familiariter Seneca. Hoc ſuaſore & monitore miſſus eſt prætor in Luſitaniam ad oceanum.*

14. Per cauſam, *ſpecie* Tacit. Hiſt. I. 13. 5. *In provinciam Luſitaniam ſpecie legationis ſepoſuit.* Sub honoris ſpecie, quos a Republica abeſſe volebant, ſepoſuiſſe veteres, dixi ſupr. Cæſ. 9. 6. §. 25.

15. Ἡ Λυσιτανία τῷ δὲ Τάγῳ τὰ πρὸς ἄρκτον ἐστί, μέγιστον τῶν Ἰβηρικῶν ἐθνῶν, καὶ πλείστοις χρόνοις ὑπὸ Ῥωμαίων πολεμηθέν. Περιέχει δὲ τῆς χώρας ταύτης τὸ μὲν νότιον πλευρὸν ὁ Τάγος, τὸ δ' ἑσπέριον, καὶ τὸ ἀρκτικὸν, ὁ ὠκεανός, τὸ δ' ἑῷον οἵ τε Καρπητανοὶ, καὶ οἱ Οὐεττώνες. καὶ Οὐακκαῖοι, καὶ Καλλαϊκοί, τὰ γνώριμα ἔθνη. *A Tago verſus ſeptentrionem eſt Luſitania, maximam complectens Hiſpanorum gentem, plurimoque ſempore bellis Romanis petita. Hujus regionis auſtrinum latus Tagus includit, occiduum, & ſeptentrionale oceanus, ortivum Carpetani, Vettones, Vaccæi, & Callaici nobiles gentes.* Strab. III. p. 105. Provincia fuit Cæſaris. Strab. III. p. 115. Νυνὶ δὲ τῶν ἐπαρχιῶν, τῶν μὲν ἀποδειχθεισῶν τῷ δήμῳ τε καὶ τῇ συγκλήτῳ, τῶν δὲ τῷ ἡγεμόνι τῶν Ῥωμαίων, ἡ μὲν Βαιτικὴ πρόσκειται τῷ δήμῳ, καὶ πέμπεται στρατηγὸς ἐπ' αὐτήν: ἡ δὲ λοιπὴ Καίσαρός ἐστι: πέμπονται δ' ἀπ' αὐτοῦ δύο πρεσβευταί, στρατηγικός τε καὶ ὑπατικός. *Nunc quidem, provinciis aliis attributis populo & ſenatui, aliis principi: Bætica populo relicta eſt, & mittitur in eam proconſul: reliqua autem Cæſaris eſt, & mittuntur in eam duo legati, prætorius & conſularis.* In illam miſſus eſt Otho Nerone III. & Valerio Meſſala conſulibus, ſive anno ab U. C. 810. V. *Pigh. Ann.* III. *p.* 592.

16. Pœna acrior i. Othonis cædes. Plutarchus. p. 1061. E. Ἐκινδύνευσεν οὖν ὁ Ὄθων ἀποθανεῖν. Καὶ παράλογον ἦν, ὅτι τὴν γυναῖκα καὶ ἀδελφὴν ἀποκτείνας διὰ τὸν Ποππαίας γάμον ἐφείσατο τοῦ Ὄθωνος. *Unde in mortis periculum venit Otho. Mirum autem fuit, cum uxorem & ſororem ob Poppææ nuptias necaſſet, pepercisse eum Othoni.*

17. Mimum i. actionem ſimulatam. V. ſupr. Cal. 45. 3. §. 11.

18. Exſulem ſe eſſe in Luſitaniam miſſum agnovit ipſe Otho. Plutarchus. Καὶ παρέσχεν ἑαυτὸν οὐκ ἄχαριν, οὐδ' ἐπαχθῆ τοῖς ὑπηκόοις, εἰδὼς φυγῆς ὑποκόρισμα, καὶ παρακάλυμμα, τὴν ἀρχὴν αὐτῷ δεδομένην. *Ubi nec injucundum, neque aſperum ſe præbuit provincialibus, quod pro exſilii ſpecie, & velamento conceſſam provinciam ſibi ſciret.* Unde ipſe apud Tacit. Hiſt. I. 21. 2. *Prægravem ſe Neroni fuiſſe, nec Luſitaniam rurſus, aut alterius exſilii honorem exſpectandum.*

19. Uxoris mœchus, quod ſibi nuptam antea, nec repudiatam, ſed abductam a Nerone, ſolicitaverat. *Torrentius.*

20. Abſtinentia quid ſit, dixi ſupr. Cæſ. 54. 1. §. 1. Unde *comiter adminiſtraſſe provinciam* dicit Tacit. Hiſt. I. 13. 6. *integre, ſancteque egiſſe, procacem otii, & poteſtatis temperantiorem* Ann. XIII. 46. 5. *Abſtinentiæ* cauſam indicavit Plutarch. §. 18.

C A-

CAPUT IV.

ARG. *Imperii ſpem capit, & ea de re nullum officii, aut ambitionis genus omittit Marcus Salvius Otho.*

Ut tandem occaſio ultionis data eſt, conatibus Galbæ primus acceſſit [1]: eodemque momento & ipſe ſpem imperii cepit [2], magnam quidem ex conditione [3] temporum, ſed aliquanto majorem ex affirmatione Seleuci [4] mathematici. Qui cum eum olim ſuperſtitem Neroni fore [5] ſpopondiſſet, tunc ultro inopinatus advenerat, imperaturum quoque brevi repromittens [6]. Nullo igitur officii aut ambitionis [7] in quemquam genere omiſſo, quoties cœna principem [8] acciperet, aureos [9] excubanti [10] cohorti viritim dividebat [11]: nec eo minus [12] alium alia via militem [13] demerebatur.

1 (margin) 2 (margin) 3 (margin)

PRIMUS ACCESSIT, *primus in partes tranſgreſſus eſt.* Tacit. Hiſt. I. 13. 6. Quod paullo fuſius Plutarch. Galb. p. 1061. F. Ἀποστάντος δὲ Γάλβα, πρῶτος αὐτὸς προσεχώρησε τῶν ἡγεμόνων, καὶ φέρων ὅσον εἶχεν ἐν ἐκπώμασι καὶ τραπέζαις ἄργυρον καὶ χρυσὸν ἔδωκε καταχόψαι νόμισμα, καὶ τῶν οἰκετῶν ἐδωρήσατο τοὺς ἐθισμένους περὶ δίαιταν ἡγεμόνι ἐμμελῶς ὑπουργεῖν: καὶ τἆλλα πιστὸς ἦν αὐτῷ, καὶ διδοὺς πεῖραν ἐδόκει πραγμάτων ἔμπειρος εἶναι. *Deſi ienti ab Nerone Galbæ primus ex rectoribus provinciarum aggregavit ſe, offerenſque quidquid in poculis & menſæ inſtrumento auri & argenti haberet, tradidit illi ad ſignandam ex eo pecuniam, donavitque ei ſervos doctos ad menſam ſcite principi miniſtrare, cetera quoque fidus ei erat, ſpecimenque prabens, nemini videbatur rerum peritia ſecundus.*

2. SPEM IMPERII CEPIT I. ſe *imperium* adepturum *ſperavit. Spem capere* eſt *ſperare.* Colum. R. R. III. 9. *Nos quoque pari ratione velut Olympionicarum equarum, ita feraciſſimarum Aminearum ſeminibus electis large vindemia ſpem capiamus.*

3. CONDITIONE I. occaſione, quæ hæc erat, quod imperatrix domus, ſive familia Cæſarum radicitus intercidiſſet. *Gravius.*

4. SELEUCI, quem, forte binominem, ut non male conjicit *Beroaldus*, *Ptolemæum* vocant Tacit. Hiſt. I. 22. 3. & Plutarch. Galb. p. 1063. E. Hic *Othoni in Hiſpania comes* fuit, ut addit *Tacitus.*

5. SUPERSTITEM NERONI FORE. Plutarchus. Οὐδὲ γάρ τι ἐλπίζων ἐκλιπεῖν, οὐδ' ἀπαγορεύσαι παρείασαν οἱ περὶ αὐτὸν ὄντες ἀεὶ μάντεις καὶ Χαλδαῖοι: εἰς τὰ μάλιστα δὲ Πτολεμαῖος, ἰσχυριζόμενος τῷ προειπεῖν πολλάκις, ὡς οὐκ ἀποκτενεῖ Νέρων αὐτὸν, ἀλλὰ τεθνήξεται πρότερος, αὐτὸς δὲ περιέσται καὶ ἄρξει Ῥωμαίων. *Neque enim ſpem abjicere, neque langueſcere ſinebant eum, qui aſſidue circa eum erant vates & Chaldæi: maxime vero Ptolemæus, qui eo nitebatur, quod ſæpe prænuntiaſſet ei non interempturum ipſum Neronem, ſed deceſſurum hunc priorem, & ſuperfuturum ei Othonem, Romanique imperaturum.*

6. REPROMITTENS *imperaturum.* Plutarchus. Ἐκεῖνο γὰρ ἀληθὲς ἀποδείξας, ἠξίου μηδὲ ταῦτα ἀπελπίζειν. *Quia enim verum illud prædixerat, volebat, ut ne hic quidem diffideret.*

7. AMBITIONIS I. obſequii, ut dixi ſupr. Aug. 25. I. §. 4. Quam *ambitioſus* fuerit Otho, docet Tacit. Hiſt. I. 36. 4. *Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, jacere oſcula, & omnia ſerviliter pro dominatione.*

8. PRINCIPEM, *Galbam* §. 9. & 11.

9. AUREOS *in ſingulos*, ut addit Plutarch. Galb. p. 1062. B. Ὁσάκις δὲ τὸν Γάλβαν ἑστιῴη, τὴν παραφυλάττουσαν ἀεὶ σπεῖραν ἐδεξιοῦτο, χρυσοῦν ἑκάστῳ διανέμων. *Quoties Galbam invitaret, ſemper cohortem excubantem nundinabatur largitionibus, aureos in ſingulos dividens.* Sed hos *centenos nummos* dicit Tacit. §. II. *Aureus* enim valuit quinque & viginti drachmis, ſive denariis. Dio LV. p. 556. D. Χρυσοῦν γὰρ δὴ καὶ ἐγὼ τὸ νόμισμα τὸ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς δυνάμενον, κατὰ τὸ ἐπιχώριον ὀνομάζω: καὶ τῶν Ἑλλήνων δὲ τινὲς, ὧν τὰ βιβλία ἐπὶ τῷ Ἀττικίζειν ἀναγινώσκομεν, οὕτως αὐτὸ ἐκάλεσαν. *Aureum vero voco id numiſma, quod viginti quinque denarios valet, nomine vulgo recepto, quod ei datur etiam a nonnullis Græcis, quos propter linguæ Atticæ ſtudium legimus.* Et hi quaternis valuerunt ſeſtertiis nummis. Ita ut *aureus* unus, & centum nummi fuerint. V. *Glareanum. Turneb. Adv.* V. I. *Cujac. Obſ.* XIX. 31. *Gronov. de Pec. vet.* III. 15. *Lipen. de Stren. c.* 3. §. 39. 40. 41.

10. EXCUBIA hæ ſolebant principem comitari, cum prodiret, & ſi quando foris cœnaret, in aliena domo ſuum officium facere. V. *Sagittar. de jan. vet. c.* 17. §. 3.

11. DIVIDERET impellente Mevio Pudente. Tacit. ibid. 24. I. *Flagrantibus jam militum animis, velut faces addiderat Mævius Pudens, e proximis Tigellini. Is mobiliſſimum quemque ingenio, aut pecuniæ indigum, & in novas cupiditates præcipitem alliciendo, eo paullatim progreſſus eſt, ut per ſpeciem convivii, quoties Galba apud Othonem epularetur, cohorti excubias agenti, viritim centenos nummos divideret.*

12. NEC EO MINUS, pro nihilo ſecius. *Eraſmus.*

13. ALIUM ALIA VIA MILITEM. Tacit. 23. 2. *In itinere, in agmine, in ſtationibus, vetuſtiſſimum quemque militum nomine vocans, ac memoria Neroniani comitatus, contubernales appellando, alios agnoſcere, quoſdam requirere, & pecunia, aut gratia juvare: inferendo ſæpius querelas, & ambiguos de Galba ſermones, quæque alia turbamenta vulgi.*

batur. Cuidam [14] etiam de parte finium cum vicino litiganti, adhibitus arbiter [15], totum agrum redemit, emancipavitque [16]: ut jam vix ullus eſſet, qui non & ſentiret & prædicaret ſolum ſucceſſione imperii dignum.

14. CUIDAM *Cocceio Proculo ſpeculatori.* Tacit. 24. 3.

15. ARBITRORUM concilio advocato, ſi quid cum alio controverterent, ut domi componeretur, antequam in judicium iretur, boni viri, & a forenſibus moleſtiis alieni factitare ſolebant. Cicer. pro Quint. c. 5. *Tunc appellat ultro Nævium, ut quoniam ſuſpicaretur aliqua de re fore controverſiam, videret, ut quam primum, & quam minima cum moleſtia tota res tranſigeretur. Dat iſte amicum M. Trebellium: nos communem neceſſarium, qui iſtius domi erat educatus, & quo utebatur iſte plurimum, propinquum noſtrum, Sext. Alphenum. Res convenire nullo modo poterat: propterea quod hic mediocrem jacturam facere cupiebat: iſte mediocri præda contentus non erat. Itaque ex eo tempore res eſſe in vadimonium cœpit.* Plura Pollet. For. Rom. III. 12.

16. EMANCIPAVIT I. ſuum jam factum, *mancipio* tradidit illi. Tacitus. *Sua pecunia emptum dono dedit. Emancipare* eſt quovis modo alienare, & in alium transferre dominium rei alicujus. Plin. Epiſt. VII. 18. *Nam pro quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum, ingenuarumque promiſeram, agrum ex meis longe pluris actori publico mancipavi.* Qualis venditio ſit *mancipatio* docuit nos Boethius ſupr. Aug. 64. 3. §. 7. Quamvis igitur Otho agrum militi *minimo addixit*, ut prædia Serviliæ Cæſar 50. 3. hoc tamen, quamvis ſpecie quidem vendere, re ipſa donare eſt. *Torrentius*, & *Bud. in Pandect. p.* 26.

CAPUT V.

ARG. *Adoptionis ſpe decidit, ad vim convertitur, & quinque ſpeculatoribus plures producturis rem committit Marcus Salvius Otho.*

1.2 Speraverat [1] autem fore, ut adoptaretur a Galba: idque in dies exſpectabat. Sed poſtquam Piſone prælato ſpe decidit [2], ad vim converſus eſt, inſtigante [3] ſuper
3 animi dolorem etiam magnitudine æris alieni. Neque enim diſſimulabat, *niſi principem ſe ſtare* [4] *non poſſe: nihilque referre* [5], *ab hoſte* [6] *in acie, an in foro ſub creditoribus cade-*

SPEM hanc Othoni fecerant militum favor. Tacit. Hiſt. I. 13. 6. *Spem adoptionis ſtatim conceptam, acrius in dies rapiebat: faventibus pleriſque militum; prona in eum aula Neronis ut ſimilem.* & T. Vinii amicitia. Plutarch. Galb. p. 1062. B. Ἀλλ' ἦν ἐνδιαθέμενος γε τῷ Γάλβᾳ περὶ διαδοχῆς, τὸν Ὄθωνα παρεισῆγεν ὁ Οὐίνιος, οὐδὲ τοῦτο προῖκα πράττων, ἀλλ' ἐπὶ γάμῳ τῆς θυγατρὸς, ὁμολογίας γενομένης γῆμαι αὐτὴν τὸν Ὄθωνα, παῖδα τοῦ Γάλβα, καὶ διάδοχον ἀποδειχθέντα τῆς ἡγεμονίας. *Igitur conſulente de ſucceſſore Galba, Othonem nominavit Vinius, neque id gratis, ſed filiæ ſuæ nuptias pactus: ut adoptatus a Galba Otho, & ſucceſſor deſignatus imperii adjungeret ſibi eam matrimonio.*

2. SPE DECIDIT. Othonem quare renuerit adoptare Galba, prodit Plutarchus. C. Ὁ δὲ Γάλβας ἀεὶ μὲν ἦν δῆλος πρὸ τοῦ ἰδίου τὸ κοινὸν τιθέμενος, καὶ ζητῶν οὐχ αὑτῷ θέσθαι τὸν ἥδιστον, ἀλλὰ Ῥωμαίοις τὸν ὠφελιμώτατον· δοκεῖ δὲ μηδ' ἂν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις χρήμασι μόνον ἑλέσθαι τὸν Ὄθωνα κληρονόμον, ἀκόλαστον εἰδὼς καὶ πολυτελῆ, καὶ πεντακισχιλίων μυριάδων ὀφλήμασι βεβαπτισμένον. *At Galba præ ſe tulerat ſemper Rempublicam ſe privatis anteferre rationibus ſuis, neque quærere, ut ſibi acceptiſſimum, ſed populo Romano adoptaret utiliſſimum: ac videtur ne privati quidem patrimonii tantum heredem Othonem deſtinaſſe, profligatum ſciens & profuſum, & bis millies HS ære alieno demerſum.*

3. INSTIGAVERINT quænam Othonem dicit Tacit. 21. 1. *Interea Othonem, cui compoſitis rebus nulla ſpes, omne in turbido conſilium, multa ſimul exſtimulabant: luxuria etiam principi oneroſa, inopia vix privato toleranda, in Galbam ira, in Piſonem invidia.*

4. STARE I. *ſtatum* ſuum tenere, & vivere in republica, ut immunis ab interpellatoribus, & vexationibus creditorum foret. *Status* eſt conditio vitæ certa, & ſtabilita. Paterc. II. 2. 3. *Omnibus ſtatum concupiſcentibus ſumma imis miſcuit.* 72. 5. *Nullum habentibus ſtatum quilibet dux erat idoneus.* Inde *ſtare*, ſtabilitum permanere. Arnob. adv. gent. III. p. 100. *Neque enim res ſtare ſine aſſertoribus non poteſt & religio Chriſtiana.* Et *ruere* dicuntur, quorum fides rationibus turbatis concidit. Cicer. Catil. II. 10. *Hoſce ego non tam milites acres, quam inficiatores lentos eſſe arbitror: qui homines, ſi ſtare non poſſunt, corruant.*

5. NIHIL REFERRE I. nihil attinere ad rem illud diſcrimen. Plaut. Epid. II. I. I.

Quos cum nihil refert, pudet.

I. quos pudet in eo negotio, ad quod pudere nihil ſe refert, nihil attinet. Ita enim *refert* ſæpiuſcule ſimpliciter dici monet diligentiſſimus *Perizon. in Sanct. Min.* III. 5.

* 6. AB HOSTE. Non vulgare loquendi genus eſt,

caderet [7]. Ante paucos dies ſervo Cæſaris pro impetrata diſpenſatione [8] decies ſeſtertium [9] expreſſerat. Hoc ſubſidium tanti cœpti fuit: ac primo quinque [10] ſpeculatoribus [11] commiſſa eſt res, deinde decem aliis, quos ſinguli binos produxerant: omnibus dena ſeſtertia [12] repræſentata [13], & quinquagena promiſſa [14]. Per hos ſolicitati reliqui, nec adeo multi [15], haud dubia fiducia [16] in ipſo negotio plures affuturos. 4 5 6

eſt, *ab aliquo cadere.* Ovid. Metam. V. 192.
A tanto cecidiſſe viro.
Grævius.

7. CADERET. Ut enim hoſtem in acie jugulat hoſtis, ita debitorem, dum pecuniam creditam apud prætorem repetit, in foro jugulat creditor. *Beroaldus.*

8. DISPENSATIONEM eſſe *diſpenſatoris* officium dixi ſupr. Aug. 67. 4. §. 2. Ingens autem peculium eum Cæſaris ſervum habuiſſe neceſſe eſt, qui decies HS pro officio illo penderet.

9. DECIES SESTERTIUM i. viginti quinque millia coronatorum. V. *Egnatium.*

10. QUINQUE *rem commiſſam* eſſe dicit noſter, ſed duobus Tacit. Hiſt. I. 25. 1. *Sed tum e libertis Onomaſtum futuro ſceleri præfecit, a quo Barbium Proculum teſſerarium ſpeculatorum, & Veturium optionem eorundem perductos, poſtquam vario ſermone callidos, audaceſque cognovit, pretio & promiſſis onerat, data pecunia ad pertentandos plurium animos. Suſcepere duo manipulares imperium populi Romani transferendum, & transtulerunt.* Sed Onomaſtus, Othonis libertus, primum duos, hi tres alios, ſimulque numero quinque, mox alios decem comparaverint, ut hoſce conciliat *Torrentius.*

11. SPECULATORES quinam fuerint, dixi ſupr. Aug. 27. 4. §. 14.

12. DENA SESTERTIA i. ducenti & quinquaginta coronati. V. *Egnatium.*

13. REPRÆSENTATA i. ſtatim numerata. V. ſupr. Aug. 102. 4. §. 27.

14. QUINQUAGENA *ſeſtertia* i. duodeni & quinquaginta coronati. V. *Egnatium.*

15. NON ADEO MULTOS, quos paucos fuiſſe dicit Xiphil. LXIV. 730. C. Καὶ ὑπὸ τινῶν στρατιωτῶν ὀλίγων, συνομωμοκότων αὐτῷ, ἐς τὸ τεῖχος ἐσήχθη. *Et a paucis militibus, qui una cum eo conjuraverant, intra caſtrorum murum receptus eſt.* Triginta fuiſſe dicit Zonar. Ann. II. p. 190. Ὁ δὲ Ὄθων ὁ Μάρκος ὁ Σάλβιος ἀγανακτήσας, ὅτι μὴ αὐτὸς ὑπὸ τοῦ Γάλβα υἱοθετήθη, ἐπανέστη αὐτῷ τριάκοντα μόνους στρατιώτας ἑταιρισάμενος. *Marcus Salvius Otho ægre ferens, quod ipſe a Galba adoptatus non eſſet, ſeditionem movit, triginta duntaxat militibus fretus.* V. & *Caſaubonum.*

16. FIDUCIA hæc nitebatur dogmate, quod adfert Tacit. Ann. IV. 7. 4. *Primas dominandi ſpes in arduo: ubi ſis ingreſſus, adeſſe ſtudia, & miniſtros.* Gruterus.

CAPUT VI.

ARG. *Die cædi deſtinata Galbam mane ſalutat, Galba ſacrificanti intereſt, poſtica Palatii parte ſe proripit, in caſtra contendit, imperator conſalutatur, ad principia devenit, & qui Galbam, & Piſonem contrucidarent mittit Marcus Salvius Otho.*

Tulerat animus poſt adoptionem ſtatim caſtra [1] occupare, cœnantemque in Palatio Galbam aggredi: ſed obſtitit reſpectus cohortis, quæ tunc excubabat, ne oneraretur invidia [2], quod ejuſdem ſtatione [3] & Cajus fuerat occiſus, & deſertus Nero. Medium quoque tempus [4] religio [5] & Seleucus [6] exemit [7]. Ergo deſtina- 1 2.3
ta-

CASTRA, quæ occupavit, dum Galba & Piſo interficerentur. In illa enim *raptum* dicit Tacit. Hiſt. I. 29. I. *ruiſſe* gratulaturos ei de imperio idem ibid. 45. I.

2. ONERARETUR INVIDIA i. infamia gravaretur.

3. STATIONEM vicem vocat, qua cohors illa inter alias tunc iterum excubiis aderat. Alioqui milites ſignificat certo loco poſitos, quos V. ſupr. Aug. 32. 3. §. 14.

4. MEDIUM TEMPUS inter Piſonis adoptionem, & Galbæ cædem. *Medios* inter utramque quatuor fuiſſe dies dicit Plutarch. Galb. p. 1064. A. Οὐ γὰρ ἦν ἡμερῶν τεττάρων ἔργον ἐγχωνήσαντας στρατόπεδον μεταστῆσαι πᾶσιν ὅσαι μεταξὺ τῆς εἰσποιήσεως ἐγένοντο καὶ τῆς σφαγῆς. Ἕκτῃ γὰρ ἀνῃρέθησαν, ἣν ἄγουσι Ῥωμαῖοι πρὸ δεκαοκτὼ Καλανδῶν Φευρουαρίων. *Alioqui enim haud erat quatuor dierum, quot inter adoptionem & cædem interceſſere, opus, ſanum exercitum impellere totum ad defectionem. Sexto enim die interfecti ſunt, qui fuit ad octavum decimum Kalendas Februarias.* Unde Piſo apud Tacit. Hiſt. I. 29. 4. *Sextus dies agitur, commilitones, ex quo ignarus futuri, & ſive optandum hoc nomen, ſive timendum erat, Cæſar adſcitus ſum.*

5. RELIGIO, quam intelligit, eſt πατροπαράδοτος quædam traditio, qua vetabantur ſeria negotia certus

ta [8] die, præmonitis conſciis, ut ſe in foro ſub æde Saturni [9] ad milliarium aureum [10] opperirentur, mane Galbam ſalutavit: utque conſueverat, oſculo [11] exceptus, etiam
4 ſacrificanti interfuit, audivitque prædicta aruſpicis [12]. Deinde liberto adeſſe architectos

tis diebus inchoare. Talis erat poſtridie Idus. Quo & refero diem III. Id. Januar. & qui XIX. Kalendas Februarias dicitur, ambos Carmentæ ſacros: quo tempore favere linguis oportebat, non cædibus operam dare: atque hi dies publice religioſi. Potuerunt autem etiam cæteri privata ſuperſtitione Othoni eſſe *religioſi* & atri, ſicut Auguſto omnes Nonæ. *Caſaubonus.*

6. SELEUCUS, quo mathematico, ſive aſtrologo etiam in Hiſpania familiariter uſus eſt, ut dictum ſupr. 4. 1. §. 4. Mos autem omnium Romanorum fuit per ea tempora, ut prius quam vel tantilli momenti rem aggrederentur, adirent ad mathematicos & aſtrologos, ut ſumendo exordio horam felicem indicarent. Juven. Sat. VI. 575.

Conſulitur: quæ caſtra viro, patriamque petente
Non ibit pariter numeris revocata Thraſylli.
Ad primum lapidem vectari cum placet, hora
Sumitur ex libro: ſi prurit frictus ocelli
Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit.
Ægra licet jaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, niſi quam dederit Petoſyris.

Caſaubonus.

7. EXEMIT I. irritum conſumpſit, ne illo Galbam aggrederetur. *Eximere* tempus eſt illud terere, conſumere. Cicer. Attic. IX. 3. *Metellus calumnia dicendi tempus exemit.*

8. DESTINATA cædi. Fuit vero a. d. XVIII. Kalendas Februarias. V. Plutarchum ſupr. §. 4. & Tacitum ſupr. Galb. 19. 1. §. 1.

9. ÆDEM SATURNI deſcripſi ſupr. Aug. 29. 13. §. 42.

10. MILLIARIUM AUREUM *in capite Romani fori ſtatutum* fuit. Plin. III. 5. ab Auguſto. Dio LIV. p. 526. B. Τότε δὲ αὐτός τε προστάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν αἱρεθεὶς, καὶ τὸ χρυσοῦν μίλιον κεκλημένον ἔστησε. *Tunc autem ipſe, Auguſtus, viarum, quæ ſunt circa Romam, curator conſtitutus, milliarium aureum, quod vocatur, fecit.* Plutarch. Galb. p. 1064. eſt χρυσοῦς κίων εἰς ὃν αἱ τετμημέναι τῆς Ἰταλίας ὁδοὶ πᾶσαι τελευτῶσι, *columna aurea, in quam viæ militares omnes deſinunt.* Sed errat Græculus, & qui eum ſequuntur, *Torrentius*, *Babelonius*, *Beroal. ad h. l.* & *Annot. c.* 99. *Sabell. ad h. l.* & *in Plin. c.* 17. *Lipſ. in Tacit. Hiſt. p.* 7. *Pancirol.* 14. *region. Urbis p.* 12. *Savil. in Tacit. Hiſt.* I. 27. 3. *A. Gentil de verbor. ſignif. p.* 288. *Turneb. Adv.* V. I. *Donat. Rom. vet.* II. 14. *Nardin. de Rom. vet.* V. 6. *Borrich. Ant. Urb. Fac. c.* 14. §. 2. aliique. A porta enim Urbis *milliaria* olim numerata fuiſſe docet Macer. l. 154. de V. S. *Mille paſſus, non a milliario Urbis, ſed a continentibus ædificiis* I. ſuburbiis, *numerandi ſunt.* Lapis etiam primus, ut monent *Holſtenius de milliario aureo* & *Ryckius in Tacit. p.* 339. ab Urbe in via Appia extra portam Sebaſtiani ante complures annos extra Urbem inter antiquitatum ruinas detectus, & a ſenatu, populoque Romano ad Urbis ornamentum in Capitolium tranſlatus, & ad gradus laterales cum publico teſtimonio erectus, non extra, ſed intra Urbem poſitus fuiſſet, & quidem citra Eccleſiam SS. Nerei & Achillei, quæ ab arcu Septimii, ad quem *milliarium aureum*, diſtat amplius integro veteri *milliario* Romano. * Henninius quidem ad Bergier. de viis milit. III. 13. 1. putat a ſtudioſo aliquo veterum reliquiarum in illa Urbis toties facta vaſtatione, ad ornatum villæ, horti, vineæ potuiſſe transferri, quia idem in aliis reliquiis ejuſdem, & multo majoris molis factum fuerit. Et addit, inſcriptionem, quam refert columna, eſſe columnam milliariam primi ab Urbe lapidis indicem, & ex qua colligi poſſet, ſi ab Urbe, ergo non in media, eſſe valde recentem, & hodie factam, ab eo, cui iſta placuit ſententia: quamvis an fuerit Holſtenius, ſe neſcire fateatur. Sed a poſſe ad eſſe non valere conſequentiam jam ſcivit, cum in ſcholis manum ferulæ nondum ſubduxerat. Probandum fuiſſet, columnam hanc revera in villam, aut vineam, ex Urbe Roma fuiſſe tranſlatam, non dicendum, potuiſſe transferri. Vir Cl. non ferret ſic argumentantem: columna hæc Roma Teutoburgum, aut Trajectum ad Rhenum a ſtudioſo reliquiarum tranſlata eſt: quia dum tantæ molis non eſt, ut putat, ut non majoris molis reliquiæ huc illuc tranſlatæ fuerint. Quæ licet tranſlatæ fuiſſent, adhuc probandum foret, & in his reliquiis idem factum eſſe. Holſteenium, aut alium, cui hæc placuent ſententia, inſcriptionem, quam refert noſtra columna, feciſſe dum dicit, nihil dicit. Nam hoc eadem facilitate, qua adfertur, rejicitur. Et affirmantis eſt probare. Imo, ſi accuſaſſe ſufficit, quis erit innocens.

* 11. OSCULO potentiores excipiebant minores. Plin. Paneg. c. 23. n. 1. *Gratum erat cunctis, quod ſenatum oſculo exciperes, ſicut dimiſſus oſculo fueras.* Pacat. Paneg. *Ille oſculo conſecratus eſt.* Et *quod paucos oſculati fuerint*, vitio datur Tiberio 10. 5. Neroni 37. 7. *Lipſ. Elect.* II. 6. *& in Plinium. Lomej. Gen. dier. Diſſert.* X. *p.* 362. Et patroni clientes ſuos. Mart. XII. 26. 1.

Sexaginta teras cum limina mane ſenator,
Eſſe tibi videor deſidioſus eques,
Quod non a prima diſcurram luce per urbem,
Et referam laſſus baſia mille domum.

12. AUDIVIT PRÆDICTA ARUSPICIS, Galbæ a tergo adſtans. Plutarch. B. Μονονουχὶ τὸν Ὄθωνα τοῦ θεοῦ χειρὶ ληπτὸν παραδιδόντος· ἐπέστη γὰρ ὄπισθεν τοῦ Γάλβα, καὶ προσεῖχε τοῖς λεγομένοις καὶ δεικνυμένοις ὑπὸ τοῦ Ὀμβρικίου. *Ita deus tantum non Othonem manu prehenſum tradidit: adſtabat enim a tergo Galbæ, atque his,*

quæ

tectos nuntiante, quod ſignum convenerat [13], quaſi venalem domum [14] inſpecturus
abſceſſit: proripuitque ſe [15] poſtica [16] parte Palatii ad conſtitutum [17]. Alii febrem 5
ſimulaſſe ajunt, eamque excuſationem proximis mandaſſe, ſi quæreretur [18]. Tunc 6
abditus [19] propere muliebri ſella [20] in caſtra [21] contendit: ac deficientibus [22] lecti-
cariis [23], cum deſcendiſſet, curſumque cepiſſet, laxato calceo [24] reſtitit, donec o-
miſſa mora [25] ſuccollatus, & a præſente comitatu [26] IMPERATOR conſalutatus, inter
fauſtas acclamationes ſtrictoſque gladios ad principia devenit, obvio quoque non aliter
ac ſi conſcius & particeps foret, adhærente. Ibi miſſis, qui Galbam & Piſonem [27] 7
trucidarent, ad conciliandos pollicitationibus militum animos, nihil magis pro con-
cione

quæ ab Umbricio referebantur, & oſtendebantur, animum advertebat.

13. QUOD SIGNUM CONVENERAT. Tacit. Hiſt. I. 27. 2. *Quæ ſignificatio coeuntium jam militum, & paratæ conjurationis convenerat.* Plutarchus. Ἦν δὲ σύμβολον καιροῦ πρὸς ὃν ἔδει ἀπαντῆσαι τὸν Ὄθωνα τοῖς στρατιώταις. *Signum id erat temporis, quo militibus Otho debebat occurrere.* V. ſupr. Cæſ. 9. 4. §. 21.

14. DOMUM *vetuſtate ſuſpectam, eoque prius explorandam.* Tacit. n. 3. Plutarchus. Εἰπὼν δ' ὅτι παλαιὰν ἐωνημένος οἰκίαν βούλεται τὰ ὕποπτα δεῖξαι τοῖς πωληταῖς. *Itaque cauſans ſe veterem domum emiſſe, cujus vellet vitia oſtendere venditoribus.* * Solebant enim, qui domum aliquam emebant, illam fabris adhibitis prius inſpicere, ut ſcirent, an in illis aliquid eſſet vitii. Cicer. Fam. IX. 15. *Domum Sullanam deſperabam jam: ſed tamen non abjeci. Tu velim cum fabris eam perſpicias. Si enim nihil eſt in parietibus, aut in tecto vitii, cætera mihi probabuntur.*

15. PRORIPUIT SE *per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad Milliarium aureum.* Tacitus & Plutarchus infr. §. 16.

* 16. POSTICUM quid ſit, docui ſupr. Claud. 18. 3. §. 13. *Poſtica pars Palatii* fuit domus Tiberiana. (V. illam Vit. 15. 6. §. 33.) Per illam Othonem ſe proripuiſſe dicunt Plutarch. B. Διὰ τῆς Τιβερίου καλουμένης οἰκίας ἐβάδιζεν εἰς ἀγοράν. *Per Tiberii domum, quam vocant, deſcendis in forum.* Tacit. n. 3. *Per Tiberianam domum in Velabrum, inde ad milliarium aureum ſub ædem Saturni perrexit.* Hæc *poſtica* appellata eſt reſpectu Neronianæ anterioris. Nero enim præcipuam frontem, ſive introitum Palatii mutaverat, & novam illam ſubſtructionem, quæ a latere e via Sacra per gradus adibatur, adjecerat. V. *Donat. de Urb. Rom.* III. 2. *Nardin. Rom. Vet.* VI. 13.

17. AD CONSTITUTUM dicebant veteres, vel ſimpliciter, vel ſubaudiendo locum, aut diem, de quo convenerat. Varr. R. R. II. 5. *Cum alius eum ſalutaſſet, alius conviciatus eſſet, qui tam ſero veniſſet ad conſtitutum.*

18. QUÆRERETUR a Galba.

19. ABDITUS, quia muliebres ſellæ opertæ fuerunt, pudoris, & modeſtiæ cauſa. Juven. Sat. I. 124.

Oſtendens vacuam, & clauſam pro conjuge ſellam.

In ſellis vero ſe *abdidiſſe* veteres monui ſupr. Ner. 26. 7. §. 22.

20. MULIEBRIS SELLA mea opinione ea, quæ *cathedra* dicitur apud Juven. VI. 91.

Cujus apud molles minima eſt jactura cathedras.

Illa enim *mollis*, quia fuit *molliter* pro deliciis, & *mollitie* feminarum parata. *Scheffer. R. V.* II. 4. Et *feminea* appellatur Calpurn. Eclog. VII. 27.

Inter femineas ſpectabat turba cathedras.

Mart. XII. 38. 1.

Hunc qui femineis noctesque dieſque cathedris
Incedit.

Tacit. n. 4. ſimpliciter *ſellam* vocat. *Sella feſtinanter impoſitum, ſtrictis mucronibus rapiunt.* Plutarch. C. φορεῖον. Ἀλλὰ τοῖς ξίφεσι γυμνοῖς περιδόντες αὐτοῦ τὸ φορεῖον, ἐκέλευον αἴρεσθαι.

21. IN CASTRA ſc. prætoria, quæ intelligi, quando ſimpliciter memorantur, monui ſupr. Claud. 10. 5. §. 21. In illa contendit, quia ſellam extra Urbem in viis atque itineribus adhibebant veteres. Tacit. Ann. XIV. 4. 4. *Satis conſtitit, Agrippinam, auditis inſidiis, geſtamine ſella Bajas pervectam.* Schefferus.

22. DEFICIENTIBUS i. pondere, & curſu laſſis. Erant enim caſtra prætoria extra Urbem V. ſupr. Aug. 49. 4. §. 12.

23. LECTICARIOS etiam vocabant, qui cathedrarii erant. Sellam enim muliebrem eſſe cathedram dixi. *Scheffer. R. V.* I. 10.

24. LAXATO CALCEO i. ſoluta calceamenti corrigia. *Beroaldus.*

25. OMISSA MORA, φειδοῖ τοῦ χρόνου. *Moram* intelligit exſpectandi lecticarios ſervos, quibus deficientibus liberi homines in armos, & collum receptum eum bajularunt vicibus: quod ſuccollare dicitur ſupr. Claud. 10. 5. §. 20.

26. A PRÆSENTE COMITATU, *tres & viginti ſpeculatores, ac paucitate ſalutantium trepidum* Othonem fuiſſe dicit Tacit. Hiſt. I. 27. 4. Qui tamen pergit n. 5. *Totidem ferme milites in itinere aggregantur, alii conſcientia, plerique miraculo: pars clamore & gladiis, pars ſilentio, animum ex eventu ſumpturi.*

27. PISONIS interitum deſcribit Tacit. 43. 3.

cione teſtatus eſt [28], quam *id demum ſe habiturum, quod ſibi illi reliquiſſent.*

Piſo in ædem Veſtæ pervaſit, exceptuſque miſericordia publici ſervi, & contubernio ejus abditus, non religione, nec ceremoniis, ſed latebra imminens exitium differebat: cum advenere, miſſu Othonis, nominatim in cædem ejus ardentis, Sulpicius Florus e Britannicis cohortibus, nuper a Galba civitate donatus, & Statius Murcus ſpeculator: a quibus protractus Piſo in foribus templi trucidatur.

28. TESTATUS EST oratione, quam invenies apud Tacit. c. 37. 38.

CAPUT VII.

ARG. *Palatium petit, a plebe Nero appellatur, Neronis cognomen diplomatibus & epiſtolis adjicit, imagines & ſtatuas reponi patitur, procuratores, & libertos ad officia revocat, & per quietem paveſactus, lectoque deturbatus Galbæ manes propitiare tentat Marcus Salvius Otho.*

1 Deinde vergente [1] jam die ingreſſus ſenatum [2], poſitaque [3] brevi ratione, quaſi
raptus de publico, & ſuſcipere imperium vi coactus, geſturuſque communi o-
2 mnium arbitrio [4], Palatium petit [5]. Ac ſuper cæteras gratulantium adulantiumque
blanditias, ab infima plebe appellatus NERO [6], nullum indicium recuſantis dedit [7]:
imo, ut quidam tradiderunt, etiam diplomatibus primiſque epiſtolis [8] ſuis ad quoſdam
3 provinciarum præſides, Neronis cognomen adjecit. Certe & imagines ſtatuaſque ejus
reponi [9] paſſus eſt [10], & procuratores atque libertos ad eadem officia revocavit [11].
4 Nec quidquam prius pro poteſtate ſubſcripſit [12], quam quingenties HS [13] ad peragendam

VERGENTE i. in veſperam declinante. Tacit. Ann. XIII. 38. 6. *Tiridates vergente jam die procul adſtitit. Inclinato* alii dicunt auctores. V. Curt. IV. 7. 22. §. 72.

2. INGRESSUS SENATUM. Tacit. Hiſt. I. 47. 1. *Exacto per ſcelera die, noviſſimum malorum fuit lætitia. Vocat ſenatum prætor urbanus, certant adulationibus cæteri magiſtratus, accurrunt patres, decernitur Othoni tribunicia poteſtas, & nomen Auguſti, & omnes principum honores.*

3. POSITA i. reddita: ut *ponere calculos*. Senec. Epiſt. 87. *Cum ad patrimonium ventum eſt, diligentiſſimi computatores, ſic rationem ponitis ſingulorum, quibus aut pecuniam credituri eſtis, aut beneficia.* Scævol. Digeſt. XLVI. 3. 89. *Ratione poſita ejus pecuniæ, quam mihi Stichus C. Titii ſervus caverat.* V. *Gronovium apud Grævium.*

4. GESTURUS COMMUNI ARBITRIO i. imperaturus de voluntate ſenatus.

5. PALATIUM PETIT. Tacit. n. 3. *Otho cruente adhuc foro, per ſtrages jacentium, in Capitolium, atque inde in Palatium vectus.*

6. APPELLATUS NERO Otho imperator primum in theatris. Plutarch. Oth. p. 1067. C. Τοῖς δὲ πολλοῖς χαριζόμενος οὐκ ἔφυγε τὸ πρῶτον ἐν τοῖς θεάτροις Νέρων προσαγορευθῆναι. *Porro in populi gratiam non refugit primum in theatris Nero ſalutari.*

7. NULLUM INDICIUM RECUSANTIS DEDIT in populi gratiam, ut modo Plutarchus. Idem Tacit. 78. 2. *Creditus eſt etiam de celebranda Neronis memoria agitaviſſe, ſpe vulgum alliciendi. Et fuere, qui imagines Neronis proponerent: atque etiam Othoni quibuſdam diebus populus & miles, tanquam nobilitatem, adſtruerent, NERONI OTHONI acclamavit. Ipſe in ſuſpenſo tenuit, vetandi metu, vel agnoſcendi pudore.*

8. DIPLOMATIBUS ET EPISTOLIS in Hiſpaniam miſſis. Plutarchus. Κλαύδιος δὲ Ῥοῦφος εἰς Ἰβηρίαν φησὶ κομισθῆναι διπλώματα, οἷς ἐξέπεμπον τοὺς γραμματηφόρους, τὸ τοῦ Νέρωνος θεῖον (θετὸν legit *Gronovius*) ὄνομα προσγεγραμμένον ἔχοντα τῷ τοῦ Ὄθωνος. *Claudius Rufus in Hiſpaniam tradit portata diplomata, quibus tabularios dimittunt, in quibus adoptivum Neronis nomen adjectum nomini erat Othonis. Diplomata* V. ſupr. Aug. 50. 1. §. 1.

* 9. REPONI i. reparari, inſtaurari. Ovid. Faſt. II. 63.

Templorum poſitor, templorum ſancte repoſtor.

10. *Paſſus eſt*, non prohibuit. Plutarchus. Καὶ τινῶν εἰκόνας Νέρωνος εἰς τοὐμφανὲς προθεμένων οὐκ ἐκώλυσε.

11. AD EADEM OFFICIA REVOCAVIT. Plutarch. p. 1066. E. Τοὺς δὲ ἀποδεδειγμένους ὑπὸ Νέρωνος, ἢ Γάλβα πάντας ἐτήρησε τὰς ὑπατείας· ἱερωσύναις δὲ τοὺς καθ' ἡλικίαν προήκοντας ἢ δόξαν ἐκόσμησε. *Deſtinatos a Nerone, vel Galba omnibus reliquit conſulatus, ſacerdotiis ætate, vel laude provectos ornavit.*

12. PRIUS PRO POTESTATE SUBSCRIPSIT i. quam primum potuit, ex auctoritate imperatoria, pecuniam a diſpenſatore expenſam ratam habuit & admiſit. *Subſcribere* libellis, quos probabant, etiam in quibus notata erat ſumma expendendæ pecuniæ, ſolebant imperatores. Unde notatur Carinus a Vopiſco c. 16. *Faſtidium ſubſcribendi tantum habuit, ut impurum quendam, cum quo ſemper meridie jocabatur, ad ſubſcribendum poneret, quem objurgabat plerumque,*

Digitized by Google

gendam [14] auream domum [15]. Dicitur ea nocte per quietem pavefactus gemitus 5
maximos edidiſſe: repertuſque a concurſantibus [16] humi ante lectum jacens, per omnia piaculorum [17] genera manes Galbæ, a quo deturbari expellique ſe viderat, propitiare [18] tentaſſe. Poſtridie quoque in augurando tempeſtate orta graviter prola- 6
pſum [19], identidem obmurmuraſſe:

Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς [20].

rumque, quod bene ſuam imitaretur manum. Beroaldus.

13. Quingenties hs. V. hanc ſummam ſupr. Aug. 30. 4. §. 20.

* 14. Peragendam, quia ejus partem forte reliquerat Nero imperfectam, vel quia circa ejus exitum in tumultu civili pars ejus disjecta eſt. *Nardin. Rom. Vet.* vi. 13.

15. Auream domum Neronis deſcribit noſt. ſupr. Ner. 31. 2.

16. Concursantibus. Xiphil. lxiv. p. 731. B. *Καὶ μετὰ τοῦτο τῆς νυκτὸς οὕτω δή τι ἐν τοῖς ὕπνοις ἐταράχθη, ὥστε καὶ ἐκ τῆς εὐνῆς ἐκπεσεῖν, τούς τε προκοιτοῦντας ἐκπλῆξαι: ἐσπηδήσαντες οὖν, εὗρον αὐτὸν χαμαὶ κείμενον. Praterea noctu adeo in ſomnis exterritus eſt, ut ceciderit de lecto, & ante cubiculum ipſius excubantes perterruerit: qui quum accurriſſent celeriter humi jacentem offenderunt.*

17. Piaculorum i. ſacrificiorum, quibus commiſſa *expiantur.* Horat. Od. i. 28. 34.

Teque piacula nulla reſolvent.

i. nullis ſacrificiis te *expiabis*.

18. Propitiare i. *propitium* reddere, ut infr. Veſp. 7. 2. Quod verbum non novum eſſe, docui ad Curt. iv. 7. 24. §. 86.

19. Prolabi prodigii loco habitum fuiſſe, docui ſupr. Cæſ. 59. 3. §. 6. Exta illi minus felicia inter ſacrificandum viſa fuiſſe docet Xiphilin. A. *Ἔμελλε δὲ ἄρα καὶ τὸν Ὄθωνα ἡ δίκη οὐκ ἐς μακρὰν μετελθεῖν, ὥς που παραχρῆμα ἔμαθε: θύοντί τε γὰρ αὐτῷ τὴν θυσίαν πρώτην, τὰ ἱερὰ πονηρὰ ὤφθη. Ejuſque,* Galbæ, *cædis pœnam Othonem non ita multo poſt ſequi oportebat, quod ipſe ſtatim præſenſit: nam ut primum ſacrificavit, exta minus felicia viſa ſunt.*

20. *Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς* i. *quid mihi eſt cum longis tibiis?* Hanc videtur habere ſententiam: quid me ſacris operam dare, & piaculis pacem deûm quærere oportet. Nam in re divina tibiis utebantur longis. Marius Victorinus de ſpondæo: *dictus a tractu cantus ejus, qui per longas tibias in templis a ſupplicantibus editur.* De hoc proverbio Xiphil. lxiv. p. 731. A. *Ὥστ' αὐτὸν μεταγνόντα ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις εἰπεῖν: τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν? Ἔστι δὲ τοῦτο δημῶδες ἐς παροιμίαν φέρον ἐπὶ τῶν ἔξω τι τοῦ προσφόρου σφίσι ποιούντων. Itaque cœpit eum ſubito facti pœnitere, dixitque cur me oportebat longis tibiis canere? Eſt autem vulgatum proverbium de iis, qui ea faciunt, quæ ſibi ſunt inutilia.* Quod dictum, vel ex eo, quod tibicines illi, qui *tibiis longis*, ut præcentoriis, & thurariis, ad rem divinam cecinerunt, interdum ſacrificium ſibi non profuiſſe cenſuerint: vel ex eo, quod qui *tibias* tractare commode parvas cum poſſet, ut puellatorias, quas Græci *παρθενίους* vocant, aut gingrinas, quæ breves erant, magnas, *longaſque* ſumeret, quas commode non poſſet inflare. V. *Turneb. Adv.* v. i: xvii. 20. *Eraſm. Adag. p.* 323. *b. Pium Annot. Poſt. c.* 24. *Barthol. de Tib. vet.* ii. 7.

CAPUT VIII.

ARG. *Imperii conſortem, & generum ſe Vitellio offert, prætorianorum animum, & fidem pæne ampliſſimi ordinis internecione experitur, & expeditionem impigre, præpropere, nulla religionum cura, & adverſis auſpiciis inchoat Marcus Salvius Otho.*

Sub idem vero tempus [1], Germaniciani exercitus in Vitellii [2] verba juraverant [3]. 1
Quod ut comperit, auctor ſenatui [4] fuit mittendæ legationis, quæ doceret, ele- 2
ctum

Sub idem tempus, quo Piſo adoptatur a Galba, Galba & Piſo contrucidantur. Plutarch. Galb. p. 1062. D. *Καταλαμβάνει δ' αὐτὸν ἔτι μέλλοντα, καὶ ξυλλεγόμενον ἐκραγέντα τὰ Γερμανικά. Cunctantem adhuc, & conſultantem ſeditio Germanica occupat.*

2. Vitellium in Germaniam inferiorem miſerat Galba. Tacit. Hiſt. i. 9. 2. *Inferioris Germaniæ legiones diutius ſine conſulari fuere: donec miſſu Galbæ Vitellius aderat, cenſoris Vitellii, ac ter conſulis filius.* Qui *ſub ipſas ſuperioris anni Kalendas Decembres inferiorem Germaniam ingreſſus, hiberna legionum adierat.* Idem 52. i. Noſt. Vitell. 7. i. De hoc eligendo duces & præfecti exercitus Germaniciani, quibus Flaccus Hordeonius in ſuperiori Germania præerat apud Plutarch. F. *Ἡμέρας δὲ μιᾶς ὁδὸν ἀφέστηκεν ἡμῶν Οὐιτέλλιος, ὁ τῆς ἑτέρας Γερμανίας ἡγεμών, πατρός τε τιμητοῦ καὶ τρὶς ὑπάτου γενομένου, καὶ Κλαυδίῳ Καίσαρι τρόπον τινὰ συνάρξαντος: αὐτός τε λοιδορουμένην ὑπ' ἐνίων πενίαν δεῖγμα λαμπρὸν ἔχει χρηστότητος καὶ μεγαλοφροσύνης. Φέρε, τοῦτον ἑλόμενοι, δείξωμεν ἀνθρώποις πᾶσιν ὡς Ἰβήρων καὶ Λυσιτανῶν ἀμείνους ἐσμὲν αὐτοκράτορα αἱρεῖσθαι. Unius diei iter abeſt a nobis Vitellius, qui*

Digitized by Google

ctum jam principem; quietem, & concordiam [5] ſuaderet. Et tamen per internun-
3 tios ac literas conſortem imperii, generumque ſe Vitellio [6] obtulit. Verum haud dubio bello, jam ducibus [7] & copiis [8], quas Vitellius præmiſerat, appropinquantibus [9], animum fidemque [10] prætorianorum erga ſe pæne internecione [11] ampliſſimi
4 ordinis expertus eſt [12]. Placuerat per claſſiarios arma transferri [13], remittique navibus: ea cum in caſtris ſub noctem promerentur, inſidias quidam ſuſpicati [14], tumultum excitaverunt [15]: ac repente omnes, nullo certo duce, in Palatium [16] cucurrerunt,

alteri Germaniæ præeſt, cujus fuit pater cenſor, & ter conſul, & Claudio Cæſari quodammodo conſors imperii: ac qui habet paupertatem, quam aliqui deteſtantur, inſigne documentum probitatis ſuæ, & magnanimitatis. Agite, hunc legamus, atque omnibus mortalibus oſtendamus, Hiſpanis nos, & Luſitanis, rectius noſſe imperatorem creare.

3. JURAVERUNT Fabio Valente duce. Tacit. Hiſt. I. 57. I. V. illum infr. Vit. 8. 2. §. 3. Quid ſit *in verba* ducis *jurare* docui ſupr. Galb. 11. 2. §. 3.

4. AUCTORES SENATUI fuiſſe aliquid cenſendi qui dicti fuerint Imperatores, dicetur infr. Veſp. 11. 2. §. 1.

5. QUIETEM ET CONCORDIAM. Plutarch. Oth. p. 1068. B. Ὑφ' ὧν ἐπαιρόμενος, ἔγραφεν Οὐιτελλίῳ, παραινῶν ὁ εἰρηνικὰ (uti pro illo, quod perperam vulgo editum, στρατιωτικὰ, legendum eſſe aſſerit Caſaubonus) φρονεῖν, ὡς χρήματα πολλὰ δώσοντος αὐτῷ, καὶ πόλιν, ἐν ᾗ βιώσεται ῥᾷστον καὶ ἥδιστον βίον, μεθ' ἡσυχίας. *Per quæ factus elatior, ſcripſit Vitellio, monens eum, ne ſeditioſa conſilia ſequeretur, pecuniam ſe ei multam, & oppidum, ubi in otio ſecuriſſime & jucundiſſime vitam ageret, donaturum.* Tacit. 74. 1. *Crebra interim, & muliebribus blandimentis infecta, ab Othone ad Vitellium epiſtolæ, offerebant pecuniam, & gratiam, & quemcunque quietis locum prodigæ vitæ legiſſet.*

6. CONSORTEM IMPERII.... ſe obtuliſſe *Othonem* dicit etiam Xiphil. LXIV. p. 732. A. Ὁ δὲ Ὄθων, ἐπειδὴ καὶ μὴ ἔπειθε τὸν Βιτέλλιον, ἐς κοινωνίαν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς πολλάκις παρακαλῶν, ἐκ πολέμου λοιπὸν φανερῶς καθίστατο. *Otho ſæpenumero cohortatus Vitellium ad ſocietatem principatus, poſtquam ei perſuadere non potuit, ſtatuit aperte bellum gerere.*

7. DUCES *Vitellii* fuerunt Aulus Cæcina, & Fabius Valens. Plutarch. E. Ἐπεὶ δὲ τὰς Ἄλπεις κατέχοντες ἤδη προσηγγέλλοντο Καικίνας καὶ Οὐάλης Οὐιτελλίῳ στρατηγοῦντες. *Ut Alpes jam tenere Cæcinam & Valentem duces Vitellianos eſt allatum.* Tacit. infr. Tit. 6. 6. §. 10.

8. COPIAS *Vitellii* deſcribit Tacit. 61. 3. *Valenti inferioris exercitus electi cum aquila quinta legionis, & cohortibus, aliſque ad quadraginta millia armatorum data: triginta millia Cæcina e ſuperiore Germania ducebat, quorum robur legio una & viceſima fuit: addita utrique Germanorum auxilia, e quibus Vitellius ſuas quoque copias ſupplevit, tota mole belli ſecuturus.*

9. APPROPINQUAVERINT quibus itineribus Vitellii duces & copiæ, docet Tacit. 61. 1. *Adjuncto Britannico exercitu, ingens viribus, opibuſque Vitellius, duos duces, duo itinera bello deſtinavit. Fabius Valens allicere, vel, ſi abnuerent, vaſtare Gallias, & Cottianis Alpibus Italiam irrumpere: Cæcina propiore tranſitu, Penninis jugis degredi juſſus.*

10. ANIMUM ET FIDEM i. alacritatem & ſtudium, προθυμίαν καὶ πίστιν. Quæ duo in milite requiri pluribus exemplis probat *Fab. Semeſtr.* I. 19.

11. INTERNECIONE i. excidio. Liv. IX. 26. *Lucerini ac Samnites ad internecionem cæſi* i. fere omnes occiſi. *Internecio* enim *eſt vitæ privatio.* Feſtus. Noſt. infr. 12. 8.

12. EXPERTUS EST, & illorum animum, pecunia in illos diviſa, remuneratus eſt Otho. Xiphil. p. 731. E. Καὶ οἱ μὲν καὶ ἐπὶ τούτῳ χρήματα, ὡς καὶ δι' εὔνοιαν αὐτὸ τοῦ Ὄθωνος πεποιηκότες, ἔλαβον. *Cujus rei cauſa & pecuniam, perinde ac ſi id facinus ſtudio Othonis feciſſent, acceperunt.* Plutarch. A. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ δωρησάμενος ἅπαντας κατ' ἄνδρα χιλίαις καὶ διακοσίαις καὶ πεντήκοντα δραχμαῖς, εἰσῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ τὸ μὲν πλῆθος ἐπῄνεσεν ὡς πρὸς αὐτὸν εὔνουν καὶ πρόθυμον. *Poſtero die largitus viritim quina millia nummum caſtra eſt ingreſſus, & milites, ut ſui ſtudioſos, & promptos laudavit.*

13. ARMA TRANSFERRI. Quod paullo aliter Tacit. 80. 2. *Septimam decimam cohortem e colonia Oſtienſi in Urbem acciri Otho juſſerat, armanda ejus cura Vario Criſpino tribuno e prætorianis data. Is quo magis vacuus, quietis caſtris, juſſa exſequeretur: vehicula cohortis incipiente nocte onerari aperto armamentario jubet.*

14. INSIDIAS SUSPICATI. Tacitus. *Tempus in ſuſpicionem: cauſa in crimen; affectatio quietis in tumultum evaluit: & viſa inter temulentos arma, cupidinem ſui movere.*

15. TUMULTUM EXCITATUM deſcribit Tacit. n. 4. *Fremit miles, & tribunos, centurioneſque proditionis arguit: tanquam familiæ ſenatorum ad perniciem Othonis armarentur. Pars ignari, & vino graves; peſſimus quiſque in occaſionem prædarum: vulgus, ut mos eſt, cujuſque motus novi cupidum: & obſequia meliorum nox abſtulerat: reſiſtentem ſeditioni tribunum, & ſeveriſſimos centurionum obtruncant: rapta arma, nudati gladii, inſidentes equis Urbem, ac Palatium petunt.*

16. IN PALATIUM, quia ibi celebre erat Othoni convivium. Xiphilinus. Ὥστε καὶ ἐς τὸ Παλάτιόν ποτε, ὥσπερ εἶχον, ἐσεβιάσαντο, ἐπειδὴ ἔτυχεν τῶν βουλευτῶν ἑστιῶν

Digitized by Google



SACERDOTES MARTIS CUM ANCILIBUS EX TEMPLO EUNTES.

Digitized by Google

runt, cædem ſenatus [17] flagitantes: repulſiſque [18] tribunorum, qui inhibere tentabant, nonnullis & occiſis [19] ſicut erant [20] cruenti, ubinam imperator eſſet requirentes [21], perruperunt in triclinium uſque [22], nec niſi viſo deſtiterunt [23]. Expeditionem autem impigre, atque etiam præpropere [24] inchoavit: nulla ne religionum [25] quidem cura, ſed & motis [26] necdum conditis [27] ancilibus [28], quod antiquitus [29] infauſtum haberetur [30]: & die [31], quo cultores deûm matris [32] lamentari & plangere

ἐνταῦθα τῷ Ὄθωνι συνδειπνοῦσι. *Ut aliquando ſint auſi in Palatium, ſic uti comparati erant, irruptionem facere, quum frequentes ſenatores apud Othonem cœnarent.*

17. CÆDEM SENATUS, tanquam *ad perniciem Othonis ſe armantis*, ut dixit Tacit. §. 15. Plutarch. p. 1067. E. Ἤλαυνον εἰς τὴν Ῥώμην· καὶ πυθόμενοι παρ' αὐτῷ δειπνεῖν ὀγδοήκοντα συγκλητικοὺς, ἐφέροντο πρὸς τὰ βασίλεια, νῦν καιρὸν εἶναι λέγοντες ἐν ταὐτῷ πάντας ἀνελεῖν τοὺς Καίσαρος πολεμίους. *Romam advolaverunt: accipienteſque cœnare apud eum octoginta ex patribus petunt Palatium, nunc tempus eſſe ferentes coactos uno loco Cæſaris hoſtes occidendi.*

18. REPULERUNT *vulneratos Julium Martialem tribunum, & Vitellium Saturninum præfectum legionis, dum ruentibus obſiſtunt.* Tacit. 82. 1.

19. OCCIDERUNT τοὺς ὑφισταμένους ἑκατοντάρχας δύο, καὶ τὸν Κρισπῖνον αὐτὸν, *reſiſtentes centuriones duos, & Criſpinum ipſum.* Plutarch. D. Tacit. ſupr. §. 15.

* 20. SICUT ERANT qualis ſit formula docui ad Curt. VIII. 3. 10. §. 13.

21. UBINAM IMPERATOR ESSET REQUIRENTES *oſtendi ſibi Othonem expoſtulantes.* Tacitus.

22. IN TRICLINIUM USQUE. Tacitus. *Militum impetus ne foribus quidem Palatii coercitus, quo minus convivium irrumperent.* Plutarch. F. Καὶ μικρὸν ἔφθησαν ὑπεκφυγόντες διὰ τῶν μεσοθύρων ἀθυμίων εἰς τὸν ἀνδρῶνα, καὶ πυθόμενοι τί γεγόνασιν οἱ Καίσαρος πολέμιοι. *Modo evaſerant* convivæ per alia oſtia emiſſi, *cum milites prætoriani irruperunt in triclinium, quærentes, quid factum eſſet Cæſaris hoſtibus. Triclinium* V. ſupr. Cæſ. 43. 6. §. 25.

23. DESTITERUNT ab Othone exorati. Plutarchus. Τότε μὲν οὖν ὀρθὸς ἀπὸ τῆς κλίνης πολλὰ παρηγορήσας καὶ δεηθεὶς, καὶ μηδὲ δακρύων φεισάμενος μόλις ἀπέπεμψεν αὐτούς. Quod ad hunc modum Tacit. n. 3. *Donec Otho, contra decus imperii toro inſiſtens, precibus & lacrymis ægre cohibuit: redieruntque in caſtra inviti, neque innocentes.*

24. PRÆPROPERE. *Aſpernabatur* enim *omnem cunctationem, ut Neroni quoque exitioſam: & Cæcina, jam Alpes tranſgreſſus, extimulabat.* Tacit. 89. 4.

25. RELIGIO omen eſt. Unde *religionem afferre* i. δεισιδαιμονίαν ex ominis obſervatione incutere fuerunt qui voluerint Othoni. Tacit. Hiſt. 1. 89. 4. *Fuere qui proficiſcenti Othoni moras, religionemque nondum conditorum ancilium afferrent.* V. *Scalig. Conj. Varr. p.* 139.

26. MOVERI dicebantur ancilia, quando *per Urbem a Saliis carmina canentibus, & ſollemni ſaltatu tripudiantibus ferebantur.* Liv. 1. 20. *Movebantur* per triginta dies. Polyb. Excerpt. Legat. c. 23. Τριακονθήμερον μὴ μεταβαίνειν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς θυσίας, ἐν ᾗ ἂν χώρᾳ καταληφθῶσιν οἱ Σάλιοι ὄντες. *Ut quocunque in loco fuerint deprehenſi Salii tempore triginta dierum ejus ſollennitatis, ex eo ne diſcedant.* Illorum primum Ovidius cecinit ſtatim poſt Kalendas Martias incidere, quod Faſti, quorum hæc ſunt verba: *Feſtum Martis & Junonis.* ANCILIA FERUNTUR firmant. In duobus Kalendariis, quorum altherum ſub Conſtantino confectum, ad 7. Idus Martias: ARMA ANCILIA MOVENT. V. viros clariſſimos & literatiſſimos, *Cuper. Obſerv.* IV. 2. *Ryck. in Tacit. p.* 344. *Lipen. de Stren. c.* 2. *at.* 4. §. 17. *Gutberleth. de Saliis. c.* 15.

27. CONDI dicebantur ancilia, quando in templum Martis reponebantur. * Feſtus: *Condere proprie eſt in interiorem locum ducere, ad cuſtodiam faciliorem.*

28. ANCILIA deſcribit Ovid. Faſt. III. 377.

Idque ancile vocat; quod ab omni parte reciſum eſt:
Quaque notes oculis, angulus omnis abeſt.

Illorum originem tradunt Plutarch. in Num. p. 69. & Dionyſ. A. R. II. p. 130. Ἔτος ὄγδοον αὐτῷ βασιλεύοντος, λοιμώδης νόσος περιϊοῦσα τὴν Ἰταλίαν ἐξετάραξε καὶ τὴν Ῥώμην. Ἀθυμούντων δὲ τῶν ἀνθρώπων, ἱστορεῖται χαλκοῦν πέλτην ἐξ οὐρανοῦ καταφερομένην εἰς τὰς Νουμᾶ πεσεῖν χεῖρας: ἐπὶ δ' αὐτῇ θαυμάσιόν τινα λόγον λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ βασιλέως, ὃν Ἠγερίας τε καὶ τῶν Μουσῶν πυθέσθαι, τὸ μὲν γὰρ ὅπλον ἥκειν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς πόλεως, καὶ δεῖν αὐτὸ φρουρεῖσθαι, γενομένων ἄλλων ἕνδεκα καὶ σχῆμα, καὶ μέγεθος, καὶ μορφὴν ἐκείνῃ παραπλησίων, ὅπως ἄπορον ᾖ τῷ κλέπτῃ, δι' ὁμοιότητα τοῦ διοπετοῦς ἐπιτυχεῖν. *Octavo anno regni ejus,* Numæ, *peſtilentia, quæ per Italiam vagabatur, Urbem quoque vaſtabat. Perculſis civibus, tradunt peltam æneam in manus Numæ cœlitus delapſam, de hac mira prædicaſſe regem, ex Egeria ſe & Muſis accepiſſe, eſſe ea arma ad ſalutem Urbis miſſa, & ſervanda cum undecim aliis, quæ pari figura, amplitudine, & forma facienda erant, ne quis fur commode propter ſimilitudinem intervertere cœleſtia valeret.* V. etiam Serv. Æn. VIII. 664.

29. ANTIQUITUS, pro ab omni uſque *antiquitate,* aut opinione majorum. *Torrentius.*

30. INFAUSTUM HABEBATUR omne illud tempus, quo ancilia movebantur, & tanta religio, vel potius ſuperſtitio homines habebat, ut illo nihil publice geri, non arma capi, non caſtra moveri, non iter ſuſcipi fas eſſet: & qui eam conſuetudinem migraſſet, ſacer, improbuſque haberetur. Feſtus in Salios. *Saliare genus ſaltandi inſtituiſſe, a quo appel-*

6 re [31] incipiunt: præterea adverſiſſimis auſpiciis [34]. Nam & victima Diti patri [35] cæ-
7 ſa litavit [36]: cum tali ſacrificio contraria [37] exta [38] potiora ſint. Et primo egreſſu inundationibus Tiberis [39] retardatus, ad xx. etiam lapidem ruina ædificiorum præcluſam viam [40] offendit.

latos Salios, quibus per OMINIS DIES, *ubicunque manent, quia ampla ponuntur cœna, ſi quæ aliæ magnæ ſunt, Saliares appellantur.* Liv. XXXVII. 33. *Stativa deinde ad Helleſpontum aliquamdiu habuerunt: quia dies forte, quibus ancilia moventur, religioſi ad iter inciderant.* Ovid. Faſt. III. 393.

Nubere ſi qua voles, quamvis properabitis ambo,
Differ: habent parva commoda magna mora.
Arma movent pugnam: pugna eſt aliena maritis.
Condita cum fuerint, aptius omen erit.

V. viros multi nominis *Cuperum*, *Gravium*, *Lipſ. A. L.* V. 16.

31. DIES is fuit a. d. IX. Kalendas Apriles, qui *dies ſanguinis* dicebatur. Is enim triſtis, & planctus tunc ſuos Galli ordiebantur, atque adeo corporum ſectiones. Treb. Poll. Claud. c. 4. *Nam quum eſſet nuntiatum nono Kalendas Apriles ipſo in ſacrario Martis ſanguinis die Claudium imperatorem factum, neque cogi ſenatus ſacrorum celebrandorum cauſa poſſet.* Unde ſacrum hoc *ſanguis* dicitur Tertulliano carm. ad ſenator. n. 19.

Mente fremunt, lacerant corpus, funduntque cruorem.
Quale ſacrum eſt vero, quod fertur nomine SANGUIS.

Perſeverabant Galli uſque ad diem Kalendas Apriles. Ammian. XXIII. 3. *Ubi diem ſextum Kalend. quo Romæ matri deorum pompa celebrantur annales, & carpentum, quo vehitur ſimulacrum, Almonis undis ablui perhibetur.* Papin. Sylv. V. I. 222.

Eſt locus ante urbem, qua primum naſcitur ingens
Appia: quaque Italo gemitus Almone Cybelle
Ponit, & Idæos jam non reminiſcitur amnes.

Lipſ. Miſcell. Epiſt. 75. Lomej. de Luſtrat. c. 27.

32. CULTORES DEUM MATRIS vocat Gallos ejus ſacerdotes etiam Serv. Æn. IX. 116. *Et effecit, ut cultores ſui viriles ſibi partes amputarent.* V. illos ſupr. Aug. 68. 5. §. 10. & Deûm matrem ſupr. Tib. 2. 8. §. 36.

33. LAMENTARENTUR ET PLANGERENT ſacerdotes Galli *quotannis in ſuis ſacris mater magna inſtituit.* Servius, in ſolatium n. adoleſcentuli, qui Attis dicitur, amiſſi. Lactant. I. 21. *Sacerdotes ejus deglabrato corpore, ſua pectora tundunt, lamentantur, ſicut ipſa, cum perdidit, fecerat. Deinde puer producitur, quaſi inventus; & in lætitiam luctus ille mutatur.* Arnob. V. 168. *Evirati iſti, molleſque, quos intereſſe vobiſcum in iſtius numinis videmus ſacris, quidnam iſtic habeant negotii, ſolicitudinis, curæ? & cur more lugentium cadant cum pectoribus lacertos, & fortunam imitentur in lamentabili conſtitutorum ſorte?*

34. AUSPICIA, quæ acciderunt, exhibet Plutarch. Oth. p. 1068. C. Ἐν Καπιτωλίῳ νίκης ἐφεστώσης ἅρματι τὰς ἡνίας πάντες εἶδον ἀφειμένας ἐκ τῶν χειρῶν, ὥσπερ κρατεῖν μὴ δυναμένης· καὶ τὸν ἐν Μεσοποταμίᾳ νήσῳ Γαΐου Καίσαρος ἀνδριάντα, μήτε σεισμοῦ γεγονότος, μήτε πνεύματος, ἀφ' ἑσπέρας μεταστραφέντα πρὸς τὰς ἀνατολάς. Et Latine Tacit. Hiſt. I. 86. 1. *In veſtibulo Capitolii omiſſas habenas bigæ, cui victoria inſtiterat: ſtatuam divi Julii, in inſula Tiberini amnis, ſereno & immoto die, ab occidente in orientem converſam*: illiſque ſubjungit, *erupiſſe cella Junonis majorem humana ſpeciem: prolocutum in Etruria bovem: inſolitos animalium partus: & plura alia, rudibus ſeculis etiam in pace obſervata, quæ nunc tantum in metu audiuntur.*

35. DITI PATRI *litare* infelix & infauſtum eſt, ut *diis ſuperis* felix & fauſtum. Nam qui placat Plutonem cæſa victima, ſe carum eſſe diis inferis cognoſcit: qui vero non litat Plutoni, proſperum auſpicium conſequitur, tanquam ſi victurus, nec ad Plutonias ſedes per mortem tranſiturus. *Beroaldus.*

36. LITAVIT *cæſa victima* I. in illa ſigna bona, læta portendentia apparuerunt. *Gravius.* Quid *litare*, dixi ad Curt. VII. 7. 29. §. 78.

37. CONTRARIA I. adverſa ſignificantia.

38. EXTA quid, & quænam, dixi ad Curt. VII. 7. 8. §. 33.

39. TIBERIS *vates intelligitur, ac monitor, auctu ſemper religioſus verius, quam ſævus.* Plin. III. 5. De ejus inundatione Othonis tempore Græce Plutarch. D. Ἦν μὲν γὰρ ὥρα, περὶ ἣν μάλιστα οἱ ποταμοὶ πλήθουσιν, ἀλλ' οὔπω τοσοῦτος ἤρθη πρότερον, οὐδὲ ἀπώλεσε τοσαῦτα καὶ διέφθειρεν, ὑπερχυθεὶς καὶ καταλαβὼν πολὺ μέρος τῆς πόλεως· πλεῖστον δὲ ἐν ᾧ τὸν ἐπὶ πράσει διαπωλοῦσι σῖτον, ὡς δεινὴν ἀπορίαν ἡμερῶν συχνῶν κατασχεῖν. Et Latine Tacit. n. 3. *Sed præcipuus, & cum præſenti exitio etiam futuri pavor, ſubita inundatione Tiberis: qui immenſo auctu, prorupto ponte ſublicio, ac ſtrage obſtantis molis refuſus, non modo jacentia, & plana Urbis loca, ſed ſecura hujuſmodi caſuum implevit. Rapti e publico plerique, plures in tabernis, & cubilibus intercepti. Fames in vulgus, inopia quæſtus, & penuria alimentorum. Corrupta ſtagnantibus aquis inſularum fundamenta, dein remeante flumine dilapſa.*

40. PRÆCLUSAM VIAM. Tacit. n. 5. *Utque primum vacuus a periculo animus fuit, id ipſum, quod paranti expeditionem Othoni, campus Martius & via Flaminia iter belli eſſet obſtructum, a fortuitis, vel naturalibus cauſis, in prodigium, & omen imminentium cladium vertebatur.*

C A-

CAPUT IX.

ARG. *Quam primum decertare, cum bellum trahendum fuiſſet, ſtatuit, tribus mediocribus præliis victor, noviſſimo & maximo fraude ſuperatur, & ſtatim moriendi impetum capit Marcus Salvius Otho.*

Simili temeritate, quamvis dubium nemini eſſet, quin trahi bellum [1] oporteret, 1
quando & fame, & anguſtiis locorum urgeretur hoſtis, quamprimum tamen decertare ſtatuit [2]: ſive impatiens [3] longioris ſolicitudinis, ſperanſque ante Vitellii adventum profligari [4] plurimum [5] poſſe: ſive impar militum ardori, pugnam depoſcentium. Nec illi pugnæ [6] affuit, ſubſtititque Brixelli [7]. Et tribus quidem, verum 2.3
mediocribus præliis, apud Alpes [8], circaque Placentiam [9], & ad Caſtoris [10], quod loco nomen eſt, vicit [11]: noviſſimo maximoque apud [12] Bedriacum [13] fraude ſuperatus

TRAHI BELLUM i. differri prælium. Tacit. Hiſt. II. 31. 3. *Otho conſultavit, trahi bellum, an fortunam experiri placeret.* Noſt. Aug. 16. 1. *Duci* Tacit. ibid. 32. 7. *Proinde duceret bellum.* *Trahendum* fuiſſe cenſuit Suetonius Paullinus ibid. 31. 4. *Feſtinationem hoſtibus, moram ipſis utilem diſſeruit.* 32. 5. *Multa bella impetu valida, per tædia & moras evanuiſſe.*

2. DECERTARE STATUIT. Tacit. 40. 4. *Aderat ſane citus equo Numida, cum atrocibus mandatis, quibus Otho, increpita ducum ſegnitia, rem in diſcrimen mitti jubebat; æger moræ, & ſpei impatiens.*

3. IMPATIENTIA curarum præcipitari res queritur apud Cæſ. B. G. VII. 77. 5. Critognatus. *Animi eſt iſta mollities, non virtus, inopiam paulliſper ferre non poſſe: qui ſe ultro morti offerant, facilius reperiuntur, quam qui dolorem patienter ferant.* Gruterus.

4. PROFLIGARI i. pæne ad exitum deduci interprete Cicer. Tuſc. Quæſt. V. 6. *Atqui, ſi ita eſt, profligata jam hæc, & pæne ad exitum adducta quæſtio eſt.* Fam. XII. 30. *Sic vehementius nos laboramus, qui, profligato bello, ac pæne ſublato, renovatum bellum gerere conamur.* Unde *committere* & *profligare bellum* dicunt Liv. XXI. 40. Flor. II. 15. 2. Agnoſceret, ſi ſuperaret, errorem, quo tam audacter, quæ prope abſoluta ſunt, *profligata* dici negat, Gell. N. A. XV. 5.

5. PLURIMUM *profligari*, ut infr. Veſp. 7. 2. *Propitiato multum deo.*

6. ILLA PUGNA quænam eſt, cui non adfuit Otho? num illa noviſſima, cum res in diſcrimen veniret? an una harum trium levium, quas commemorat? Nugæ. Scribe ex codice Salmaſiano. *Nec ulli pugnæ adfuit.* Et ita, quo ſagaciorem criticum nobis ſecula nulla dabunt, *J. G. Grævius.* Tacit. Hiſt. II. 33. 3. *Poſtquam pugnari placitum, intereſſe pugnæ imperatorem, an ſeponi melius foret, dubitavere, Paullino & Celſo jam non adverſantibus, ne principem objectare periculis viderentur.*

7. BRIXILLUM, ſive *Brixellum* oppidum eſt Italiæ circa Padum. Plutarch. Oth. p. 1078. F. Αὐτὸς μὲν ἐν Βριξίλλῳ πόλει τῆς Ἰταλίας περὶ τὸν Ἠριδανὸν ἀπελείφθη. Vulgo *Breſſello* dici dicunt Cluver. Ital. Ant. I. 28, 10. Merul. Coſmog. II. 4. 34. Tacit. Hiſt. II. 33. 3. *Brixellum conceſſit, ut dubiis præliorum exemptus, ſumma rerum, & imperii ſeipſum reſervaret.*

8. APUD ALPES ablatam victoriam deſcribit Tacit. Hiſt. II. 12. 4. *Maritimas tum Alpes tenebat procurator Marius Maturus. Is concita gente (nec deeſt juventus) arcere provinciæ finibus Othonianos intendit. Sed primo impetu cæſi, diſjectique montani, ut quibus temere collectis, non caſtra, non ducem noſcitantibus, neque in victoria decus eſſet, neque in fuga flagitium.*

9. PLACENTIA ubi ſita, dixi ſupr. Cæſ. 69. 3. §. 6. Victoriam, quam circa illam abſtulit Otho, deſcribit Plutarch. Oth. p. 1069. D. Ἰσχυρᾶς δὲ συστάσης τειχομαχίας, καὶ μηχανημάτων πολλῶν προσαχθέντων, ἐκράτησαν οἱ τοῦ Σπουρίνα, καὶ φόνῳ πολλῷ τοὺς ἐναντίους ἀποκρουσάμενοι, διετήρησαν ἔνδοξον πόλιν καὶ τῶν Ἰταλῶν οὐδεμιᾶς ἧττον ἀνθοῦσαν. *Cum oppidum Vitelliani acriter aggrederentur, & machinas multas admoviſſent: victores Spurinæ milites hoſtibus ingenti cæde rejectis, nobilem urbem, qua nulla Italiæ magis florebat, conſervaverunt.* Et latius exſequitur Tacit. Hiſt. II. 18. 22.

10. AD CASTORIS ſupple *fanum*, aut *templum*, victoriam, quam abſtulit Otho, deſcribit Tacit. Hiſt. II. 24. 3. *Ad duodecimum a Cremona, locus Caſtorum vocatur, ferociſſimos auxiliarium imminentibus viæ lucis occultos componit* Cæcina: *equites procedere longius juſſi, & irritato prælio ſponte refugi, feſtinationem ſequentium elicere, donec inſidiæ coorirentur. Proditum id Othonianis ducibus, & curam peditum Paullinus, equitum Celſus, ſumpſere.... 26. 1. Tum Othonianus pedes erupit: protrita hoſtium acie, verſi in fugam etiam qui ſubveniebant.... n. 3. Cæterum ea ubique formido fuit apud fugientes, occurſantes, in acie, pro vallo, ut deleri cum univerſo exercitu, Cæcinam potuiſſe, ni Suetonius Paullinus receptui cecinifſet, utriſque in partibus percrebruerit.*

*11. VICIT per legatos. Ipſe enim *nulli pugnæ adfuit* ſupr. n. 2. §. 6. Tacit. Hiſt. I. 79. 8. *Othone gloriam in ſe trahente, tanquam & ipſe felix bello, & ſuis ducibus ſuiſque exercitibus Rempublicam auxiſſet.*

12. APUD *Bedriacum.* Tacit. Hiſt. II. 39. 4. *Promoveri ad quartum a Bedriaco caſtra placuit.* De pugnæ loco digladiantes, ſi volupe tibi fuerit, evolvere

tus eſt: cum ſpe colloquii facta [14], quaſi ad conditionem pacis militibus eductis, ex improviſo, atque in ipſa conſalutatione [15] dimicandum fuiſſet: ac ſtatim moriendi impetum cepit [16]: ut multi, nec fruſtra opinantur, magis pudore [17], ne tanto rerum hominumque periculo dominationem ſibi aſſerere perſeveraret, quam deſpera-
4 tione ulla, aut diffidentia copiarum. Quippe reſiduis, integriſque [18] etiam nunc, quas ſecum ad ſecundos caſus [19] detinuerat, & ſupervenientibus aliis e Dalmatia [20], Pannoniaque [21] & Mœſia [22], ne victis quidem adeo afflictis, ut non in ultionem ignominiæ quidvis diſcriminis ultro, & vel ſolæ ſubirent [23].

vere poteris, ad Tacit. Hiſt. II. 44. 1. *Ryckium* & *Savilium.*

13. BEDRIACUM *inter Veronam Cremonamque ſitus eſt vicus, duabus jam Romanis cladibus notus, infauſtuſque.* Tacit. Hiſt. II. 23. 3. Hodie *Bina* vocatur a *binis* illis prælus, quibus identidem imperium ad alium tranſlatum eſt, ut putat ad hunc Taciti locum & II. 44. 1. clariſſimus Ryckius. Cui tamen de *Bedriaci* ſitu ingens lis eſt cum Cluver. Ital. ant. 1. 26. 14.

14. SPE COLLOQUII FACTA. Tacit. II. 41. 1. *Eadem die ad Cæcinam, operi pontis intentum, duo prætoriarum cohortium tribuni, colloquium ejus poſtulantes, venerunt. Audire conditiones ac reddere parabat, cum præcipites exploratores adeſſe hoſtem nuntiavere. Interruptus tribunorum ſermo: eoque incertum fuit, inſidias, an proditionem, vel aliquod honeſtum conſilium cœptaverint.*

15. IN IPSA CONSALUTATIONE, de qua Græce Plutarch. Oth. p. 1071. F. Ἐμπίπτει δὲ τοῖς προτεταγμένοις τῶν Ὄθωνος ἐκ δή τινος αἰτίας δόξα καὶ λόγος ὡς μεταβαλλομένων τῶν Οὐιτελλίου στρατηγῶν πρὸς αὐτούς. Ὡς οὖν ἐγγὺς ἦσαν, ἠσπάσαντο φιλίως συστρατιώτας προσαγορεύσαντες. Ἐκείνων δὲ τὴν προσαγόρευσιν οὐκ εὐμενῶς, ἀλλὰ μετὰ θυμοῦ καὶ φωνῆς πολεμικῆς ἀμειψαμένων, τοῖς μὲν ἀσπασαμένοις ἀθυμία, τοῖς δὲ λοιποῖς ὑπόνοια κατὰ τῶν ἀσπασαμένων ὡς προδιδόντων παρέστη. Et Latine Tacit. Hiſt. II. 42. 1. *Rumor, deſciviſſe a Vitellio exercitum, ab exploratoribus Vitellii diſperſus, an ipſa Othonis parte, ſeu dolo, ſeu forte ſurrexerit, parum compertum. Omiſſo pugnæ ardore, Othoniani ultro ſalutavere; & hoſtili murmure excepti, pleriſque ſuorum ignaris, quæ cauſa ſalutandi, metum proditionis fecere. Tum incubuit hoſtium acies....*

16. MORIENDI IMPETUM CEPIT. Et ita Senec. Epiſt. 78. *Ad ſummam maciem deductus ſæpe impetum cepi abrumpendæ vitæ.* Tacit. Ann. VI. 26. 1. *Haud multo poſt Cocceius Nerva moriendi conſilium cepit. Impetum capere* quid ſit, V. ſupr. Aug. 42. 4. §. 15.

17. PUDORE omnino *moriendi impetum cepit* Otho. Nam ita ipſe ante mortem apud Plutarch. p. 1073. F. Πεπίστευκα, ὅτι δύναμαι κάλλιον ἀποθανεῖν ἢ ἄρχειν. Οὐ γὰρ ὁρῶ τι τηλικοῦτο μεῖζον ὄφελος ἔσομαι κρατήσας, ἡλίκον ἐπιδοὺς ἐμαυτὸν ὑπὲρ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας, καὶ τὸ μὴ πάλιν ἡμέρας τοιαύτης ἐπιδεῖν τὴν Ἰταλίαν. *Credite: honeſtius mori me, quam imperare poſſe. Neque enim video, quid victoria mea tantum profectura populo Romano ſit, quantum ſi vitam meam ipſe pro pace, & concordia, & ne alterum diem Italia adſpiciat talem, profundam.*

18. RESIDUAS, INTEGRASQUE habuit copias Bedriaci Otho. Tacit. Hiſt. II. 44. 6. *Supereſſe cum ipſo Othone militum quod trans Padum fuerit; venire Mœſicas legiones; magnam exercitus partem Bedriaci remanſiſſe: hos certe nondum victos.* Quamvis copias ſuas male diviſiſſe Othonem arguat Tacit. ibid. 33. 4. *Is primus dies Othonianas partes afflixit. Namque & cum ipſo prætoriarum cohortium, & ſpeculatorum, equitumque valida manus diſceſſit, & remanentium fractus eſt animus: quando ſuſpecti duces; & Otho, cui uni apud militem fides, dum & ipſe non niſi militibus credit, imperia ducum in incerto reliquerat.*

19. AD SECUNDOS CASUS i. ad iterum in acie periclitandum, ſi prima vice male ceſſiſſet. Et ſic ſolent boni duces non ſtatim deſperare, ſi cladem aliquam acceperint, ſed contra audentius ſtare. *Errant* enim, *ſi qui in bello omnes ſecundos rerum eventus exſpectant*, ut vere Vercingentorix apud Cæſ. B. G. VII. 29. 3.

20. DALMATIAM V. ſupr. Aug. 20. 1. §. 4.

21. PANNONIAM V. ſupr. Aug. 20. 3. §. 12.

22. MOESIAM V. ſupr. Tib. 41. 1. §. 9.

23. QUIDVIS DISCRIMINIS.... SUBIRE paratæ erant Othonis copiæ licet victæ. Tacit. ibid. 46. 6. *Non exſpectavit militum ardor vocem imperatoris: bonum animum habere jubebant: ſupereſſe adhuc novas vires, & ipſos extrema paſſuros, auſuroſque. Neque erat adulatio. Ire in aciem, excitare partium fortunam, furore quodam, & inſtinctu flagrabant. Qui procul adſtiterant, tendere manus, & proximi prenſare genua.*

CAPUT X.

ARG. *Civilia arma deteſtatur, manipularis gladio incumbentis exemplo ad deſpiciendam vitam concitatur, amicos ab amplexu, & oſculo dimittit, codicillos ad ſororem conſolatorios exarat, Meſſalinæ reliquias, & memoriam commendat, omnes epiſtolas cremat, & domeſticis pecunias dividit Marcus Salvius Otho.*

Inter-

Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis [1], tertiæ decimæ legionis [2] tribunus [3] 1
anguſticlavius [4]. Is mox referre crebro ſolebat, Othonem etiam privatum uſ- 2
que adeo deteſtatum civilia arma [5], ut memorante quodam inter epulas de Caſſii [6]
Brutique [7] exitu cohorruerit: nec concurſurum cum Galba [8] fuiſſe, niſi confide-
ret ſine bello rem tranſigi poſſe. Tunc ad deſpiciendam vitam exemplo manipula- 3
ris [9] militis concitatum: qui cum cladem exercitus nuntiaret, nec cuiquam fidem fa-
ceret, ac nunc mendacii, nunc timoris, quaſi fugiſſet ex acie, argueretur, gladio
ante pedes ejus incubuerit [10]: hoc viſo proclamaſſe cum ajebat [11], *non amplius ſe in pe-
riculum tales tamque bene meritos conjecturum* [12]. Fratrem [13] igitur fratriſque filium [14] 4
&

1. LENIS fuit dictus *Suetonius*, *Suetonii* pater, cum filius Tranquillus fuerit dictus, cognomento conſimili, diverſus ſane a *Suetonio Paullino*, licet hos confundat *Muret. V. L.* XV. 11: *Lenis* enim tribunus fuit, *Paullinus* belli dux. *Lenis* anguſticlavius, & nondum ſenator, *Paullinus* conſularis. V. etiam *Beroaldum*, *Lipſ. in Tacit. Hiſtor.* p. 15. & *Voſſ. de Hiſtor. Lat.* 1. 26.

2. TERTIÆ DECIMÆ LEGIONIS hujus meminit Tacit. Hiſt. II. 24. 4. *Tertia decima legionis vexillum, quatuor auxiliorum cohortes, & quingenti equites in ſiniſtro locantur.* * Romanos a primo numero incipientes *legiones* ordine numeraſſe dictum ſupr. Cæſ. 70. 1. §. 1.

*3. TRIBUNUS. Tribuni ſinguli legionibus ſingulis ſæpius ſub Imperatoribus dabantur. Hinc *tribunus militum ſecundæ legionis* Sergius Sulpicius Galba apud Liv. XLV. 35. Adrianus apud Spartian. c. 2. *quintæ legionis* Claudius apud Treb. Poll. Claud. 14. *decimæ legionis* Avienus apud Cæſ. de Bell. Afric. 54. 2. Alii apud alios.

4. ANGUSTICLAVIUS *tribunus* erat, qui ex plebe per merita & labores ad *tribunatum* pervenit. Sub imperatoribus plebeji *tribuni* per merita & labores ad hanc dignitatem qui adſcendebant, dicebantur *anguſticlavii*, & *minores*: ex equeſtri vero, aut ſenatorio ordine lecti voluntate principis qui fiebant, *laticlavii*, & *majores*. Veget. II. 7. *Tribunus major per epiſtolam ſacram imperatoris judicio deſtinatur: minor tribunus provenit ex labore.* Tribuni *anguſticlavii* ad equeſtrem dignitatem adſcendebant. V. Appianum ſupr. Galb. 10. 4. §. 11. De *anguſticlaviis* etiam *Ruben. R. V.* I. 15. *Lipſ. de Mil. Rom.* II. 9. *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. 2. *Chiment. Biſell.* c. 34. *Ferrar. V.* I. 3. 14. *Turneb. Adv.* I. 2. *Valtrin. de Mil. Rom.* III. 13.

5. DETESTATUM CIVILIA ARMA ſe eſſe ipſe nos docet Otho apud Plutarch. p. 1073. F. Ἀλλ' οὐκ ἔστι πρὸς Ἀννίβαν, οὐδὲ Πύῤῥον, οὐδὲ Κίμβρους ὁ πόλεμος ὑπὲρ τῆς Ἰταλίας, ἀλλὰ Ῥωμαίοις πολεμοῦντες, ἀμφότεροι τὴν πατρίδα καὶ νικῶντες ἀδικοῦμεν, καὶ νικώμενοι. Καὶ γὰρ τὸ ἀγαθὸν τοῦ κρατοῦντος ἐκείνῃ κακόν ἐστι. *At non eſt cum Annibale, neque Pyrrho, neque Cimbris nobis de Italia bellum: ſed tum civibus bellantes utrique patriam, & victores, & victi offendimus. Quippe victoris bonum illi malum eſt.* Idemque de illo teſtatur Mart. VI. 24. 3.

Damnavit multo ſtaturum ſanguine Martem.

* 6. Caſſii *interitum* V. apud Dion. XLVII. p. 354. C. Appian. B. C. IV. p. 655. Plutarch. Anton. p. 925. B. Brut. p. 1004. E. F.

* 7. Bruti *interitum* V. apud Plutarch. Brut. p. 1009. A. B. Dion. XLVII. p. 356. A. Appian. B. C. IV. p. 666.

8. CONCURSURUM CUM GALBA i. adverſus *Galbam* prælium initurum. Juſtin. III. 5. 14. *Itaque tantis animis concurſum eſt, ut raro unquam cruentius prælium fuerit.* * Quare *concurſus* pro prælio V. Curt. IV. 13. 16. §. 46.

9. MANIPULARIS, de quo Xiphil. LXIV. p. 732. B. Ἐπεὶ δὲ οἱ τοῦ Ὄθωνος ἐκρατήθησαν, ἤγγειλε μὲν ἱππεύς τις τὸ πάθος τῷ Ὄθωνι: καὶ ἐπειδή γε ἠπίστουν πρὸς τῶν παρόντων, καὶ οἱ μὲν δραπέτην, οἱ δὲ καὶ πολέμιον αὐτὸν ἀνεκάλουν: εἴθε γὰρ, ἔφη, ψευδῆ ταῦτα, Καῖσαρ, ἦν, ἥδιστα γὰρ ἂν νικῶντός σου ἐτελεύτησα: νῦν δὲ ἐγὼ μὲν πάντως οἰχήσομαι, ἵνα μή μέ τις ἐπὶ σωτηρίᾳ καταπεφευγέναι δόξῃ: σὺ δὲ βούλευσαι, ὡς τῶν πολεμίων οὐκ ἐς μακρὰν ἡξόντων, ὅ τι χρὴ πρᾶξαι. Καὶ ὁ μὲν ταῦτ' εἰπὼν, ἑαυτὸν διεχρήσατο. *Superatis Othonianis, unus ex equitibus cladem Othoni nuntiavit: cui cum fidem non haberent ii, qui aderant præſentes, eumque fugitivum, atque hoſtem appellarent: utinam, inquit, hæc falſa eſſent, Cæſar, libenter enim te victore, mortem occumberem: nunc autem utcunque ſit, omnino moriar, ne videar ſalutis meæ cauſa fugiſſe: tu vero, quum hoſtes huc non multo poſt venturi ſint, ſtatue, quid tibi faciendum putes. Hæc quum dixiſſet, manus ſibi attulit.* Sed de illo paullo aliter Plutarch. p. 1073. D. Εἷς τῶν ἀφανεστέρων ἀνατείνας τὸ ξίφος, καὶ εἰπών: Ἴσθι Καῖσαρ οὕτως ὑπὲρ σοῦ παρατεταγμένους ἅπαντας, ἀπέσφαξεν ἑαυτόν. *Unus ex gregariis ſublato gladio ait: ita ſcito Cæſar animatos omnes eſſe pro te mori: ſimul ſemet ipſo confodit.* *Manipularis* quis ſit, & unde dicatur, dixi ad Curt. X. 4. 3. §. 6.

10. GLADIO INCUBUERIT i. ſeipſum transfoderit. Tacit. Ann. V. 7. 1. *Gladio, quem ſinu abdiderat, incubuit.* Phædr. III. 11. 33.

Et ſerro incubuit, quod credulitas ſtrinxerat.

V. & ſupr. Aug. 85. 6. §. 18.

11. AJEBAT *pater* meus.

12. IN PERICULUM ... NON CONJECTURUM. Tacit. Hiſt. II. 47. 1. *Ipſe averſus a conſiliis belli: hunc, inquit, animum, hanc virtutem veſtram ultra pericu-*

 lis

& ſingulos amicorum [15] cohortatus, ut ſibi quiſque pro facultate conſuleret, ab amplexu & oſculo ſuo dimiſit omnes: ſecretoque captato, binos codicillos exaravit [16]
5 ad ſororem conſolatorios. Sed & ad Meſſalinam [17] Neronis, quam matrimonio de-
6 ſtinaverat, commendans reliquias ſuas & memoriam. Quidquid deinde epiſtola-
7 rum [18] erat, ne cui periculo aut noxæ [19] apud victorem [20] forent, concremavit. Di-
viſit & pecunias domeſticis ex copia præſenti [21].

lis objicere, nimis grande vitæ meæ pretium puto. n. 5. *An ego tantum Romanæ pubis, tot egregios exercitus ſterni rurſus, & Rempublica eripi patiar?*

13. FRATREM *Titianum* ſupr. 1. 8. §. 27. ubi ſe cum aliis dediſſe videtur ex verbis Taciti allatis.

14. FRATRIS FILIUM *Cocceium*, ut Plutarch. Oth. p. 1074. A. *Salvium Cocceianum*, ut Tacit. Hiſt. II. 48. 3. & noſt. Domit. 10. 5. illum vocant. *Hunc prima juventa, trepidum & mœrentem, ultro ſolatus eſt, laudando pietatem ejus, caſtigando formidinem..... Satis ſibi nominis, ſatis poſteris ſuis nobilitatis quæſitum, poſt Julios, Claudios, Servios ſe primum in familiam novam imperium intuliſſe. Proinde erecto animo capeſſeret vitam, neu patruum ſibi Othonem fuiſſe, aut oblivìſceretur unquam, aut nimium meminiſſet.* V. Tacitum & Plutarchum l. l.

15. SINGULOS AMICORUM *cohortatus* qui fuerit Otho, etiam narrat Tacit. n. 5. *Talia locutus, ut cuique ætas, aut dignitas, comiter appellatos irent propere, neu remanendo iram victoris aſperarent, juvenes auctoritate, ſenes precibus movebat: placidus ore, intrepidus verbis, intempeſtivas ſuorum lacrymas coercens.*

16. EXARAVIT i. ſcripſit. Qui enim ſtylo ſcribit in codicillis, is quaſi ſulcos inſtar *aratoris* ducere videtur. Cicer. Attic. XII. 1. *Undecimo die poſtquam a te diſceſſeram, hoc literularum exaravi.* Beroaldus.

17. MESSALINAM *Statiliam*, de qua Ner. 35. 3.

18. QUIDQUID EPISTOLARUM i. omnes epiſtolas. V. ſupr. Cal. 39. 1. §. 2. De illis concrematis etiam Tacit. Hiſt. II. 48. 2. *Libellos, epiſtolaſque, ſtudio erga ſe, aut in Vitellium contumeliis inſignes abolet.*

19. NOXA quid V. ſupr. Cæſ. 81. 10. §. 50.

20. VICTOREM *Vitellium.*

21. EX COPIA PRÆSENTI, *parce, nec ut periturus.* Tacitus. Διένειμε τῶν χρημάτων, τῷ μὲν πλέον, τῷ δὲ ἔλαττον· οὐχ ὥσπερ ἀλλοτρίων ἀφειδῶν, ἀλλὰ τὸ κατ' ἀξίαν, καὶ τὸ μέτριον ἐπιμελῶς φυλάττων. *Diviſit illis pecuniam, uni amplius, alteri minus: non ſicut profundens aliena, ſed pro merito, & modum ſervans accurate.* Plutarch. C.

CAPUT XI.

ARG. *Morti intentus, ſe aditurіs poteſtatem ſui præbet, ſitim aquæ potione ſedat, pugionum aciem explorat, artiſſimo ſomno experrefactus uno ictu ſe trajicit, exanimatur, & funeratur Marcus Salvius Otho.*

1 Atque ita paratus, intentuſque jam morti [1], tumultu inter moras exorto [2], ut eos
qui diſcedere & abire cœptabant, corripi quaſi deſertores, detinerique [3] ſenſit:
2 *Adjiciamus*, inquit [4], *vitæ & hanc noctem.* His ipſis, totidemque verbis, vetuitque
vim cuiquam fieri: & in ſerum uſque patente cubiculo, ſi quis adire vellet, poteſta-
3 tem ſui præbuit [5]. Poſt hæc [6] ſedata ſiti gelidæ aquæ [7] potione, arripuit duos pugiones,

1. INTENTUS MORTI, quem *ſupremas curas animo volutantem* dicit Tacit. §. 2.

2. EXORTO *tumultu* ad fores. Plutarch. Oth. p. 1074. B. Γενόμενος δὲ ἀπὸ τούτων, μετὰ μικρὸν ἤκουσε θορύβου καὶ βοῆς ἐπὶ θύραις. Οἱ γὰρ στρατιῶται τῶν συγκλητικῶν τοῖς ἀπιοῦσι ἠπείλουν ἀποσφάξειν, εἰ μὴ παραμενοῦσιν, ἀλλ᾽ οἰχήσονται τὸν αὐτοκράτορα καταλιπόντες. *His actis, brevi poſt tumultum & ſtrepitum ad fores audivit. Milites enim digredientibus ſenatoribus exitium denuntiabant, niſi permanſiſſent, ſed deſerto abiiſſent principe.* Ita ut ejus turbaverint quietem. Tacit. Hiſt. II. 49. 1. *Poſt, quæ, dimotis omnibus, paullum requievit: atque illum ſupremas jam curas animo volutantem repens tumultus avertit, nuntiata conſternatione, ac licentia militum; namque abeuntibus exitium minitabantur.*

3. DETINUERUNT Verginium. Tacitus. *Atrociſſima in Verginium vi, quem clauſa domo obſidebant.*

4. INQUIT. *Increpuiſſe ſeditionis auctores* dicit Tacitus. Et non leni, ſed truci vultu diſcedere juſſiſſe Plutarchus. Καὶ τοὺς στρατιώτας, οὐκέτι ἐντυχὼν, οὐδὲ πρᾶος, ἀλλὰ τραχὺς ὀφθεὶς, καὶ μετ' ὀργῆς, εἰς τὸ θορυβοῦν μάλιστα διαβλέψας, ἀπελθεῖν ἐποίησε.

5. POTESTATEM SUI PRÆBUIT. Tacitus. *Regreſſus, vacavit abeuntium colloquiis, donec omnes inviolati digrederentur.*

6. POST HÆC, ἤδη δὲ ἑσπέρας οὔσης, Plutarchus, *veſpera ſcente die,* Tacitus.

7. GELIDAM AQUAM *potaſſe* Othonem dicit etiam Tacitus. *Sitim hauſtu gelidæ aquæ ſedavit.* Sed pauxillum aquæ Plutarchus. Καὶ πιὼν ὀλίγον ὕδατος. *Gelidam potaſſe* dicunt Tacitus & noſter ad evitandam ambi-

Digitized by Google

giones, & explorata utriuſque acie [8], cum alterum pulvino [9] ſubdidiſſet, foribus
adopertis [10] arctiſſimo ſomno quievit [11]. Et circa lucem demum expergefactus, u- 4
no [12] ſe trajecit [13] ictu infra lævam papillam [14]. Irrumpentibuſque ad primum ge- 5
mitum [15], modo celans modo detegens plagam [16], exanimatus eſt, & celeriter [17]
(nam ita præceperat [18]) funeratus [19] trigeſimo & octavo ætatis anno [20], & nonageſi-
mo & quinto imperii die [21].

ambiguitatem, quia etiam *calida* bibebatur. β. ad vilitatem potus demonſtrandam, quo tum contentus fuerit Otho, delicatus alioquin, & luxuriæ deditus. Hanc etiam demonſtrat D. Jeſus Matth. 10. 42. Καὶ ὃς ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων ποτήριον ψυχροῦ μόνον. *Et quicunque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ.* V. etiam *Freinsh. de Cal. pot. c.* 1.

8. EXPLORATA ACIE *longo tempore*. Plutarchus. Ἑκατέρα κατεμάνθανε τὸ στράτευμα πολὺν χρόνον.

9. PULVINO, *capiti* Tacitus, ſub axilla Plutarchus, ὑπὸ τὰς ἀγκάλας.

10. ADOPERTIS i. clauſis, obductis. *Turneb. Adv.* XXIV. 41.

11. ARCTISSIMO SOMNO QUIEVIT, ut ſtertere illum cubicularii ſenſerint. Plutarchus. Ὥστε τοὺς κατευναστὰς αἰσθάνεσθαι βαθέως αὐτοῦ καθεύδοντος.

12. UNO *ictu*. Tacit. II. 4. *Ingreſſi liberti, ſervique, & Plotius Firmus prætorii præfectus, unum vulnus invenere.*

13. SE TRAJECIT, in pugionem directum, quem pectori ambabus manibus ſubjecit, ſuperne incumbens. Plutarchus. Τὸ ξίφος ὑποστήσας ὀρθὸν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ, καὶ περιπεσὼν ἄνωθεν. Unde Martial. VI. 24. 4.

Et fodit certa pectora nuda manu.

14. INFRA LÆVAM PAPILLAM, loco letifero. Nam cor cum cæteris animalibus in medio pectore ſit: homini tantum *infra lævam papillam* turbinato mucrone in priora eminens, ſolum hoc viſcerum læſum mortem illico adfert. *Beroaldus*.

15. GEMITUM unum edidit, quia ſenſit dolorem, ut illi, qui foris erant, eum audiverint. Plutarchus. Ὅσον ἅπαξ στενάξας μόνον ᾔσθετο τοῦ πόνου, καὶ τοῖς ἐκτὸς αἴσθησιν παρέσχεν.

16. PLAGAM, ictum, vulnus. Nonius IV. 361. *Plaga, vulnera. Virg.* XII. 299.

——— *& venienti Ebuſo, plagamque ferenti Occupat os flammis.*

17. CELERITER, *ſine ulla funeris pompa*, ut Atticus, aut *ſollenni*, ut Seneca ſupr. Cæſ. 87. 2. §. 4.

18. ITA PRÆCEPERAT. Tacit. II. 5. *Funus maturatum: ambitioſis id precibus petierat, ne amputaretur caput, ludibrio futurum.* * Funeris modum & rationem ſuis veteres præſcripſiſſe docui ſupr. Cæſ. 87. 2. §. 4.

19. FUNERATUS i. ſepultus. V. ſupt. Claud. 45. 4. §. 8. Brixelli. Plutarch. Oth. p. 1075. A. Εἶδον δὲ ἐν Βριξίλλῳ γενόμενος καὶ μνῆμα μέτριον, τὴν ἐπιγραφὴν οὕτως ἔχουσαν, εἰ μεταφρασθείη, δηλώσει Μάρκου Ὄθωνος. *Vidi ego cum Brixilli eſſem, & modicum monumentum, & inſcriptionem hujuſmodi:* M. OTHONIS.

20. XXXVIII. ÆTATIS ANNO periiſſe Othonem ſcribit Suetonium, ſecutus etiam Eutrop. VII. 13. ſed ſeptimo & triceſimo Tacit. Hiſt. II. 50. 1. Zonar. Ann. II. p. 191. Plutarchus & Aurel. Vict. Epit. 7. 1. quibus undecim dies detrahit Xiphil. LXIV. p. 733. C. Ἕνδεκα ἡμερῶν δέοντα. Sed, cum natus fuerit IV. Kal. Maj. 784. ipſo Tranquillo teſte ſupr. 2. 1. §. 1. Initium autem imperii Othonis inciderit in XVIII. Kal. Februar. ſive diem decimum quintum Januarii 821. quo Galba cæſus eſt ſupr. 19. 1. §. 1. conſequens Othonis necem incidiſſe in nonum decimum Aprilis diem, qui quintus & nonageſimus imperii dies. Defuerunt igitur Othoni, cum moreretur, de ſeptem & triginta annis dies novem. V. viros eruditiſſimos *Ryck. in Tacit. p.* 369. *Pagi Diſſ. Hypat. p.* 203. & *Proleg.* §. 19. *Noriſ. Epoch. Syro-Maced. Diſſ.* 1. *p.* 56. 57. Ab his immane quantum diſcedit Malal. Chron. X. p. 334. qui annos natum tres & quinquaginta, morbo correptum interiiſſe ſcribit. Τελευτᾷ ὁ αὐτὸς Ὄθων, ἐτῶν νγʹ ἀρρωστήσας.

21. XCV IMPERII DIE. Sed de illo variant ſcriptores. Euſeb. Chronico. *Otho tertio regni ſui menſe apud Betriacum propria manu occubuit.* Xiphilinus & Zonaras. Ἄρξαντι ἡμέρας ἐνενήκοντα. *Cum dies nonaginta imperaſſet.* Joſeph. de Bell. Jud. v. 8. Ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς μῆνας κρατήσας τῶν πραγμάτων. *Poſtquam biduum, & tres menſes imperium tenuiſſet.* Clemens. Alexandr. Strom. 1. p. 339. Ὃν διαδέχεται Ὄθων μῆνας ε, ἡμέραν α. *Cui ſuccedit Otho menſibus quinque, die uno.* Sed apud illum μῆνας γ i. e. *menſes tres* legendum: ubi diem emortualem excludit. Idem deducitur ex Tacit. Hiſt. II. 55. 2. ubi ait: Othonis mortem Romæ nuntiatam, *dum Cereales ludi ex more ſpectabantur*. Hi vero III. Idus Aprilis inchoabantur, & die XIII. Kalendas Maji, id eſt, XIX. Aprilis abſolvebantur, mors ejus ante diem XX. Aprilis contigit, alioquin dum ludi Cereales celebrabantur, Romæ nuntiari non potuiſſet; cum Romam inter & Bebriacum via longa intercedat, non niſi intra aliquot dies percurrenda. Errat igitur Suetonius. Et accuratius Xiphilinus dicit regnaſſe Othonem dies XC. quo pacto die XVI. quod verum eſt, periit. *Pagi Diſſert. Hypat. Proleg.* §. 19. *c.* XI. §. 10. *& Critic. Hiſtor. Chronol. in Annal. Baron. ad an. D. Jeſu* 69. *Noriſ. Epoch. Syro-Maced. p.* 56. Pagi Diſſert. Hypat. l. l. ſcribit XIX. Aprilis Othonem ſepulturæ mandatum, ac Suetonium de die funeris XCV. ab initio Othonis imperio locutum eſſe. Sed

hoc falſum." Funus enim ejus eſt maturatum teſtibus Suetonio, & Tacito ſupr. §. 17. Quod maturatum non fuiſſet, ſi in quartum ab obitu diem illud milites diſtuliſſent. *Noriſ. ibid. p.* 57. Recte itaque Scalig. de Emend. Temp. v. p. 473. Nihil de tribus iſtis Imperatoribus colligere poſſumus præter argumenta, quæ incerta eorum Imperatorum initia, & vacillantes ſcriptorum ſententias magis prodant quam explicent. Et in Euſeb. p. 181. Valde confuſa ſunt tempora, & initia horum trium imperatorum, Galbæ, Othonis, & Vitellii, niſi adhibueris temperamentum, quod præcipit Xiphil. LXVI. p. 753. C. Κἀν τούτῳ συμβαίνει ἐνιαυτόν τε καὶ δύο καὶ εἴκοσιν ἡμέρας ἀπὸ τοῦ θανάτου τοῦ Νέρωνος μέχρι τῆς τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀρχῆς διελθεῖν. Ἔγραψα δὲ τοῦτο, ἵνα μή τινες ἀπατηθῶσι, τὸν ἐξαριθμούμενον τοῦ χρόνου πρὸς τοὺς τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντας ποιούμενοι. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ οὐ διεδέξαντο ἀλλήλους, ἀλλὰ ζῶντός τε καὶ ἔτι ἄρχοντος ἑτέρου, ἕκαστος αὐτῶν ἐπίστευεν αὐτοκράτωρ, ἀφ' οὗ γε ἐς τοῦτο προήχθη, εἶναι. *Ex quo fit, ut a morte Neronis, usque ad principatum Veſpaſiani, annus unus intercedat, dieſque viginti duo. Quod ideo ſcripſi, ne errore ducerentur ii, qui numerum temporis ad eos, qui principatum obtinuerunt, referrent. Non enim ſibi ſucceſſere invicem, ſed vivo adhuc, & regnante altero, quiſque eorum imperatorem ſe tum eſſe credidit, quum primum imperium quodammodo accepit.*

CAPUT XII.

ARG. *Qua ſtatura fuerit, qua cura corpus curaverit, & qua voce defletus fuerit Marcus Salvius Otho.*

12 Tanto Othonis animo [1] nequaquam corpus aut habitus competiit [2]. Fuiſſe enim
3 traditur & modicæ ſtaturæ, & male pedatus [3], ſcambuſque [4]. Munditiarum vero pæne muliebrium [5], vulſo corpore, galericulo [6] capiti propter raritatem capil-
4 lorum adaptato & annexo, ut nemo dignoſceret. Quin & faciem quotidie raſitare, ac pane madido [7] linere [8] conſuctum: idque inſtituiſſe a prima lanugine, ne barbatus

OTHONEM ANIMO ſuperaſſe Catonem dicit Mart. VI. 24. 5.

> *Sic Cato, dum vivit, ſane vel Cæſare major:*
> *Dum moritur, numquid major Othone fuit.*

Cato enim deſperatis, *Otho* adhuc integris rebus gladio incubuit.

2. COMPETERE *animo* dicitur *corpus*, quando generoſo *animo*, & magno *corpori* membratura & proportio reſpondet: ut *animus corpore*, & *corpus* tali *animo* dignum videatur. *Beroaldus.*

3. MALE PEDATUS i. diſtortis *pedibus.* Hinc adverbium *pedatim* inditum eſt, quo utitur Plin. XI. 45. *Leo & camelus gradiuntur pedatim, hoc eſt, ut ſiniſter pes non tranſeat dextrum, ſed ſubſequatur.* Beroaldus.

4. SCAMBOS Latini dixere ex Græco σκαμβός. Heſychius. Σκαμβός, στρεβλός. Suidas. Σκαμβή, διεστραμμένη. Gloſſ. Philox: Σκαμβός, *ſcaurus, valgus, curvus.* Intelligit vero noſter vatiam, ſive valgum, qui pedes in rectis, & parallelis lineis non ponit, ſed introrſum convertit. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 663. *b. D. Turneb. Adv. v.* 1. *Crenius Animad. Hiſt. & Phil.* XII. *p.* 236.

5. MULIEBRIUM *munditiarum*, quia *munditias mulieribus, viris laborem convenire* recte dicit Marius apud Salluſt. Jugurth. c. 85. Illaſque *minime viriles* vocat Claudian. in Eutrop. II. 336.

> ——— *minimeque viriles*
> *Munditiæ, compti vultus, onerique vel ipſa*
> *Serica.*

Et *rem feminarum* Phædr. III. 9. 10.

> *Vir natus, quod rem feminarum tetigerit.*

Haſce ad viros tranſiiſſe queritur Senec. N. Q. I. 17. *Adeoque omnia indiſcreta ſunt perverſiſſimis artibus, ut quidquid mundus muliebris vocabatur, ſarcinæ viriles ſint: minus dico, etiam militares. Jam ſpeculum ornatus tantum cauſa adhibitum, nulli non vitio neceſſarium factum eſt.* Et Othonem carpunt Juven. Sat. II. 99.

> *Ille tenet ſpeculum, pathici geſtamen Othonis,*
> *Actoris Aurunci ſpolium: quo ſe ille videbat*
> *Armatum, cum jam tolli vexilla juberet.*
> *Res memoranda novis annalibus, atque recenti*
> *Hiſtoria, ſpeculum civilis ſarcina belli.*

Sidon. carm. 5. 324. 7. 107.

6. GALERUS, ſive *galericulus* quid ſit, dixi ſupr. Cal. XL. I. §. 4. *Galero* etiam viri utebantur, qui calvitio deformes.

7. PANE MADIDO *faciem leviſſe* Othonem teſtatur etiam Juven. II. 107.

> *Et preſſum in facie digitis extendere panem.*

Hunc Caſaubonus factum fuiſſe dicit ex oryza, aut fabis, idque apud medicos in compoſitione pſilothrorum ſe legiſſe: item ex farina ſiliginea. Juven. VI. 471.

> *Sed quæ mutatis inducitur, atque fovetur*
> *Tot medicaminibus, coctæque ſiliginis offas*
> *Accipit, & madidæ, facies dicetur, an ulcus?*

Hunc *tectoria* vocat Juven. ibid. n. 467.

> *Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit:*
> *Incipit agnoſci, atque illo lacte fovetur,*
> *Propter quod ſecum comites educit aſellas.*

Quia

Digitized by Google

tus unquam eſſet. Sacra etiam Iſidis [9] ſæpe in lintea [10], religioſaque veſte propa- 5
lam celebraſſe. Per quæ factum putem, ut mors ejus minime congruens vitæ [11], 6
majori miraculo fuerit. Multi præſentium militum [12] cum plurimo fletu manus, ac 7
pedes jacentis exoſculati *fortiſſimum virum* [13], *unicum imperatorem* prædicantes, ibi-
dem ſtatim, nec procul a rogo [14] vim ſuæ vitæ attulerunt. Multi & abſentium [15] 8
accepto

Quia illo, quaſi tectorio quodam faciem inducebant, & ſmegmate, cum ad mœchos irent, ex lacte aſinino abſtergebant.

8. LEVIT *faciem* pane hoc Otho, ut addit noſter, *ne barbatus unquam eſſet.* Variis de cauſis alioqui faciem *leverunt* delicatuli, quas denarrat *Salmuſ. in Spartian. Adrian. c.* 4. & ego, quia non ſunt hujus loci, ſicco pede tranſeo.

9. ISIDEM eandem eſſe ac Cererem probat, quod Cereris ſacra apud Athenienſes tantopere convenerint cum ſacris *Iſiacis.* Diodor. I. p. 9. C. Παρ' ἐνίοις δὲ τῶν πόλεων, καὶ τοῖς Ἰσείοις ἐν τῇ πομπῇ μετὰ τῶν ἄλλων φέρεσθαι κυψέλας πυρῶν καὶ κριθῶν ὑπομνημόνευμα ἐξ ἀρχῆς τῇ θεῷ φιλοτέχνως εὑρεθέντων. *Apud nonnullas quoque urbes, cum Iſea, feſtum Iſidis, celebrantur, in pompa tritici & hordei vaſcula circumferri ad primitus Deæ induſtria repertorum memoriam.* Satis enim hoc oſtenuit, eo loco *Iſidem* habitam Ægyptiis, quo Ceres Græcis. Et conceptis verbis in Βέτερις dicunt Stephanus & Herodot. II. p. 126. & 171. Ἶσις δ' ἐστὶ κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων γλῶσσαν ἡ Δημήτηρ. *Iſis vero eſt in Græcorum lingua* Δημήτηρ, *id eſt, Ceres.* Tacitus etiam inter Germanorum numina *Iſidem* collocat Germ. 9. 2. *Pars Suevorum & Iſidi ſacrificat.* Has reliquias primævæ traditionis de Adamo & Eva, quorum ille Mannus ſit, hæc Iſis, fuiſſe putat *Voſſ. de idolol.* IX. 12. Romani etiam illam receperunt. Lucan. VIII. 833.

Nos in templa tuam Romana recepimus Iſin.

De *Iſide* etiam multa collegit *Malvaſ. Marm. Felſ. ſect.* I. c. I.

10. LINTEIS veſtibus uſi ſunt ſacerdotes Iſidis. Herodot. II. p. 116. Εἵματα δὲ λίνεα φορέουσι αἰεὶ νεόπλυτα, ἐπιτηδεύοντες τοῦτο μάλιστα. *Linea ferunt veſtimenta ſemper recens abluta, huic rei præcipue vacantes.* Unde Iſidis ſacerdotes vocat *gregem linigerum* Juven. VI. 533.

Qui grege linigero circumdatus.

turbam linigeram Ovid. Met. I. 747.

Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.

Et Οὐολούσιος ἀγορανομῶν προεγράφη, καὶ φίλον ὀργιαστὴν τῆς Ἴσιδος ἔχων, ᾔτησε τὴν στολήν, καὶ τὰς ὀθόνας ἐνέδυ τὰς ποδήρεις, καὶ τὴν τοῦ κυνὸς κεφαλὴν ἐπέθετο, καὶ διῆλθεν οὕτως ὀργιάζων αὐτῷ σχήματι ἐς Πομπήιον. *Volaſius in ædilitate proſcriptus, amicum habebat Iſiacum, a quo linteam ſtolam talarem ſumpſit, & caniciſitem perſonam induitus, hoc habitu bacchabundus evaſit ad Pompejum.* Appian. B.C. IV. p. 616. Val. Max. VII. 3. 8. Hiſce quare uſi fuerint, docet Plutarch. de Iſid. & Oſir. p. 352. Αἰτίας ἰσιακοὶ ἱερεῖς φορῶσι. Οἱ μὲν λέγουσι φορεῖν τὰ λινᾶ διὰ τὴν χρόαν, ἣν τὸ λίνον ἀνθοῦν ἀνίησι τῇ περιεχούσῃ τὸν κόσμον αἰθερίῳ χαροπότητι προσεοικυῖαν. Ἡ δὲ ἀληθὴς αἰτία μία πάντων ἐστί. Καθαρῷ γὰρ οὐ θεμιτὸν ἅπτεσθαι μὴ καθαρῷ· περίσσωμα δὲ τροφῆς καὶ σκύβαλον οὐδὲν ἁγνὸν οὐδὲ καθαρόν ἐστιν· ἐκ δὲ περιττωμάτων ἔρια, καὶ λάχναι, καὶ τρίχες, καὶ ὄνυχες ἀναφύονται καὶ βλαστάνουσι. Τὸ δὲ λίνον φύεται μὲν ἐξ ἀθανάτου τῆς γῆς, καὶ λιτὸν παρέχει, καὶ καθαρὰν ἐσθῆτα, καὶ τῷ σκέποντι μὴ βαρύνουσαν, εὐάρμοστον δὲ πρὸς πᾶσαν ὥραν· ἥκιστα φθειροποιόν, ὡς λέγουσι. *Sacerdotes lineas gerunt veſtes. Sunt qui dicunt linum gerere, ob colorem, quem flos lini habet ſimilem nitori ætheris mundum ambientis. Vera autem horum cauſa eſt. Quod purum tangi a non puro nefas eſt: atqui nullum excrementum alimenti, nullum rejectaneum caſtum purumve eſt: cæterum ex excrementis naſcuntur lana, villi, crines, ungues, atque germinant. Linum porro e terra naſcitur immortali, & veſtem exhibet tenuem, ac puram, quæ gerentem non gravat, & eſt apta omnibus anni temporibus, minimeque pediculos gignit, ut ajunt.* Tali habitu latuit Domitianus apud noſtr. infr. I. 4. V. quoque *Voſſium. Braun. de veſt. ſacerd. Hebr.* I. 6. 9. *Saubert. de ſacrif. c.* II. *Lomej. de luſtrat. c.* 34.

11. MORS CONGRUIT VITÆ, quando vitam laudabiliter actam mors generoſa fortiter ſubſequitur. Othonis *mors minime congruebat vitæ*, quia vita fuerat delicata, & pæne feminea: mors Romana, & virilis. *Beroaldus.* * Dio LXIV. p. 733. C. Κάκιστά γε μὴν ὁ Ὄθων ζήσας, κάλλιστα ἀπέθανε· καὶ κακουργότατα τὴν ἀρχὴν ἁρπάσας, ἄριστα αὐτῆς ἀπηλλάγη. *Quumque peſſime omnium vixiſſet, mortuus eſt honeſtiſſime: & imperio, quod nequiſſime rapuerat, optime deceſſit.* Plutarch. Oth. p. 1075. A. Βιώσας οὐδὲν ἐπιεικέστερον Νέρωνος, ἀπέθανεν εὐγενέστερον. *Cum nihilo Nerone modeſtius vixiſſet, mortuus eſt generoſius.*

12. PRÆSENTIUM MILITUM ex cohortibus prætoriis. Tacit. Hiſt. II. 49. 5. *Tulere corpus prætoriæ cohortes, cum laudibus, & lacrymis, vulnus, manuſque ejus exoſculantes.*

13. FORTISSIMUM VIRUM.... Hoc iniquum vulgi judicium non poteſt concoquere Juvenalis, ideoque σκωπτικῶς Satyrica antitheſi exclamat II. 104.

Nimirum ſummi ducis eſt occidere Galbam,
Et curare cutem ſummi conſtantia civis;
Bebriaci campo ſpolium affectare Palati.

Minime enim ſummi ducis fuit, Galbam virum nihil minus quam id de ſe meritum occidere; nec curare cuticulam conſtantia Othonis in reſtituenda libertate Romana dici debet. Et monſtrum hominis fuerit potius quam *vir fortis*, qui muliere corruptior de imperio Bebriaci in campo decertare auſus eſt. V. erudiſſimum *Henninium ad Juvenalem.*

Xxxxx 3 14. Non

9 accepto nuntio præ dolore armis inter ſe ad interneciorem concurrerunt. Denique magna pars hominum, incolumem graviſſime deteſtata, mortuum laudibus tulit [16], ut vulgo jactatum ſit etiam, *Galbam ab eo non tam dominandi, quam Reipublicæ ac libertatis reſtituendæ cauſa interemptum.*

14. Non procul a rogo, imo *juxta rogum.* Tacit. Hiſt. II. 49. 6. *Quidam militum juxta rogum interfecere ſe, non noxa, neque ob metum; ſed æmulatione decoris, & caritate principis.* Et ſubditis *rogo* facibus. Plutarch. Oth. p. 1074. E. Ἔνιοι τῇ πυρᾷ λαμπάδας ἀφέντες, ἑαυτοὺς ἀπέσφαξαν, οὐδὲν ἐνδήλως οὔτε πεποιθότες χρηστὸν ὑπὸ τοῦ τεθνηκότος, οὔτε πείσεσθαι δεινὸν ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος δεδιότες. *Nonnulli ſubditis rogo facibus ſe ipſi confodere, cum nullum, quod quidem conſtaret, a defuncto haberent beneficium, neque quidquam gravius exſpectarent a victore.*


15. Multi absentium.... Tacitus. *Ac poſtea promiſcue Bedriaci, Placentiæ, aliiſque in caſtris, celebratum id genus mortis.*

16. Incolumem detestata, mortuum.... Plutarch. p. 1075. A. Ἀπολιπὼν δὲ μὴ χείρονας, μηδ᾽ ἐλάττους τῶν τὸν βίον αὐτοῦ ψεγόντων, τοὺς ἐπαινοῦντας τὸν θάνατον. *Reliquit non inferiores, neque pauciores, qui mortem ipſius laudibus ferrent, quam qui inſectarentur vitam.* Ita *qui* Dionem *vivum tyrannum vocitarant, eundem liberatorem patriæ, tyrannique expulſorem prædicabant.* Nep. Dion. 10. 2.



A. Houbraken del. *H. Pool sculp.*

Digitized by Google


II Cap. 8 art.
S.C.
II Cap. 8 art.
S.C.
II Cap. 8 art.
VIII Cap. 3 art.
ADVENTVS AVGVSTI
XI Cap. 1 art.
S.C.
XI Cap. 1 art.
FIDES
EXERCITVVM
VIII Cap. 1 art.
VICTORIA AVGVSTI
X Cap. 1 art.
VI Cap. 3 art.
V Cap. 1 art.
CONCOR DIA P.R.
XV Cap. 7 art.
S.C.
XIV Cap. 3 art.



AULUS VITELLIUS.

CAPUT I.

ARG. *Aliam, & diverſiſſimam diverſi tradunt Vitelliorum originem.*

Vitelliorum originem alii aliam, & quidem diverſiſſimam, tradunt: partim ve- 1
terem & nobilem: partim vero novam & obſcuram, atque etiam ſordidam.
Quod ego per adulatores, obtrectatoreſque [2] imperatoris Vitellii eveniſſe opinarer: 2
niſi aliquanto prius de familiæ conditione variatum eſſet [3]. Exſtat Q. Eulogii [4] ad Q. Vi- 3
tellium [5], divi Auguſti quæſtorem [6] libellus, quo continetur, Vitellios, Fauno [7]
Aborigi-

Auli Vitellii ingenium & mores paucis deſcribit Tacit. Hiſt. III. 86. 1. *Conſulatum, ſacerdotia, nomen, locumque inter primores, nulla ſua induſtria, ſed cuncta patris claritudine adeptus. Principatum ei detulere, qui ipſum non noverant. Studia exercitus, raro cuiquam bonis artibus quæſita perinde affuere, quam huic per ignaviam. Inerat tamen ſimplicitas ac liberalitas: quæ, ni adſit modus, in exitium vertuntur. Amicitias dum magnitudine munerum, non conſtantia morum continere putat, meruit magis quam habuit.*

2. Per adulatores, obtrectatoreſque *eveniſſe*, *ut Vitelliorum originem, diverſiſſimam tradiderint* ſcriptores, opinatur noſter, uti per eoſdem Neronis vitam negligenter ſcriptam dixit Joſephus ſupr. Ner. I. §. I. *Adulatio* enim & *obtrectatio* aulæ, & altioris fortunæ perpetui ſunt comites. *Adulatores* aſſentandi libidine in Vitellii imperatoris gratiam familiæ vetuſtatem & nobilitatem multis jactaverant: *obtrectatores* odii & invidiæ œſtro eandem ut novam, obſcuram, & ſordidam inſectati fuerant.

3. Variatum esset I. alii illam veterem & nobilem: alii novam, obſcuram, & ſordidam dixiſſent.

4. Q. Eulogius libertus fuit Q. Vitellii, eſtque a manumiſſione appellatus *Q. Vitellius Eulogius.* V. *Caſaubonum*, &, ſi vacas, *Muret. V. L.* XI. 13. & *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 76.

5. Ad Q. Vitellium, cujus ſtemma deſcripſerat, & librum eidem nuncuparat. Hoc genere officii ſoliti liberti patronorum ſuorum ſtudia demereri. Spartian. Adrian. c. 16. *Famæ celebris Adrianus tam cupidus fuit, ut libros vitæ ſuæ ſcriptos a ſe libertis ſuis literatis dederit, jubens ut eos ſuis nominibus publicarent.*

Aboriginum [8] rege [9], & Vitellia [10], quæ multis locis pro numine coleretur, ortos,
4 toto Latio [11] imperaſſe. Horum reſiduam ſtirpem ex Sabinis tranſiſſe Romam, atque inter patricios allectam: indicia ſtirpis diu manſiſſe, viam Vitelliam [12] ab Janiculo [13] ad mare uſque: item coloniam [14] ejuſdem nominis, quam gentili copia [15] adverſus

rent. Noſt. Aug. 79. 5. *Caſaubonus.*

6. Quæstorem hunc Auguſti in expeditione aliqua, aut militaris ærarii præfectum fuiſſe credit *Torrentius.*

7. Fauni genealogiam deſcribunt Virg. Æn. vii. 48.

—— Fauno Picus pater: iſque parentem
Te Saturne refert, tu ſanguinis ultimus auctor.

Lactant. de falſ. relig. i. 22. *Qui*, Faunus, *Saturno avo neſaria ſacra conſtituit: & Picum patrem inter deos honoravit: & ſororem ſuam Fatuam Faunam, eamque conjugem conſecravit.* Plura de *Fauno* Gyral. Syntagm. deor. xv. p. 427.

8. Aborigines *appellati ſunt, quod errantes convenerint in agrum, qui nunc eſt populi Romani. Fuit enim gens antiquiſſima Italiæ.* Feſtus. Hinc Tertull. de anim. c. 30. *Invenimus autem apud commentarios etiam humanarum antiquitatum paullatim humanum genus exuberaſſe, dum Aborigines, vel vagi, vel extorres, vel glorioſi quique occupant terras, ut Scythæ Parthicas, ut Athenienſes Aſiam, ut Phryges Italiam, ut Phœnices Africam, dum ſollennes etiam migrationes, quas ἀποικίας appellant, conſilio exoneranda popularitatis in alios fines examina gentis eructant. Nam & origines nunc in ſuis ſedibus permanent, & alibi amplius gentilitatem ſœneraverunt.* De *Aboriginibus* etiam *Dionyſ. A. R.* i. *p.* 8. 9. *Diodor. Biblioth.* iii. *p.* 157. *Stephan. de urb. & pop. p.* 7. *Cluver. Ital. ant.* iii. i: iv. 16. *Merul. Coſm.* ii. 4. 19. *Valeſ. in Marcell. p.* 41. *Onuph. Panvin. Deſcr. Rom. c.* i.

9. Rex *Aboriginum* tertius fuit Faunus. Juſtin. xliii. i. 6. *Poſt hunc*, Saturnum, *tertio loco regnaſſe Faunum ferunt.*

10. Vitelliæ deæ neminem præter noſtrum meminiſſe obſervat Torrentius. Fauno uxorem Maricam fuiſſe dicit Virg. Æn. vii. 47.

Hunc Fauno, & nympha genitum Laurente Marica
Accipimus.

Sed hanc duplici nomine appellari potuiſſe, vel, poſtquam honore divino culta eſt, *Vitelliam* nuncupatam eſſe: vel Faunum plures domum duxiſſe uxores putat Babelonius. Sed hoc divinare eſt. Omnia enim iſta antiquitas remotior reddidit obſcuriſſima, ut ipſe agnoſcit vir doctiſſimus.

11. Latium occidentalis Italiæ pars eſt, & mari Auſonio, vel Tyrrheno alluitur. Unde nomen invenerit, docent Virg. Æn. viii. 319.

Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo,
Arma Jovis fugiens, & regnis exſul ademptis.
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſque dedit, Latiumque vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Ovid. Faſt. i. 237.

Inde diu genti manſit Saturnia nomen:
Dicta quoque eſt Latium terra, latente Deo.

12. De via Vitellia nemo præter noſtrum. Ex Janiculo, & fortean a porta Janiculenſi, quæ & Pancratiana, duxiſſe ad mare hariolantur *Onuphr. Panvin. Comm. R. R.* i. *p.* 53. & *Merul. Coſm.* ii. 4. 34. * Aureliam viam aliquando *Vitelliam* fuiſſe nuncupatam putat *Aring. Rom. Subt.* 2. ii. 4. a *Vitellia* ſcilicet familia; vel ſaltem, quod ab ipſamet Aurelia porta alia item via dirigeretur, eidem Aureliæ conjuncta, cui *Vitellia* poſtea nomen inditum eſt.

13. Janiculum Janus deorum vetuſtiſſimus condidit. Virg. Æn. viii. 355.

Hæc duo præterea disjectis oppida muris,
Relliquias, veterumque vides monimenta virorum.
Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem:
Janiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Ancus Marcius muro cinxit. Dionyſ. A. R. iii. p. 183. Ἐτείχισε δὲ καὶ τὸ καλούμενον Ἰάνικολον, ὄρος ὑψηλὸν ἐπέκεινα τοῦ Τιβέριος ποταμοῦ κείμενον, καὶ φρουρὰν ἱκανὴν ἐν αὐτῷ κατέστησεν, ἀσφαλείας ἕνεκα τῶν διὰ τοῦ ποταμοῦ πλεόντων: ἐλῄστευον γὰρ οἱ Τυῤῥηνοὶ τοὺς ἐμπόρους, ἅπασαν ἐπέχοντες τὴν ἐπέκεινα τοῦ ποταμοῦ χώραν. *Muro etiam cinxit* Ancus *Janiculum, montem altum trans flumen Tiberim ſitum, & præſidium firmum in eo collocavit, ut tutius flumen navigari poſſet. Etruſci enim latrociniis negotiatores infeſtabant, occupantes totum illum ora tractum, qui eſt trans fluvium. Per eum populus Romanus primitus tranſiit in agrum Etruſcum.* Feſtus. *Janicularis* dicitur Serv. Æn. vi. 783. A flavis arenis *mons aureus*, & corrupto vocabulo *Montorius* nunc vocatur, ut monet *Onuph. Panvin. Comm. R. R.* i. *p.* 72.

14. Coloniæ Vitelliæ meminit Liv. v. 29. *L. Lucretio Flavo, Servio Sulpicio Camerino conſulibus*, quos anno ab U. C. 360. conſules fuiſſe dicunt *Faſti Capitolini* & *Pigh. Ann.* i. *p.* 221. *Vitelliam coloniam Romanam in ſuo agro Æqui expugnant.* Hanc domitis Æquis præſidii cauſa anno ab U. C. 294. vel 295. quo tempore Q. Fabius Vibulanus & L. Quinctius Cincinnatus conſules aliquot de Æquis triumphos egerunt, ut narrant *Faſti triumphales*, factam fuiſſe opinatur *Onuphr. Panvin. Comm. R. R. p.* 332. De illa etiam ſcribunt *Cluver. Ital. Ant.* ii. 16. 5. *Sigon. de Ant. jur. Ital.* ii. 5.

15. Gentili copia i. exercitu ex ſolis Vitelliis conſtante. Ita bellum Vejens ſuo ſumptu, & *copia* gerendum a ſenatu depopoſcit Fabia gens apud Liv. ii. 48. *Vos alia bella curate: Fabios hoſtes Vejentibus date. Auctores ſumus, tutam ibi majeſtatem Romani nomi-*

adverſus Æquiculos [16] tutandam olim depopoſciſſent. Tempore deinde Samnitici 5
belli [17] præſidio in Apuliam [18] miſſo, quoſdam ex Vitelliis ſubſediſſe [19] Nuceriæ [20]:
eorumque progeniem longo poſt intervallo repetiſſe Urbem [21] atque ordinem ſenatorium. Contra plures auctorem generis libertinum prodiderunt. Caſſius Severus [22], 6,7
nec minus alii, eundem & ſutorem veteramentarium [23]: cujus filius ſectionibus [24],
& cognituris [25] uberius compendium nactus, ex muliere vulgari [26] Antiochi cujuſdam

nominis fore. Noſtrum id nobis velut familiare bellum, privato ſumptu gerere in animo eſt.

16. ÆQUICULAS *antiquam gentem* vocat Liv. I. 32. *Jus ab antiqua gente Æquicolis, quod nunc feciales habent, deſcripſit, quo res repetuntur.* *Æquiculanos* Plin. III. 12. eoſque in quarta Italiæ regione collocat. *Sequitur regio quarta gentium vel fortiſſimarum Italiæ, Æquiculanorum Cliternini.* Illorum meminit Virg. Æn. VII. 746.

Horrida præcipue cui gens, adſuetaque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis.

Eoſdem & *Æquanos*, & *Æquos* indiſcriminatim fuiſſe dictos putant *Beroaldus*, *Cluver. Ital. ant.* I. 6. & II. 16. I. *Leand. Ital. p.* 224.

17. SAMNITICUM BELLUM quando geri cœptum fuerit, docet. Liv. VII. 29. *Ex interregno ambo patricii conſules creati ſunt, M. Valerius Corvus tertium, A. Cornelius Coſſus. Eo anno adverſus Samnites, gentem opibus, armiſque validam, mota arma.* Hos conſules anno ab U. C. 419. fuiſſe uno ore dicunt *Faſti Capitolini*, *Siculi*, *Triumphales*, & ex illis *Pigh. Ann.* I. *p.* 302. Quamdiu geſtum fuerit, diſſentiunt ſcriptores, quos collegerunt ad Flor. I. 16. 8. *Camers*, *Vinetus*, *Stadius*.

18. IN APULIAM, ad cujus urbes bellum tranſlatum erat. Diodor. XIX. p. 710. D. Τοῦ δὲ πολέμου περὶ τὰς ἐν Ἀπυλίᾳ πόλεις συνεστῶτος, οἱ μὲν Σαμνῖται πάντας τοὺς ἐν ἡλικίᾳ στρατείας ὄντας καταγράψαντες, ἐστρατοπέδευσαν πλησίον τῶν πολεμίων, ὡς περὶ τῶν ὅλων κριθησόμενοι. Ὁ δὲ πυθόμενος ὁ δῆμος τῶν Ῥωμαίων, καὶ διαγωνιάσας περὶ τοῦ μέλλοντος, δύναμιν προσέπεμψε πολλήν. *Jamque bellum ad urbes Apuliæ tranſlatum erat: cum Samnites omnibus, qui ad militiam per ætatem idonei eſſent, conſcriptis, proxime hoſtem, tanquam de ſumma rei decertaturi, caſtra moverunt. Populus ergo Romanus, de eventu ſolicitus, magnam vim militum eo miſit.* Ἀπυλίαν καλοῦσι οἱ ἐπιχώριοι πᾶσαν τὴν μετὰ τοὺς Καλαβρούς. *Incolæ, quidquid poſt Calabros eſt, Apuliam vocant.* Strab. VI. p. 191. qui & de illa p. 195. Τὴν δὲ συνεχῆ Δαύνιοι νέμονται εἶτα Ἄπυλοι μέχρι Φρεντανῶν. Ἀνάγκη δὲ Πευκετίων καὶ Δαυνίων μηδ᾽ ὅλως λεγομένων ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων, πλὴν εἰ τὸ παλαιόν, ἁπάσης δὲ ταύτης τῆς χώρας Ἀπυλίας λεγομένης, καὶ μηδὲ τοὺς ὅρους ἐπ᾽ ἀκριβὲς λέγεσθαι τῶν ἐθνῶν τούτων. *Contigua eſt Dauniorum regio: inſequuntur Apuli cum Frentanis. Neceſſe eſt autem cum non niſi priſcis temporibus Peucetiorum & Dauniorum nomina uſurparint incolæ, ſed omnis iſta regio Apuliæ nomine fuerit comprehenſa, ne nunc quidem fines iſtarum gentium certo poſſe deſcribi.*

19. SUBSEDISSE I. domicilium fixiſſe, ut infr. Veſp. I. 8. *Sedes* enim eſt domicilium. Ovid. Triſt. IV. I. 85.

His ego ſolicita jaceo novus incola ſedis.

Unde *ſedes alias ſuſcipere* eſt domicilium commutare apud Ammian. XVII. 13. *Parere imperiis, & ſedes alias ſuſcipere ſunt adſenſi tranquillas & fidas.*

20. NUCERIAM dicit quoque in belli Samnitici hiſtoria Appian. B. C. I. p. 376. Ὡς δὲ καὶ Νουκερίας τὰ ἐν κύκλῳ πάντα κατέπρησεν. *Pervaſtato deinde omni circum Nuceriam agro.* Sed *Luceriam*, quoties de bello Samnitico agit, Livius. Hanc Dauniorum urbem dicunt eſſe Strab. VI. p. 196. Ἐν μὲν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῷ τῆς ἐν Λουκερίᾳ παλαιὰ ἀναθήματα· καὶ αὐτὴ δ᾽ ὑπῆρξε πόλις ἀρχαία Δαυνίων, νῦν δὲ τεταπείνωται. *Utpote Luceria, quæ & ipſa antiqua Dauniorum urbs, hodie humilis eſt, vetuſta donaria in fano Minervæ.* Polyb. III. 88. Εἰς πρώτην ἐνέβαλε τὴν Δαυνίαν· ἀρξάμενος δὲ ταύτης ἀπὸ Λουκερίας οὔσης ἀποικίας Ῥωμαίων, ἐπόρθει τὴν χώραν. *Primam Dauniam petit Annibal; orſuſque in hac a Luceria Romanorum colonia, perpopulatus eſt eorum fines.* *Luciam*, ſi locus non eſt corruptus, illam vocat, &, ne prorſus jacturam facerent Apuliæ, eo colonos miſiſſe Romanos dicit Diodorus. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι φοβηθέντες μὴ τὰ κατὰ τὴν Ἀπυλίαν πράγματα τελέως ἀποβάλωσιν, ἀποικίαν ἐξέπεμψαν εἰς Λουκερίαν πόλιν ἐπιφανεστάτην τῶν ἐν τοῖς τόποις. Vulgari nunc vocabulo *Lucera*, ſive *Luzzara* appellari teſtatur *Cluver. Ital.* I. 28. II. & *Citta di S. Maria*, *civitatem D. Mariæ* Merul. Coſmog. II. 4. 30.

21. REPETISSE URBEM I. remeaſſe Romam. *Et* ſubaudi verbum illud, *Libello continetur.* Beroaldus.

22. CASSIUS SEVERUS, de quo ſupr. Cal. 16. 2. §. 6.

23. SUTOR VETERAMENTARIUS eſt, qui calceos attritos & ruptos reficit. *Beroaldus* & *Sabellicus.*

24. SECTIONE diſtincte gradatimque diſtrahebant *ſectores* damnatorum bona, quæ averſione, & una pertica emerant. *Sectores* enim Aſcon. in Cicer. p. 88. ut quidem Aſconium emendandum putat Barth. Adv. V. 4. *dicti ſunt, qui ſpem lucri ſui ſecuti, bona condemnatorum ſemel auctionabantur, proque iis pecunias penſitabant ſimul, licet poſtea pro compendio ſuo ſingulas quaſque res peculiares populo venditari.* Flor. II. 6. 48. *Voluit Annibal contra fiduciam imitari; ſubjecitque argentarias Urbis tabernas; nec ſector inventus eſt.* V. & *Salmaſ. de mod. uſur.* c. 18. *Beroal. Annot.* c. 82. *Ravard. Var.* II. 7. *Pollet. For. Rom.* IV. 2.

Digitized by Google

8 dam furnariam exercentis [27] filia, equitem Romanum genuerit. Sed quod diſcrepat [28], ſit in medio [29].

25. COGNITURIS i. delationibus ad ærarium, aut fiſcum: de quibus Capitol. Anton. Phil. c. 11. *Delationes, quibus fiſcus augeretur, contempſit.* Et noſter Domit. 9. 9. Hinc Tacitus, quem *ſectionibus apud ærarium famoſum* dicit Ann. XIII. 23. 2. eundem *obliterata ærarii nomina retraxiſſe* ait ibid. n. 4. Quod prorſus *cognitoris* eſt hac ſignificatione. *Cognitor* proprie eſt, qui præſentis in urbe, vel conventu, ubi judicium agitur, partes ſuſcipit, & quidem ſponte ſe offerens. Feſtus. *Cognitor eſt, qui litem alterius ſuſcipit coram eo, cui datus eſt: procurator autem abſentis nomine auctor ſit.* Horat. Sat. II. 5. 38.

Pelliculam curare jube: ſi cognitor ipſe.

Unde ἔκδικος dicitur Cyrillo in gloſſis. *Cognitor*, ἔκδικος. Nam & hi *ecdici* & defenſores civitatum erant, & in primis etiam publicas pecunias curabant, & perſequebantur. Cicer. Fam. XIII. 56. *Mylaſii & Alabandenſes pecuniam Cluvio debent. Dixerat mihi Euthydemus, cum Epheſi eſſem, ſe curaturum, ut ecdici Mylaſii Romam mitterentur. Id factum non eſt: legatos audio miſſos eſſe: ſed malo ecdicos, ut aliquid confici poſſit.* Ab hac ſignificatione ſumptum eſt, ut delatores, & quadruplatores, & ἐνδεῖκται honeſtiore vocabulo dicerentur *cognitores*, tanquam qui cauſas ærarii, & fiſci, atque ita populi & principis ſuſciperent ſponte, ac tuerentur, cujus operæ pretium partes de proſcriptorum bonis conſequebantur. Atque huic lucro quia adjungebant ex illis plurimi, ut & ab haſta, quam erexerant, emerent, ideo perſæpe iidem *cognitores*, qui *ſectores*: quod etſi non facerent, tamen erant cognati, & ſocii, participeſque manubiarum, & lucri ex aliena calamitate. Illos conjungit etiam Manil. V. 336.

Deſueritque bonis ſector, pœnamque lucretur
Nexum, & patriam fraudavit debitor æris.
Cognitor eſt urbis.

V. *Gronov. de pec. vet.* IV. 3. *Salmaſ. de mod. uſur.* c. 16. *Scalig. in Manilium. Turneb. Adv.* V. 1. *Muret. V. L.* XI. 13.

26. VULGARI i. quæ ſui copiam facit, & ſe vulgat, & proſtituit. Ovid. Faſt. IV. 865.

Numina vulgares Veneris celebrate puellæ.

Ulpian. Digeſt. XLVIII. 5. 13. §. 2. *Sed & in ea uxore poteſt maritus adulterium vindicare, quæ vulgaris fuerit.* Noſt. Domit. 22. 2. *Turnebus* & *Torrentius.*

27. FURNARIAM EXERCERE dicebantur, qui pauperioribus e plebe non habentibus piſtrina domi *furnos* i. caminos calidos locabant. *Furnarius* eſt ἰπνοκαύστης, καμινοκαύστης, ἰπνευτής, ut deſcribitur Cyrillo in gloſſis. Ejus meminit etiam Ulpian. Digeſt. XXIX. 2. 24. §. 7. *Præterea ſi furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit: non venire in hanc ſtipulationem plериſque videtur.* Ita *negotiationes duas exercere, ſagariam & lintéariam* dicit Ulpian. Digeſt. XIV. 4. 5. §. 15. *Furnos* olim locatos fuiſſe docet Juven. Sat. VII. 4.

——— *cum jam celebres, notique Poetæ*
Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos
Tentarent.

28. QUOD DISCREPAT n. inter auctores i. de quo auctores non conveniunt.

29. SIT IN MEDIO i. controverſum relinquatur, de eo nihil ſtatuatur, definiatur. *In medio relinqui* dicit Cicer. pro Cœl. c. 20. *Hic ego jam rem definiam: mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam.*

CAPUT II.

ARG. *Quatuor filios ampliſſimæ dignitatis cognomines tellit Publius Vitellius.*

1 Cæterum P. Vitellius domo [1] Nuceria, ſive ille ſtirpis antiquæ, ſive pudendis [2] parentibus atque avis, eques certe Romanus, & rerum Auguſti procurator [3], quatuor filios ampliſſimæ dignitatis cognomines, ac tantum prænominibus [4] diſtinctos.

DOMO ſic ſeparabantur, in provinciis dignoſcebanturque municipes, ut in Urbe cives Romani tribu diſtincti fuerunt. *Ravard. de div. reg. jur.* 123. * Sidon. Epiſt. 1. 11. *Si requiſiſſes, qui genus, unde domo? non eminentius quam municipaliter natus.* Senec. ad Helv. c. 6. *Unde domo quiſque ſit, quære.*

2. PUDENDIS i. qui liberis propter vitæ turpitudinem ſunt *pudori*. Horat. Od. II. 4. 19.

Sic lucro averſam potuiſſe naſci
Matre pudenda.

3. RERUM AUGUSTI PROCURATOR eſt rationalis ſummæ rei, qui nobis eſt *Receveur general*, Euſebio τοῦ μεγίστου πράγματος προεστώς: ut rationalis ſummarum nobis eſt *Receveur particulier.* Nam rationalis ſummæ rei καθολικὸς, rationalis ſummarum ἐπὶ τῶν λόγων. At ἐπίτροπος eſt etiam *procurator*, & rationalis Cæſaris, qui provinciam obtinet, quique in partem adminiſtrationis provinciæ venit, ut ἡγεμών. *Guther. de offic. dom. Aug.* III. 18. *Buleng. de imper.* III. 17. *Laz. Comm. R. R.* II. 13.

4. PRÆNOMINA proprii nominis, quo frater a fratre diſtingueretur, partes etiam impleverunt, ut *Cn.* vel *Sex. Pompeius Magnus*, *M.* aut *Q. Tullius Cicero.* V. *Amtliſſ. Spanhem. de num. præſt. diſſ.* 6. *p.* 508.

5. Cura.

ctos reliquit, Aulum, Quintum, Publium, Lucium. Aulus in conſulatu obiit, 2
quem cum Domitio [5] Neronis Cæſaris patre inierat [6]: prælautus alioqui, famoſuſque cœnarum magnificentia. Quintus caruit ordine [7], cum auctore Tiberio ſecerni 3
minus idoneos ſenatores, removerique placuiſſet. Publius Germanici comes Cn. Pi- 4
ſonem inimicum, & interfectorem ejus, accuſavit condemnavitque [8]. Ac poſt præ- 5
turæ [9] honorem inter Sejani conſcios arreptus, & in cuſtodiam [10] fratri datus, ſcalpro [11] librario [12] venas ſibi incidit. Nec tam mortis pœnitentia quam ſuorum ob- 6
teſtatione [13] obligari [14], curarique ſe paſſus, in eadem cuſtodia morbo periit. Lu- 7
cius ex conſulatu [15] Syriæ præpoſitus [16], Artabanum Parthorum regem ſummis artibus,

5. Cum Domitio V. ſupr. Ner. 1. 4. §. 8.

* 6. Iniit conſulatum cum Domitio Furius Camillus Scribonianus. Tacit. Ann. VI. 1. 1. *Cn. Domitius & Camillus Scribonianus conſulatum inierant.* Dio LVIII. p. 631. E. Γελοιότατον πρᾶγμα τῷ ἑξῆς ἔτει ᾧ Γναῖος Δομίτιος καὶ Κάμιλλος Σκριβωνιανὸς ὑπάτευσαν, ἐγένετο. *Sequenti anno, Cn. Domitio & Camillo Scriboniano Conſulibus, res apprime ridicula accidit.* Et Camillo interfecto a militibus Kalendis Juliis ſubſtitutus eſt A. Vitellius. Hoc docet tabula Nolana, in qua ſic legitur:

CN. DOMITIUS. AHENOBARBUS. COS.
SUF. KAL. JUL. A. VITELLIUS. COS.

Qui dicitur a Suetonio eundem cum *Cn. Domitio iniiſſe*, hoc eſt, collegam habens Domitium, non quod ipſe etiam Domitius ac Vitellius una ſimul magiſtratum eadem die auſpicati fuerint. *Noriſ. Epiſt. Conſul. Ant. Rom. Grav. tom.* XI. *p.* 405. Noriſii interpretationem vis locutionis..... non fert, quæ nunquam aliter, quam de magiſtratuum auſpicio, ſive initio ponitur. Igitur hoc lapſibus Suetonii adſcribendum. *Gravius.*

7. Caruisse ordine, quo dejectus eſt, nove, & obſcure Quintium dicit noſter. *Senatu motum* dicit Tacit. ſupr. Tib. 35. 4. §. 22. *Torrentius.* * Ita fere Senec. Controv. II. 10. *Quæritur periculum ejus, qua pene caruit hic, qui amare caute jubet.*

8. Accusaverunt et condemnaverunt Piſonem Vitellius & Veranius Germanici comites, ut dictum ſupr. Tib. 52. 7. §. 16.

9. Præturam M. Licinio Craſſo, L. Calpurnio Piſone conſulibus, ſive anno ab U. C. 779. geſſiſſe Publium putat *Pigh. Ann.* III. *p.* 556.

10. Custodia præter militarem, & carcerem, duplex fuit: apud magiſtratus, & apud vades. Apud magiſtratus, cum reus conſuli, prætori, ædili, interdum & ſenatori, etiam non e magiſtratu committebatur. Sed id non niſi in reis illuſtribus uſurpatum. Tacit. Ann. VI. 3. 4. *Gallio retrahitur in Urbem, cuſtoditurque domibus magiſtratuum.* Dio LVIII. p. 622. D. Πρός τε γὰρ τῶν ἀεὶ ὑπάτων ἐτηρεῖτο, ἔξω τῆς τοῦ Τιβερίου ἀρχῆς· τότε γὰρ πρὸς τῶν στρατηγῶν ἐφυλάχθη. *Cuſtodiebaturque ſemper a conſulibus, niſi cum Tiberius conſul eſſet: tunc enim a prætoribus obſervabatur. Cuſtodia* illa vocabatur *libera.* Salluſt. B. C. c. 47. *Senatus decernit, ut, abdicato magiſtratu, Lentulus, itemque cæteri, in liberis cuſtodiis habeantur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum ædilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæſari, Coparius Cn. Terentio ſenatori traduntur.* Unde illam φυλακὴν ἄδεσμον vocat Dio I. *ſine vinculis.* Apud vades, cum eorum periculo fidejuſſoribus reus tradebatur. Tacit. Ann. V. 8. 2. *Neque aliud periclitantibus auxilii, quam in fratrum conſtantia fuit, qui vades exſtitere.* Lipſ. in Tacit. p. 102.

11. Scalpro i. cultello. Tacit. Ann. V. 8. 3. *Mox crebris prolationibus ſpem ac metum juxta gravatus Vitellius, petito per ſpeciem ſtudiorum ſcalpro, levem ictum venis intulit.*

12. Librarium dicit noſter *ſcalprum*, ut *fabrile* Liv. XXVII. 51. *Elephanti plures ab ipſis rectoribus, quam ab hoſte interfecti: fabrile ſcalprum cum malleo habebant....*

13. Obtestatione i. rogatione, precibus. *Obteſtatio* Feſto *eſt, cum deus teſtis in meliorem partem vocatur*, Donato in Terent. Hec. III. 3. 27. *eſt precatio cum mentione earum rerum, per quas petimus, ut Virg. Æn.* X. 46.

—— *per everſa genitor fumantia Trojæ*
Excidia obteſtor.

14. Obligare verbum eſt medicorum, qui *obligare* dicuntur vulnera. Cicer. N. D. III. 22. *Æſculapius primus vulnus dicitur obligaviſſe.* Tuſc. Quæſt. II. 16. *medicum requirens, a quo obligetur.* * Curt. IV. 6. 18. *Vulnus obligari juſſit.* Eodem ſenſu *deligare* Quintil. Inſtit. II. 17. *Nam & vulnus deligavit aliquis, antequam hæc ars eſſet.* Et *alligare.* V. *Cortium.*

15. Consul fuit L. Vitellius cum Paullo Fabio Perſico. Tacit. Ann. VI. 28. 1. *Paullo Fabio, L. Vitellio conſulibus, poſt longum ſæculorum ambitum, avis phœnix in Ægyptum venit.* Dio LVIII. p. 636. C. Οἱ δ' ὕπατοι Λούκιός τε Οὐιτέλλιος καὶ Φάβιος Πέρσικος τὴν δεκαετηρίδα, ἑώρταζον. *Sed conſules L. Vitellius & Fabius Priſcus ludos decennales nuncupaverunt.* Noſt. Perſ. vit. n. 1. ſive anno ab U. C. 786. ut volunt *Faſtorum Capitolinorum*, & *Siculorum auctores*, & *Caſſiodorus.*

16. Syriæ præpositum fuiſſe L. Vitellium dicit quoque Tacit. Annal. VI. 32. 6. *Cunctis, quæ apud orientem parabantur, L. Vitellium præfecit.* Illamque cum laude rexiſſe Dio LIX. p. 661. B. Ὁ γὰρ Βι-

bus, non modo ad colloquium ſuum, ſed etiam ad veneranda [17], legionum ſigna [18]
8 pellexit [19]. Mox cum Claudio principe, duos inſuper ordinarios [20] conſulatus [21],
9 cenſuramque [22] geſſit. Curam quoque imperii ſuſtinuit, abſente eo [23], expeditione Britannica: vir innocens & induſtrius, ſed amore libertinæ perinfamis, cujus etiam ſalivis melle commixtis, nec clam quidem aut raro, ſed quotidie ac palam arterias &
10 fauces pro remedio fovebat [24]. Idem miri in adulando ingenii [25], primus C. Cæſarem adorari ut deum inſtituit [26], cum reverſus ex Syria non aliter adire auſus eſſet,
11 quam capite velato [27], circumvertenſque [28] ſe, deinde procumbens [29]. Claudium uxori-

τέλλιος ὁ Λούκιος, οὔτ' ἀγεννὴς, οὔτ' ἄφρων ὤν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἐν τῇ Συρίᾳ ἀρχῆς ὀνομαστὸς γενόμενος. *Fuit inter eos etiam L. Vitellius, neque ignobilis, neque inſipiens homo, præſertim Syria a ſe gubernata inſignis.* Hinc *legatus conſularis* dicitur noſtr. ſupr. Cal. 14. 5.

17. Venerari quid ſit V. ſupr. Tib. 27. 1. §. 1.

18. Legionum signa venerari, & adorare ſolebant Romani. V. ſupr. Cal. 14. 5. §. 20.

19. Pellectum dicit noſter, *coactum* Dio ſupr. Cal. 14. 5. §. 15.

20. Ordinarius conſulatus quid, dixi ſupr. Galb. 6. 1. §. 8.

21. Consulatus hoſce duos cum Claudio principe quando geſſerit L. Vitellius, dictum ſupr. Claud. 14. 2. §. 2: 3. §. 4.

22. Censuram cum Claudio principe quando geſſerit L. Vitellius, dictum ſupr. Claud. 16. 1. §. 1.

23. Absente eo *Claudio.*

24. Fauces foverit qui *ſalivis libertinæ* Vitellius, ideo *impudicum os* ejus dici a Tacit. Ann. xi. 3. 2. putat ad illum *Lipſius.*

25. Mirum in adulando ingenium Vitellii notat etiam Tacit. Ann. vi. 32. 7. *Unde regreſſus, & formidine C. Cæſaris, familiaritate Claudii, turpe in ſervitium mutatus, exemplar apud poſteros adulatorii dedecoris habetur.* * Dio lix. p. 661. E. Βιτέλλιος μὲν οὖν, ἐκεῖθεν ἀρξάμενος, πάντας καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς ἄλλους κολακείᾳ ὑπερεβάλετο. *Eoque facto initio Vitellius omnes reliquos adulando ſuperavit.* Senec. N. Q. iv. Præf. ex Lipſii emendatione in Tacit. Ann. vi. n. 84. *Alius adulatione clam utetur, parce: alius ex aperto, palam, ruſticitate ſimulata, quaſi ſimplicitas illa, non ars ſit. Plancus ante Vitellium maximus.* Cum antea legeretur *ante Villeum.* Qui Villeus ignotus eſt.

26. Adorari ut deum instituit i. exemplo ſuo auctor fuit, ut pro *deo adoraretur.* Hoc ergo eſt, quod Aurel. Vict. Epit. 3. 8. tradit, primum Cajum *dei*, ac *domini* nomen ſibi vindicaſſe. Fecit vero id Vitellius, ut necem effugeret. Dio lix. p. 661. C. Οὗτος μὲν ὁ Βιτέλλιος μετεπέμφθη ἀπὸ τοῦ Γαΐου, ὡς καὶ ἀπολούμενος, ἐσώθη δὲ σχηματίσας πως ἑαυτὸν, ὥστε καὶ ἐλάττων αὐτοῦ τῆς δόξης φανῆναι, καὶ πρός τε τοὺς πόδας αὐτοῦ προσπεσὼν, καὶ δακρύσας κλαύσας, κἀκ τούτου καὶ θειάσας αὐτὸν πολλὰ καὶ προσκυνήσας, καὶ τέλος εὐξάμενος, ἂν περισωθῇ, θύσειν αὐτῷ ἐκεῖνο: ἐκ γὰρ τούτων οὕτως αὐτὸν ἐπράϋνε καὶ ἐμάλαξεν, ὥστε μὴ μόνον περιγενέσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς πάνυ φίλοις αὐτοῦ νομισθῆναι. *Is ergo Vitellius a Caio accitus, ut interficeretur, eo modo ſe neci eripuit. Compoſuerat ſe longe, quam gloria ejus ferret, humiliori habitu: ejuſque pedibus advolutus, effuſis lacrymis, atque illum ſimul & deum appellans ſæpius, & adorans, tandemque vovens, ſi incolumis evaſiſſet, ſe ei ſacrificaturum, ita hominem emolliit, ac ſibi placavit, ut non modo ſuperſtes maneret, ſed etiam inter præcipuos poſtea amicos haberetur.* Torrentius.

27. Capita velabant deos adoraturi. Plaut. Amph. v. 1. 41.

> *Invocat deos immortales, ut ſibi auxilium ferant,*
> *Manibus puris, capite operto.*

Curc. iii. 19.

> *Quis hic eſt, qui aperto capite Æſculapium*
> *Salutat?*

Ritus cauſas indicat Plutarch. Quæſt. Rom. 10. Ἢ ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς τῇ ἐπικαλύψει τῆς κεφαλῆς, ἢ μᾶλλον εὐλαβούμενοι τινα φωνὴν προσπεσεῖν αὐτοῖς ἔξωθεν εὐχομένοις ἀπαίσιον καὶ δύσφημον, ἄχρι τῶν ὤτων ἀναλαμβάνουσι τὸ ἱμάτιον: ὅτι γὰρ ἰσχυρῶς ἐφυλάττοντο ταῦτα, δῆλόν ἐστι τῷ προσιόντας ἐπὶ μαντεῖον χαλκωμάτων πατάγῳ περιψοφεῖσθαι: ἢ τὸν ἐν ἡμῖν δαίμονα δεῖσθαι τῶν ἐκτὸς θεῶν, καὶ ἱκετεύειν τῇ τῆς κεφαλῆς ἐπικαλύψει, τὴν τῆς ψυχῆς αἰνιττόμενοι ὑπὸ τοῦ σώματος ἐγκάλυψιν καὶ ἀπόκρυψιν. *Vel quod ea re animi demiſſionem confiterentur, vel potius, quod verentes, ne qua vox mali ominis foris accideret, uſque ad aures veſtem ſurſum attrahunt. hoc enim eos admodum vitare ex eo liquet, quod ad oraculum conſulendum accedentes, tinnitu æris circumſonantur: aut, ut oſtendant, genium, qui in nobis eſt, deorum, qui extra ſunt, ope indigere, iiſque ſupplicare, capite operiendo per ambages arguentes, animum a corpore occultari atque tegi.* De hoc ritu etiam *Beroaldus, Torrentius, Stuck. A. C.* ii. 28. *Laz. Comm. R. R.* viii. 14. *Salden. Ot. Theol.* 1. 6. 8. *Schegk. Præmeſſ. Epiſt.* 10. *Buleng. de veſt. Pont.* c. 36. *Scalig. Conject. in Varr.* p. 39. *Jun. Anim.* ii. ii. *Noris Cenot. Piſan.* ii. 5. *Guther. de Jur. Pont.* iv. 17. *Boxhorn. Quæſt. Roman. Plutarch.* 10.

28. Circumvertere se in orbem ſolebant Romani deos adoraturi. Plutarch. Marcell. p. 301. B. Οὕτω γὰρ ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις προσκυνεῖν τοὺς θεοὺς περιστρεφομένους. Noſt. Veſp. 7. 2. Et quidem dextrovorſum, capite ſummiſſo, dextra manu labris admota, & ad oſculum relata, priore digito in erectum poli-

uxoribus libertiſque addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere a Meſſalina [30] petiit, ut ſibi pedes præberet excalceandos [31]: detractumque ſocculum dextrum, inter togam tunicaſque [32] geſtavit aſſidue, nonnunquam oſculabundus. Nar- 12
ciſſi [33] quoque & Pallantis [34] imagines aureas inter Lares [35] coluit. Hujus & illa 13
vox eſt, *ſæpe facias* [36]: cum ſeculares ludos edenti Claudio gratularetur.

pollicem reſidente. Plin. XXVIII. 2. *In adorando dextram ad oſculum referimus, totum corpus circumagimus.* Plaut. Curc. I. 1. 69.

——— quo me vortam, neſcio.
PA. *Si deos ſalutas, dextreverſum cenſeo.*

Inſtitutum fuit Numæ Pompilii. Plutarch. in Numa p. 69. E. Οὕτως ἔνια τῶν Νυμᾶ, πάτριον ἀπόρρητον ἔχει τὸν λόγον: οἷον... τὸ προσκυνεῖν περιστρεφομένους. Ἡ δὲ περιστροφὴ τῶν προσκυνούντων λέγεται μὲν ἀπομίμησις εἶναι τῆς τοῦ κόσμου περιφορᾶς: δόξῃ δ' ἂν μᾶλλον ὁ προσκυνῶν, ἐπεὶ πρὸς ἕω τῶν ἱερῶν βλεπόντων ἀπέστραπται τὰς ἀνατολὰς, μεταβάλλειν ἑαυτὸν ἐνταῦθα, καὶ περιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεὸν, κύκλον ποιῶν καὶ συνάπτων τὴν ἐπιτελείωσιν τῆς εὐχῆς δι' ἀμφοῖν. Εἰ μὴ νὴ Δία τοῖς Αἰγυπτίοις τροχοῖς αἰνίττεταί τι καὶ διδάσκει παραπλήσιον ἡ μεταβολὴ τοῦ σχήματος ὡς οὐδενὸς ἑστῶτος τῶν ἀνθρωπίνων, ἀλλ' ὅπως ἂν στρέφῃ καὶ ἀνελίττῃ τὸν βίον ἡμῶν ὁ θεὸς, ἀγαπᾶν καὶ δέχεσθαι προσῆκον. *Eodem modo Numa quædam inſtituta rationem habent involutam, ut ſunt illa.... Circumagas te, dum deos adoras. Converſio adorantium ſimulacrum orbis mundi dicitur eſſe. Quin magis videatur, qui adorat deos, quando orientem ſpectantibus templis averſus eſt ab ortu, eo ſe flectere, & mox convertere ad deum, orbem conficiens, & committens ex ambobus conſummationem precum. Niſi quid hercle ſimiliter Ægyptiis rotis involvit, & ſignificat hac figura mutatio, nihil eſſe in rebus humanis ſtabile, ſed quæ verterit, & volverit vitam noſtram deus, contentos eſſe nos & boni debere conſulere.* De hoc ritu etiam *Beroaldus, Pithœus Adv.* I. 7. *Turneb. Adv.* I. 17. *Pier. Hierogl.* XXXIX. 9. *Stuck. A.* C. II. 28. *Merul. de ſacrif.* c. 6. §. 2. *Dalechamp. in Plinium, Tiraquell. in Alex. Gen.* IV. 17. *Bell. de part. templ. aug.* c. 9. §. 3.

29. PROCUMBERE post omnes ceremonias ſolebant precantes. Liv. XXX. 16: *Qui ubi in caſtra Romana, & prætorium pervenerunt, more adorantium (accepto, credo, ritu ex ea regione, ex qua oriundi erant) procubuerunt.* Quare poſt illas procubuerint, docet Plutarch. ibid. p. 70. A. Τὸ δὲ καθίζεσθαι προσκυνήσαντας οἰωνισμὸν εἶναι λέγουσι τῆς βεβαιότητος ταῖς εὐχαῖς, καὶ διαμονῆς τοῖς ἀγαθοῖς ἐγγινόμενον. Λέγουσι δὲ καὶ πράξεων διορισμὸν εἶναι τὴν ἀνάπαυσιν, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ πράξει πέρας ἐπιτεθεικότας καθίζεσθαι παρὰ τοῖς θεοῖς, ἵνα ἑτέρας πάλιν ἀρχὴν παρ' ἐκείνων λάβωσι. Δύναται δὲ καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις ὁμολογεῖν, ἐθίζοντος ἡμᾶς τοῦ νομοθέτου μὴ ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τὸ θεῖον ἐντεύξεις ἐν ἀσχολίᾳ καὶ παρέργως, οἷον σπεύδοντας, ἀλλ' ὅταν χρόνον ἔχωμεν καὶ σχολὴν ἄγωμεν. *Conſidere ab adoratione omen eſſe dictitant ratarum precum, & felicitatis in poſterum durabilis. Ajunt etiam hanc requiem diſpertitionem eſſe negotiorum, quaſi actionibus explicatis prioribus conſideant coram diis, ut auſpicentur ab iiſdem alias. Nec vero impedit quidquam, quin hoc cum ſuperioribus congruat, aſſueſaciente nos legiſlatore, ne pacem deûm occupati, vel in tranſcurſu, & veluti properantes poſcamus, ſed ubi vacat, & otium eſt.*

30. MESSALINA *Valeria*, de qua ſupr. Claud. 26. 7.

31. EXCALCEABANT dominarum pedes pueri ad pedes, & ancillæ, ut vocabantur. Ovid. Art. II. 211.

Nec dubita tereti ſcamnum producere lecto:
Et tenero ſoleam deme, vel adde pedi.

O togatum mancipium, vir conſularis, & cenſorius, & imperii curator L. Vitellius!

32. INTER TOGAM, TUNICASQUE, quia ſoccos aureos, & lapillis fulgentes, quibus uſi, cum cæteris calceamentis non promiſcue habebant, ſed in thecis, quas σανδαλοθήκας appellabant, ſervabant veteres. Unde & ſandaligeruli & ſandaligerulæ in comœdiis. *Caſaubonus.*

33. NARCISSI, de quo ſupr. Claud. 28. 5. 4. 15.

34. PALLANTIS, de quo ſupr. Claud. 28. 5. §. 17.

35. INTER LARES i. in *Larario*, quod V. ſupr. Aug. 7. 2. §. 12.

36. SÆPE FACIAS, adulatoria, imo ſtulta vox eſt Vitellii optantis, ut Claudius jam pæne decrepitus *ſæpius* ludos ſeculares *faceret*, quod ne adoleſcenti quidem contingere potuiſſet, ſi centeſimo quoque anno, ut ab initio fuerat inſtitutum, celebrari contigiſſet. *Sabellicus, & Beroaldus.* * Erat tamen inter ſollemnia vota. SÆPE FACIAS. Cenſor. D. N. c. 2. *A votis auſpicia ſumantur. Itaque hunc diem, quod ait Perſius, numera meliore lapillo. Idque quam ſæpiſſime facias exopto.*

CAPUT III.

ARG. *Paralyſi deceſſit, & publico funere, ſtatuaque pro Roſtris honoratur L. Vitellius: naſcitur, & pueritiam, primamque adoleſcentiam inter Tiberiana ſcorta agit Aulus Vitellius.*

1 Deceſſit paralyſi [1] altero die [2] quam correptus eſt, duobus filiis [3] ſuperſtitibus, quos ex Sextilia probatiſſima [4], nec ignobili femina editos conſules vidit: & quidem eodem ambos, totoque anno [5], cum majori [6] minor in ſex menſes [7] ſucceſſiſ-
2 ſet. Defunctum ſenatus [8] publico funere [9] honoravit: item ſtatua pro Roſtris [10],
3 cum hac inſcriptione [11], PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRINCIPEM. Aulus Vitellius L. filius IMPERATOR natus eſt octavo Kalendas Octobris, vel, ut quidam, ſeptimo
4 Idus Septembris, Druſo Cæſare, Norbano Flacco conſulibus [12]. Genituram [13] ejus prædictam a mathematicis, ita parentes exhorruerunt [14], ut magnopere ſemper contenderit pater, ne qua ei provincia vivo ſe committeretur: & mater miſſum ad
5 legiones [15], & appellatum imperatorem pro afflicto ſtatim lamentata ſit [16]. Pueritiam primamque adoleſcentiam Capreis [17] egit inter Tiberiana ſcorta [18], & ipſe perpetuo ſpintriæ [19] cognomine notatus: exiſtimatuſque corporis gratia initium & cauſa incrementorum [20] patri fuiſſe.

PARALYSI i. nervorum reſolutione. Deſcribit illam Celſ. III. 27. *Reſolutio nervorum frequens ubique morbus eſt. Sed interdum tota corpora, interdum partes infeſtat. Veteres auctores illud ἀποπληξίαν, hoc παράλυσιν nominaverunt. Nunc utrumque παράλυσιν appellari video.*

2. ALTERO DIE i. poſtridie.

3. DUOBUS FILIIS, *Aulo & Lucio.*

4. PROBATISSIMA *femina.* Tacit. Hiſt. II. 64. 3. *Pari probitate, mater Vitelliorum, antiqui moris.*

5. EODEM ANNO n. ab U. C. 800.

6. MAJORI *Aulo, qui poſteà Auguſtus appellatus eſt.* Faſti Capitolini.

7. IN SEX MENSES, *ex Kalendis Juliis.* Faſti Capitolini.

8. SENATUS niſi decreviſſet, nullum fuit funus publicum. Tacit. Ann. III. 48. 1. *Sub idem tempus, ut mors Sulpicii Quirini publicis exſequiis frequentaretur, petivit a ſenatu.* VI. 11. 5. *Dein Piſo viginti per annos pariter probatus, publico funere ex decreto ſenatus celebratus eſt.* Plura *Guther. de jur. man.* II. 1.

9. PUBLICUM FUNUS deſcripſi ſupr. Tib. 75. 5. §. 20.

10. ROSTRA V. ſupr. Cæſ. 61. §. 6.

11. INSCRIPTIONES ſtatuis fuiſſe additas docui ſupr. Cal. 34. 2. §. 5. Quatuor interdum abſolvebantur vocibus, ut illa Syllæ, de qua Appian. B. C. I. p. 410. ΚΟΡΝΗΛΙ'ΟΥ ΣΥ'ΛΛΑ, 'ΗΓΕΜΟ'ΝΟΣ 'ΕΥΤΥΧΟ'ΥΣ. CORNELIO SYLLÆ IMPERATORI FELICI. Et hæc L. Vitellii. V. & *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 27. *Buleng. de imper.* II. 12.

12. DRUSO CÆSARE TIB. FIL. C. NORBANO CONSULIBUS i. anno ab U. C. 767. *Faſti Capitolini, Caſſiodorus, & Pigh. Ann.* III. *p.* 543.

13. GENITURAM, verbum matheſeos V. ſupr. Aug. 94. 22. §. 74.

14. EXHORRUERUNT i. expaverunt, reformidarunt tanquam mathematici prædixiſſent, futurum quidem Vitellium Imperatorem, ſed in imperio per vim cruciabiliter moriturum. *Beroaldus.*

15. Ad LEGIONES Germaniæ inferioris, ad quas illum miſerat Galba. V. ſupr. Oth. 8. 1. §. 2.

16. PRO AFFLICTO LAMENTATA EST, memor prædictionis mathematicorum *lamentatione* proſecuta eſt, tanquam jam *afflictum*, ſubiturumque illico ſupplicium poſt imperii nomen. Tacit. Hiſt. II. 64. 4. *Dixiſſe quin etiam, ad primas filii ſui epiſtolas, ferebatur* Sextilia, *non Germanicum a ſe, ſed Vitellium genitum. Nec ullis poſtea fortunæ illecebris, aut ambitu civitatis in gaudium evecta, domus ſuæ tantum adverſa ſenſit.* Beroaldus. Quid proprie *affligere*, dixi ſupr. Aug. 66. 2. §. 5.

17. CAPREAS V. ſupr. Aug. 72. 6. §. 36.

18. SCORTA vocantur etiam pueri meritorii. V. quæ dixi ad Curt. VI. 7. 33. §. 44.

19. SPINTRIA quis fuerit dictus V. ſupr. Tib. 43. 1. §. 4.

20. INCREMENTORUM PATRI FUISSE i. ut pater honores conſequeretur, ad officia proveheretur.

CAPUT IV.

ARG. *Omnibus probris contaminatus præcipuum in aula locum tenet Aulus Vitellius.*

1 Sequenti quoque ætate omnibus probris contaminatus, præcipuum in aula locum tenuit: Cajo per aurigandi, Claudio per aleæ ſtudium familiaris [1]. Sed aliquanto

FAMILIARITATEM inter malos conciliat vitiorum, ut inter bonos amicitiam morum, & ſtudiorum ſimilitudo. *Familiaris* igitur Cajo Vitellius factus eſt per ſtudium aurigandi, quo ille inprimis oble-

quanto Neroni acceptior, cum propter eadem hæc, tum peculiari merito [2]: quod præſidens certamini Neroneo, cupientem [3] inter citharœdos contendere, nec quamvis flagitantibus cunctis promittere [4] audentem, ideoque egreſſum theatro [5] revocaverat, quaſi perſeverantis [6] populi legatione ſuſcepta, exorandumque præbuerat [7].

ſtabatur: Claudio per aleam, cujus ille erat ſtudioſiſſimus. *Beroaldus.*

2. PECULIARI MERITO i. ſpeciali, ut dici ſolet, beneficio. *Beroaldus.*

3. CUPIENTEM *Neronem.*

4. PROMITTERE i. profiteri ſe citharœdum.

5. EGRESSUS THEATRO Nero fuerat, quia non audebat ob dedecus atque infamiam promittere ſe inter citharœdos muſica decertaturum. *Beroaldus.*

6. PERSEVERANTIS i. *perſeveranter* efflagitantis, ut Nero in theatrum revocaretur.

7. EXORANDUM PRÆBUERAT i. precibus ei ita inſtiterat, ut quod libentiſſime faciebat, & præ pudore facere non audebat, videretur facere precibus populi coactus.

CAPUT V.

ARG. *Honoribus & ſacerdotiis augetur, ſed illos, & hæc voluntate diſpari, & exiſtimatione adminiſtrat Aulus Vitellius.*

Trium itaque principum [1] indulgentia, non ſolum honoribus, verum & ſacerdotiis [2] ampliſſimis auctus, proconſulatum Africæ [3] poſt hæc, curamque operum publicorum [4] adminiſtravit: & voluntate diſpari [5], & exiſtimatione. In provincia ſingularem innocentiam [6] præſtitit biennio continuato [7]; cum ſuccedenti fratri [8] legatus ſubſtitutus [9] eſſet. At in urbano officio [10] dona atque ornamenta templorum ſurripuiſſe, & commutaſſe quædam ferebatur: proque auro & argento ſtannum [11] & aurichalcum [12] ſuppoſuiſſe.

TRIUM PRINCIPUM, *Caligulæ, Claudii & Neronis.*

*2. SACERDOTIIS, quia pro eximio honore habitum, ut quis in plura collegia cooptaretur. V. ſupr. Galb. 8. 1 §. 2.

2. PROCONSULEM AFRICÆ fuiſſe A. Vitellium etiam prodidit Tacit. Hiſt. I. 70. 2. *Proconſulem Vitellium Syllani in Africa habuerunt.* Ejus *proconſulatum* ad annum ab U. C. 812. quo conſules fuerunt Nero IV. & Coſſus Cornelius, transfert *Pigh. Ann.* III. p. 594.

4. OPERUM PUBLICORUM, quæ excogitaſſe Auguſtum dicit noſt. ſupr. 37. 1.

5. VOLUNTATE DISPARI, quia, cum in provincia fuiſſet innocens, Romæ in officio urbano fuit ſpoliator & impoſtor. *Beroaldus.*

6. INNOCENTIA eſt abſtinentia a rebus alienis. Cicer. pro Manil. c. 13. *Quanta innocentia debent eſſe imperatores?* Vitellii *innocentiam* laudat etiam Tacit. Hiſt. II. 97. 5. *Quippe integrum illic*, in Africa, *ac favorabilem proconſulatum Vitellius egerat.*

7. BIENNIO CONTINUATO. Anno enim primo proconſul, ſecundo legatus fuit fratris. *Beroaldus.*

8. FRATRI *Lucio.*

9. SUBSTITUI dicitur ille, qui vacuum deſertione alterius locum occupat: quod hic de Vitellio dici poſſe non videtur. Legendum eſt cum libro ampliſſimi Memmii, cui & alii e noſtris aſſentiuntur, *ſubſtitiſſet.* Quum enim exacto tempore adminiſtrationis annuæ provincia excedendum eſſet Vitello, ille *ſubſtitit*, ut fratri ſibi ſuccedenti legatum ageret. *Caſaubonus.*

10. URBANO OFFICIO, *operum publicorum adminiſtratione*, ut noſt. n. 1.

11. STANNUM *appellatur ejus*, plumbi, *liquor, qui primus fluit in fornacibus.* Plin. XXXVI. 16.

12. AURICHALCUM & *orichalcum* ſcripſerunt veteres, ut *ploſtrum* & *plauſtrum*: *Plotus* & *Plautus*: *coſes* & *cautes.* *In locis invenitur montuoſis. Mons enim Græce* ὄρος *appellatur.* Feſtus. De aurichalco multa *Scaliger in Feſtum*, *Bochart. Hieroz.* II. 6. 16. *Rhodig. A. L.* XIX. 9. *Savot. de Num. Antiq.* II. 16.

CAPUT VI.

ARG. *Petroniam, & Galeriam Fundanam uxores habet, & ex illis liberos tollit Aulus Vitellius.*

Uxorem habuit Petroniam [1] conſularis viri filiam, & ex ea filium Petronianum 11

PETRONIA forte fuit ſoror T. *Petronii* Turpiliani, qui conſul cum Cæſonio Pæto, ut monet Tacit. Ann. XIV. 29. 1. ſive anno ab U. C. 813. ut volunt Faſti Capitolini & Pigh. Ann. III. p. 594.

V. Ryc-

2 num [2], captum altero oculo. Hunc hæredem a matre ſub conditione inſtitutum, ſi
de poteſtate patris exiſſet [3], manu emiſit [4]: brevique, ut creditum eſt, interemit,
inſimulatum inſuper parricidii, & quaſi paratum ad ſcelus venenum ex conſcientia [5]
3 hauſiſſet. Duxit mox Galeriam [6] Fundanam prætorio patre. Ac de hac quoque
liberos utriuſque ſexus tulit [7]: ſed marem [8], titubantia oris prope mutum, & elin-
guem [9].

V. *Ryckium in Tacit. p.* 372. Cum *Petronia* divortium feciſſe videtur Vitellius. Ita enim de illis Tacit. Hiſt. II. 64. 1. *Vitellius, metu & odio, quod Petronianam uxorem ejus mox Dolabella in matrimonium accepiſſet, vocatum per epiſtolas, vitata Flaminiæ viæ celebritate, devertere Interamnam, atque ibi interfici juſſit.*

* 2. PETRONIANUM. Cognomen hoc indubie a matre habuit. A matribus enim filiis cognomina indere etiam ſolebant veteres. A matre Salonia Salonianum filium dixit Cato major. Plutarch. Cat. maj. p. 351. C. Γέρμαντι δὲ τῷ Κάτωνι γίνεται παῖς, ᾧ παρωνύμιον ἀπὸ τῆς μητρὸς ἔθετο Σαλώνιον. *Catoni, cum duxiſſet uxorem* Saloniam, *natus eſt filius, cui a matre cognomen Salonianum reddidit.* Gell. N. A. XIII. 19. *Ex qua natus eſt ei M. Cato Salonianus. Hoc enim illi cognomentum fuit a Salonio patre matris datum.* A matre Veſpaſia Polla T. Flavium Veſpaſianum T. Flavius Sabinus. A matre Flavia Domitilla T. Flavium Domitianum filium T. Flavius Veſpaſianus. Inſcriptiones plurimas hoc tradentes collegit *Rupert. Epiſt. ad Reineſ.* 48.

3. DE POTESTATE PATRIS EXISSET i. pater illum emancipaſſet, ita ut nullum amplius in eum jus haberet. Inter maritum & uxorem non erat apud Romanos bonorum communio, ſed uxor marito nubens aliquam bonorum ſuorum partem illi pro dote dabat, cætera libere poſſidebat, emebat, vendebat, ſine ulla mariti impetrata venia. Imo, ſi maritus decoctor bona dilapidaret, uxor ante maritum decedens, hæredes inſtituebat liberos, illa lege, *ſi de poteſtate patris exiiſſent*, ne pater filii bona auferret, & dilapidaret.

4. MANU EMISIT i. poteſtate ſua dimiſit. In *manu* enim eſſe, pro in poteſtate eſſe Ictis familiare eſt. Quod quoque monet *Babelonius*.

5. EX CONSCIENTIA, quia tanti in patrem ſceleris ſibi *conſcius* erat.

6. GALERIÆ mentionem quoque facit Tacit. Hiſt. II. 60. 6. *Trachalum adverſus criminantes Galeria uxor Vitellii protexit.* 64. 3. *Et Triaria licentiam modeſtum e proximo exemplum onerabat Galeria imperatoris uxor.* Xiphil. LXV. p. 735. C. Ἡ γυνὴ δὲ αὐτοῦ Γαλερία, ὡς ὀλίγου ἐν τῷ βασιλικῷ κόσμου εὑρεθέντος, κατεγέλα. *Vitellii uxor Galeria ridere ſolebat, quod in regia parum ornatus reperiſſet.*

7. LIBEROS UTRIUSQUE SEXUS TULISSE *Vitellium* docet etiam nummus aureus, puerum & puellam exhibens, cum inſcriptione, LIBERI IMP. GERM. AVG. Invenies hunc apud *ampliſſ. Spanhem. diſſert. de Præſtant. numiſm.* VII. *p.* 649. & *Torrentium.*

8. MAREM *Germanicum* dictum. Tacit. II. 59. 6. *Perlatumque, & paludamento opertum, ſinu retinens, Germanicum appellavit.* De illo idem III. 66. 4. *Sed quod nomen, quem ſtatum filio ejus Germanico fore?* Hunc *Mucianus* Veſpaſianarum partium dux *interfici juſſit, manſuram diſcordiam obtendens, ni ſemina belli reſtinxiſſet* apud eundem IV. 80. 1.

9. TITUBANTIA ORIS.... ac imperio proinde parum idoneum. Unde ἄπαιδα forte Vitellium vocat Joſeph. de Bell. Judaic. V. 10. Ἄπαιδα αὐτὶ πατρὸς εὐχέσθαι. *Nullos habentem liberos pro patre optaturos.* V. laudatum *virum ampliſſimum de numiſm. p.* 650.

CAPUT VII.

ARG. *In inferiorem Germaniam miſſus, & a creditoribus detinentibus vix dimiſſus, ſupinis manibus ab exercitu excipitur, milites etiam caligatos obvios exoſculatur, & mulionibus.... viatoribuſque præter modum comis eſt Aulus Vitellius.*

1. 2 A Galba in inferiorem [1] Germaniam contra opinionem miſſus eſt. Adjutum putant T. Vinii ſuffragio, tunc potentiſſimi, & cui jampridem per communem factionis Venetæ [2] favorem conciliatus [3] eſſet: niſi quod Galba præ ſe tulit [4], nullos minus

* 1. INFERIOREM, quam *ſecundam* vocavit & deſcripſit *Ammian.* ſupr. Galb. 16. 4. §. 9.

2. FACTIO VENETA aurigarum a *veneto* i. cæruleo denominata eſt colore. Hunc *marinis fluctibus ſimilem eſſe*, dicit, & ea de re, *ne exploratoriæ naves candore prodantur, colore veneto vela tingenda eſſe, & funes* vult Veget. IV. 37. De hac *factione* Lamprid. Heliog. c. 19. *Æſtiva convivia coloribus exhibuit, ut hodie praſinum, vitreum alia die, venetum deinceps exhiberet*, ut hoc loco legendum eſſe vult Salma-

minus metuendos, quam qui de ſolo victu cogitarent [5]: ac poſſe provincialibus copiis [6] profundam ejus expleri gulam, ut cuivis evidens ſit, contemptu magis, quam gratia electum. Satis conſtat exituro viaticum defuiſſe, tanta egeſtate rei familiaris, ut uxore & 3
liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo [7] abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret [8]: utque ex aure [9] matris detractum unionem pigneraverit [10] ad itineris impenſas. Creditorum [11] quidem præſtolantium [12] ac detinentium [13] turbam, & in 4
iis Sinueſſanos [14] Formianoſque [15], quorum publica vectigalia interverterat [16], non niſi terrore calumniæ amovit: cum libertino cuidam acerbius debitum repoſcenti, injuriarum formulam, quaſi calce ab eo percuſſus, intendiſſet [17], nec aliter quam extortis quinquaginta

Salmaſius. De illa & noſt. infr. 14. 7. Quantopere *factioni Venetæ* faverit Vitellius, docet Xiphil. LXV. p. 735. D. Ὃν ἠπίσταντο τοὺς ἀγωνιστὰς ἵππους ἐν τῇ ἐνετίῳ ἐσθῆτι ψήχοντα. *Quem ſciebant veneto veſtitu certatores equos in certaminibus abſterſiſſe.* Eidem *factioni* ſavit etiam Vinius, & ejus patrocinio provinciam eſt adeptus Vitellius.

3. CONCILIATUS i. amicus factus, ut dictum ſupr. Cæſ. II. 1. §. 1. *Conciliatur* verò inferior ſuperiori. Serv. in Æn. 1. 83. *Eſt hyſteroproteron in ſenſu: non enim Jupiter conciliatur Æolo; ſed Æolus Jovi, quaſi ſuperiori.*

4. PRÆ SE TULIT i. oſtendit, confeſſus eſt. *Præ ſe ferre* enim eſt dicto, factove; & ipſa ſtatim fronte, qualem opinionem de aliqua re, aut homine habeas, confiteri. *Sabellicus.*

5. DE SOLO VICTU COGITARENT i. ſummum bonum in voluptate cibaria collocarent. Hi nihil arduum, nihil ſublime meditantur, ſed veluti demerſi voluptatum cœno marceſcunt dediti ventri, & turpiſſimæ corporis parti. Sicut igitur aliena virtus formidoloſa regibus eſſe ſolet, ita deſidia minime metuenda eſt. Et ideo legionibus Germanicis Vitellium præfecit Galba. *Beroaldus.*

6. PROVINCIALIBUS COPIIS i. Germanorum divitiis. *Beroaldus.*

7. COENACULUM quid fuerit, dixi ſupr. Aug. 45. 1. §. 2. Hoc, ut in illud uxorem, liberoſque conjiceret, levi pretio conduxit alibi Vitellius. Non enim in ipſa fuit domo Vitellii, qui hactenus ſuæ domus partem nullam ſolitus eſt elocare, verum alibi, ubi quis hoc facere conſueverat, unde quoque id *cœnaculum* hic appellatur *meritorium.* Hoc vero explicui ſupr. Cæſ. 57. 2. §. 6. V. *Scheffer. R. V.* II. 30.

8. ABLOCARET i. i. ſub pretio bene magno aliis habitandam *locares.* Quod verbum eſſe rariſſimum in *Foro Romano* dicit *Cælius Secundus Curio.*

9. EX AURIBUS *uniones binos ac ternos ſuſpendere, feminarum gloria eſt.* Plin. IX. 35. Et XI. 37. *Aures homini tantum immobiles. Nec in alia parte feminis majus impendium, margaritis dependentibus.* Hinc Senec. de Benef. VII. 9. *Video uniones, non ſingulos auribus comparatos: jam enim exercitatæ aures oneri ferendo ſunt: junguntur inter ſe, & inſuper alii binis ſuperponuntur: non ſatis muliebris inſania viros ſubjecerat, niſi bina ac terna patrimonia auribus ſingulis pependiſſent.* V. Cleopatram & Metellam ſupr. Cal. 37. 1. §. 6. *Beroaldus, Dalechamp. in Plinium, Barthol. de in aur. c.* 2.

10. PIGNERAVERIT i. pro pecunia mutuo ſumpta *pignori* oppoſuerit. V. ſupr. Claud. 10. 7. §. 33.

11. CREDITORUM, ob quorum multitudinem illum antea in foro videre nemo poterat. Xiphil. LXV. p. 735. E. Ὃν οὐδεὶς οὐδὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ πρότερον διὰ τὸ τῶν δανειστῶν πλῆθος ἰδεῖν ἐδύνατο.

12. PRÆSTOLANTIUM i. num domo exiret, obſervantium. Debitorem de debito, ſi domi eſſet, non appellabat, nec in jus vocabat creditor, ſed obſervabat illum domo exeuntem, & in via obvium compellabat, & debiti reſtitutionem poſcebat, &, ſi illud non reſtitueret, in jus rapiebat. Juven. XI. 9.

Multos porro vides, quos ſæpe eluſus ad ipſum
Creditor introitum ſolet exſpectare macelli.

13. DETINUERINT *Vitellium* debitorem quomodo creditores, narrat Xiphilinus. Οἱ γε μὴν δεδανεικότες τι αὐτῷ, ἐξορμῶντος μὲν αὐτοῦ ἐς τὴν Γερμανίαν, ἐπελάβοντο, καὶ μόλις ποτὲ κατεγγυηθέντα αὐτὸν ἀπέλυσαν. *At ii, qui pecunias ei crediderant, proficiſcentem in Germaniam prehenderant, ac vix datis fidejuſſoribus eum dimiſerant.*

14. Ἡ δὲ Σινόεσσα ἐν Σετίνῳ κόλπῳ ἵδρυται, ἀφ' οὗ καὶ τοὔνομα. *Sinueſſa in ſinu Setino ſita eſt, & a ſinu nomen gerit.* Strab. V. p. 161. *Placuit, ut duæ coloniæ circa Veſcinum & Falernum agrum deducerentur; una ad oſtium Liris fluvii, quæ Minturnæ appellata: altera in ſaltu Veſcino, Falernum contingente agrum: ubi Sinope dicitur Græca urbs fuiſſe, Sinueſſa deinde ab colonis Romanis appellata.* Liv. X. 21. De illa etiam *Cluver. Ital. ant.* III. 10. 11.

15. FORMIÆ, urbs maritima Campaniæ, ad mare Tyrrhenum. Φορμίαι Λακωνικὸν κτίσμα ἐστὶ ἑξῆς Ὁρμίαι λεγόμενον πρότερον διὰ τὸ εὔορμον. *Sequuntur Formiæ a Laconibus condita, prius ob opportunitatem littoris ad excipiendas naves Hormiæ dictæ.* Strab. V. p. 161. Plin. III. 5. Feſtus. De illis etiam *Cluver. Ital. ant.* III. 10. 6. *Arcer. in Ælian. p.* 94.

16. INTERVERTERAT i. interceperat, in privatos uſus verterat. Plaut. Aſin. II. 2. 92.

Quomodo argentum intervertam.

Marcell. Digeſt. XVI. 3. 22. *Si duo heredes rem apud defun-*

5 ta HS remiſiſſet. Advenientem male animatus erga principem [18] exercitus, pronuſ-
que ad res novas, libens ac ſupinis [19] manibus excepit, velut dono deûm oblatum
6 ter conſulis filium, ætate integra [20], facili [21] ac prodigo [22] animo. Quam veterem de
ſe perſuaſionem Vitellius recentibus etiam de ſe experimentis auxerat, tota via cali-
gatorum [23] quoſque militum obvios exoſculans, perque ſtabula [24] ac diverſoria, mu-
lionibus ac viatoribus præter modum comis [25]: ut mane ſingulos jamne jentaſſent [26]
ſciſcitaretur, ſeque feciſſe ructu [27] quoque oſtenderet.

defunctum depoſitam dolo interverterint.

17. Intendisset *formulam* i. moviſſet actionem. *Formulam* de re qualibet inſtitutam eſſe actionem, dixi ſupr. Claud. 14. 6. §. 13.

18. Male animatus erga principem i. a *principe* Galba alienatus. Cicer. Fam. xv. 1. *Etſi intelligebam ſocios infirme animatos eſſe, & novarum rerum exſpectatione ſuſpenſos.* Illi opponitur bene animatus apud Nepot. Cim. 2. 4. *Inſulas bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coegit.*

19. Supinis i. in cœlum porrectis, ut diis videretur agere gratias, quod talem ſibi conceſſiſſent imperatorem. In cœlum porrigere manus ſolebant deos adoraturi. Horat. Od. iii. 21. 1.

Cœlo ſupinas ſi tuleris manus.

20. Ætas integra quænam, dictum ſupr. Aug. 19. 2. §. 10.

* 21. Facili i. comi n. 6. *Facilitatem* & comitatem jungit Cicer. pro Mur. c. 31. *Si illius comitatem facilitatemque tuæ gravitati ſeveritatique aſperſeris.* Et *facilitatem* per comitatem explicat Nep. Att. 15. 1. *Ejus comitas non ſine ſeveritate erat, neque gravitas ſine facilitate.*

22. Prodigalitas vitium eſt, ſed amabile. Et *prodigus* melior eſt quam avarus: multis enim prodeſt; cum avarus nemini, nec ſibi quidem ipſi proſit. Liberales etiam maxime omnium fere, qui virtute quapiam prædıti ſunt, amari conſueverunt: utilitatem enim afferunt, & id in datione collocatum eſt. Ariſtot. Eth. iv. 1. *Φιλοῦνται δὲ σχεδὸν μάλιστα οἱ ἐλευθέριοι τῶν ἀπ' ἀρετῆς: ὠφέλιμοι γάρ. τοῦτο δὲ ἐν τῇ δόσει.* Merito ergo *prodigus* Vitellius acceptus fuit militibus. *Beroaldus.*

23. Caligatos V. ſupr. Cal. 9. 1. §. 1.

24. Stabula i. cauponas. Petron. c. 8. *Nec invenirem, quo loco ſtabulum reliquiſſem.* c. 6. *Nec quo loco ſtabulum eſſet, ſciebam.* Gloſſ. Cyrill. *Stabulum, πανδοχεῖον.* V. quoque *Stuck. A. C.* 1. 28. *Bebel. de abuſion. L. L. c.* 24. *Wouwer. in Petronium.*

25. Comitas quid, docetur ſupr. Aug. 53. 5. §. 14. De Vitellii *comitate* Tacit. Hiſt. 1. 52. 3. *Et Vitellius apud ſeveros humilis. Ita comitatem, bonitatemque faventes vocabant, quod ſine modo, ſine judicio, donaret ſua, largiretur aliena. Simul aviditate imperandi ipſa vitia pro virtutibus interpretabantur.*

26. Jentassent i. cibum matutinum ſumpſiſſent. *Jentaculum*, cibus matutinus. Afran. apud Non. 11. 440. *Hæc jejuna jentavit.* Mart. xiv. 223.

Surgite, jam vendit pueris jentacula piſtor.

De *jentaculo* plura ſupr. Aug. 76. 3. §. 10. & 15.

27. Ructus eſt cibi & potus in ſtomacho male concocti ventoſa per os efflatio. Colum. R. R. vi. 6. *Cruditatis ſigna ſunt crebri ructus.* Celſ. iv. 5. *Sed ſi coacuit intus cibus, aut computruit, quorum utrumlibet ructus oſtendit, ejiciendus eſt.*

CAPUT VIII.

ARG. *Caſtra ingreſſus nihil cuiquam poſcenti negat, Imperator conſalutatur, cognomen Germanici recipit, Auguſti differt, Cæſaris in perpetuum recuſat Aulus Vitellius.*

1 Caſtra vero ingreſſus [1] nihil cuique poſcenti negavit: atque etiam ultro ignominio-
2 ſis notas [2], reis ſordes, damnatis ſupplicia dempſit. Quare vixdum menſe trans-
acto, neque diei [3], neque temporis [4] habita ratione, ac jam veſpere, ſubito a mili-
tibus

Castra ingressus quando fuerit Vitellius narravit Tacitus ſupr. Oth. 8. 1. §. 2.

2. Ignominiosis notas *demere* quid ſit, monui ſupr. Claud. 16. 6. §. 10. Illis illas *dempſiſſe* Vitellium monet etiam Tacit. Hiſt. 1. 52. 2. *Redditi pleriſque ordines, miſſa ignominia, allevata nota.*

* 3. Diei, quæ atra erat & nefaſta, quam ad omnia cavendam eſſe pontificum collegium decreverat. Erat enim poſtridie Kalendas Januarii. Macrob. Sat. 1. 16. *Dies poſtriduanos ad omnia majores noſtri cavendos putarunt, quos etiam atros velut infauſta appellatione damnarunt.* Diem iv. Nonas, ſeu ſecundam Januarii fuiſſe natalem imperii Vitellii oſtendit Tacitus. Hic enim auctor eſt Hiſt. 1. 55. 3. *quartam & duodeviceſimam legiones ipſo Kalendarum Januariarum die dirupiſſe imagines Galba.* 56. 4. *Nocte quæ Kalendas Januarias ſecuta eſt, in coloniam Agrippinenſem aquiliferum quartæ legionis epulanti Vitellio nuntiaſſe, quartam & duodeviceſimam legiones, projectis Galbæ imaginibus, in ſenatus & populi Romani verba juraſſe.* 57. 1. *Proximam legionis primæ hiberna fuiſſe, & promptiſſimum e legatis Fabium Valentem. Hunc die poſtero* i. iv. Non. Januarii, *coloniam Agrippinenſem cum equitibus legionis auxiliariorumque ingreſſum*

tibus e cubiculo raptus, ita ut erat in veſte domeſtica [5] IMPERATOR eſt conſalutatus [6], circumlatuſque per celeberrimos vicos, ſtrictum divi Julii gladium [7] tenens, detractum delubro [8] Martis, atque in prima gratulatione porrectum ſibi a quodam: nec ante in prætorium rediit, quam flagrante triclinio ex conceptu [9] camini [10]: tum quidem conſternatis, & quaſi omine adverſo anxiis omnibus, *Bono*, inquit, *animo*
eſtote, *nobis alluxit* [11], nullo ſermone alio apud milites uſus. Conſentiente deinde 5
etiam ſuperioris provinciæ [12] exercitu, qui prius a Galba ad ſenatum defecerat [13], cognomen GERMANICI [14] delatum ab univerſis cupide recepit, AUGUSTI diſtulit [15], CÆSARIS in perpetuum recuſavit [16].

ſum Imperatorem Vitellium conſalutaſſe. Secutas ingenti certamine ejuſdem provinciæ legiones: & ſuperiorem exercitum, ſpecioſis ſenatus populique Romani nominibus III. *Non. Januarias Vitellio acceſſiſſe.* V. *Noriſ. Epoch. Syro-Maced. Diſſert.* 1. *p.* 58.

4. TEMPORIS, quod in auſpicandis negotiis certas plerumque diei horas obſervarent. Quo pertinet locus Neron. 8. 1. *Schildius.*

* 5. DOMESTICA, qua *domi*, ſolebant veteres uti, viliore & minus ſplendente. Senec. de Tranq. c. 1. *Placet veſtis domeſtica, & vilis.* Herodian. VIII. 8. §. 13. Ἁρπάζουσι τοὺς πρεσβύτας· περιῤῥήξαντες δὲ ἃς εἶχον περὶ τοῖς σώμασιν ἐσθῆτας λιτάς, ἅτ' οἴκοι διατρίβοντες, γυμνοὺς τῆς βασιλείου αὐλῆς ἐξέλκουσι. *Senem utrumque corripiunt, laceratiſque veſtibus, quas gerebant, vilioribus ſane, utpote domi ſe continentium, nudos ipſos ex aula abſtrahunt.* Opponitur forenſi, qua pretioſiore *foris* utebantur. V. illam ſupr. Aug. 73. 4. §. 14.

6. IMPERATOR CONSALUTATUS a Fabio Valente, ut monuit Tacit. ſupr. §. 3.

7. STRICTUM GLADIUM quare tenuerit, dictum ſupr. Galb. 11. 3. §. 7.

8. DELUBRA *templa eſſe: hic aliter oſtendit Tullius, aliter cum dicit, templis atque delubris: & ſunt qui templa eſſe dicant ſingulorum diis attributorum locorum; delubra multarum ædium ſub uno tecto a diluvio pluviæ munitarum. Alii delubra dicunt ea templa, in quibus ſunt labra corporum abluendorum mortuorum, ut Dodonæi Jovis, aut Apollinis Delphici, in quorum delubris lebetes, tripodeſque viſuntur. Sunt etiam qui delubra ligna delibrata, id eſt, decorticata, pro ſimulacris deorum more veterum poſita exiſtiment: ſed male.* Aſcon. in Cicer. p. 17. De illis multa *Voſſ. Lex.* & *Merul. de Sacrif.* 7. 3. In deorum *delubris* gladios ſuſpendere ſolebant veteres. Plutarch. Cæſ. p. 720. E. Δείκνυσι δ' Ἀρβερνοὶ ξιφίδιον πρὸς ἱερῷ κρεμάμενον, ὡς δὴ Καίσαρος λάφυρον. *Oſtendunt Arverni ſuſpenſum in templo gladium, quem de Cæſare jactant captum.* Tacit. Ann. XV. 74. 3. *Ipſe eum pugionem apud Capitolium ſacravit, inſcripſitque Jovi Vindici.* Noſt. infr. 10. 8. V. quoque *Beroaldum*, & *Torrentium.*

9. CONCEPISSE dicitur caminus cum ardet. Liv. XXXVII. 11. *Contis binis a prora prominentibus trullis ferreis multum conceptum ignem præ ſe portabant.*

10. CAMINUS in triclinio locus eſt, ubi fit ignis. Deſcribit illum Sidon. carm. 22. 190.

——— hic bona flamma
Appoſitas depaſta trabes, ſinuata camino
Ardentis perit unda globi, fractoque flagello
Spargit lentatum per culmina tota vaporem.

Et de illo Epiſt. 11. 2. *A cryptoporticu in hyemale triclinium venitur, quod arcuatili camino ſæpe ignis animatus pulla fuligine infecit.*

11. NOBILIS ALLUXIT i. felicitatem, & claritudinem, & fulgorem imperatorium portendit. Ita *caſtra Alexandri magno ignis fulgore ei,* Dario, *collucere per ſomnum viſa* cum eſſent, *vates lætum id regi ſomnium eſſe dicebant, quod caſtra hoſtium arſiſſent.* Curt. III. 3. 3. *Beroaldus.* Omnia in melius qui verterint veteres, dixi ſupr. Cæſ. 59. 3. §. 7.

12. SUPERIORIS PROVINCIÆ n. Germaniæ, quam quare dixerint Romani V. ſupr. Galb. 16. 4. §. 9. De hujus *provinciæ* exercitus hoc conſenſu me etiam egiſſe memini ſupr. Oth. 8. 1. §. 2. 3.

13. A GALBA AD SENATUM DEFECISSE *ſuperioris provinciæ exercitum* quis Vitellio nuntiaverit, prodit Tacit. Hiſt. 1. 56. 4. *Nocte, quæ Kalendas Januarias ſecuta eſt, in coloniam Agrippinenſem aquilifer quartæ legionis epulanti Vitellio nuntiat, quartam & duodeviceſimam legiones, projectis Galbæ imaginibus, in ſenatus & populi Romani verba juraſſe.*

14. COGNOMEN GERMANICI omnino *recepit* Vitellius. Tacit. Hiſt. 1. 62. 4. *Instructi, intentique ſignum profectionis expoſcunt: nomine Germanici Vitellio ſtatim addito.* Sed ebrius. Plutarch. Galb. p. 1063. B. Ὁ δὲ τὰς μὲν ἔμπροσθεν ἡμέρας ἐδόκει διωθεῖσθαι καὶ ἀναδύεσθαι, τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς φοβούμενος· τότε δὲ φασὶν ὄντα διάπλεων καὶ τροφῆς ὄντα μεσημβρινῆς, προελθεῖν, καὶ ὑπακοῦσαι, Γερμανικὸν ὄνομα θεμένων αὐτῷ. *Ille,* Vitellius, *ſuperioribus diebus id nomen viſus fuerat, molem timens imperii, repudiare, & recuſare: verum tunc ajunt, cum eſſet vino, ciboque meridiano gravatus, progreſſum eſſe, ac recepiſſe nomen Germanici, quod ei impoſuerunt.*

15. COGNOMEN AUGUSTI DISTULIT Vitellius *edicto.* Tacit. Hiſt. II. 62. 3. *Præmiſit in Urbem edictum, quo vocabulum Auguſti differret, Cæſaris non reciperet, cum de poteſtate nihil detraheret.*

16. COGNOMEN CÆSARIS RECUSAVIT Vitellius. Tacit. Hiſt. 1. 62. 4. *Cæſarem ſe appellari etiam victor prohibuit.* Unde *non recepiſſe* dixerunt Tacit. §. 15. & Plutarch. §. 14. Et ſe in nummis ejus, neque

in marmoribus unquam vidiſſe dicit *Torrentius*. Forſan, ut animi magnitudinem oſtentaret, qui alieni nominis præſcriptione tueri imperium ſuum nollet: vel certe, ut inviſis Reipublicæ nominibus abolitis, æquioris principatus ſpem civibus præberet, ut hariolatur *Schildius*. Sed non *in perpetuum*, ut addit noſter. Sic enim Tacit. Hiſt. III. 58. 6. *Quin & Cæſarem ſe dici voluit, aſpernatus antea: ſed tunc ſuperſtitione nominis, & quia in metu conſilia prudentium, & vulgi rumor juxta audiuntur.*

CAPUT IX.

ARG. *Copias adverſus Othonem mittendas partitur, & oſtentis rei exitum docetur Aulus Vitellius.*

1 Ac ſubinde cæde Galbæ annuntiata, compoſitis Germanicis rebus, partitus eſt
2 copias [1], quas adverſus Othonem præmitteret, quaſque ipſe perduceret. Præmiſſo agmini lætum evenit auſpicium [2]: ſiquidem a parte dextra [3] repente aquila
3 advolavit: luſtratiſque [4] ſignis, ingreſſos viam ſenſim anteceſſit [5]. At contra ipſo movente, ſtatuæ equeſtres [6] cum pluriſariam ei ponerentur, fractis repente cruribus pariter corruerunt [7]: & laurea, quam religioſiſſime [8] circumdederat [9], in profluen-
4 tem excidit [10]. Mox Viennæ [11] pro tribunali jura reddenti [12] gallinaceus [13] ſupra hume-

COPIAS qui *partitus ſit* Vitellius, V. ſupr. Oth. 8. 3. §. 8.

2. AUSPICII hujus meminit etiam Tacit. Hiſt. I. 62. 3. *Lætum augurium Fabio Valenti: exercituique, quem in bellum agebat, ipſo profectionis die, aquila leni meatu, prout agmen incederet, velut dux viæ prævolavit, longumque per ſpatium, is gaudentium militum clamor, ea quies interrita alitis fuit, ut haud dubium magnæ, & proſperæ rei omen acciperetur.*

3. A PARTE DEXTRA ratum auſpicium facere aquilam docui ſupr. Claud. 7. 1. §. 6.

4. LUSTRATIS i. circumitis. Non. IV. 277. *Luſtrare* eſt *circumire*. Virg. Æn. VIII. 231.

Luſtrat Aventini montem.

Gloſſ. Cyril. *Luſtro*, *περιέρχομαι*, *κυκλεύω*. Quia vero *luſtratio*, i. expiatio fiebat ambiendo, hinc *luſtrare μεταληπτικῶς* ſignificat circumire, ut docet clariſſimus *Romei. de luſtrat. c.* 1.

* 5. ANTECESSORES itinerum aves finxit antiquitas. Curt. IV. 7. 15. *Complures corvi agmini occurrunt, modico volatu prima ſigna antecedentes..... antecedentium iterque monſtrantium ritu.* Paterc. I. 4. 1. *Hujus claſſis curſum eſſe directum columbæ antecedentis volatu ferunt.* Tacitus. V. illum ſupr. §. 2.

6. STATUÆ EQUESTRES, quod *equo* inſidentes fingerentur, dictæ. Liv. II. 13. *Pace redintegrata, Romani novam in femina virtutem novo genere honoris, ſtatua equeſtri, donavere: in ſumma Sacra via fuit poſita virgo inſidens equo.* Illarum origo a Græcis. Plin. XXXIV. 5. *Equeſtres utique ſtatuæ Romanam celebrationem habent, orto ſine dubio a Græcis exemplo.* Raro admodum decernebantur. Liv. VIII. 13. *Additus triumpho honos, ut ſtatuæ equeſtres eis, rara illa ætate res, in foro ponerentur.* Paterc. II. 61. 3. *Eum*, Auguſtum, *ſenatus honoratum equeſtri ſtatua, quæ hodieque in Roſtris poſita ætatem ejus ſcriptura indicat, qui honor non alii, per CCC annos, quam L. Syllæ, & Cn. Pompejo, & C. Cæſari contigerat.* Noſt. Tit. 2. 6. *Figrell. de ſtat. c.* 18.

7. CORRUERENT ſi *fractis cruribus ſtatua*, cladem, & exitium, triſteſque caſus ſignificarunt. Dio XLIV. p. 248. D. Εἰκὼν αὐτοῦ τις, ἣν ἐν τοῖς προθύροις ἀνακειμένην εἶχε, κατέπεσεν ἀπὸ ταὐτομάτου, καὶ συνεθραύσθη: ἀλλ᾽ (ἔδει γὰρ αὐτὸν τότε μεταλλάξαι) οὐδὲν οὐδὲ τοῦτο ἐφρόντισεν. *Statua quædam ipſius*, Caji Cæſaris, *in veſtibulo poſita, ſponte decidit, ac comminuta eſt: ſed (tunc enim illi moriendum fuit) illo omine non eſt motus.* Figrell. de ſtat. c. 38.

8. RELIGIOSISSIME i. inter preces ſollennes.

9. CIRCUMDEDERAT capiti i. caput coronaverat.

10. EXCIDIT i. ſua ſponte ex capite cecidit. Quod haud dubie fuit ominoſum. *Beroaldus.*

11. VIENNA Allobrogum metropolis eſt, ad Rhodanum ſita. Strab. IV. p. 128. Ἐς τὴν Οὐιένναν τὴν τῶν Ἀλλοβρόγων μητρόπολιν κειμένην ἐπὶ τῷ Ῥοδανῷ. infr. 18. 1. Plura *Merul. Coſmog.* II. 3. 40.

* 12. JURA REDDERE quo modo dicatur magiſtratus, docui ad Curt. VIII. 9. 27. §. 104.

13. GALLINACEUS i. *gallus gallinaceus.* Plin. X. 21. *Invenitur in annalibus, in Ariminenſi agro, M. Lepido, Q. Catulo conſulibus, in villa Galerii locutum gallinaceum, ſemel, quod equidem, ſciam.* Oſtenta etiam fuerunt *gallinaceorum*, maxime ſi veſperi canerent. Plinius. *Habent oſtenta & præpoſteri eorum veſpertinique cantus. Namque totis noctibus canendo, Bœotiis nobilem illam adverſus Lacedæmonios præſagivere victoriam, ita conjecta interpretatione, quoniam victa ales illa non caneret.* Clem. Alexandr. Strom. VII. p. 712. B. Ἀλεκτρύων τρεφόμενος, ἐὰν ἀπὸ ἑσπέρας ᾄσῃ, τιθέμενοι τοῦτο σημεῖόν τινος. *Si gallus, qui alitur, veſpere cecinerit, hoc alicujus ſignum eſſe ſtatuentes.* Hic quid portenderit, dicit noſter. infr. c. 18. n. 1.

14. PAR EXITUS *reſpondit oſtentis* i. juxta *prædicta*

humerum, ac deinde in capite adſtitit. Quibus oſtentis par reſpondit exitus [14]: nam 5
confirmatum per legatos [15] ſuos imperium, per ſe retinere non potuit.

dicta res ceciderunt, ut loquitur noſt. ſupr. Tib. 14. 7.

15. LEGATOS, *Cæcinam & Valentem*. V. Oth. 8. 3. §. 7.

CAPUT X.

ARG. *Prætorianas cohortes exauctorans, Galbæque percuſſores ſupplicio affici imperans ſummi principis ſpem oſtendit; ſed petulans, & luxu diffluens, ex natura, & priore vita ſua, ad Urbem iter init Aulus Vitellius.*

De Bedriacenſi [1] victoria, & Othonis exitu, cum adhuc in Gallia eſſet [2], au- 1
dit [3]. Nihilque cunctatus, quidquid prætorianarum cohortium fuit, ut peſ- 2
ſimi exempli [4], uno exauctoravit [5] edicto, juſſas tribunis tradere arma. Centum 3
autem atque viginti, quorum libellos Othoni datos invenerat, expoſcentium præmia,
ob editam in cæde Galbæ operam, conquiri, & ſupplicio affici [6] imperavit: egre-
gie prorſus atque magnifice, & ut ſummi principis ſpem oſtenderet, niſi cætera ma-
gis ex natura, & priore vita [7] ſua, quam ex imperii majeſtate geſſiſſet. Namque 4
itinere inchoato, per medias civitates [8] ritu triumphantium vectus eſt, perque flu-
mina delicatiſſimis navigiis [9], & variarum coronarum [10] genere redimitis, inter pro-
fuſiſſimos obſoniorum [11] apparatus [12], nulla familiæ aut militis diſciplina [13], rapinas
ac

BEDRIACUM V. ſupr. Oth. 9. 3. §. 13.

2. CUM ADHUC IN GALLIA ESSET, delectus agens. Tacit. Hiſt. II. 57. 1. *Interim Vitellius victoriæ ſuæ neſcius, ut ad integrum bellum, Germanici exercitus vires trahebat. Pauci veterum militum in hibernis relicti, feſtinatis per Gallias delectibus, ut remanentium legionum nomina ſupplerentur.*

3. AUDIT de Bedriacenſi victoria, caſtris jam moris, Tacit. n. 2. *Cura ripæ Hordeonio Flacco permiſſa. Ipſe e Britannico delectu octo millia ſibi adjunxit: & paucorum dierum iter progreſſus, proſperas apud Bedriacum res, ac morte Othonis concidiſſe bellum accepit.*

4. UT PESSIMI EXEMPLI: quia facinus moris *peſſimi*, & minime imitandi patraviſſent, dum imperatorem Galbam deſeruerunt, & Othonem ſine ſenatus populique auctoritate imperatorem fecerunt. V. etiam *Beroaldum*.

5. EXAUCTORARE quid ſit, & quod fiat *armis traditis*, dixi ſupr. Aug. 24. 4. §. 15. Hoſce, ne in principem milites in poſterum qualia hi auſi fuerant, auderent, *exauctoravit* Vitellius.

6. SUPPLICIO AFFICI i. *interfici*, ut hanc hiſtoriam narrans explicat Tacit. Hiſt. I. 44. 6. *Plures quam centum atque viginti libellos præmia expoſcentium, ob aliquam notabilem illa die operam, Vitellius poſtea invenit, omneſque conquiri & interfici juſſit, non honore Galbæ, ſed tradito principibus more, munimentum ad præſens, in poſterum ultionem.*

7. NATURA ET PRIOR VITA *Vitellii* fuerat defamatiſſima, & omnibus probris maculoſa: unde ad Veſpaſianum ait Mucianus apud Tacit. Hiſt. II. 77. 5. *Nec mihi major in tua vigilantia, parſimonia, ſapientia, fiducia eſt, quam in Vitellii corpore, inſcitia, ſævitia.* Beroaldus.

8. PER CIVITATES quomodo vectus fuerit Vitellius, relatum legimus a Tacit. Hiſt. II. 77. 1. *Exin Bononiæ a Fabio Valente gladiatorum ſpectaculum editur, advecto ex Urbe cultu. Quantoque magis propinquabat, tanto corruptius iter, immixtis hiſtrionibus, & ſpadonum gregibus, & cætero Neronianæ aulæ ingenio.*

9. DELICATISSIMIS NAVIGIIS, forte thalamegis, quibus uſus Cæſar ſupr. 52. 1. *Navigium delicatum* quare dicatur, V. ſupr. Aug. 65. 9. §. 25.

10. CORONARE naves ſuas, claſſe iter facturi ſolebant veteres. Virg. Æn. IV. 418.

Puppibus & læti nautæ impoſuere coronas.

Prop. IV. 7. 59.

Ecce coronato pars altera vecta phaſelo.

Plura *Lacerda ad Virgilium*.

11. OBSONIA quid ſint, docui ſupr. Cæſ. 43. 6. §. 23. Vitellianorum *apparatum* taxat Tacit. Hiſt. II. 62. 2. *Epularum fœda & inexplebilis libido: ex Urbe atque Italia irritamenta gulæ geſtabantur, ſtrepentibus ab utroque mari itineribus: exhauſti conviviorum apparatibus principes civitatum: vaſtabantur ipſæ civitates* I. 62. 2. *Torpebat Vitellius, & fortunam principatus inerti luxu, ac prodigis epulis præſumebat, medio diei temulentus, & ſagina gravis.*

12. APPARATUS obſoniorum, ut prandiorum Cicer. Phil. II. 39. *Quid prandiorum apparatus? quid furioſam vinolentiam tuam proferam?* Conviviorum Juſtin. IX. 8. 4. *Fuit Rex armorum, quam convi-*

Zzzzz 3 viviorum

ac petulantiam [14] omnium in jocum vertens [15], qui non contenti epulo ubique publice præbito, quoſcumque libuiſſet, in libertatem aſſerebant [16], verbera, & pla-
5 gas [17], ſæpe vulnera, nonnunquam necem repræſentantes [18] adverſantibus. Utque campos, in quibus pugnatum eſt [19], adiit [20], abhorrentes [21] quoſdam cadaverum tabem [22], deteſtabili voce [23] confirmare [24] auſus eſt: *Optime olere occiſum hoſtem, & me-*
6 *lius civem.* Nec eo ſecius ad leniendam gravitatem odoris plurimum meri propalam
7 hauſit [25], paſſimque diviſit pari vanitate, atque inſolentia [26]. Lapidem memoriæ [27] Othonis inſcriptum intuens, dignum eo Mauſoleo [28] ait: pugionemque, quo ſe

viorum apparatibus ſtudioſior. Ita ſplendidas & opiparas epulas *apparatas* vocat Juſtin. I. 6. 5. *Eoſdem poſtera die apparatis epulis invitat.* Et *apparatiſſimas* Senec. Epiſt. 83. *Cum inter apparatiſſimas epulas lituuſque regales ora ac manus proſcriptorum recognoſceret.* Et *apparatius cœnare* dixit Plin. ſupr. Cal. 18. 5. §. 13.

13. NULLA FAMILIÆ, AUT MILITIS DISCIPLINA I. nec ſervos, nec milites exercens, verum illis omnia permittens. Tacit. Hiſt. III. 36. 1. *Non parare arma, non alloquio, exercitioque militem firmare, non in ore vulgi agere: ſed umbraculis hortorum abditus Vitellius, ut ignava animalia, quibus ſi cibum ſuggeras, jacent, torpentque, præterita, inſtantia, futura, pari oblivione dimiſerat.* II. 62. 2. *Degenerabat a labore & virtute miles, aſſuetudine voluptatum, & contemptu ducis.*

14. RAPINAS AC PETULANTIAM Vitellianorum notat Tacit. Hiſt. II. 56. 1. *Ceterum Italia gravius, atque atrocius, quam bello affictabatur. Diſperſi per municipia, & colonias Vitelliani ſpoliare, rapere, vi & ſtupris polluere, in omne fas, nefaſque avidi, aut venales, non ſacro, non profano abſtinebant. Et fuere, qui inimicos ſuos ſpecie militum interficerent. Ipſique milites, regionum gnari, refertos agros, dites dominos, in prædam, aut ſi repugnatum foret, ad excidium deſtinabant, obnoxiis ducibus, & prohibere non auſis.*

15. IN JOCUM VERTIT *rapinas ac petulantiam militum* Vitellius, ſed ſatis graviter puniverunt Tiberius & Peſcenninus Niger ſupr. Tib. 60. 3. §. 10.

16. IN LIBERTATEM ASSEREBANT I. ſervos dominis ſubductos *liberos* faciebant. V. quæ dixi ad Curt. VIII. I. 42. §. 122.

17. VERBERA ET PLAGAS diſtinguit noſter, quia *verbera*, quæ fuſtibus, colaphis, ferulis, flagellis: *plagæ*, quæ virgis infliguntur. *Pomp. Diff. verb.* IV. p. 142.

18. REPRÆSENTANTES. V. ſupr. Aug. 102. 4. §. 27.

19. CAMPOS IN QUIBUS PUGNATUM EST, Bedriacenſes. Tacit. Hiſt. II. 70. 18. *Inde Vitellius Cremonam flexit, & ſpectato munere Cæcinæ, inſiſtere Bedriacenſibus campis.* V. Supr. O. 9. 3. §. 13.

20. ADIIT hoſce campos, *veſtigia recentis victoriæ luſtraturus oculis. Fœdum atque atrox ſpectaculum, intra quadrageſimum pugnæ diem, lacera corpora, trunci artus, putres virorum equorumque formæ, infecta tabo humus, protritis arboribus, atque frugibus, dira vaſtitas. Aderant Valens & Cæcina, monſtrabantque pugnæ locos: hinc irrupiſſe legionum agmen, hinc equites coortos: inde circumfuſas auxiliorum manus. Jam tribuni, præfectique, ſua quiſque facta extollentes, falſa, vera, aut majora vero miſcebant. Vulgus quoque militum clamore, & gaudio, deflectere via, ſpatia certaminum recognoſcere, aggerem armorum, ſtrues corporum intueri, mirarique.* Tacitus.

21. ABHORRENTES *tabem.* Tacitus. *Et erant, quos varia ſors rerum, lacrymæque, & miſericordia ſubiret.*

* 22. CADAVERUM TABEM I. putrefactorum cadaverum fœtorem. Tacit. Annal. II. 69. 3. Germanici *ſemuſti cineres, ac tabe obliti.* Ryck. in Tacitum, Grævius in Suetonium.

23. DETESTABILIS VOX ut hæc fuit Vitellii, ſic ſæviſſima fuit ejuſdem, de qua Tacit. Hiſt. III. 39. 2. *Addidit facinori fidem, nobili gaudio, Blæſum viſendo: quin & audita eſt ſæviſſima Vitellii vox, qua (ipſa enim verba referam) ſe paviſſe oculos, ſpectata inimici morte jactavit.*

24. CONFIRMARE I. ut durarent, & faſtidium illud ferrent, alloqui. Tacit. Hiſt. II. 70. 6. *Non Vitellius flexit oculos, nec tot millia inſepultorum civium exhorruit, lætus ultro, & tam propinquæ ſortis ignarus, inſtaurabat ſacrum diis loci.*

25. PLURIMUM MERI HAUSIT, tanquam vini odor, & hauſtus leniret tetrum illum, peſtiferumque odorem ex tabeſcentibus corporibus emanantem. *Beroaldus.*

26. INSOLENTIA I. faſtu *inſolito.* Cicer. Fam. X. I. *Cujus, M. Antonii, tanta eſt, non inſolentia (nam id quidem vulgare vitium eſt) ſed immanitas, non modo ut vocem, ſed ne vultum quidem liberum poſſe ferre cujuſquam.*

* 27. MEMORIA I. ſepulcri. Vetus inſcriptio apud Gruter. p. 809. n. 8. SERVILIUS TROILUS SE VIVO COMPARAVIT MEMORIAM SIBI ET SUIS. Marmor Oxonienſe n. 143.

D. M.
VIVIO. MARCI
ANO. LEG. II.
AVG. JANUARIA
MARINA CONJUX
PIENTISSIMA POSUIT
MEMORIAM.

In paſſione Afræ. ... *Venit nocte cum ſacerdotibus Dei, & tulit corpus ejus, & poſuit in memoriam, quam ſibi*

Digitized by Google

ſe is occiderat, in Agrippinenſem coloniam [29] miſit, Marti [30] dedicandum. In A- 8
pennini [31] quidem jugis etiam pervigilium [32] egit.

ſibi ſuiſque conſtruxerat. Rationem reddit Auguſtin. de cura pro mort. c. 4. *Non ob aliud vel memoria vel monumenta dicuntur, ea qua inſignita fiunt ſepulcra mortuorum, niſi quia eos, qui viventium oculis morte ſubtracti ſunt, ne oblivione etiam cordibus ſubtrahantur, in memoriam revocant, & admonendo faciunt cogitari.* V. quoque *Velſer. ad converſ. S. Afræ* §. 65. *Kirchm. de Fun. Rom.* III. 10. & *Faes ad Gyrald. de Sepult. c.* 2. Quibus hunc Suetonii locum in mentem non veniſſe demiror.

28. Mausoleo. Ironia. Sepulcrum enim vile fuit, & tenue. Tacit. Hiſt. II. 49. 6. *Othoni ſepulcrum exſtructum eſt, modicum, & manſurum.* Plutarch. Oth. p. 1075. A. Κρύψαντες δὲ τῇ γῇ τὰ λείψανα τοῦ Ὄθωνος, οὔτε μεγέθει σήματος, οὔτ' ἐπιγραφῆς ὄγκῳ τὸν τάφον ἐποίησαν ἐπίφθονον. *Poſtquam reliquias Othonis humo mandaverunt, ſepulcrum nec conditorii mole, nec tituli tumore fecerunt invidioſum.* V. & illum ſupr. Oth. II. 5. §. 19.

29. Agrippinensem coloniam dicit etiam Tacit. ſupr. 8. 3. §. 13. Oth. 8. 1. §. 3. *Agrippina enim, Neronis mater, quo vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos, coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum ex vocabulo ipſius.* Tacit. Ann. XII. 27. 1. Et Ubii *Agrippinenſes* fuerunt dicti. Tacit. Hiſt. IV. 28. 3. Germ. 28. 8. *Infeſtius in Ubiis, quod gens Germanicæ originis, ejurata patria, Romanorum nomine Agrippinenſes vocarentur.* In eam miſit pugionem Marti conſecrandum, (de quo veterum ritu ſupr. Cal. 24. 10. §. 27.) quia in illa primum imperator eſt conſalutatus, ſupr. 8. 1. §. 3.

30. Marti, quia *Mars præcipuus deorum* fuit Germanis. Tacit. Hiſt. IV. 64. 2.

31. Apenninum deſcripſi ſupr. Cæſ. 44. 5. §. 19.

32. Pervigilium quid ſit, dixi ſupr. Cal. 54. 5. §. 11. Hoc *egit* Vitellius, non in Martis honorem ob victoriam, ut perperam Torrentius; ſed voluptatis & hilaritatis cauſa, ut monet Tacitus a me ad Caligulam laudatus.

CAPUT XI.

ARG. *Urbem introit, omne jus, divinum, & humanum negligit, & exemplar regendæ Reipublicæ eligit Aulus Vitellius.*

Urbem denique ad claſſicum [1] introiit paludatus [2], ferroque ſuccinctus, inter ſi- 1
gna atque vexilla [3], ſagulatis [4] comitibus, ac detectis [5] commilitonum armis.
Magis deinde ac magis, omni divino humanoque [6] jure neglecto, Allienſi [7] die pon- 2
tificatum

1. Ad classicum, quia hoc imperii ſignum erat. Vegetius ſupr. Cæſ. 32. 1. §. 8.

2. Paludamentum quale fuerit pallium, dixi ſupr. Cæſ. 64. §. 9. De hoc Vitellii in Urbem introitu Suetonio accuratior eſt, dum ſcribit, Tacit. Hiſt. II. 89. 1. *Ipſe Vitellius, a ponte Milvio, inſigni equo, paludatus, accinctuſque, ſenatum, & populum ante ſe agens, quo minus ut captam urbem ingrederetur, amicorum conſilio deterritus, ſumpta prætexta, & compoſito agmine inceſſit.* Imperatores enim, e bello reverſi, *paludamento poſito*, togati Urbem ingrediebantur. Xiphil. LXXIV. p. 839. B. Πράξας δὲ ὁ Σεβῆρος ταῦτα, ἐς τὴν Ῥώμην ἐσῆλθε, καὶ μέχρι μὲν τῶν πυλῶν ἐπί τε τοῦ ἵππου, καὶ ἐν ἐσθῆτι ἱππικῇ ἐλθὼν, ἐντεῦθεν δὲ τὴν πολιτικὴν ἀλλαξάμενος, καὶ βαδίσας. *His confectis rebus, Severus Romam intravit; & quum uſque ad portas Urbis in equo ſediſſet, paludamento amictus, inde toga indutus, pedibus introiit.*

3. Signa atque vexilla diſtinguit etiam Tacit. Hiſt. III. 63. 1. *Sed ſub ſignis vexilliſque in ſubjectos Narniæ campos deſcendere.* II. 89. 2. *Quatuor legionum aquilæ per frontem, totidemque circa e legionibus aliis vexilla, mox duodecim alarum ſigna.* Tanquam *ſignorum* appellatione intelligantur aquilæ, quæ ſunt prima *ſigna* legionum: *vexilla* vero minora *ſigna*, unde *vexillationes*, & *vexillarii* dicti.

4. Sagulatis i. *ſagulo*, quod V. ſupr. Cæſ. 48. 1. §. 3. indutis. Illos deſcribit Tacit. Hiſt. II. 89. 3. *Ante aquilam præfecti caſtrorum, tribunique, & primi centurionum, candida veſte, ceteri juxta ſuam quiſque centuriam, armis, doniſque fulgentes.*

5. Detectis. Inter proficiſcendum enim *tegere* ſolebant arma Romani, ut nitida, & fulgentia haberent. *Plurimum* namque *terroris hoſtibus armorum ſplendorem importare*, & *centurionem, qui contubernales ſuos ad armorum exercitium cogeret, ut arma omnium defricarentur, ac ſplenderent, eligendum* putabant apud Veget. II. 14. De illis Tacit. n. 4. *Et militum phaleræ, torqueſque ſplendebant: decora facies, & non Vitellio principe dignus exercitus. Detectis* enim armis hoſtilem urbem videbantur intrare.

6. Divino humanoque... non tam quod pontificatum maximum ceperit, ut noſter; quam quod pontificatum maximum adeptus *de ceremoniis publicis edixiſſet.* Ut Tacit. infr. §. 7. 1. V. *Gutber. de jur. Pont.* I. 12. *Noriſ. Diſſert.* III. *in Cenot. Piſan. p.* 372.

7. Al-

tificatum maximum cepit; comitia [8] in decem annos ordinavit: ſeque perpetuum
3 conſulem [9]. Et ne cui dubium foret, quod exemplar regendæ Reipublicæ eligeret,
medio Martio campo [10] adhibita publicorum ſacerdotum frequentia, inferias Neroni
dedit [11]: ac ſollenni convivio citharœdum [12] placentem palam admonuit, ut & aliquid de Domitio diceret [13]: inchoantique Neroniana cantica [14], primus exſultans
etiam plauſit [15].

7. Allia flumen *Cruſtuminis montibus prealto defluens alveo, haud multum infra viam Tiberino amni miſcetur.* Liv. v. 37. Plutarch. Camill. p. 137. E. Ad illud *Gallis Brenno duce converſis a Cluſio, Romamque venientibus cum exercitu Fabius*, non *conſul*, ut Flor. I. 13. 7. ſed *tribunus militum*; nam *tribuni ſumma rerum praerant.* Livius, & Diodor. XIV. p. 322. *ad undecimum lapidem occurrit. Non temere fœdior clades. Itaque hunc diem Faſtis Roma damnavit.* Florus. *De diebus* enim *religioſis agitari cœptum, diemque a. d. XV. Kalendas Sextiles* (de anno diſputat *Scalig. de Emend. Temp.* v. 414.) *duplici clade inſignem* (*quo die ad Cremeram Fabii caſi: quo deinde ad Alliam cum exitio Urbis fœde pugnatum*) *a poſteriore clade Allienſem appellarunt, inſignemque rei nulli publice privatimque agenda fecerunt.* Livius & Plutarchus. Quam funeſtus ſit habitus *Allienſis dies*, docet Cicer. Attic. IX. 5. *Majores noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt Allienſis pugna, quam Urbis capta; quod hoc malum ex illo: itaque alter religioſus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus.* Hoc *die pontificatum maximum* dum *cepit, omne divinum, humanumque jus neglexiſſe* Vitellium, teſtatur etiam Tacit. Hiſt. II. 91. I. *Apud civitatem cuncta interpretantem, funeſti ominis loco acceptum eſt, quod maximum pontificatum adeptus Vitellius, de ceremoniis publicis* XV. *Kal. Aug. edixiſſet, antiquitus infauſto die Cremerenſi Allienſique cladibus: adeo omnis humani divinique juris expers, pari libertorum, amicorumque ſocordia, velut inter temulentos agebat.*

8. Comitia i. magiſtratus, qui *comitiis*, & *comitialibus* diebus quotannis creari ſolebant, ut ita per decennium minime foret opus habere *comitia* magiſtratuum cauſa. De illis Tacit. II. 2. *Sed comitia conſulum cum candidatis civiliter celebrans, omnem infima plebis rumorem, in theatro ut ſpectator, in circo ut fautor affectavit.* Beroaldus.

9. Se perpetuum consulem. Vetus inſcriptio baſis marmoreæ, quæ Romæ in ædibus Cardinalis Cæſii ſervatur.

A. VITELLIVS. L. F.
IMPERATOR
COS. PERP.

Caſaubonus, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 609. V. & *infr. Domit.* 13. 7. §. 27.

10. Campum Martium deſcribit Strab. ſupr. Cæl. c. 39. 9. §. 41.

11. Inferias dedit i. ſacrificavit. *Inferia* enim ſunt *ſacrificia diis manibus illata*, ut illas deſcripſit Feſtus ſupr. Cal. 3. 7. §. 15. De Neroni *datis* Tacit. Hiſt. II. 95. 2. *Latum fœdiſſimo cuique, apud bonos invidie fuit: quod, exſtructis in campo Martio aris inferias Neroni feciſſet: caſa publice victima, cremataque, faces Auguſtales ſubdidere.*

12. Citharoedus quis, dixi ſupr. Ner. 20. I. §. 3. Hunc, quia in funeribus & exſequiis muſica olim recepta, convivio funebri adhibuit Vitellius. *Stuck. A. C.* III. 20.

13. De Domitio diceret i. caneret aliquod ἆσμα promptum ex libro canticorum Neronis. Sed quare potius *de Domitio*, quam *de Nerone*? An Nero volumini a ſe edito indicem fecerat *Domitii cantica*? At Pithoei codex *de Dominico*, ut puto, non abſurde. Ita enim videtur appellatus ab aſſentatoribus vivi Neronis liber canticorum ejus, rerum *domini*: quam vocem refert nunc Vitellius, non ſine alluſione ad tempora Neronis, quæ revocare ſtudebat. *Caſaubonus.*

14. Neroniana cantica i. in *Neronis* laudem edita, vel ab ipſo *Nerone* inventa, & uſurpata. *Beroaldus*, & *Stuck. A. C.* I. 26: III. 20.

15. Plausit i. *plauſu* excepit, & approbavit. *Stuckius.* Quid *plaudere*, dictum ſupr. Aug. 56. 8. §. 14. & Galb. 6. 3. §. 14.

CAPUT XII.

ARG. *Imperii partem viliſſimi cujuſque hiſtrionum, & aurigarum, & maxime Aſiatici liberi, mutua libidine conſtuprati.... conſilio, & arbitrio adminiſtrat Aulus Vitellius.*

1 Talibus principiis magnam imperii partem, non niſi conſilio, & arbitrio viliſſimi cujuſque hiſtrionum & aurigarum [1] adminiſtravit: & maxime Aſiatici liberti. Hunc

Histriones et aurigæ quinam fuerint, dixi ſupr. Cæſ. 39. I. §. 6. Aug. 43. 4. §. 22. Quos quam facile admiſerit Vitellius, dicit Tacit. Hiſt. II. 87. 4. *Aggregabantur e plebe flagitioſa per obſequia Vitellio cogniti, ſcurræ, hiſtriones, aurigæ, quibus ille amicitiarum dehoneſtamentis mire gaudebat.*

2. Mu-

Hunc adoleſcentulum mutua libidine [2] conſtupratum, mox tædio [3] profugum, cum 2
Puteolis [4] poſcam [5] vendentem [6] reprehendiſſet, conjecit in compedes, ſtatimque
ſolvit [7], & rurſus in deliciis habuit [8]: iterum deinde ob nimiam contumaciam & fe-
rocitatem gravatus [9], circumforaneo [10] laniſtæ vendidit, dilatumque ad finem mune-
ris [11] repente ſurripuit [12], & provincia [13] demum accepta manumiſit: ac primo im-
perii die aureis donavit anulis [14] ſuper cœnam [15], cum mane rogantibus pro eo cun-
ctis [16], deteſtatus eſſet ſeveriſſime talem equeſtris ordinis [17] maculam.

2. MUTUA LIBIDINE, dum viciſſim, & agit, & patitur, &, ut inquit Juven. Sat. II. 50.

—— *morbo pallet utroque.*

Beroaldus.

3. TÆDIO infandæ libidinis.

4. PUTEOLOS deſcripſi ſupr. Aug. 44. I. §. 3.

5. POSCA eſt acetum aqua dilutum. Gregorius Monachus de Manaſſe rege Judæorum, quem laudat *Caſaub. ad Spartiani Peſcennium.* Καὶ ὕδωρ ὀλίγον σὺν ὄξει ἐν μέτρῳ πρὸς τὸ ζῆν αὐτὸν μόνον. Militibus potus fuit familiaris. Hi enim acetum ſecum portabant. Vulcat. Gallic. Avid. Caſſ. c. 5. *Et præter lardum, ac buccellatum, atque acetum, militem in expeditione portare prohibuit.* Spartian. Peſcenn. c. 10. *Idem juſſit vinum in expeditione neminem bibere, ſed aceto univerſos eſſe contentos.* Et, ubi uſus poſcebat, aquæ miſcebant. Unde alimento caſtrenſi annumeratur a Spartian. Adrian. c. 10. *Cibis etiam caſtrenſibus in propatulo libenter utens, hoc eſt, larido, caſeo, & poſca.* Agricolæ etiam & meſſores in æſtuoſis regionibus *poſca* utebantur, cui ſi addas oleum & panem, cibum conficies refrigerantem, utilem laborantibus, & iter agentibus ſub æſtu ſolis. Ruth. 2. 14. *Accede, ut comedas ex hoc cibo, & intingas bucceam tuam in acetum iſtud.* V. quoque *Brod. Miſc.* IV. II. *Vega de art. med.* I. 2. *Morsur. V. L.* III. 22. *Rhod.* in *Scribon. p.* 88. *Sinck. A.* C. I. 21. *Nonn. de re cib.* IV. 15. *Rhodig. A. L.* XXX. 25. *Meibom. de Cereviſ. c.* 13. *Popm. Inſtrum. fund. c.* 20. *Grav. in Suetonium,* &, licet ab his diſſentientem *Bellon. Obſerv.* II. 118.

6. VENDENTEM. In thermopolio quæ *venderetur*, poſcæ etiam mentionem facit Plaut. Mil. III. 2. 23.

Alii ebrii ſunt, alii poſcam poticant.

7. SOLVIT I. compedibus liberavit. *Fab. Semeſt.* II. 16.

8. IN DELICIIS HABUIT I. rem cum illo habuit, illum iniit. *In deliciis eſſe* noſt. infr. Juven. vit. n. 3. *Deliciæ*, τὰ παιδικά. Virg. Ecl. II. 1.

Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin,
Delicias Domini.

Hoc Latino verbo utitur Plutarch. Anton. p. 943. E. Ὁ δὲ Σάρμεντος ἦν τῶν Καίσαρος παιγνίων παιδάριον, ἃ δηλίκια (quid ſi δηλίκιαι) Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. *Sarmentus vero puerulus inter Cæſaris ludicros erat, quos Romani delicias vocant.* *Delicias facere* eſt libidini indulgere. Catull. 74. 1.

Si quis delicias diceret, aut faceret.

45. 23.

Uno in Septimio fidelis Acme
Facit delicias, libidineſque.

V. infr. Veſp. 3. I. §. 9. *Delectari* enim verbum ad rem pertinet veneream. Apul. Metam. IX. p. 227. *Puer adhuc adulteros ipſe delectans.* Unde *domina delectari*, interprete *Scheffero* apud *Petronium Dalmatam*, eſt rem cum domina habere.

9. GRAVARI quid V. ſupr. Aug. 72. 5. §. 32.

10. CIRCUMFORANEO, I. *circum fora*, ut gladiatores vel emat, vel munerariis vendat, diſcurrenti. *Beroaldus*, & *Faber. Semeſt.* II. II.

11. DILATUM AD FINEM MUNERIS I. extremo loco ad digladiandum productum. *Beroaldus.*

12. SURRIPUIT, quia ſervi quantumvis criminoſi, & ſcelerati, niſi per indicem, niſi ſollenniter accuſati, atque damnati, ludo inviti deputari, addicique non poterant. *Faber.*

13. PROVINCIA, Germania inferiore.

14. AUREIS ANULIS I. ornamentis equeſtribus. V. ſupr. Claud. 25. 3. §. 7. Galb. 14. 3. §. 12.

15. SUPER COENAM, *inter ſecreta convivii* Tacit. infr. §. 17.

16. CUNCTIS n. militibus. *Exercitum* enim dicit Tacit. infr. §. 17.

17. EQUESTRIS ORDINIS inſignia quo modo Aſiatico largitus fuerit Vitellius, legere eſt apud Tacit. Hiſt. II. 57. 3. *Poſtulante exercitu, ut libertum ſuum Aſiaticum equeſtri dignitate donaret, inhoneſtam adulationem compeſcuit. Dein mobilitate ingenii, quod palam abnuerat, inter ſecreta convivii largitur, honoravitque Aſiaticum anulis, fœdum mancipium, & malis artibus ambitioſum.*

CAPUT XIII.

ARG. *Epulas trifariam, & quadrifariam diſpertit, aliud alii eadem die indicit, famoſiſſimam a fratre datam cœnam ſua ſuperat, & in ſacrificiis, itineribuſque viſcus, farra, obſonia mandit Aulus Vitellius.*

Sed

1 Sed vel præcipue luxuriæ ſævitiæque deditus, epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat: in jentacula, & prandia, & cœnas, comeſſationeſ-
2 que [1]: facile omnibus ſufficiens [2] vomitandi conſuetudine [3]. Indicebat autem aliud alii [4] eadem die: nec cuiquam minus ſinguli apparatus quadringenis millibus num-
3 mûm [5] conſtiterunt. Famoſiſſima ſuper cæteras fuit cœna ei data adventitia [6] a fratre: in qua duo millia lectiſſimorum piſcium [7], ſeptem avium appoſita traduntur.
4 Hanc quoque exſuperavit [8] ipſe dedicatione patinæ [9], quam ob immenſam magnitu-
5 dinem [10] *clypeum Minervæ* [11], *αἰγίδα* [12] *πολιούχου* dictitabat. In hac ſcarorum [14] jocinora,

JENTACULA..... etiam nominat Xiphilin. LXV. p. 735. C. §. 4. Unde Eutrop. VII. 14. *Notabilis præcipue ingluvie & voracitate: quippe cum de die quarto, vel quinto feratur epulatus.*

2. OMNIBUS SUFFECIT *Vitellius*, quum, qui cum eo cœnabant, omnes miſere interierint. Xiphil. LXV. p. 734. D. *Ἀφ' ὅτε καὶ ἀντιπαρεῖν ἠδύνατο: ἐπεὶ οἵ γε συνδειπνοῦντες αὐτῷ πάντες κακῶς ἀπώλλυντο.*

3. VOMITANDI CONSUETUDINE, de qua & Xiphil. LXV. p. 734. D. *Καὶ τὰς ἡμέρας καὶ τὰς νύκτας ἐδαπάνα, ἀπλήστως τε ἐμφορούμενος, καὶ συνεχῶς πάντα ἐξεμῶν, ὡς μόνῃ τῇ παρόδῳ τῶν σιτίων τρέφεσθαι. Magnam diei, noctiſque partem conſumere in comeſſationibus, crebroque vomere omnia, ut ſolo tranſitu ciborum nutriretur.* * Intemperantiores cibum & potum ventriculum onerantem refundebant. Ambroſ. de Elia c. 13. *Spectaculum triſte Chriſtianorum oculis, & miſerabilis ſpecies. Cernas juvenes terribiles viſu hoſtibus, de convivio portari foras, & inde in convivium reportari, repleri ut exhauriant, & exhauriri ut bibant.* Mart. VI. 89. 5.

Ille fide ſumma teſte ſua vina remenſus
Reddidit œnophori pondera plena ſui....

Plura ſi volueris, adito *Caſaubonum. Buleng. de Conviv.* III. 21. *Bacium de Potu Antiq. c.* 13. 14. 15.

4. ALIUD ALII i. ut apud *alium* pranderet, apud *alium* cœnaret, apud *alium* comeſſaretur. Xiphil. p. 735. C. *Ἀλλ' ἄλλοι μὲν ἐκ τῶν ἀλλοτρίων ἀνηλίσκοντο, ἀλλ' ἐκεῖνοί γέ τι ἐκ τῶν δαπανωμένων: οἱ δὲ δειπνίζοντες αὐτὸν ἐν μεγάλῳ κακῷ ἐγίγνοντο, καὶ πρὸς ἐπὶ ὅλας τὰς ἡμέρας ἐς αὐτοὺς ἑστίαν αὐτόν: ἀλλ' ἄλλοι μὲν ἀκρατίσασθαι παρεῖχον, ἄλλοι δὲ ἀριστᾶν, ἕτεροι δὲ δεῖπνον, ἕτεροι μεταδόρπιά τινα πλησμονῆς παραψυχήν. Cæterum quia ſumptus hos de alieno faciebant, quamvis eos magnopere non computarent; tamen ii, qui epulum dabant viciſſim, magno incommodo afficiebantur, licet convivium ab uno minime totum diem ageretur. Dabant enim alii jentacula, alii prandium, alii comeſſationes, velut ſolatia priſtinæ ſatietatis.* Simile fere Heliogabali convivium, quod deſcribit Lamprid. c. 30. *Celebravit item tale convivium, ut apud amicos ſingulos ſinguli miſſus appararentur, & quum alter maneret in Capitolio, alter in Palatio, alter ſuper Aggerem, alter in Cælio, alter trans Tiberim, & ut quiſque manſiſſet, tamen per ordinem in eorum domibus ſingula fercula ederentur, ireturque ad omnium domos: ſic unum convivium vix toto die finitum eſt.*

5. QUADRINGENIS MILLIBUS NUMMUM i. decem millibus Philippicorum. *Ciaccon. de triclin. p.* 61. *Lipſ. Admir.* IV. 7. *in Tacit. Hiſt.* II. *n.* 114. Quadragies vero ſeſtertium (V. ſupr. Ner. 27. 5. §. 23.) paucorum dierum ſpatio in cœnam conſumpta eſſe teſtatur Xiphil. D. *Ὡς ὀλίγων ἡμερῶν διαλειπουσῶν ἑκατὸν ἐς τὸ δεῖπνον μυριάδας ἀναλοῦσθαι.*

6. ADVENTITIA, quia amicos peregre *advenientes* lautiore convivio excipere ſolebant veteres. Plaut. Stich. IV. 1. 8.

Et magis par fuerat me dare vobis cœnam advenientibus.

Bach. III. 6. 7.

——— *ſalvos cum peregre advenis,*
Cœna detur.

Adventoria dicitur Mart. Epiſt. dedic. 12. *Ut familiariſſimas mihi aures tuas exciperem adventoria ſua. Viatica* Plauto Bacch. 1. 1. 61.

Ego ſorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam.

V. quoque *Torrentium*, *Turneb. Adv.* II. 30. *Fab. Semeſtr.* 1. 6. *Stuck. Ant. Conv.* 1. 29.

7. LECTISSIMOS PISCES, *piſcatum electilem* vocat Plaut. Moſt. III. 2. 41.

Vino, & victu probe, piſcatu electili
Vitam colitis.

8. EXSUPERAVIT fratris cœnam Vitellius, nam *μίαν γοῦν ποτε λοπάδα πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδων ἐποιήσατο: patinam quidem unam apparavit, in quam impendit decies ſeſtertium.* Xiphil. B. Plin. XXXV. 12. ut quidem apud Plinium legendum cenſet Budæus i. viginti quinque millia Philippicorum. V. etiam *Meurſ. de lux. Rom. c.* 13. *Lipſ. Admir.* IV. 7.

9. PATINÆ hæ lautiores fictiles eſſe ſolebant. Juven. Sat. XI. 19.

Et quadringentis nummis condire guloſum
Fictile.

Plin. XXXV. 12. *Atque ut luxu quoque aliqua contingat auctoritas figlinis, tripatinam, inquit Feneſtella, appellabatur ſumma cœnarum lautitia.* Salmaſ. in Tertull. de pall. p. 459. Vitellius ſuam, quia fictilis eſſe non poterat propter magnitudinem, argenteam fecit. Xiphilinus. *Καὶ ἐπειδὴ ἀδύνατον ἦν κεραμέαν τηλικαύτην γενέσθαι, ἀργυρέαν τε ἐποίει.* * Hanc e terra Samia, in campo Martio fictam fuiſſe hariolatur *Nardin. Rom. vet.* 1. 9.

10. MAGNITUDINIS tantæ fuit hæc patina, ut ei *facienda fornax in campis exædificata fuerit.* Plinius.

11. CLY-

cinora [15], phaſianorum [16] & pavonum [17] cerebella [18], linguas [19] phœnicopterûm [20], mura-

11. Clypeum Minervæ patinam ſuam appellat Vitellius, quod magnitudinem ſcuti *Minervæ*, quam Athenis fecerat Phidias, æquaret. Cum autem illa *Minerva* coloſſea eſſet, amplitudinemque ſex & viginti cubitorum æquaret, ejus etiam immanis *clypeus* erat, multis, & operoſis cælatus argumentis: unde & *patinarum paludes Vitellii memoria exprobravit Mucianus* apud Plinium. *Turneb. Adv.* XXIV. 41.

12. Ægis *proprie eſt munimentum pectoris æreum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum ſi in pectore numinis fuerit, ægis vocatur, ſi in pectore hominis, ſicut in antiquis imperatorum ſtatuis videmus, lorica dicitur.* Serv. Æn. VIII. 435. *Ægide* armari Minervam docet Virgilius l. l.

Ægidaque horrificam, turbata Palladis arma.

Beroaldus.

13. Πολιοῦχοι dicuntur dii, qui civitatibus imperant. Suidas. Πολιούχοις, τοῖς τῶν πόλεων ἄρχουσι. Πολιοῦχε epitheton Minervæ tribuit Ariſtoph. Equit. I. 3. 344.

Ω πολιοῦχε Παλλὰς, ὦ
Τῆς ἱερωτάτης ἁπα-
σῶν πολέμῳ τε καὶ ποιη-
ταῖς, δυνάμει θ' ὑπερφερού-
σης μεδέουσα χώρας.
Cuſtos Minerva, quæ omnium
Hanc celeberrimam urbium
Marte poeticaque habes,
Et valida potentia
Huic dominaris ora.

Πολιοῦχε Minervæ templum in arce fuit Lacedæmoniorum. Pauſan. Lacon. p. 99. Ὄντων Λακεδαιμονίοις ἐν τῇ πόλει λόφων καὶ ἄλλων, τὸν μάλιστα ἐς μετέωρον ἀνήκοντα ὀνομάζουσιν ἀκρόπολιν: ἐνταῦθα Ἀθηνᾶς ἱερὸν πεποίηται Πολιούχου καλουμένης. *Cum Lacedæmoniis in urbe multi ſint colles, eorum eminentiſſimum arcem appellant: in eo Minervæ ædes eſt, cui Poliuchos cognomen.* De hac Minerva etiam agunt *Gyrald. de diis Synt.* XI. *p.* 333. & *Demſt. A. R.* I. 13.

14. Scaro *nunc datur principatus, qui ſolus piſcium dicitur ruminare, herbiſque veſci, non aliis piſcibus mari Carpathio maxime frequens. Promontorium Troadis Lecton ſponte nunquam tranſit. Inde advectos Tiberio Claudio principe Optatus Elipertius e libertis ejus, præfectus claſſis, inter Oſtienſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminavit. Quinquennio fere cura eſt adhibita, ut capti redderentur mari. Poſtea frequentes inveniuntur Italiæ in littore, non ante ibi capti. Admoviſque ſibi gula ſapores piſcibus ſatis, & novum incolam mari dedit.* Plin. IX. 17. Macrob. Saturn. II. 12. *Jovis cerebrum* vocatur Ennio apud Apul. Apol. p. 299.

Scarum præterii, cerebrum Jovis pæne ſupremi,
Neſtoris ad patriam hic capitur magnuſque, bonuſque.

In deliciis fuit iis, quibus ingenioſa erat gula. Petron. c. 79.

Ingenioſa gula eſt: Siculo ſcarus æquore merſus
Ad menſam vivus perducitur.

V. quoque *Beroaldum*, *Nonn. de re cib.* III. 22. *Buleng. de conv.* II. 27. *Voſſ. de Idolol.* IV. 24. *Bruyer. de Re cibar.* III. 2.

15. Jocinora ſcari etiam laudat Plin. XXXII. 8. *Et ſcari piſcis marini jocinoribus.* Et illis bonum eſſe ſcarum, quamvis contra aliorum opinionem carnem vilem putet, dicit Mart. XIII. 79.

Hic ſcarus, æquoreis qui venit obeſus ab undis,
Viſceribus bonus eſt: cætera vile ſapit.

V. & *Xiphilinum* §. 18.

* 16. Phasianum deſcripſi ſupr. Cal. 22. 9. §. 46. Ex Colchide illum menſis intulerunt lautiores Romani. Petron. c. 79.

——— jam Phaſidos unda
Orbata eſt avibus.

Manil. V. 372.

——— Numidarum paſcimur oris,
Phaſidos & damnis, arteſſitur inde macellum.

Illos carpit Senec. ad Helv. c. 9. *Dii iſtos, deæque perdant, quorum luxuria tam invidioſi imperii fines tranſcendit. Ultra Phaſin capi volunt, quod ambitioſam popinam inſtruat.*

* 17. Pavonem deſcripſi ſupr. Cal. 22. 9. §. 42. Erat in luxuriæ, quibus Martis marcebant mœnia, portentis. Petron. c. 28.

Tuo palato clauſus pavo paſcitur.

Orator Hortenſius primus cibi gratia Romæ occidit adjiciali cœna ſacerdotii. Saginare primus inſtituit circa noviſſimum piraticum bellum M. Aufidius Lurco. Plin. X. 20. Tertull. de Pall. c. 5. Varr. R. R. III. 6. Ælian. V. H. V. 21.

18. Cerebella olim erant in deliciis. Apic. de Arte Coquin. V. I. *Adjicies cerebella duo cocta. Piſcium & avium cerebellis* Vitellii patinam onerat etiam Xiphil. B. Γλώττας τε, καὶ ἐγκεφάλους, καὶ ἥπατα, καὶ ἰχθύων, καὶ ὀρνίθων τινῶν ἐμβαλών. *Linguis, cerebelliſque, & jecoribus piſcium, & quarundam avium in eam conjectis.* Similem Heliogabali luxum taxat etiam Lamprid. c. 30. *Sexcentorum ſtruthionum capita una cœna multis exhibuit ad edenda cerebella.* c. 20. *Exhibuit & Palatinis ingentes dapes extis mullorum refertas, & cerebellis phœnicopterum, & perdicum ovis, & cerebellis turdorum, & capitibus pſittacorum, phaſianorum, & pavonum.*

* 19. Lingua phœnicopteri *lingua* hœdinæ magnitudine parum cedit, & guſtu ea ſapidior eſt. *Liſter in Apic. de Arte Coquin.* VI. 7. Guloſis in deliciis erat. Senec. Epiſt. 110. *Quod non deſideras linguas phœnicopterorum.* Mart. ad Cal. 22. 9. §. 41. Inventum eſt hoc Apicii. Plin. X. 48. *Phœnicopteri linguam præcipui ſaporis eſſe Apicius docuit, nepotum*

muræanarum [21] lactes [22] a Carpathio uſque fretoque Hiſpaniæ [23], per navarchos [24]
6 ac triremes petitarum commiſcuit. Ut autem homo non profundæ [25] modo, ſed intempeſtivæ [26] quoque, ac ſordidæ [27] gulæ, ne in ſacrificio quidem unquam, aut itinere ullo temperavit, quin inter altaria ibidem ſtatim viſcus [28] & farra [29] pæne rapta e foco [30] manderet, circaque viarum popinas [31] fumantia obſonia, vel pridiana atque ſemeſa.

omnium altiſſimus gurges. Quo modo condiatur docet ipſe *Apic. de Arte Coquin.* VI. 7.

20. PHOENICOPTERUS qualis ſit avis, docui ſupr. Cal. 22. 9. §. 41.

21. MURÆNÆ, maxime Siculæ, Latinis flutæ, Græcis πλῶται vocantur. Macrob. Sat. II. 11. *Arceſſebantur murænæ ad piſcinas noſtræ urbis ab uſque freto Siculo, quod Rhegium a Meſſana reſpicit: illic enim optimæ a prodigis eſſe creduntur, tam Hercules quam anguillæ: & utraque ex illo loco Græce πλῶται vocantur, Latine flutæ, quod in ſummo ſupernantes ſole torrefacta curvare ſe poſſe, & in aquam mergere deſinunt.* Unde *murænæ flutæ* dicuntur Varron. R. R. II. 6. *Non enim ſi murænæ flutæ optimæ ſunt in Sicilia, & elloṗs ad Rhodum, continuo hi piſces in omni mari ſimiles naſcuntur.* Magnum illi ad menſas honorem habuerunt gulæ magiſtri, adeo ut *murænarum vivarium privatim excogitaverit C. Hirrius ante alios, & cœnis triumphalibus Cæſaris dictatoris ſex millia numero murænarum mutuo appenderit.* Plin. IX. 55. V. etiam *Nonn. de re cib.* III. 17.

22. LACTES ſunt partes inteſtinorum a Græco γάλακτος dictæ. Singulare eſt hæc *lactis.* Nonius IV. 270. *Lactes dicuntur inteſtina. Titinnius Pſaltria.*

Farticula, cerebellum, lactes agninas.

Plaut. Curc. I. 3. 40.

Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus.

Pſeud. I. 3. 85.

Una opera alligem fugitivam canem agninis lactibus.

Lactes murænarum commendabant palata eruditiora. Lamprid. Heliog. c. 23. *Murænarum lactibus, & luporum in mediterraneis ruſticos pavit.*

23. CARPATHIUM ET HISPANIÆ FRETUM jungit etiam Colum. R. R. VIII. 16. *Sola ex pretioſis piſcibus muræna, quamvis Tarteſſii, Carpathiique pelagi (quod eſt ultimum) vernacula, quovis hoſpes freto peregrinum mare ſuſtinet. Tarteſſii*, pro *Tarſenſis* legit Nonn. de re cib. III. 17. Nam ita de *Tarteſſo* Suidas. Ταρτησσία μύραινα ὡς ἐκεῖ γινομένων μεγίστων. *Tarteſſia muræna, quod ibi maxima gignantur.* Strab. III. p. 100. Ἐν δὲ τοῖς ἐξωτέροις τόποις καὶ μείζονας ὀγδοήκοντα μνῶν τὰς σμυραίνας, καὶ τοὺς γόγγρους. *In exterioribus locis* Hiſpaniæ *murænæ, congrique, qui appendant octoginta minas.* Ariſtoph. Ranis.

Πλευμόνων τ' ἀνδάψεται Ταρτησσία μύραινα.

Lanialunt tibi pulmones Tarteſſiæ murænæ.

24. NAVARCHOS i. principes navium, qui in navi nautis imperant, Veget. IV. 43. *in navarchis diligentia eligitur.* Simili modo *trierarchos* dixerunt Tacitus & noſter ſupr. Ner. 34. 6. §. 19.

25. PROFUNDAM GULAM dicit quoque, & explicat Senec. Epiſt. 89. *Ad vos deinde tranſeo, quorum profunda, & inſatiabilis gula, hinc maria ſcrutatur, hinc terras.* Dicit etiam Apul. Apol. p. 322. *Nec quidquam ei relictum eſt ex largiore fortuna præter ambitionem miſeram, & profundam gulam.* *Græcos pari elegantia, atque efficacia, vocem βαθέος uſurpare pluribus exemplis docet *Caſaubonus.* De Vitellii *gula* Tacit. Hiſt. II. 95. 4. *Ipſe abunde ratus, ſi præſentibus frueretur, nec in longius conſultans, novies millies ſeſtertium pauciſſimis menſibus intervertiſſe creditur.* Quam ſummam nobis conficiat *novies millies ſeſtertium*, ipſe colliges ex Cal. 37. 6. §. 26.

26. INTEMPESTIVA *gula* eſt, quæ ante legitimum, ſtatumque edendi *tempus* ardeſcit in cibo. Scribit Gregorius, quod in canonicis decretis repetitum eſt diſtinctione ultima de conſecratione. *Vitio gulæ nos tentari, quando indigentiæ tempora prævenit.* Ad *intempeſtivam* Vitellii *gulam* pertinet, quod *ne in ſacrificio quidem unquam, aut itinere ullo* a cibo ſumendo *temperaverit.* Beroaldus.

27. SORDIDA *gula eſt*, quæ *ipſo aſtu immenſi deſiderii etiam viliora cibaria eſurienter invadit*, ut idem dicit *Gregorius.* Ad *ſordidam* Vitellii *gulam* pertinet, quod *fumantia obſonia, vel pridiana, atque ſemeſa manderit.* Beroaldus.

28. VISCUS eſſe quidquid inter oſſa & cutem eſt, dixi ſupr. Cæſ. 38. 4. §. 17. Dicitur Suetonio de victimæ parte, quæ non adolebatur, ſed convivis apponebatur, ut σπλάγχνα apud Eupolidem.

——— τὸ χαλκίον
Θέρμαινέ θ' ἡμῖν, καὶ θύη πέμπειν τινὰ
Κέλευ' ἵνα σπλάγχνοισι συγγινώμεθα.

—— —— *miliarium*
Calefacito nobis, & victimas coquendas
Cura, ut ex viſceribus una ſimus.

Caſaub. in Athen. III. 34. * *Viſcera* ſingulari carere dum dicunt, errant Soſipater & Diomedes. Habent enim excepto vocativo omnes caſus ſingulares, ut ſcriptorum loca a me ad Tachardi Dictionarium congeſta docent.

29. FAR *torrere, & deos fruge colere, & mola ſalſa ſupplicare Numa inſtituit, quoniam toſtum cibo ſalubrius eſſet. Id uno modo conſecutum, ſtatuendo non eſſe purum ad rem divinam niſi toſtum.* Plin. XVIII. 2. V. tamen *Coler. in Alex. Gen.* IV. 17.

30. PANE RAPTA E FOCO, & ſemicocta caro etiam comeditur per immoderatam helluonum ingluviem, quæ nullas patitur moras, etiam ex locis ſacris

Digitized by Google

ſacris ablata. Ita apud Athenæum ab Archeſtrato deſcribitur mulier quædam, quæ ſacra nondum immolata devorabat, *ἰσφηνάζουσ' ὀβελίσκω*, *a veru illa rapiens*. Tales ventres ferit illud Simonidis, quod tandem in proverbium ceſſit.

Ἄθυτα δ' ἱρὰ πολλάκις κατεσθίει.

Nondum immolata ſacra ſæpe devorat.

Bochart. Hieroz. II. 50.

31. POPINAS circa vias inſtrui ſolitas docet etiam Varr. R. R. I. 2. *Ut etiamſi ager ſecundum viam, & opportunus viatoribus locus, ædificandæ tabernæ diverſoriæ.* Quid *popina* ſit, dictum ſupr. Tib. 34. 2. §. 14.

CAPUT XIV.

ARG. *Viros nobiles, condiſcipulos, fœneratores, ſtipulatores, equitem Romanum, de plebe nonnullos, vernaculos, mathematicos, & forte etiam matrem, ad cujuſque, & quacunque de cauſa necem atque ſupplicium pronus interficit Aulus Vitellius.*

Pronus vero ad cujuſque & quacunque de cauſa necem atque ſupplicium, nobiles 1
viros, condiſcipulos [1], & æquales [2] ſuos omnibus blanditiis tantum non ad ſo-
cietatem imperii allicefactos [3], vario genere fraudis occidit: etiam unum [4] veneno
manu ſua porrecto in aquæ frigidæ potione [5], quam is affectus febre [6] popoſcerat.
Tum fœneratorum & ſtipulatorum [7], publicanorumque, qui umquam ſe aut Romæ 2
debitum, aut in via portorium flagitaſſent, vix ulli pepercit [8]. Ex quibus quem- 3
dam in ipſa ſalutatione ſupplicio traditum, ſtatimque revocatum cunctis clementiam
laudantibus, coram interfici [9] juſſit, *velle ſe* dicens *paſcere* [10] *oculos*: alterius pœnæ
duos

CONDISCIPULOS I. qui ſub eodem, quo Vitellius inſtituti fuerant præceptore. *Sabellicus.*

2. ÆQUALES I. qui ejuſdem ſunt ætatis. * Terent. And. II. 2. 22.

Quem vocabo ad cœnam meorum æqualium?

Nep. 15. 2. 2. *Ut adoleſcens ſenem omnibus æqualibus in familiaritate antepoſuerit.* Noſt. Galb. 4. 3. Quæ duæ neceſſitudinis cauſæ potuiſſent illum ab injuria revocare, quod etiam monet *Sabellicus*, niſi ſupra modum ſævus fuiſſet.

3. ALLICEFACTOS I. multis illecebris illectos. De hoc verbo hæc in Foro Romano Cælius Secundus Curio. *Verbum eſt dure compoſitum ex allicere & facio, ſicut caleſacio, frigeſacio, & ſimilia: ſi tamen verum eſt, ita ſcripſiſſe Suetonium.*

4. UNUM *Junium Blæſum.* Tacit. Hiſt. III. 39. 1. *Trepidanti inter ſcelus, metumque, ne dilata Blæſi mors maturam perniciem, palam juſſa atrocem invidiam ferret: placuit veneno graſſari.*

5. IN AQUÆ FRIGIDÆ POTIONE *venenum porrectum* eſt etiam Alexandro Magno. Juſtin. XII. 14. 9. *Philippus & Jollas temperare, ac prægustare potum regis ſoliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam prægustatæ jam potioni ſupermiſerunt.* Et Britannico Claudii filio. Tacit. Ann. XIII. 16. 3. V. illum ſupr. ad Ner. 33. 9. §. 23.

6. FEBRIS calida viſceribus infuſa quærit ardoris æſtuantis refrigerationem, invitatque febricitantem ad frigidam aquam appetendam, quæ non ſemper noxia eſt, cum ſæpe remedia contraria proſint, ubi ſolita non profuerunt. Hinc legimus Petronem medicum dare ſolitum in potu aquam frigidam *febricitantibus*: qui, ſi moverat ſudorem, explicuiſſe ſe ægrum judicabat: ſi non moverat, plus etiam aquæ frigidæ ingerebat. Aſclepiades quoque aquam frigidam tempeſtive dando ægros curabat. *Beroaldus.*

7. STIPULATORES *fœneratoribus* bene jungit: nam quia uſuræ non niſi ex *ſtipulatione* debebantur, quo incertiora erant nomina, eo majore opus erat cautione, ne *fœneratores* I. creditores, ſive qui pecuniam *fœnori* locabant, (V. ſupr. Tib. 48. 2. §. 13. defraudarentur. Id curabant *ſtipulatores*. Ut enim actionum, judiciorumque, ſic & *ſtipulationum* certæ erant formulæ, quarum periti contractibus fere adhibebantur. Docent id orationes pro Quinctio, & pro Cæcina: ſed & liber de legib. I. 4. *Quo me vocas? aut quid hortaris? an ut judiciorum, & ſtipulationum formulas componam?* Torrentius. V. & ſupr. 7. 4. §. 13.

8. VIX ULLI PEPERCIT. Xiphilinus tamen LXV. p. 736. A. *Αὐτὸς ἀναζητῶν, τάς τε σωτηρίας σφίσιν ἐς τὸ ὀφειλόμενον ἀποδιδόναι ἔλεγε, καὶ τὰ συμβόλαια ἀπῄτει.* Vitellius creditoribus *requiſitis, dicebat ſe reddidiſſe ſalutem pro credita pecunia, repoſcebatque tabulas contractuum.*

9. CORAM INTERFICI, tanquam non foret contentus cæde hominum niſi illius ſpectator eſſet. Hanc ſpectandi crudelitatem fuiſſe in Domitiano flebili querimonia complorat Tacit. Agric. 45. 4. *Nero tamen ſubtraxit oculos, juſſitque ſcelera, non ſpectavit: præcipua ſub Domitiano miſeriarum pars erat, videre & adſpici: cum ſuſpiria noſtra ſubſcriberentur: cum denotandis tot hominum palloribus ſufficeret ſævus ille vultus, & rubor, a quo ſe contra pudorem muniebat.* Beroaldus.

10. PASCERE I. delectare. Rutil. Itiner. I. 503.

Infelix putat illuvie cœleſtia paſci.

Optatus Afer. II. *Neque enim eccleſia dici poteſt, quæ cruentis morſibus paſcitur, & ſanctorum ſanguine, & carnibus æſtimatur.* Tacitus ſupr. 10. 6. §. 23. Plura

4 duos filios adjecit, deprecari pro patre conatos. Sed & equitem Romanum procla-
mantem, cum raperetur ad pœnam, *Heres meus es*, exhibere teſtamenti tabulas coe-
git: utque legit cohæredem ſibi libertum ejus adſcriptum, jugulari cum liberto im-
5 peravit. Quoſdam & de plebe, ob id ipſum quod Venetæ factioni clare maledixe-
6 rant, interemit: contemptu ſui & nova ſpe [11] id auſos opinatus. Nullis tamen of-
fenſior, quam vernaculis [12], & mathematicis, ut quiſque deferretur, inauditum ca-
pite puniebat: exacerbatus, quod poſt edictum ſuum [13], quo jubebat intra Kalend.
Octobris Urbe Italiaque mathematici excederent, ſtatim libellus eſt propoſitus, *&*
Chaldæos [14] *dicere*, *Bonum factum*, *ne Vitellius Germanicus* [15] *intra eundem Kalendarum*
7 *diem uſquam* [16] *eſſet*. Suſpectus & in morte matris [17] fuit, quaſi ægræ præberi cibum
prohibuiſſet: vaticinante Catta muliere [18], cui velut oraculo acquieſcebat, *ita demum*
8 *firmiter diutiſſime imperaturum*, *ſi ſuperſtes parenti exſtitiſſet*. Alii tradunt, ipſam tæ-
dio

Barthius in Rutilium.

11. Nova spe, alterius n. imperatoris, cum quo conſpirarent contra Vitellium.

12. Vernaculi ſunt in urbe homines viles, dicaces, & procaces, plerique libertinæ conditionis, & *vernilem* laſciviam, quæ ab indulgentia dominorum profecta, adagio jactatur, etiam exſuta ſervitute retinentes. Mart. x. 3. 1.

Vernaculorum dicta, ſordidum dentem,
Et fœda linguæ probra circulatricis.

Γόητας videntur dicere Zonar. Ann. 11. p. 142. & Cedren. Hiſt. p. 178. Φιλόμαντις δὲ ὑπάρχων, καὶ μηδὲ τὸ βραχὺ πράττων ἄνευ αὐτῶν, τότε μὲν τοὺς ἀστρονόμους, ὕστερον δὲ καὶ τοὺς γόητας ἐξήλασε, προειπὼν σφίσιν ἐντὸς τῆς δὲ τῆς ἡμέρας ἐξ ἁπάσης ἐκχωρῆσαι τῆς Ἰταλίας. *Jam cum divinationibus deditus eſſet, nec ſine iis vel minima ſuſciperet, tum aſtronomos, poſt etiam præſtigiatores pepulit, certo die præfinito, intra quem tota Italia excederent.* Sed nimis anguſte ſpeciem pro genere poſuit. Et hi *vernaculi*, ſed non ſoli, nec præ aliis, nec potiſſimum hic intellecti: omnes enim ſcurras, intemperantia oris notos, includit hoc vocabulum: omnes qui ſordidas capturas ridiculis dictis, otioſam, aut tranſeuntem plebem allicientes, & lactantes adjuvabant: quo ex numero complures recenſet Mart. 1. 35. al. 42. Vitellius cur *præſtigiatores* potiſſimum odiſſet, cauſa nulla erat, ſed erat, cur illos, quos Martialis *vernaculos* dicit, εὐτραπέλους, dicaces, & ſcurriles, & mimicos homines, quia in illum larga dictorum materia, & minus parcebant principi repentino. Nota Suetonii ars & ſubtilitas, maxime notabilia in quoque genere breviter complecti, dein ſingula exemplis affirmare. Hic quæ duo dixerat, & *vernaculis*, & *mathematicis* infenſum fuiſſe Vitellium, uno exemplo, ſed in utrumque ſufficiente, comprobat *n.* 9. Ubi prædictum de morte Vitellii eſt mathematicorum; at id proponi formula edicti, non *præſtigiatoris* eſt, nec θαυματοποιοῦ ſed hominis faceti, quales in iſto ordine ſcurræ, urbani, aretalogi, *vernaculi*. Hinc *vernacula urbanitas* apud Tacit. Hiſt. 11. 88. 2. *Incurioſos milites vernacula urbanitate quidam ſpoliavere, abſciſſis furtim balteis, an accincti forent rogitantes.* V. quoque *Gronov. de pec. vet.* IV. 10. *Caſaubonum*, *Lipſ. in Senec. de Benef.* VI. 11. *Salmaſ. in Capitol. Opil. Macrin. c.* 13. *Pignor. de Serv. p.* 41. *Jun. in Tertull. de Idolol. c.* 9. *Gataker in Marc. Anton. de Reb. ſuis* 1. §. 16. V. etiam ab his diſſentientes, *Torrentium*, *Turneb. Adv.* V. 1. *Muret. V. L.* 11. 13. *Loenſ. Miſc.* IV. 23. *Scalig. in Caſal. p.* 75. *Kipping. A. R.* 1. 12: IV. 1. *Dorleans in Tacit. p.* 219.

13. Edictum suum, poſtquam Romam veniſſet, propoſuiſſe Vitellium, dicit Xiphil. LXV. p. 734. B. Βιτέλλιος δὲ, ἐπεὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐγένετο, τάλλα τε διῴκει, ὥσπερ, καὶ ἐδόκει αὐτῷ, καὶ πρόγραμμα ἔθετο, δι' οὗ τοὺς ἀστρολόγους ἐξήλασε. *Vitellius, ut Romam venit, cœpit omnia ſuo arbitratu gerere: & edictum propoſuit, quo aſtrologos expulit ex Urbe.* Romam vero e Galliis præmiſiſſe Tacit. Hiſt. 11. 62. 3. *Præmiſit in Urbem edictum.... Pulſi Italia mathematici.*

14. Chaldæos deſcribit Cicer. de Divin. 1. 1. *Principio Aſſyrii, propter planitiem, magnitudinemque regionum, quas incolebant, cum cœlum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur, trajectiones, motuſque ſtellarum obſervaverunt: quibus notatis, quid cuique ſignificaretur, memoriæ prodiderunt. Qua in natione Chaldæi, non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſervatione ſiderum, ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici poſſet, quid cuique eventurum, & quo quiſque fato natus eſſet.* Horum artis fundamenta, & vanitatem affert, & ridet Cicer. de Divin. 11. 42. Ridet etiam Sext. Empir. V. p. 110. C.

15. Germanicus, quia in *Germania* fuit, Imperator cum ſalutaretur, ſupr. 8. 2.

16. Intra Kalendarum Octobrium diem nusquam fuiſſe Vitellium, manifeſte falſum eſt. Eſt enim interfectus fine Decembris. Tacit. Hiſt. 11. 67. 3. XV. *Kalend. Januar. audita defectione legionis, cohortiumque, quæ ſe Narniæ dediderant, pullo amictu Palatio degreditur, mæſta circum familia....* Ryck. in Tacit. p. 371.

17. Matris *Sextiliæ*, ſupr. 3. 1. de cujus morte Tacit. Hiſt. 111. 67. 2. *Erat illi & feſſa ætate parens,*

dio præſentium, & imminentium metu, venenum a filio impetraſſe haud ſane difficulter.

rent, quæ tamen paucis ante diebus opportuna morte excidium domus prævenit, nihil principatu filii aſſecuta, niſi luctum & bonam famam.

18. CATTAM MULIEREM hanc Germanam fuiſſe, vel ex eo credibile eſt, quod & Germani, ut cæteri fere barbari, mulierum vaticiniis plurimum utebantur, quales Veledam ſupr. Claud. 1. 4. §. 20. commemoravit, & Arviniam commemorat Tacit. Germ. 8. 5. *Sed & olim Arviniam, & complures alias venerati ſunt, non adulatione, ſed tanquam facerent deas.* V. *Beroaldum*, & *Torrentium*.

CAPUT XV.

ARG. *Exercitibus Mœſiaco, Pannonico, Judaico, & Syriaco deſciſcentibus, nihil non cæteris hominibus largitur, delectum in Urbe agit, hoſti fratrem cum claſſe mari, Bedriacenſis copias, & duces, terra opponit, ſed ubique aut ſuperatus, aut proditus, imperio ſe cedere profitetur, & tandem ſolutum a latere pugionem, quaſi in æde Concordiæ poſiturus abſcedit Aulus Vitellius.*

Octavo imperii menſe [1] deſciverunt ab eo exercitus Mœſiarum [2] atque Pannoniæ [3]: 1
item ex tranſmarinis, Judaicus & Syriacus [4]: ac pars in abſentis [5], pars in præſentis [6] Veſpaſiani verba [7] jurarunt. Ad retinendum ergo cæterorum hominum ſtudium ac favorem, nihil non publice, privatimque nullo adhibito modo largitus eſt. 2
Delectum quoque ea conditione in Urbe egit, ut voluntariis [8] non modo miſſionem 3
poſt victoriam, ſed etiam veteranorum, juſtæque militiæ commoda [9] polliceretur. Urgenti

* OCTAVO IMPERII MENSE. Unde ergo novem illi anni, quos præter hos menſes regnaſſe Vitellium ſcribit Malal. Chronog. x. 334. Ἐβασίλευσε Βιτέλλιος Αὔγουστος ἔτη θ' καὶ μῆνας η.

2. MOESIAS deſcripſi ſupr. Tib. 41. §. 9. Illarum exercitus quare, & quo modo a Vitellio deſciverint, narrant Xiphil. LXV. p. 737. A. Οἱ δὲ ἐν τῇ Μυσίᾳ στρατιῶται, τὰ καθ' αὐτὸν πεπυσμένοι, οὐδ' ἀνέμειναν τὸν Μουκιανὸν (ἐπυνθάνοντο γὰρ ἐν ὁδῷ εἶναι) ἀλλ' Ἀντώνιον Πρῖμον εἵλοντο στρατηγόν. Τοσαύτη τῶν στρατιωτῶν ἦν πρός τε τὸν Βιτέλλιον ὀργὴ, καὶ πρὸς τὰς ἁρπαγὰς ὁρμή: εἰ γάρ πω καὶ ἐπ' ἄλλο τι ταῦτα ἔπραττον, ἢ ὅπως τὴν Ἰταλίαν διαρπάσωσι: ὃ καὶ ἐγένετο. *Legiones, quæ erant in Myſia, cognitis illis, Muciano, quem audiebant eſſe in itinere, nequaquam exſpectato, Antonium Primum ducem eligunt. Tanta erat in Vitellium indignatio militum, tanta prædandi cupiditas. Neque enim milites hoc ob aliam cauſam agebant, quam ut Italiam diriperent: quod etiam factum eſt.* Tacit. Hiſt. II. 85. 1. *Tertia legio exemplum cæteris Mœſiæ legionibus præbuit. Octava erat, ac ſeptima Claudiana, imbuta favore Othonis, quamvis prælio non interfuiſſent: Aquileiam jam progreſſa, proturbatis, qui de Othone nuntiabant, laceratiſque vexillis nomen Vitellii præferentibus, rapta poſtremo pecunia, & inter ſe diviſa, hoſtiliter egerant. Unde metus, & ex metu conſilium, poſſe imputari Veſpaſiano, quæ apud Vitellium excuſanda erant.*

3. PANNONIAM deſcripſi ſupr. Aug. 20. 3. §. 12. Ejus exercitus quare, & quomodo a Vitellio deſciverit, narrat Tacit. Hiſt. II. 85. 3. *Ita tres Mœſicæ legiones per epiſtolas alliciebant Pannonicum exercitum, aut abnuenti vim parabant.* 86. 1. *Ac in Pannonia decima tertia legio, ac ſeptima Galbiana dolorem, iramque Bedriacenſis pugnæ retinentes, haud cunctanter Veſpaſiano acceſſere, vi præcipua Primi Antonii.*

4. JUDAICUS ET SYRIACUS *exercitus* a Vitellio deſcivit impulſore Muciano Syriæ præſide. Tacit. Hiſt. II. 76. 9. *Tibi e Judæa, & Syria, & Ægypto novem legiones integræ, nulla acie exhauſtæ, non diſcordia corruptæ.*

5. IN ABSENTIS *Veſpaſiani verba jurarunt* exercitus Mœſici, & Pannonici, utpote remotiores.

6. IN PRÆSENTIS *Veſpaſiani verba jurarunt* exercitus Judaici & Syriaci. Tacit. Hiſt. II. 79. 3. *Iſque primus principatus dies*, (Kalendis Juliis ſacramento ejus, *Veſpaſiani*, legiones adegerat Tiberius Alexander Ægypti præfectus) *in poſterum celebratus, quamvis Judaicus exercitus V. Non. Jul. apud ipſum juraſſet.* 81. 1. *Ante Idus Julias Syria omnis in eodem ſacramento fuit.* Xiphil. LXV. p. 736. D. Ἀκούσαντες δὲ οἱ στρατιῶται ταῦτα, καὶ περιστάντες τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, ἀνεῖπον αὐτὸν αὐτοκράτορα. *Quibus cognitis rebus, milites circumſiſtunt tabernaculum ejus*, Veſpaſiani, *eumque imperatorem renuntiant.*

7. IN VERBA ducis jurare quid ſit, docui ſupr. Galb. II. 2. §. 4.

8. VOLUNTARII dicebantur, qui ſponte militabant. Liv. XXII. 60. *Sicut nobis adoleſcentibus priori Punico bello Calpurnius Flamma trecentis voluntariis dixit.* Exempla plurima invenies apud *Laz. Comm. R. R. V. 6. VI. 1.*

9. COMMODA *juſtæ militiæ* vocant *emerita* Modeſtinus & Arrius Menander ſupr. Aug. 24. 4. §. 13. noſter *commoda emeritæ militiæ* ſupr. Cal. 44. 2. & *commoda miſſionum* ſupr. Aug. 49. 5. Poſt ſtipendia-

4 Urgenti deinde terra marique hoſti hinc fratrem [10] cum claſſe, ac tyronibus, & gladiatorum manu oppoſuit, hinc & Bedriacenſes copias, & duces [11], atque ubique aut ſuperatus [12], aut proditus [13], ſalutem ſibi & millies HS [14] a Flavio Sabino [15] Veſpaſiani fratre [16] pepigit [17]: ſtatimque pro gradibus [18] Palatii [19] apud frequentes milites [20] *cedere ſe imperio, quod invitus recepiſſet*, profeſſus [21], cunctis reclamantibus [22], rem

dia enim finitæ quoque militiæ præmia erant, ſic inſtituta, ut conſumpto bellis robore ad quietem miles veniret, reliquum vitæ ſine egeſtate ageret. Illa olim agri, poſtea & pecuniæ fuerunt. Tacit. Ann. I. 17. 6. *Sextus decimus ſtipendii annus finem adferret, ne ultra ſub vexillis tenerentur, ſed iiſdem in caſtris præmium pecunia ſolveretur.* Putean. de Stipend. milit. c. 17.

10. FRATREM *Lucium.*

11. BEDRIACENSES COPIAS ET DUCES i. Aulum Cæcinam, & Fabium Valentem, cum copiis militaribus, quibus apud *Bedriacum* Othonianos profligaverat. Tacit. Hiſt. II. 99. 1. *Tandem irruptione hoſtium atrocioribus undique nuntiis exterritus, Cæcinam, & Valentem expediri ad bellum jubet: præmiſſus Cæcina; Valentem e gravi corporis morbo tum primum aſſurgentem infirmitas tardabat. Longe alia proficiſcentis ex Urbe Germanici exercitus ſpecies; non vigor corporibus, non ardor animis, lentum, & rarum agmen, & fluxa arma, & ſegnes equi: impatiens ſolis, pulveris, tempeſtatum, quantumque hebes ad ſuſtinendum laborem miles, tanto ad diſcordias promptior.*

12. SUPERATUS eſt apud Cremonam Vitellius ab Antonio Primo, *acerrimo belli concitatore*, ut dicitur Tacit. Hiſt. III. 2. 1. Qui quomodo Vitellianos fuderit, Cremonamque diripuerit, verboſius, quam ut hæc charta illa admittat, narrant Tacit. Hiſt. III. 26... 33. & Xiphil. LXV. p. 740.

13. PRODITUS i. deſertus. Juſtin. XIX. 3. 10. *Sed ne hos, quibus nefanda lues pepercerat, inter hoſtium exercitus relictos, morte ſua proderet.* Ita & Græci utuntur ſuo προδιδόναι. Herodian. VI. 7. §. 7. Ἠγανάκτουν δὲ, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον εἶχον ἐν αἰτίᾳ, ὡς τὰ ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς δι' ἀμέλειαν ἢ δειλίαν προδιδόντα. *Quare indignabantur, atque Alexandro ſuccenſebant, tanquam res in oriente, vel negligentia, vel metu, prodidiſſet.* *Proditus* eſt Vitellius a *Lucilio Baſſo claſſis Ravennatis præfecto*, qui *ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatæ, Pannoniique erant, quæ provinciæ Veſpaſiano tenebantur, partibus aggregaverat.* Tacit. Hiſt. III. 12. 2. *quod non ſtatim præfecturam prætorii adeptus fuerat, iniquam iracundiam flagitioſa perfidia ulturus.* II. 100. 5. Et a *Cæcina*, qui *defectione claſſis vulgata, primores centurionum, & paucos militum, cæteris per militiæ munera diſperſis, ſecreta caſtrorum affectans, in principia vocat. Ibi Veſpaſiani virtutem, vireſque partium extollit; transfugiſſe claſſem, arctem commeatuum, adverſas Gallias, Hiſpaniaſque, nihil in Urbe fidum, atque omnia de Vitellio in deterius. Mox incipientibus, qui conſcii aderant, cæteros re nova attonitos, in verba Veſpaſiani adigit: ſimul Vitellii imagines direptæ, & miſſi qui Antonio nuntiarent.* III. 13. 1. *Credidere plerique Flavii Sabini conſiliis concuſſam Cæcinæ mentem, miniſtro ſermonum Rubrio Gallo, rata apud Veſpaſianum fore pacta tranſitionis.* II. 99. 4.

14. SALUTEM, ET MILLIES HS. Tacit. Hiſt. III. 63. 4. *Non omiſere per eos dies Primus ac Varus crebris nuntiis, ſalutem, & pecuniam, & ſecreta Campaniæ offerre Vitellio, ſi poſitis armis, ſeque ac liberos ſuos Veſpaſiano permiſiſſet.* 66. 5. *Nunc pecuniam, & familiam, & beatos Campaniæ ſinus promitti.* *Millies HS* quid nobis efficiant, monui ſupr. Cæſ. 26. 4. §. 24.

15. FLAVIUS SABINUS fuit illo tempore *præfectus Urbis.* Tacit. Hiſt. III. 64. 1.

16. VESPASIANI FRATER fuit Sabinus *ætate prior.* Tacit. 65. 2.

17. PEPIGERINT quid, & ubi, Vitellius & Flavius Sabinus, docet Tacit. Hiſt. III. 65. 3. *Melior interpretatio, mitem virum*, Flavium Sabinum, *abhorrere a ſanguine, & cædibus: eoque crebris cum Vitellio ſermonibus de pace, ponendiſque per conditionem armis agitare. Sæpe domi congreſſi, poſtremo in æde Apollinis, ut fama fuit, pepigere. Pangere* interdum *pangendi* conatum, & voluntatem ſignificat, ut dixi ſupr. Cæſ. 29. 4. §. 18. etiam hoc loco. Dicit enim Sabinus apud Tacit. 70. 2. *Simulationem prorſus, & imaginem deponendi imperii fuiſſe, ad decipiendos tot illuſtres viros.*

18. GRADIBUS ad januam, in edito quæ fuit, adſcendiſſe veteres, dictum ſupr. Ner. 8. 1. §. 5.

* 19. PALATII gradus hi diverſi ab illis, pro quibus Nero Imperator eſt conſalutatus 8. 1. ſubdivales fuerunt. Tacit. Hiſt. I. 29. 3. *Piſo pro gradibus domus vocatos in hunc modum locutus eſt.* Xiphil. LXVIII. p. 771. C. Πλωτῖνα δὲ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, ὅτε πρῶτον ἐς τὸ Παλάτιον ἐσῄει, ἐπὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος μεταστραφεῖσα εἶπε. *Hujus uxor Plotina, cum primum ingrederetur in Palatium, eſſetque adhuc in gradibus, converſa ad multitudinem dixit.* Ryck. in Tacit. p. 309. Nardin. Rom. Vet. VI. 13.

* 20. MILITES forte in veſtibulo excubias agentes. *Nardinus.*

21. CEDERE SE IMPERIO, PROFESSUS quomodo fuerit Vitellius, legitur apud Tacit. Hiſt. III. 68. 3. *In ſua concione Vitellius, inter ſuos milites, proſpectantibus etiam feminis, pauca, & præſenti mœſtitia congruentia locutus; cedere ſe pacis & Reipublicæ cauſa: retinerent tantum memoriam ſui; fratremque, & conjugem, & innoxiam liberorum ætatem miſerarentur.*

22. CUNCTIS RECLAMANTIBUS. Tacit. 66. 2. *Cæterum,*

rem diſtulit: ac nocte interpoſita, primo diluculo [23], ſordidatus [24] deſcendit ad Roſtra [25], multiſque cum lacrymis eadem verba, verum e libello [26] teſtatus eſt. Rurſus interpellante milite ac populo [27], & ne deficeret hortante, omnemque operam 5
ſuam certatim pollicente, animum reſumpſit. Sabinumque [28] & reliquos Flavianos [29], 6
nihil jam metuentes, vi ſubita [30] in Capitolium compulit, ſuccenſoque [31] templo Jovis [32] Opt. Max. oppreſſit, cum & prælium, & incendium e Tiberiana proſpiceret

terum, ut quiſque Vitellio fidus, ita pacem, & conditiones abnuebant, diſcrimen, ac dedecus oſtentantes, & fidem in libidine victoris.

23. PRIMO DILUCULO I. cum primum dies incipiebat *luceſcere*. Plaut. Amph. II. 2. 105.

Primulo diluculo abiviſti ad legiones.

24. SORDES quid, & quare *ſordibus* induti fuerint miſeri. V. ſupr. Aug. 32. 5. §. 23. Inde *ſordidatus*, veſte *ſordida* indutus. Plaut. Aſin. II. 4. 90.

——— *quamquam ego ſum ſordidatus,*

Frugi tamen ſum.

25. AD ROSTRA, ut pro illis concionaretur. Unde illi objicit Sabinus apud Tacit. Hiſt. III. 70. 2. *Cur enim e Roſtris fratris domum imminentem foro, & irritandis hominum oculis, quam Aventinum, & penates uxoris petiſſet?* Roſtra V. ſupr. Cæſ. 6. 1. §. 6.

26. E LIBELLO, in quo perſcripta habebat verba, quibus altera vice teſtabatur ſe imperio cedere. Tales dicuntur *de ſcripto* dicere. Cicer. pro Planc. c. 30. *Oratio propter magnitudinem ejus dicta de ſcripto eſt.* Beroaldus.

27. RURSUS INTERPELLANTE MILITE, AC POPULO. Tacit. Hiſt. III. 68. 1. *Voces populi blandæ, & intempeſtivæ: miles minaci ſilentio. Nec quiſquam adeo rerum humanarum immemor, quem non commoveret illa facies, Romanum principem, & generis humani paullo ante dominum, relicta fortunæ ſuæ ſede, per populum, per Urbem, exire de imperio.*

28. SABINUS Veſpaſiani fuit frater V. infr. Veſp. 1. 7. Hunc a Vitellio interemptum, ſed non eodem modo, ſcribunt auctores. Joſeph. de Bell. Jud. V. 13. Καὶ Σαβῖνος ἀναχθεὶς ἐπὶ Οὐιτέλλιον ἀναιρεῖται. *Et Sabinus ad Vitellium ductus occiditur.* Eutrop. VIII, 18. & Aurel. Vict. de Cæſ. 8. 5. noſtrum ſecuti: *Interfecto priſco Sabino Imperatoris fratre, quem cum Capitolio incendit.* Alter Victor Epit. 8. 4. *Per ſcalas Gemonias trahitur* Vitellius: *ubi Sabinum Veſpaſiani fratrem necari permiſerat.* Tacit. III. 64. 5. *Tum pro gradibus palatii confoſſum, conlaceratumque, & abſciſſo capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt.* Quocunque modo interemerit, liquet errare Xiphilinum, qui prodidit LXVI. p. 743. E. Vitellium neminem ex propinquis Othonis aut Veſpaſiani occidiſſe. Καί τοι τῷ Βιτελλίῳ μηδένα μήτε τῶν τοῦ Ὄθωνος, μήτε τῶν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ συγγενῶν ἀποκτείναντος.

29. FLAVIANOS hos Tacit. 69. 4. dicit fuiſſe *mixtum militem, & quoſdam ſenatorum, equitumque, etiam feminas, & inter illas maxime inſignem Verulaniam Graciliam, neque liberos, neque propinquos, ſed bellum ſecutam.*

30. VI SUBITA, de qua hæc Tacit. n. 3. *Circa lacum Fundani, deſcendentibus, qui Sabinum comitabantur, armatis occurrunt promptiſſimi Vitellianorum. Modicum ibi prælium, improviſo tumultu, ſed proſperum Vitellianis fuit. Sabinus re trepida, quod tutiſſimum e præſentibus, arcem Capitolii inſedit.*

31. SUCCENSUM qui fuerit *Templum Jovis*, narrat Tacit. Hiſt. III. 71. 3. *Faces in prominentem porticum jecere, & ſequebantur ignem, ambuſtaſque Capitolii fores penetraſſent, ni Sabinus revulſas undique ſtatuas, decora majorum, in ipſo aditu vice muri objeciſſet. Tum diverſos Capitolii aditus invadunt, juxta lucum aſyli, & qua Tarpeia rupes centum gradibus aditur. Improviſa utraque vis; propior atque acrior per aſylum ingruebat: nec ſiſti poterant ſcandentes per conjuncta ædificia: quæ, ut in multa pace in altum edita, ſolum Capitolii æquabant. Hic ambigitur, ignem tectis oppugnatores injecerint, an obſeſſi, quæ crebrior fama eſt, quo nitentes ac progreſſos depellerent. Inde lapſus ignis in porticus, appoſitas ædibus: mox ſuſtinentes faſtigium aquilæ, vetere ligno, traxerunt flammam, alueruntque. Sic Capitolium, clauſis foribus, indefenſum & indireptum conflagravit. Id facinus poſt conditam Urbem luctuoſiſſimum, fœdiſſimumque populo Romano accidit: nullo externo hoſte, propitiis, ſi per mores noſtros liceret, deis, ſedem Jovis Opt. Max. auſpicato a majoribus pignus imperii conditam, quam non Porſena dedita Urbe, neque Galli capta, temerare potuiſſent, furore principum exſcindi.*

32. TEMPLUM JOVIS inchoavit Tarquinius Priſcus. Dionyſ. Halicarn. III. p. 201. Ἐπεχείρησε καὶ τὸν νεὼν κατασκευάζειν τοῦ Διὸς … εὐχὴν ἀποδιδοὺς ἥνπερ ἐποιήσατο τοῖς θεοῖς ἐν τῇ τελευταίᾳ πρὸς Σαβίνους μάχῃ. *Aggreſſus eſt etiam ædificare templum Jovis… ut votum perſolveret, quod in poſtremo contra Sabino prælio diis fecerat.* Ex præda de oppido Latinorum Apiolis capto. Plin. III. 5. Superbus ejus magnam partem perfecit, ut narrat, ubi & formam deſcribit Dionyſ. IV. p. 259. Ἐποιήθη ἐπὶ κρηπῖδος ὑψηλῆς βεβηκὼς, ὀκτάπλεθρος τὴν περίοδον, διακοσίων ποδῶν ἔγγιστα τὴν πλευρὰν ἔχων ἑκάστην. ὀλίγον δ' ἔτι τὸ διαλλάττον εὕροι τις ἂν τῆς ὑπεροχῆς τοῦ μήκους παρὰ τὸ πλάτος, οὐδ' ὅλων πεντεκαίδεκα ποδῶν. Ἐκ μὲν τοῦ κατὰ πρόσωπον μέρους πρὸς μεσημβρίαν βλέποντος, τριπλῷ περιλαμβανόμενος στίχῳ κιόνων, ἐκ δὲ τῶν πλαγίων διπλῷ. *Templum ſitum eſt & fundatum in alta crepidine, octo jugerum ambitu, ducentis fere pedibus patens per latera ſingula, pari propemodum longitudine atque latitudine vix quindecim pedum*

ret domo [33] inter epulas [34], non multo poſt pœnitens facti, & in alios culpam conferens, vocata concione juravit, coegitque jurare cæteros, *nihil ſibi antiquius quiete*
6 *publica fore*. Tunc ſolutum a latere [35] pugionem [36] conſuli [37] primum, deinde illo recuſante, magiſtratibus, ac mox ſenatoribus ſingulis porrigens, nullo recipiente,
7 quaſi in æde Concordiæ [38] poſiturus, abſceſſit. Sed quibuſdam acclamantibus *ipſum eſſe Concordiam* [39], rediit: nec ſolum retinere ſe ferrum affirmavit, verum etiam *Concordiæ* recipere cognomen [40].

dum differentia. Frons ejus meridiem ſpectat. Porticum habet cum triplici ordine columnarum: in lateribus ordo duplex eſt. Rycq. de Capit. c. 9. 10. 11. Donat. de Urb. Rom. III. 4. Blond. Triumph. Rom. I. p. 19. D. Nardin. Rom. Vet. V. 14.

* 33. TIBERIANÆ DOMUS meminerunt etiam *Victor*, *Tacitus Oth.* 6. 4. §. 15. *Capitol. Ant. Pio c.* 10. *M. Ant. Phil. c.* 6. *Ver. c.* 2. & 6. *Vopiſc. Prob. c.* 2. *Gell.* XIII. 19. Hanc in Palatino colle ſplendore ſuo, amplitudine, & magnificentia, ſine dubio creſcenti indies magis magiſque imperii majeſtati reſpondentem conſtruxerit Tiberius. Qua parte ſita fuerit, inter ſe diſputant *Donat. de Urb. Rom.* III. 2. & *Nardin. Rom. Vet.* VI. 13.

34. EPULATUS eſt Vitellius, *ne amitteret moriturus prandium: & redundantioribus, ut in extremis ſolet, menſæ ſibi ultima dapibus refarciebatur, obruebatque ſe vini poculis, ut ſenſum amitteret futuri, vel opprobrii, vel periculi.* Egeſip. Exſcid. Hieroſol. IV. 32.

* 35. SOLUTUM A LATERE. Pugio enim in *latere* geſtabatur. Paterc. II. 43. 2. *Cum alligaſſet pugionem ad femur, alterutri ſe fortunæ parans.* Iſidor. XVII. 6. *Pugio eſt gladius parvus bis acutus lateri adhærens. Item & clunabulum dictum, quod religetur ad clunem.* Dorleans in Tacit. p. 110.

36. PUGIONEM, *velut jus necis, vitæque civium.* Tacit. III. 68. 4. & *inſignia imperii.* Idem. II. 5. Noſt. Galb. II. 3. §. 6.

37. CONSULI, *Cæcilio Simplici.* Tacitus. Hunc a Vitellio *conſulatum* obtinuiſſe docet idem II. 60. 5. *Creditum fama, objectumque mox in ſenatu Cæcilio Simplici, quod eum honorem pecunia mercari, nec ſine exitio Celſi voluiſſet. Reſtitit Vitellius, deditque poſtea conſulatum Simplici innoxium & inemptum.* Cum C. Quinctio Attico ex Kalendis Novembr. ſuffectus fuit. V. *Faſtos Capitolinos*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 608.

38. ÆDEM CONCORDIÆ V. ſupr. Tib. 20. 4. §. 12.

39. CONCORDIAM; imo potius *diſcordia* dici debuit Vitellius, utpote auctor, & inſtinctor diſcordiarum, turbarumque civilium. *Beroaldus.*

40. CONCORDIÆ RECEPIT COGNOMEN *Vitellius*, ut ſi vixiſſet, appellatus fuiſſet *Vitellius Concordia.* Quod nomen feminas habuiſſe teſtis hæc inſcriptio.

COELIÆ. CONCORDIAE. VIRGINI
VESTALI. MAXIMAE. FABIA. PAV
LINA. C. F. STATVAM. FACIEN
DAM. CONLOCANDAMQVE
CVRAVIT.

Uſitatum enim veteribus fuit, ut interdum ipſa ſubſtantiva tanquam cognomina aliquibus apponerent. Ita Anaxagoras Νοῦς fuit dictus. Plutarch. Pericl. p. 154. B. Laert. vit. Philoſ. II. p. 91. Suidas. Democritus Abderites φιλοσοφία. Ælian. V. H. IV. 20. V. *Ampliſſ. Cuper. Obſerv.* III. 13. & *Marcil. infr. Domit.* 10. 4.

CAPUT XVI.

ARG. *Legatos pacem petituros ut mitterent, ſenatui ſuadet, ſed nuntiato hoſtem appropinquare, Aventinum petit: mox in Palatium relatus, dilabentibus cunctis, in janitoris cellulam fugit Aulus Vitellius.*

1 Suaſitque ſenatui, ut legatos [1] cum virginibus Veſtalibus [2] mitterent, pacem, aut
2 certe tempus ad conſultandum petituros [3]. Poſtridie reſponſa opperienti nuntiatum

LEGATORUM horum variam ſortem deſcribit Tacit. Hiſt. III. 80. 2. *Mox vocato ſenatu, deliguntur legati ad exercitus, ut prætextu Reipublicæ concordiam, pacemque ſuaderent. Varia legatorum ſors fuit. Qui Petilio Ceriali occurrerunt: extremum diſcrimen adiere, aſpernante milite conditiones pacis. Vulneratur prætor Arulenus Ruſticus: auxit invidiam, ſuper violatum legati, prætoriſque nomen, propria dignatio viri. Palantur comites: occiditur proximus lictor, dimovere turbam auſus: & ni dato a duce præſidio defenſi forent, ſacrum etiam inter exteras gentes legatorum jus, ante ipſa patria mœnia, civilis rabies uſque in exitium temeraſſet. Æquioribus animis accepti ſunt, qui ad Antonium venerant, non quia modeſtior miles, ſed duci plus auctoritatis.* Unde Plin. Epiſt. I. 5. *Ruſticum Arulenum inſectatur* Regulus, *atque etiam Stoicorum ſimiam appellat. Adjicit & Vitelliana cicatrice ſtigmoſum.* V. & *Beroaldum.*

2. VIRGINES VESTALES deprecatrices veniam petituros veteres adhibuiſſe docui ſupr. Cæſ. I. 2. §. 29.

3. PA-

tum eſt per exploratorem hoſtem appropinquare [4]. Continuo igitur abſtruſus geſtatoria ſella [5], duobus ſolis comitibus, piſtore & coquo, Aventinum [6], & paternam 3
domum clam petiit, ut inde in Campaniam [7] fugeret. Mox levi rumore & incerto, tanquam pax impetrata eſſet, referri ſe in Palatium [8] paſſus eſt: ubi cum deſerta omnia reperiſſet, dilabentibus [9] & qui ſimul erant, zona ſe aureorum plena circumdedit [10]: confugitque in cellulam janitoris [11], religato pro foribus cane [12], lectoque & culcita [13] objectis. 4

3. PACEM.... PETIERUNT, ſed non impetrarunt. Tacit. 81. 3. *Obvia fuerunt & virgines Veſtales, cum epiſtolis Vitellii ad Antonium ſcriptis: eximi ſupremo certamini unam diem poſtulabant; ſi moram interjeciſſent, facilius omnia conventura. Virgines cum honore dimiſſa: Vitellio reſcriptum, Sabini cæde & incendio Capitolii dirempta belli commercia*

4. APPROPINQUAVIT *hoſtis tripartito agmine; pars, ut adſliterat, Flaminia via: pars juxta ripam Tiberis inceſſit; tertium agmen per Salariam Collina porta propinquabat.* Tacit. 82. 4.

5. GESTATORIAM SELLAM V. ſupr. Ner. 26. 7. §. 23.

6. AVENTINUS *mons* ad orientem in meridiem declinantem reſpicit mœnia Urbis, & portam Capenam, altera parte viam Appiam, ad meridiem campum Teſtaceum, & portam Oſtienſem, ad occidentem fluvium Tiberim, ad ſeptemtrionem circum maximum, & Palatium. Hunc montem unam ex quatuordecim Urbis regionibus fecit Cæſar Auguſtus. Et eſt apud P. Victorem regio duodecima. V. *Onuphr. Panvin. Comm. R. R.* p. 71. *Aventinum* petiiſſe Vitellium etiam prodidit Tacit. 85. 1. *Vitellius capta Urbe, per aversam Palatii partem, Aventinum in domum uxoris ſellula defertur.*

7. IN CAMPANIAM, ejuſque urbem Terracinam, quam deſcriptam invenies ſupr. Tib. 39. 2. §. 7. & obſeſſam a L. Vitellio dicit Tacit. III. 76. 1. *Iiſdem diebus L. Vitellius, poſitis apud Feroniam caſtris, excidio Terracinæ imminebat: clauſis illic gladiatoribus, remigibuſque, qui non egredi mœnia, neque periculum in aperto audebant.* Eo fugam meditatum fuiſſe Vitellium dicunt etiam Græce Xiphil. LXV. p. 743. A. & Zonar. Ann. II. p. 193. Γνώμην ἔχων τῆς νυκτὸς ἐς τὴν Ταῤῥακίνην πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀποδρᾶναι. Et Latine Tacit. 85. 1. *Ut ſi diem latebra vitaviſſet, Tarracinam ad cohortes, fratremque perfugeres.*

8. IN PALATIUM, *regreſſus eſt* Vitellius, *mobilitate ingenii, & quæ natura pavoris eſt, cum omnia metuenti præſentia maxime diſpliceerent.* Tacit. 85. 2.

9. DILABI quid ſit, dixi ſupr. Cal. 48. 4. §. 6. Quinam *dilapſi* fuerint, tradit Tacitus. *Dilapſis etiam infimis ſervitiorum, aut occurſum ejus declinantibus.*

10. ZONA..... SE CIRCUMDEDIT, quia ex *zonis* non tantum gladius pendebat, ut docui ſupr. Aug. 24. 5. §. 24. ſed & in *zonis* pecunia geſtabatur, five quod ad *zonam* crumenam alligaverint, ſive quod latiore in latere dextro *zona* uterentur, cui aſſuta, & clavis affixa erat ſcortea crumena; unde & factum eſt, ut *zona* pro crumena fuerit uſurpata. Ita Soſigenem in cingulo militari pro viatico habuiſſe nummos aureos dicit Plutarch. Demetr. p. 913. D. Ὡς δὲ ἔγνω μηδὲ ἐκείνους τῆς ἡμέρας ἐφόδιον ἔχοντας αὐτοὺς, ἐπ' ἄλλον ἐγίνετο λογισμόν. Ἐπεὶ μέντοι Σωσιγένης ἐπῆλθεν ἑταῖρος αὐτοῦ χρυσοῦς τετρακοσίους ὑπεζωσμένος.... *Ut vero comperit, ne in illum quidem diem habere eos viaticum, applicuit ad alia conſilia animum. Poſtquam tamen advenit amicus ejus Soſigenes, quadringentis aureis ſuccinctus.* Apul. Mileſ. VII. p. 190. *Plotina, in maſculinam faciem reformato habitu, pretioſiſſimis monilium, & auro monetali zonis refertis incincta, inter ipſas cuſtodientium militum manus, & gladios nudos intrepida.* Unde de illo, qui viaticum perdidit, Horat. Epiſt. II. 2. 40.

Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit, inquit.

V. *Stuck. A. C.* II. 29. *Salmaſ. in Spartian. Peſcen.* c. 10.

11. CELLAS dixiſſe veteres omnia gurguſtiola infimæ ſortis hominum dixi Cal. 57. 4. §. 8. Hanc janitoris *tugurium* vocat Aurel. Vict. Cæſ. 8. 6. *Productus e tugurio, quo ſe abdiderat, janitoris...* Hanc *Palatio proximam* fuiſſe dicit Oroſ. VII. 8. Ziphilinus & Zonaras. Ὁ Βιτέλλιος φοβηθεὶς, χιτωνίσκον τε ῥακώδη ῥυπαρὸν ἐνέδυ, καὶ εἰς οἴκημα σκοτεινὸν, ἐν ᾧ ἐτρέφοντο κύνες, ἐνεκρύφθη. *Vitellius præ formidine lacero ſordidoque ſagulo amictus, ſe abdidit in obſcurum locum, ubi canes alebantur.* Quod an vero ſimile ſit, juxta ſcio cum ignariſſimis. Hoc ſcio, *pudenda latebra ſemet occultaſſe* apud Tacit. 85. 3. Illa vero ſatis fuerit pudenda, ſi in *janitoris cellulam*, & non in *locum, ubi canes alebantur*, confugerit Romanus imperator.

12. PRO FORIBUS CANEM *religabant* veteres. Antipater Anthol. VII. 161. 3.

> Ἦν μὲν γὰρ τὸ χάραγμα φέρῃς φίλος, οὔτε θυρωρὸς
> Ἐν ποσὶν, οὔτε κύων ἐν προθύροις δέδεται.
> *Siquidem notam auri feras amicus es, neque janitor*
> *In pedibus, neque canis in veſtibulo ligatus eſt.*

(*Canes* janitoribus addebant, natura excubitores vigilantiſſimos. Colum. VII. 12. *Canis falſo dicitur mutus cuſtos. Nam quis hominum clarius, aut tanta vociferatione beſtiam vel furem prædicat, quam iſte latratu?*

tratu? quis cuſtos incorruptior? quis excubitor poteſt inveniri vigilantior? Ut ab iis ingreſſu arceretur ignotus ille qui janitorem aliud videlicet agentem præterfugiſſet. Theodorus Metochita, quem ad Petron. p. 108. laudat Gonſalus: Ἐπὶ τοῦ Νέρωνος καὶ Σίμων ὁ μάγος ἦν, πρὸς ὃν ὁ κορυφαῖος ἐλθὼν, εὗρε κύνα δεδεμένον ἁλύσει ἐν τῷ πυλῶνι αὐτοῦ, κατεσθίοντα τοὺς ἄνευ προτροπῆς ἐπιχειρήσαντας ἐπὶ τὸν Σίμωνα. *Sub Nerone etiam Simon magus erat, ad quem cum vir ſummus* Petrus *acceſſiſſet, canem invenit in veſtibulo ad catenam alligatum, devorantem qui injuſſu ad Simonem intrare vellent.*) Vel minimum in pariete pingebant. Petron. c. 30. *Ad ſiniſtram enim intrantibus, non longe ab oſtiarii cella, canis ingens catena vinctus, in pariete erat pictus.* V. *Caſaub. ad Theophr. Charact. p. 159. Sagittar. de jan. vet. c. 21. §. 2. Borremans. V. L. c. 19. Licet. de Lucern. IV. 23.*

13. LECTUMQUE ET CULCITAM OBJECERAT Vitellius, ut aufugiſſe crederetur. *Torrentius.*

CAPUT XVII.

ARG. *Agminis anteceſſores mendacio eludit, ſed agnitus in forum trahitur, & apud Gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus, & confectus, unco in Tiberim trahitur Aulus Vitellius.*

1 Irruperant jam agminis anteceſſores [1]: ac nemine obvio rimabantur [2], ut fit, ſin-
2 gula. Ab iis extractus [3] e latebra, ſciſcitantes *quisnam eſſet* (nam ignorabatur [4]) & *ubi eſſe Vitellium ſciret*, mendacio eluſit [5]: deinde agnitus [6] rogare non deſtitit, quaſi quædam de ſalute Veſpaſiani dicturus [7], ut cuſtodiretur interim vel in carcere: donec religatis poſt terga manibus [8], injecto cervicibus laqueo [9], veſte diſciſſa ſeminudus [10] in forum [11] tractus eſt, inter magna rerum verborumque ludibria [12], per totum

ANTECESSORIS relativum eſt *ſucceſſor.* Paull. Digeſt. V. 1. 55. *Plane licet omnis ab anteceſſore numerus finitus ſit, ſolet ſucceſſor unum edictum dare. Anteceſſores* ſunt, qui, ut illos deſcribit Turneb. Adverſ. XXIV. 16. ante agmen eunt, locaque caſtris metandis idonea deligunt, & vias, qua duci exercitus commode poſſent, vident. Hirt. de Bell. Afric. 12. 1. *Interim quum jam Cæſar progreſſus eſſet a caſtris circiter millia paſſuum III. per ſpeculatores, & anteceſſores equites, nuntiatur ei, copias hoſtium haud longe a ſe viſas.*

2. RIMABANTUR i. ſcrutabantur. V. Curt. VII. 11. 10. §. 18.

3. EXTRACTUS *ab Julio Placido tribuno cohortis.* Tacit. Hiſt. III. 85. 3.

4. IGNORABATUR i. non noſcebatur. Nep. Ariſt. 1. 4. *Cui ille reſpondit: ſe ignorare Ariſtidem.* Tacit. 74. 1. *Domitianus, prima irruptione apud æditum occultatus, ſolertia liberti, lineo amictu turbæ ſacricolarum immixtus, ignoratuſque, apud Cornelium Primum paternum clientem, juxta Velabrum delituit.*

5. MENDACIO ELUSIT, dum ſe Vitellium eſſe diſſimulat. *Beroaldus.*

6. AGNITUS, quia non diu latere poterat is, qui fuerat imperator. Xiphil. LXV. p. 743. A. Οὐ γάρ πω καὶ ἐπὶ πολὺ λαθεῖν ἀκριβῶς ἐδύνατο, ἅτε αὐτοκράτωρ γεγονώς.

7. DE SALUTE VESPASIANI DICTURUS i. conſpirationem in *Veſpaſianum* indicaturus.

* 8. POST TERGA MANUS captivis illigabant veteres. Plutarch. Phil. p. 367. C. Ἐπεὶ δὲ κεφαλὴν ἐπάρας ἀνέβλεψεν, ἀθρόοι περιπεσόντες ἀπέστρεψαν αὐτοῦ τὰς χεῖρας ὀπίσω. *Tandem cum caput attolleret, atque oculos aperiret, conferti ſuperfuſi, manibus poſt tergum illigatis, abduxerunt eum.* Homer. Iλ. φ. 30.

Δῆσε δ' ὀπίσσω χεῖρας.
Ligavit poſt tergum manus.

Vitellio hoc modo *religatas* fuiſſe *manus* docent etiam Xiphil. LXVI. p. 743. B. & Tacit. Hiſt. III. 74. 4.

9. INJECTO CERVICIBUS LAQUEO tractos fuiſſe noxios dixit jam Nicetas Choniates ſupr. Cal. 35. 5. §. 24.

10. VESTE DISCISSA SEMINUDI apud Romanos puniebantur noxii. Papinian. Digeſt. XLVIII. 20. 6. *Pannicularia ſunt ea, quæ in cuſtodia receptus, ſecum attulit ſpolia, quibus indutus eſt, cum quis ad ſupplicium ducitur, ut & ipſa appellatio oſtendit: ita neque ſpeculatores ultro ſibi vindicent, neque optiones ea deſiderent, quibus ſpoliatur, quo momento quis punitus eſt.* Val. Max. II. 7. 9. *O ſpectaculum admirabile! & Rullianus, & magiſter equitum, & victor, ſciſſa veſte, ſpoliatoque corpore, lictorum verberibus lacerandus.* Plura *Fabr. Semeſtr.* II. 10.

11. IN FORUM quare Vitellium traxerint Veſpaſiani milites, docet Xiphilinus. Ἔς τε τὴν ἀγορὰν ἐσεκόμισαν τὸν Αὔγουστον, ἐν ᾗ πολλάκις ἐδημηγόρησε. *Ipſumque Auguſtum in forum, in quo crebro concionatus fuerat, perducunt.*

* (12. INTER RERUM VERBORUMQUE LUDIBRIA captivos trahere ſolebant veteres. Plutarch. Phil. p. 367. C. Ἦγον ὕβρει χρώμενοι πολλῇ, καὶ λοιδορίᾳ κατ' ἀνδρὸς οὐδ' ὄναρ ἄν ποτε παθεῖν ὑπὸ Δεινοκράτους ταῦτα προσδοκήσαντος. *Abduxerunt eum, nullo ludibrii, vel contumelia*

totum viæ Sacræ [13] ſpatium, reducto coma capite [14], ceu noxii ſolent [15], atque etiam mento mucrone gladii ſubjecto, ut viſendam præberet faciem [16], neve ſummitteret: quibuſdam ſtercore & cœno [17] inceſſentibus [18], aliis *incendiarium* [19], & *patinarium* [20] vociferantibus, parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante: (erat enim in eo enormis proceritas [21], facies rubida plerumque ex vinolentia, venter obeſus [22], alterum femur ſubdebile [23], impulſu olim quadrigæ [24], cum auriganti Cajo miniſtratorem [25] exhi-

tumeliæ genere abſtinentes in virum, qui nunquam ne per ſomnum quidem hæc a Dinocrate exſpectaſſet. Vitellium hoc modò tractum eſſe docent Joſeph. B. J. v. 13. Συρεὶς δὲ διὰ τοῦ πλήθους, καὶ παντοδαπαῖς αἰκίαις ἐξυβρισθείς. *Tractus autem per populum, varioque contumeliarum genere dehoneſtatus.*) Xiphil. LXVI. p. 743. B. Καὶ οἱ μὲν ἐῤῥάπιζον αὐτὸν, οἱ δὲ τοῦ γενείου ἔτιλλον, πάντες δὲ ὕβριζον, τά τε ἄλλα καὶ τὴν ἀσωτίαν αὐτῷ ἐπιλέγοντες. *Ibi quidam ei colaphos impingunt, alii barbam vellunt, illudunt omnes, ac contumelioſe maledicunt; & vitam luxu perditam exprobrant.*

13. VIAM SACRAM deſcripſi ſupr. Cæſ. 46. 1. §. 2. Per illam quare Vitellium traxerint Veſpaſiani milites, docet, qui totum hunc locum ad verbum exprimit, Xiphilinus. Κἀν τούτῳ τὴν μὲν ἐσθῆτα αὐτοῦ περιῤῥήξαντες, καὶ τὼ χεῖρε ἐς τοὐπίσω δήσαντες, τῷ τε αὐχένι σχοινίον περιβαλόντες, κατήγαγον ἐκ τοῦ Παλατίου τὸν Καίσαρα τὸν ἐν αὐτῷ ἐντρυφήσαντα, καὶ διὰ τῆς ἱερᾶς ὁδοῦ τὸν αὐτοκράτορα τὸν ἐν τῷ βασιλικῷ δίφρῳ πολλάκις σοβήσαντα. *Deinde veſte ei diſciſſa, religatis poſt terga manibus, injecto cervicibus laqueo, e Palatio Cæſarem, qui in eo deliciis luxuriaverat, ducunt, & per ſacram viam trahunt imperatorem, qui in ſella imperatoria perſæpe magno cum faſtu, & inſolentia in medios hominum cœtus ſeſe intulerat.*

14. CAPITE COMAM captivorum reducere i. manu arreptam, & retrorſum cum capite trahere ſolebant veteres. Plin. Paneg. 34. 3. *Nihil ſeculo dignius, quam quod contigit deſuper intueri delatorum ſupina ora, retortaſque cervices.* Huic opponitur *ſubducta cervix* apud Senec. de Tranq. c. 11. *At tu et vives diutius, & morieris expeditius, qui ferrum non ſubducta cervice, nec manibus oppoſitis, ſed animoſe recipis.*

15. CEU NOXII SOLENT. Melius *noxiis ſolet.* Intelligit autem morem in illuſtrium perſonarum ſupplicio ſervari ſolitum, ut capite nudo, & elato, quò dignoſci omnibus poſſent, trahantur ad ſupplicium. Polyb. Hiſt. xv. 25. Τὴν γὰρ Δανάην, ἥ τις ἦν πενθερὰ τοῦ προειρημένου, λαβόντες ἐκ τοῦ τῆς Δήμητρος ἱεροῦ, καὶ διὰ μέσου τῆς πόλεως ἕλκοντες ἀνακατακάλυπτον εἰς φυλακὴν ἀπέθεντο. *Danaen enim, quæ ſupra dicti, Tlepolemi, ſocrus erat, ex æde Cereris abreptam, & per mediam urbem tractam revelata facie, in carcerem conjecerant.* Caſaubonus.

16. VISENDAM PRÆBERET FACIEM, quam pudore affectus in terram demiſerat. Xiphilinus & Zonaras. Αἰσχυνομένου τε ἐπὶ τούτοις αὐτοῦ, καὶ κάτω βλέποντος, οἱ στρατιῶται ξιφιδίοις αὐτὸν ὑπὸ τὸ γένειον ὑπένυττον, ἵνα καὶ ἄκων ἄνω βλέπῃ. *Quumque Vitellius ob has cauſas pudore affectus, demiſſo capite terram intueretur, milites ſub mento eum pungebant, ut vel invitus vultum attolleret.*

17. STERCORE, ET COENO, *& cæteris turpioribus dictu purgamentis*, quæ addit Aurelius Victor Epit. 8. 4.

18. INCESSENTIBUS *vultum ejus*, ut Aurelius Victor 1.... *in os ejus conjectantibus*, ut Oroſ. VII. 8. Unde Eutrop. VII. 14. *Stercore in vultum, & pectus ab omnibus obviis appetitus.*

19. INCENDIARIUM vocaverunt Vitellium Flaviani milites propter incenſum Capitolium ſupr. 15. 6. §. 31. ut propter incenſam Romam Neronem *incendiarium* vocat Subrius Flavius tribunus apud Tacit. Ann. xv. 67. 2. *Odiſſe te cœpi, poſtquam parricida matris, & uxoris, auriga, & hiſtrio, & incendiarius exſtitiſti.* V. Beroaldum.

20. PATINARIUM vocaverunt Vitellium Flaviani milites propter *patinarum paludes*, quas illi exprobrat Mucianus ſupr. 13. 4. §. 11.

21. ENORMIS PROCERITAS i. vaſta, & immodica: nam ſicut ſolet *proceritas* corporis non parum venerationis acquirere principibus: ita ſi *enormis* eſt, & immodica, magis dehoneſtamento eſt, quam pulcritudini. *Longa ſtatura matura ſenectute conficitur.* Gelſ. II. 1. Beroaldus. Propriè quid *enorme*, ſupr. Cal. 50. 1. §. 3. & quid *procerum*, ſupr. Aug. 73. 3. §. 13. me dixiſſe memini.

22. VENTER OBESUS, γαστρίων ἦν. *Xiphilinus.*

23. SUBDEBILE i. aliquo modo *debile*. Hoc ſignificare particulam *ſub*, docent exempla prolata ad Curt. VII. 7. 22. §. 55.

24. QUADRIGAS, *etiamſi currus unus equorum quatuor junctorum agmen unum ſit, plurativo ſemper numero dicendas, in libris, quos ad M. Ciceronem de Analogia conſcripſit, putat Cæſar: quoniam quatuor ſimul equi juncti vocantur quadrigæ, quaſi quadrijugæ: neque debet prorſus appellatio equorum plurium includi in ſingularis numeri unitatem. Quod unum ergo rariſſimum videbatur, invenimus quadrigam numero ſingulari dictam in libro ſatyrarum M. Varronis, qui inſcriptus eſt, Exdemetricus.* Gell. N. A. XIX. 8. Et nos apud Grat. Cyneget. n. 228. Quater apud Plinium VII. 21: XXXIV. 8: XXXV. 10: XXXVI. 5. * Ulpian. Digeſt. VII. 4. 10: VIII. 21. 1: XXXVIII. 14: XLV. 1. 29. Caſſiod. Var. III. 51. Errat ergo Scioppius, qui Styl. Hiſtor. p. 46. ſolum Hyginum (Fab. 61. & 250.) *pro curru quatuor equis juncto quadrigam* dixiſſe ſcribit.

exhiberet) tandem apud Gemonias [26] minutiſſimis [27] ictibus [28] excarnificatus, atque confectus eſt, & inde unco [29] tractus in Tiberim.

25. MINISTRATOREM I. familiæ quadrigariæ veluti procuratorem, & qui præerat vice domini, ut illum explicat *Buleng. de circo c. 44.* * *Miniſtrator* enim in genere eſt, qui *miniſtrat*. Cicer. de Orat. II. 75. *Te objurgabam, quod miniſtratorem peteres, non adverſarium*, ut obſervat Beger. Spicil. Antiq. III. 34. *Quam familiaris Cajo aurigandi ſtudio* fuerit Vitellius V. ſupr. 4. 1.

26. GEMONIAS V. ſupr. Tib. 53. 6. §. 21. Ad illas, *ubi corpus Flavii Sabini jacuerat, propulere* Vitellium Flaviani. Tacit. Hiſt. III. 85. 6.

27. MINUTISSIMIS *ictibus*, & *minutiſſimorum ictuum crebris compunctionibus*, ut Oroſius VII. 8. *numeroſis ictibus*, ut Aurel. Victor Epit. c. 8. n. 5. Quare *minutis* & *crebris ictibus* excarnificandos confecerint, docui ſupr. Cal. 30. 1. §. 1.

28. ICTUM *primum*, ſed non letalem Vitellio quis inflixerit, docet Xiphil. LXVI. p. 743. C. Ἰδὼν δὲ τοῦτο Κελτός τις, οὐκ ἤνεγκεν, ἀλλ' ἐλεήσας αὐτόν· ἐγώ σοι, ἔφη, βοηθήσω, ὡς μόνως δύναμαι· καὶ ὁ μὲν ἐκεῖνόν τε ἔτρωσε, καὶ ἑαυτὸν ἀπέσφαξεν. Οὐ μέντοι καὶ ὁ Βιτέλλιος ἀπέθανεν ἐκ τοῦ τραύματος. *Quod ubi quidam Germanus animadvertit, non pertulit, ſed miſericordia permotus: ego tibi, inquit, qua ſola ratione poſſum, opem feram: itaque illum percuſſit, & ſeipſum interfecit. Neque tamen Vitellius moritur ex illo vulnere.*

29. UNCO in Gemonias eſſe tractos docui ſupr. Tib. 54. 3. §. 20.

CAPUT XVIII.

ARG. *Interitum augurio docetur Aulus Vitellius.*

1 Periit [1] cum fratre [2] & filio [3], anno vitæ ſeptimo & quinquageſimo [4]: nec fefellit conjecturam eorum, qui augurio, quod factum ei Viennæ [5] oſtendimus, non aliud portendi [6] prædixerant, quam venturum in alicujus Gallicani hominis poteſtatem: ſiquidem ab Antonio Primo [7] adverſarum partium duce oppreſſus eſt: cui Toloſæ [8] nato cognomen in pueritia *Becco* [9] fuerat; id valet [10], gallinacei roſtrum.

PERIIT *Vitellius imperii menſe octavo, & die uno.* Eutrop. VII. 12. 7.

2. FRATRE *Lucio*, de cujus interitu Tacit. Hiſt. IV. 2. 7. *Dein L. Vitellius interficitur, par vitiis fratris.* Xiphilinus. Ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἄρχων μὲν ἐκ τῆς Ταρρακίνης ὡς καὶ βοηθήσων αὐτῷ, μαθὼν δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ὅτι τέθνηκε, καὶ περιπεσὼν ἀμφοτέροις ἐπ' αὐτὸν πεμφθεῖσιν, ὡμολόγησε μὲν σφίσιν ὡς καὶ σωθησόμενος, ἐσφάγη δ' οὐ πολλῷ ὕστερον: καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ τοῦ Βιτελλίου παῖς ἐπαπώλετο, καί τοι τοῦ Βιτελλίου μηδένα μήτε τῶν τοῦ Ὄθωνος, μήτε τῶν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ συγγενῶν ἀποκτείναντος. *Frater ejus, quum Terracina profectus eſſet, ut ei opem ferret, accepiſſetque in itinere, eum mortuum eſſe: incidis in eos, qui contra ipſum miſſi erant, cum iiſque de ſalute ſua paciſcitur, licet & ipſe non multo poſt, & poſt eum filius Vitellii, occiſus fuerit: quamquam Vitellius nullum ex propinquis Othonis, aut Veſpaſiani occiderat.*

3. FILIO *Germanico*, quem cum patruo interfectum eſſe modo dixit Xiphilinus. Quare, & quo jubente interfectus ſit, Tacitus ſupr. 6. 3. §. 8.

4. ANNO VITÆ SEPTIMO ET QUINQUAGESIMO periiſſe Vitellium dicunt quoque Tacit. Hiſt. III. 86. 1. & Eutropius. Xiphilinus & Zonaras tres fere annos detrahunt, & vixiſſe ajunt ἔτη τέσσαρα καὶ πεντήκοντα, καὶ ἡμέρας ἕνδεκα καὶ ὀγδοήκοντα. Caſaubonus. * Μῆνας ὀκτὼ κρατήσας καὶ ἡμέρας πέντε. *Octomenſes & dies quinque potitus imperio.* Joſeph. B. J. V. 13. Quo Decembris die diſquirunt Pagi Diſſ. Hypat. c. II. n. 10. Critic. Hiſtor. Chronol. in Annal. Baron. ad an. D. Jeſu 69. n. 5. Pigh. An. III. p. 609. Noriſ. Epoch. Syro-Macedon. Diſſ. 1. p. 57. Errat Malala, qui Chron. p. 335. ſcribit periiſſe morbo correptum, annum 48. agentem. Ἀπέθανεν ὁ Βιτέλλιος βασιλεύσας ἐλλιπὲς ἐνιαυτοῦ μή.

5. VIENNAM V. ſupr. 9. 4. §. 11.

6. PORTENDERIT, quid augurium, de quo ſupr. 9. 4. noſter hic explicat. Sed mihi hoc ſane frigidum videtur. Gallus viri pugnacis, atque invicti ſymbolum eſt, qualem inſultaturum ejus capiti oſtentum ſignificat. *Torrentius.*

7. ANTONIO PRIMO, quem deſcribit Tacit. Hiſt. II. 86. 2. *Is, Antonius Primus, legibus nocens, & tempore Neronis falſi damnatus, inter alia belli mala, ſenatorium ordinem reciperaverat. Prepoſitus a Galba ſeptimæ legioni, ſcriptitaſſe Othoni credebatur, ducem ſe partibus offerens, a quo neglectus, in nullo Othoniani belli uſu fuit. Labentibus Vitellii rebus Veſpaſianum ſecutus, grande momentum addidit, ſtrenuus manu, ſermone promptus, ſerendæ in alios invidiæ artifex, diſcordiis, & ſeditionibus potens, raptor, largitor, pace peſſimus, bello non ſpernendus.*

8. TOLOSA *Galliæ Narbonenſis Tectoſagum eſt.* Mel. II. 5. Ἵδρυται κατὰ τὸ στενώτατον τοῦ ἰσθμοῦ, ἐπικείμενος ἀπὸ τῆς κατὰ Νάρβωνα θαλάττης τὸν ὠκεανόν. *Sita eſt, quo loco arctiſſimus eſt iſthmus, qui a Narbonenſi mari oceanum diſtinguit.* Strab. IV. p. 130. Adamnem Garumnam. Auſon. de clar. urb. II. 3.

Perque latus pulcro prælabitur amne Garumna.

Caput

Caput nunc eſt provinciæ Languedociæ. Vulgo *Toloſe*. Ex recentioribus illam deſcribunt *Merul. Coſmog.* II. 3. 37. *Cluver. Introd. Geogr.* II. 14. *De Laet. Deſcript. Gall. p.* 77. *Toloſæ* natum Antonium Primum videtur quoque dicere Mart. IX. 79.

Marcus amat noſtras Antonius, Attice, Muſas,
Charta ſalutatrix ſi modo vera refert,
Marcus Palladiæ non inficianda Toloſæ
Gloria, quem genuit pacis alumna quies.

9. BECCO Italis, *bec* Gallis atque Germanis inferioribus etiamnum roſtrum vocatur. Unde Italis roſtro ferire eſt *beccare*, Gallis *bequer*, prædictis Germanis & Suitzers in Helvetia *becken*. Britannie Wallis roſtrum eſt *pic*, & Hiſpanis *pico*: unde his verbum *picar*, quod eſt roſtro ferire, quod plurimis hodieque Germanis dicitur *picken*, & *pecken*. Cluver. Germ. I. 8. Merul. Coſmog. II. 3. 15. Geſner. Mithrid. p. 24. Gallos Maſſilienſes, Græce locutos, a Græcis, quibus βῦκα, & μῦκα cornua ſignificant, unde *becum* pro corneo roſtro deflexum ſit, hoc accepiſſe putat *Salmaſ. Tertull. pall. p.* 123.

10. VALET I. ſignificat. *Cælius Secundus Curio For. Rom.* III. *p.* 549.



A. Houbraken del. A. Pool sculp.

Digitized by Google



TITUS FLAVIUS VESPASIANUS.

CAPUT I.

ARG. *Principum trium rebellione, & cæde, incertum, & quaſi vagum imperium qua ſuſcepit, & firmavit, deſcribitur gens Flavia.*


1 Rebellione [1] trium principum, & cæde [2], incertum diu, & quaſi vagum [3] imperium ſuſcepit, firmavitque tandem [4] gens Flavia [5], obſcura [6] illa quidem, ac ſine

REBELLIONEM dicit, non imperium, quia intelligi vult, tres illos, Galbam, Othonem, Vitellium, non tam principes, quam tyrannos fuiſſe. *Tyrannos* illos vocat Oroſ. VII. 9. *Anno ab Urbe condita octingenteſimo vigeſimo quinto, brevi illa quidem, ſed turbida tyrannorum tempeſtate diſcuſſa, tranquilla ſub Veſpaſiano duce ſerenitas rediit.* Qui a principe deficit, eique bellum facit, tyrannus proprie dicitur. Galba defecerat a Nerone, Otho & Vitellius a Galba, antequam Veſpaſianus imperium ſuſciperet. Galba igitur, Otho, & Vitellius tyranni potius quam principes. *Rebellio* igitur tyrannis. Gloſſ. Cyril. *Rebellio, ἀπόστασις: rebellis ἀποστάτης, τύραννος.* Unde *rebelliones* pro tyrannis dicit Fauſtina epiſtola ad Marcum apud Vulcat. Gallic. Avid. Caſſ. c. 9. *Ipſa in Albanum eras, ut jubes, mox veniam: tamen jam hortor, ut, ſi amas liberos tuos, iſtos rebelliones acerrime proſequaris.* V. *Martilium.*

2. CÆDEM horum trium portenderat monſtrum Syracuſis editum; cui tria erant capita, & eorum ſingulis ſingula colla, interprete Apollonio apud Philoſt. v. 4. Τρεῖς, ἔφη, Ῥωμαίων αὐτοκράτορας, οὓς ἐγὼ πρώην Θηβαίους ἔφην: τελειώσει δὲ οὐδεὶς τὸ ἄρχειν: ἀλλ' οἱ μὲν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης, οἱ δὲ περὶ τὰ ὅμορα τῇ Ῥώμῃ δυνηθέντες ἀπολοῦνται, θᾶττον μεταβαλόντες τὸ προσωπεῖον, ἢ οἱ τῶν τραγῳδῶν τύραννοι. *Tres, inquit, erunt Romani imperatores, quos ego pridie Thebanos appellavi: nec eorum quiſquam perfecte imperio potietur; ſed alii in civitate ipſa, alii circa finitima Urbi loca potentiam adepti peribunt citius, quam tragœdiarum tyranni perſonam mutantes.*

3. INCERTUM, ET QUASI VAGUM, quia a Galba ad Othonem, ab Othone ad Vitellium, a Vitellio ad Veſpaſianum tranſlatum eſt. Unde *ſine ſuo capite diſcordia membra trepidaſſe* dicit Curt. x. 9. 4.

4. TANDEM, quia etiam *Reipublicæ procellis aliquamdiu jactatus eſt Veſpaſianus Imperator Auguſtus.* Plin.


XX Cap.
1 art.
III Cap.
1 art.
III Cap.
3 art.
S. C.
VIII Cap.
1 art.
VIII Cap.
1 art.
IVDAEA
VIII Cap.
1 art.
S. C.
VIII Cap.
1 art.
VIII Cap.
1 art.
VIII Cap.
1 art.
S.P.Q.R.
IX Cap.
1 art.
IX Cap.
1 art.
TACIT. H.L.IV.
LII Cap.

Digitized by Google

ſine ullis majorum imaginibus, ſed tamen Reipublicæ nequaquam pœnitenda [7], con-
ſtet licet Domitianum cupiditatis, ac ſævitiæ merito pœnas luiſſe [8]. Titus Flavius 2
Petro [9] municeps Reatinus [10], bello civili Pompejanarum partium centurio, an
evocatus [11], profugit ex Pharſalica [12] acie, domumque ſe contulit. Ubi deinde ve- 3
nia & miſſione impetrata, coactiones argentarias [13] factitavit. Hujus filius cogno- 4
mine Sabinus, expers militiæ, (etſi quidam eum primipilarem [14], nonnulli eum ad-
huc ordines duceret [15], ſacramento ſolutum [16] per cauſam valetudinis [17] tradunt) pu-
blicum [18] quadrageſimæ [19] in Aſia egit [20]. Manebantque [21] imagines a civitatibus ei 5
poſitæ

Plin. III. 3. *Marcilius.*

5. Gens flavia *ſuſcepit & firmavit imperium.* Hinc Tacit. Hiſt. I. 1. 5. *Dignitatem noſtram a Veſpaſiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam non abnuerim.*

6. Obscuri quinam fuerint, noſter explicat, dum addit, ac *ſine ullis majorum imaginibus* i. quorum majores jus imaginum ponendarum non habuerunt. Cicer. Verr. v. 14. V. illum ſupr. Aug. 4. 3. §. 9.

7. Poenitenda i. parvi facienda. Colum. R. R. II. 2. *Itaque hic ager, ſive exercetur, ſeu ceſſat, colono eſt pœnitendus, ac tanquam peſtilens refugiendus.*

8. Poenas luisse i. ob illa vitia punitum eſſe. Serv. Æn. x. 31. *Dicimus & luo pœnam, ſed melius eſt, luo peccatum; non peccatum ſolvitur pœna. Qui enim crimine tenetur obnoxius, pœna eum a priſtina liberat obligatione. Contra, luo pœnam, non procedit, quaſi pœna ſolvatur. Auctoritas tamen iſta confundit licenter more, quo ſolet poni, vel a ſequenti, quod præcedit, vel a præcedenti, quod ſequitur.* Noſt. Rhet. 6. 6. Docet autem noſter, ut etiam monet *Beroaldus*, plus boni, quam mali, gentem Flaviam contuliſſe Romanæ Reipublicæ, cum ex tribus Flaviis duo primi fuerint optimi, noviſſimus flagitioſus.

9. Petrones *ruſtici fere dicuntur propter vetuſtatem, & quod deterrima quæque ac prærupta.... jam agri petræ vocantur, rupices iiſdem a rupibus.* Feſtus.

10. Reate urbs eſt Sabinorum. Strab. v. p. 157. Σαβῖνοι δὲ στενὴν οἰκοῦσι χώραν, ἐπὶ μῆκος δὲ διήκουσαν καὶ χιλίων σταδίων, ἀπὸ τοῦ Τιβέρεως. καὶ Νωμέντου πολίχνης, μέχρις Οὐηστίνων: πόλεις δ' ἔχουσιν ὀλίγας καὶ τεταπεινωμένας, διὰ τοὺς συνεχεῖς πολέμους, Ἀμίτερνον καὶ Ῥεάτε.... *Sabini anguſtam incolunt regionem, in longum ad* CIↃ *ſtadia porrectam a Tiberi, & Nomento oppido, uſque ad Veſtinos: urbes habent paucas eaſque continentibus bellis attritas, Amiternum & Reate.* Vulgo *Rieti* vocatur, ut monet Cluver. Ital. antiq. I. 3. 9: IV. 9. 18. De illa multa Manut. Quæſt. Epiſt. I. 1. Leand. Ital. p. 148. Ejus meminit noſt. infr. n. 9: 2. 1.

11. Centurio, an evocatus, quia *evocati* ſinguli velut *centuriones* fuere, & hoc honore, atque inſignibus affecti. Gloſſæ illæ bonæ: *Evocatus*, ταξίαρχος i. *ordinum ductor.* Et Cæſar paſſim jungit, & æquiparat utroſque iſtos. Bell. Civil. I. 17. 4. *Militibus in concione agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur, quaterna in ſingulos jugera, & pro rata parte centurionibus, evocatiſque.* III. 53. 1. *Ex Pompejanis cecidiſſe reperiebamus evocatos, centurioneſque complures.* Atque etiam vites, proprium centurionum geſtamen, iis tribuuntur, ut narravit Dio ſupr. Galb. 10. 4. §. 12. *Lipſ. Mil. Rom.* I. 8. Dubitationis hujus formula familiaris eſt non tantum Ciceroni, Plinio, Tacito, ſed etiam noſtro. Ita enim ille infr. 6. 8. ſupr. Galb. 12. 5. Claud. 13. 5. Cæſ. 1. 3. ut etiam obſervaſſe video *Caſaubonum* & *Marcilium.*

12. Pharsalica acie. V. illam ſupr. Cæſ. 30. 6. §. 17.

13. Coactiones argentarias dicit noſter; ut *coactorem argentarium* Scævol. Digeſt. XL. 7. 40. §. 8. *Argentarius coactor, cum pæne totam fortunam in nominibus haberet, ſervis actoribus libertatem ita dedit.* Argentarii auctionibus præerant, ut ex Seneca, & Quintiliano didicimus ſupr. Ner. 5. 5. §. 7. His qui miniſtrabant, & rerum in auctione venditarum pretia certa mercede ab emptoribus colligebant, *coactores argentarii* dicebantur. Horat. Sat. I. 6. 86.

Si præco parvas, aut, ut fuit ipſe, coactor
Mercedes ſequerer.

Ubi Acro. *Auctionarii coactores, qui pecunias in auctionibus cogebant.* Hinc.... factitare, eſt pecunia a debitoribus exigenda, & colligenda ſe ſuſtentare. De his etiam nonnulla *Torrentius, Marcilius, Fab. Semeſt.* II. 15. *Laz. Comm. R. R.* II. 13. *Bud. in Pandect. p.* 81. *Sigon. de Ant. jur. civ. Rom.* II. 11. *Zamoſc. Antiq. Dacia c.* 5.

14. Primipilaris quis fuerit V. ſupr. Tib. 37. 5. §. 9.

15. Ordines duceret i. centurio eſſet. Cicer. Philip. I. 8. *Itaque viri fortiſſimi, atque honeſtiſſimi, qui ordines duxerunt, res & judicant, & judicaverunt.*

16. Sacramento solutum i. dimiſſum. *Sacramentum* abſolute, pro *ſacramento* militiæ. V. ſupr. Cæſ. 42. 1. §. 3.

17. Per causam valetudinis i. miſſione cauſaria. Hanc deſcribit Ulpian. ſupr. Cæſ. 69. 3. §. 8.

18. Publicum i. vectigal *publico* debitum. Cicer. ad Frat. I. 1. *Hic te ita verſari, ut & publicanis ſatisfacias, præſertim publicis male redemptis.* Horat. Epiſt. I. 1. 77.

Pars hominum geſtit conducere publica.

Cccccc Seneca

6 poſitæ ſub hoc titulo, ΚΑΛΩ͂Σ ΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ [22]. Poſtea fœnus apud Helvetios [23] exercuit [24], ibique diem obiit, ſuperſtitibus uxore Veſpaſia Polla, & duobus ex ea liberis: quorum major Sabinus [25] ad præfecturam Urbis [26], minor Veſpaſianus ad
7 principatum uſque proceſſit. Polla Nurſiæ [27] honeſto genere orta patrem habuit Veſpaſium Pollionem, ter tribunum militum, præfectumque caſtrorum [28], fratrem-
8 que ſenatorem prætoriæ dignitatis. Locus etiam nunc ad ſextum milliarium a Nurſia Spoletum [29] euntibus in monte ſummo appellatur Veſpaſiæ: ubi Veſpaſiorum complura monumenta extſtant, magnum indicium ſplendoris familiæ & vetuſtatis.

Non

Senec. Epiſt. 120. *Circumſpiciebam, in quod me mare negotiaturas immitterem, quod publicum agitarem,* Et alia exempla adferunt *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 156. *Gronov. Obſ.* IV. 23.

19. QUADRAGESIMÆ *publicum* hoc portorium fuit. Quintil. Declam. 359. *Præter inſtrumenta itineris, omnes res quadrageſimam publicano debeant.* Abolita fuit ſub Nerone. Tacit. Ann. XIII. 51. 3. *Manet tamen abolitio quadrageſimæ, quinquageſimæque, & quæ alia exactionibus illicitis nomina publicani invenerant.* Sed iterum præbita Symmachi ævo. Docet hoc Epiſt. V 63. *Quadrageſima portorium non recte poſcitur a ſenatoribus candidatis.* Lipſ. in Tacit. Ann. p. 157. V. de hac *quadrageſima* decertantes *Cujat. Obſerv.* VI. 28. *Pancirol. Var. Lect.* III. 31. *Spanhem. de Numiſm. diſſert.* IX. *p.* 797. *Burman. Diſſert. de Vectig. c.* 5. *p.* 87.

20. EGIT *publicum* i. exercuit, *publicanus* fuit. Quod *agitare publicum* dixit Senec. ſupr. §. 18. Hoc *habere publicum* conductum n. dicit Plaut. Trucul. I. 2. 41.

Illa, haud ego, habuit publicum.

Noſt. Domit. 12. 5. Dicitur vero, ut *agitare regnum* I. 5. 5. & *agitare imperium* XIX. 2. 6. Juſtinus.

21. MANEBANT i. exſtabant, viſebantur. *Torrentius.*

22. Καλῶς τελωνήσαντι i. *bene quondam telonario,* aut, *qui bene telonium exercuit. Telonarius* autem proprie, qui mari, aut flumine vectigal exigit. Nonius I. 95. *Portitores dicuntur telonarii, qui portum obſidentes, omnia ſciſcitarentur, ut ex eo vectigal accipiant.* Moſchopulus. Τελώνης ὁ τὰ τῆς θαλάσσης καὶ τὰ τῶν ποταμῶν ἀπαιτῶν. Publicanus autem, qui ſive terra, ſive mari, aut flumine illud exigit. *Marcilius.*

23. HELVETII *undique loci natura tuti continentur: una ex parte,* qua orientem, ac ſeptemtriones ſpectant, *flumine Rheno latiſſimo, atque altiſſimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit: altera parte,* qua occaſum æſtivum proſpiciunt, *monte Jura altiſſimo, qui eſt inter Sequanos & Helvetios: tertia,* qua meridiei oppoſiti, *lacu Lemanno, & flumine Rhodano, qui provinciam noſtram* i. Galliam Narbonenſem, *ab Helvetiis dividit.* Cæſ. B. G. I. 2. 3. De illis plura petere poteris a *Cluver. Germ. ant.* II. 4.

24. EXERCUIT *fœnus* i. trapezita, *fænerator* fuit. *Fænus exercere,* (paullo enim civilius loquitur, quam ſi *fæneratorem* dixiſſet) quaſi artificium eſt, *fænerator* convicium. Unde Cicer. Off. I. 42. *Primum improbantur ii quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, ut portitorum, ut fæneratorum.* Marcilius.

25. SABINUS *Flavius ætate prior, privatis utriuſque rebus, auctoritate, pecuniaque Veſpaſianum anteibat.* Tacit. Hiſt. III. 65. 2. Ejus mores, vitam, & interitum deſcribit idem 74. 5. *Tum confoſſum, conlaceratumque, & abſciſſo capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. Hic exitus viri haud ſane ſpernendi. Quinque & triginta ſtipendia in Republica fecerat, domi, militiæque clarus. Innocentiam, juſtitiamque ejus non argueres, ſermonis nimius erat. Id unum ſeptem annis, quibus Mœſiam; duodecim, quibus præfecturam Urbis obtinuit, calumniatus eſt rumor. In fine vitæ alii ſegnem, multi moderatum, & civium ſanguinis parcum credidere. Quod inter omnes conſtiterit, ante principatum Veſpaſiani, decus domus penes Sabinum erat.* Qui interierit, narravi ſupr. Vit. 15. 5. §. 31.

26. PRÆFECTURAM URBIS deſcripſit Dio ſupr. Aug. 37. I. §. 7. Hanc a Nerone acceperat Sabinus, eandemque, cum illa illum privaverat Galba, reſtituerat Otho. Plutarch. Oth. p. 1068. F. Τῆς δὲ Ῥώμης φύλακα Φλάβιον Σαβῖνον ἀδελφὸν Οὐεσπασιανοῦ κατέστησεν, εἴτε καὶ τοῦτο πράξας ἐπὶ τιμῇ Νέρωνος (παρ' ἐκείνου γὰρ εἰλήφει τὴν ἀρχὴν ὁ Σαβῖνος, ἀφείλετο δὲ Γάλβας αὐτὸν) εἴτε μᾶλλον εὔνοιαν ἐνδεικνύμενος Οὐεσπασιανῷ καὶ πίστιν αὔξων Σαβίνῳ. *Urbi Flavium Sabinum præfecit* Otho *Veſpaſiani fratrem, id ne quoque honori tribuerit Neronis (nam præfecturam ab illo Sabinus acceperat, & ſpoliatus fuerat a Galba) an provehendo Sabino, benevolentiam, & fiduciam Veſpaſiano oſtentaverit.*

27. NURSIAM V. ſupr. Aug. 12. 2. §. 13.

28. PRÆFECTUS CASTRORUM, *licet inferior dignitate, tamen occupatus erat non mediocribus cauſis: ad quem caſtrorum poſitio, valli & foſſæ deſtinatio* (forte *deſignatio,* ut Lipſ. in Tacit. Ann. p. 17.) *pertinebat. Tabernacula, vel caſæ militum, cum impedimentis omnibus, nutu ipſius curabantur. Præterea ægri contubernales & medici, a quibus curabantur, expenſæ etiam ad ejus induſtriam pertinebant. Vehicula, ſagmarii, nec non etiam ferramenta, quibus materies ſecatur, vel caditur, quibus aperiuntur foſſæ.... Item ligna, vel ſtramina, arietes, onagri, balliſtæ, cæteraque genera*

tormen-

Non negaverim jactatum a quibuſdam Petronis patrem e regione Tranſpadana [30] 9
fuiſſe mancipem operarum [31], quæ ex Umbria [32] in Sabinos [33] ad culturam agrorum quotannis commeare ſolerent [34]: ſubſediſſe autem in oppido Reatino, uxore ibidem ducta. Ipſe ne veſtigium quidem de hoc, quamvis ſatis curioſe inquire- 10
rem, inveni.

tormentorum, ne deeſſent aliquando, procurabat. Is poſt longam, probatamque militiam peritiſſimus omnium legebatur: ut recte doceret alios, quod ipſe cum laude feciſſet. Veget. II. 10.

29. SPOLETUM urbs eſt Umbriæ Plin. III. 14. Strab. V. p. 157. Quæ ea de re vocatur *Ducatus Spoletanus* ſupr. Cæſ. 34. 2. §. 2. Vulgo *Spoleto* dicitur, & *Spoleti*, ut docent *Cluver. Ital. ant.* II. 8. 14. & *Merul. Coſmog.* II. 4. 24. Ex hac urbe fuit oriundus Meliſſus infr. Gramm. 21. 1.

30. TRANSPADANOS V. ſupr. Cæſ. 9. 6. §. 32.

31. FUISSE MANCIPEM OPERARUM I. *operas*, ſive operarios, quos *operas* ſignificare docui ſupr. Aug. 3. 1. §. 3. vili pretio, & præſente pecunia, ut in Sabinos perductas mercede majore elocaret, in Umbria conducere fuiſſe ſolitum. V. *Caſaubonum*. *Manceps* eſt conductor, redemptor, qui a populo, quæſtus ſui cauſa, aliquid redimit, & conducit. Feſtus. *Manceps dicitur, qui quid a populo emit, conducitve, quia manu ſublata ſignificat ſe auctorem emptionis eſſe.*

32. UMBRIAM V. ſupr. Cæſ. 34. 2. §. 2.

33. SABINOS deſcripſi ſupr. Tib. I. 1. §. 4.

34. COMMEARE SOLEBAT olim non tantum, ſed & hodie, anni certo tempore, in alias terras, ut, in quo ſuam occuparet induſtriam, inveniret, quia domi, quod ageret, non habebat, imæ plebis pars non pœnitenda. Sic Epirotarum agmina patriam quotannis relinquunt, & ulteriora ditionis Turcicæ adeunt, operis ſimul & quæſtus faciendi gratia: ipſi ergates patrio ſermone dicuntur. Longobardis & Sabaudis, qui caminos purgant, puteos mundant, & ſimilia obeunt miniſteria, refertæ ſunt per æſtatem Galliæ urbes, Lutetiæ, & in reliqua Francia qui ædificant, Lemovicibus operis magna parte anni plurimum utuntur. Operæ ruſticæ apud Hiſpanos multis locis viles homunculi ſunt Galli, qui compendii ſui gratia illuc quotannis commeant. *Caſaubonus.*

CAPUT II.

ARG. *In Sabinis naſcitur, in prædiis Coſanis educatur, latum clavum diu averſatur, in Thracia tribunus militum meret, ædilitatem & præturam adipiſcitur, & Cajum quovis genere demeretur Titus Flavius Veſpaſianus.*

Veſpaſianus natus eſt in Sabinis ultra Reate, vico modico, cui nomen eſt Phala- 1
crine [1], XV. Kalend. Decemb. veſperi, Q. Sulpicio Camerino, C. Poppæo Sabino conſulibus [2], quinquennio ante quam Auguſtus excederet: educatus ſub paterna avia Tertulla in prædiis Coſanis [3]. Quare princeps quoque & locum incunabu- 2
lorum [4] aſſidue frequentavit, manente villa, qualis fuerat olim, ne quid ſcilicet oculorum

PHALACRINE ultra Apenninum eſt, 16. mill. paſſ. ab Interocrio, qua nunc oppidum conſpicitur vulgari vocabulo *Amatrice*, ad Truentum amnem, vulgo Tronto. *Cluver. Ital. ant.* II. 9. 32.

2. Q. SULPICIO CAMERINO, C. POPPÆO SABINO CONSULIBUS I. anno ab U. C. 761. V. *Faſtos Capitolinos*, & *Pigh. Ann.* III. p. 537.

3. COSA *civitas eſt Thuſciæ, quæ numero dicitur ſingulari ſecundum Salluſtium in hiſtoriarum fragmentis.* Serv. Æneid. X. 168. Et hinc Rutil. Itiner. I. 283.

Cernimus antiquas nullo cuſtode ruinas,
Et deſolata mœnia fœda Coſæ.

In plurali illam dicit, & deſcribit Strab. V. p. 156. Μετὰ δὲ Ποπλώνιον Κόσσαι πόλις μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης: ἔστι δ' ἐν κόλπῳ βουνὸς ὑψηλὸς, ἐφ' ᾧ τὸ κτίσμα. *Poſt Populonium Coſſæ urbs eſt paullum ſupra mare, ſita in ſublimi colle, qui in ſinu jacet.* De Coſa quoque *Cluver. Ital. ant.* II. 2. 21.

4. LOCUM INCUNABULORUM I. ubi natus erat. Cicer. Attic. II. 15. *Ego vero in montes patrios, & ad incunabula noſtra pergam.* Ovid. Metam. VIII. 99.

Certe ego non patiar Jovis incunabula Creten,
Quæ meus orbis, tantum contingere monſtrum.

Incunabula, & cunabula proprie vincula, vel faſciæ ſunt, quibus ligantur infantes ad *cunas*, ſive lectulos mobiles, in quibus cubant, ne excidant. Faſciolæ videntur dici Vopiſc. Aurelian. c. 4. *Addit etiam illud, quod vinctum faſciola Aurelianum aquila innoxie de cunis levaverit.* Id enim augendo miraculo eſſet, aquilam de cunis puerum levaſſe faſciola vinctum. Quod fieri non potuit, niſi rupta, aut ſoluta faſciola. Ut faſciæ proprie illæ ſunt, quibus involvuntur infantes, mortuorum more, & quæ ipſis ſunt pro veſte. Certe hæc tria diſtinguit Plaut.

3 lorum conſuetudini deperiret [5]. Et aviæ memoriam tantopere dilexit, ut ſollenni-
4 bus ac feſtis diebus [6] pocillo [7] quoque ejus argenteo [8] potare [9] perſeveraverit. Sum-
pta toga virili, latum clavum, quamquam fratre [10] adepto [11], diu averſatus eſt: nec
5 ut tandem appeteret, compelli niſi à matre potuit. Ea demum extudit [12], magis
convicio quam precibus vel auctoritate [13], dum eum identidem per contumeliam

Trucul. v. I. 13. infantilem enumerans ſupellectilem.

Faſciis opus eſt, pulvinis, cunis, incunabulis.

V. etiam *Salmaſium ad Vopiſcum* & *Bernart. in Stat. Achill.* I. 38.

5. NE QUID OCULORUM CONSUETUDINI DEPERIRET I. ne quid minueretur ei de voluptate, quam capiebat ex adſpectu, & quaſi facie ipſa villæ, in qua repſiſſet puer. Hujuſmodi Ciceronis fuerat voluptas ex Arpinate villa avita de LL. II. I. *Sed hoc ipſo in loco, cum avus viveret, & antiquo more parva eſſet villa, ut illa Curiana in Sabinis, me ſcito eſſe natum. Quare ineſt neſcio quid, & latet in animo, ac ſenſu meo, quo me plus hic locus fortaſſe delectet.* Hinc commiſeratio illa Fabii Declam. 337. *Penates illos, in quibus natus ſum, qui mihi quotidiana imagine adhuc verſantur ante oculos, illos penates, in quibus ſacri aliquid eſſe credimus, amiſi.* Et illa apud Sidon. Epiſt. III. 5. *Cui rem parentum ſibique non ſolum notam, verum etiam inter lactantis infantiæ rudimenta reptatam, ſicut recepiſſe parum fructuoſam; ſic non emeruiſſe nimis videtur ignavum.* Marcilius.

6. SOLLENNIBUS, AC FESTIS DIEBUS, quibus diis pateras libare, deinde & ipſi perpotare ſolebant veteres.

7. POCILLUM ſuum cuique patrifamilias & matrifamilias, plerumque patritum & avitum, ad libationes, patera nempe. Cicer. Verr. IV. 21. *Patera, qua mulieres ad res divinas uterentur.* Marcilius.

8. ARGENTEIS *poculis potare* conſueverant veteres. Virg. Æneid. IX. 263.

Bina dabo, argento perfecta, atque aſpera ſignis
Pocula.

Plin. XXXIII. 12. *Fabricius, qui bellicoſos imperatores plus quam pateram, & ſalinum ex argento habere vetabat.*

* 9. POTARE ex majorum poculis in ſollennibus ſolebant veteres. Senec. Thyeſt. v. 983.

—— poculum infuſo cape
Gentile Baccho.

Agam. v. 878.

Merumque in auro veteris Aſſaraci trahunt.

Virg. Æn. I. 733.

Implevitque mero pateram, quam Belus, & omnes
A Belo ſoliti.

10. FRATRE *Sabino*, qui fuit laticlavius, cum Veſpaſianus anguſticlavius eſſet. Quod ſæpius eveniebat, dum, quibus vita quieta placebat, anguſto clavo contenti vivebant, ut Pomponius Atticus, Mæcenas, & Septimius ille Severus, de quo Stat. Sylv. IV. 5. 41.

Hic parvus inter pignora curiæ
Contentus arcto lumine purpuræ
Creſcis, ſed immenſos labores
Indole patricia ſecutus.

Sic Mella Seneca & Gallione fratribus ejus ſenatoribus in equeſtri gradu ſubſtiterat apud Tacit. Ann. XVI. 17. 3. *Mella petitione honorum abſtinuerat, per ambitionem præpoſteram, ut eques Romanus conſularibus potentia æquaretur.* Ruben. R. V. I. 14. Caſaub. ad Aug. 38. 2.

11. ADEPTUM *latum clavum* (ſupr. Cæſ. 45. 5. §. 24.) intellige a principe impetratum. Equitum enim filii ad laticlaviam dignitatem præter opes, & originem, opus habebant indulgentia principis. Stat. Sylv. IV. 8. 59.

Quippe & opes, & origo ſinunt, hanc lampade
prima
Patricias intrare fores, hos pube ſub ipſa,
(Si modo prona bonis invicti Cæſaris adſint
Numina) Romulei limen pulſare ſenatus.

Menecrati tres erant liberi: una filiola, recens nata, & duo filii. Ejus nobilitas & opes permittebant, filiolam primis nuptiis, quas intelligit per *lampadem primam*, patricio juveni nubere: filios latum clavum poſſe induere, patricios fieri, & curiæ intereſſe. Plin. Epiſt. II. 9. *Ego Sexto latum clavum a Cæſare noſtro, ego quæſturam impetravi.* Spartian. Sever. c. I. *Poſtea ſtudiorum cauſa Romam venit, latum clavum a divo Marco petiit, & accepit.* V. quoque *Marcilium*, & *Ruben. V. L.* I. 14.

12. EXTUDIT I. ad latum clavum appetendum compulit. Nonius II. 261. *Extundere eſt extorquere, vel invenire. Afranius Epiſtola. Atque adeo extundo, ex officio mihi datur cuſtodiendus.*

13. AUCTORITAS matris, poteſtas, ſive majeſtas patris dicitur. Pater jubere poteſt, mater non poteſt, quia non habet in poteſtate; ſive patris juſſus eſt jure civili, matris non eſt juſſus, ſed auctoritas tamen aliqua. Unde illud Cod. III. 20. *Filia matre volente nupſit, colens concordiam, juſtas offenſionis poſt ejuſdem matris pœnitentiam cauſas non præſtat: nec ex momentariis voluntatibus matris nupta atque vidua jure eſſe compellitur.* Itaque matris poteſtas aliqua naturalis tantum; patris & naturalis & civilis. Hinc patris, & matris poteſtas inæqualis dicitur Ulpian. Digeſt. XXVII. 10. 4. *Furioſæ matris curatio ad filium pertinet: pietas enim parentibus, etſi inæqualis eſt eorum poteſtas, æqua debebitur.* Et Senec. Contr. VII. 4.

Prima

am anteambulonem [14] fratris appellat. Tribunatum militum in Thracia meruit [15]. 6
Quæſtor [16] Cretam [17] & Cyrenas [18] provinciam [19] ſorte [20] cepit: ædilitatis, ac mox 7
præturæ candidatus, illam [21] non ſine repulſa [22], ſextoque loco [23] vix [24] adeptus eſt.
At

Prima partes patris ſunt, ſecunda matris. Marcilius.

14. ANTEAMBULONEM dicit etiam Mart. II. 18. 5.

Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis.

X. 74. 2.

——— *quamdiu ſalutator*
Anteambulones & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto.

Honoris gratia in itinere patronum potentem, & divitem præcurrebat, & turbam ſummovebat. Veſpaſianum *anteambulonem* fratris vocat mater, quia cum fratre prætextato, & laticlavio, albatus ſolebat eſſe. Reges autem ipſi prætextati Romæ: clientuli, ſive *anteambulones* illi albati. Martial. I. 56. 14.

Vivat & urbanis albus in officiis.

Juven. X. 45.

——— *niveoſque ad frena Quirites.*

V. etiam *Marcilium*, *Lipſ. Elect.* I. 13. *Popm. de oper. ſerv. p.* 77.

15. TRIBUNATUM MILITUM MERUIT. I. propter virtutem ad *tribunatum militum* evectus eſt. *Grævius.* De *tribunis militum* dictum ſupr. Cæſ. 5. I. §. 2.

16. QUÆSTOREM *Veſpaſianum* hanc provinciam L. Vitellio imperatoris patre, & Paullo Fabio Perſico conſulibus, ſive anno ab U. C. 786. obtinuiſſe putat Pigh. Ann. III. p. 562. Antea, ſub Auguſto n. prætoria fuit hæc provincia. Strabo Auguſti provincias denarrans dicit fuiſſe ordine octavam XVII. p. 578. Ὀγδόην δὲ Κρήτην μετὰ τῆς Κυρηναίας. Poſtea *proconſularis.* Tacit. Ann. III. 38. I. *Ancharius Priſcus Caſſium Cordum, proconſulem antea Cretæ, poſtulaverat repetundis.* Noviſſime *quæſtoria.* Tiberius enim imperii ſui anno primo, Druſo Tiberii filio, & C. Norbano Flacco conſulibus, ſive anno ab U. C. 767. inſulæ *quæſtorem* præfecit, illique adſeſſorem adjunxit. Dio LVII. p. 611. C. Τότε δὲ ἡ Κρήτη, τοῦ ἄρχοντος αὐτῆς ἀποθανόντος, τῷ τε ταμίᾳ, καὶ τῷ παρέδρῳ αὐτοῦ, τὸν λοιπὸν χρόνον προσετάχθη. *Tunc autem Creta, mortuo præfecto, deinceps mandata eſt quæſtori, & adſeſſori.* V. *Meurſ. Cret.* III. 6.

17. Ἡ Κρήτη κεῖσθαι μὲν μεταξὺ τῆς Κυρηναίας, καὶ τῆς Ἑλλάδος τῆς ἀπὸ Σουνίου μέχρι Λακωνικῆς, ἐπὶ μῆκος ταύταις ταῖς χώραις παράλληλος ἀπὸ τῆς ἑσπερίας ἐπὶ τὴν ἕω. Κλύζεσθαι δὲ ἀπὸ μὲν τῶν ἄρκτων τῷ Αἰγαίῳ πελάγει, καὶ τῷ Κρητικῷ, ἀπὸ δὲ τοῦ νότου τῷ Λιβυκῷ τῷ συνάπτοντι πρὸς τὸ Αἰγύπτιον πέλαγος. Τῶν δὲ ἄκρων τὸ μὲν ἑσπέριον εἶναι τὸ περὶ Φαλάσαρνα, πλάτος ἔχον διακοσίων σταδίων, καὶ εἰς δύο ἀκρωτήρια μεριζόμενον: ὧν τὸ μὲν νότιον καλεῖται Κριοῦ μέτωπον: τὸ δ' ἀρκτικὸν Κίμαρος. Τὸ δ' ἑῷον τὸ Σαμώνιόν ἐστιν, ὑπερπίπτον τοῦ Σουνίου οὐ πολὺ πρὸς ἕω. *Creta jacet inter Cyrenaicam & Græciam, quæ a Sunio eſt uſque ad Laconicam, in longum æquali intervallo juxta has regiones ab occaſu verſus ortum porrecta. Alluitur a ſeptemtrionibus mari Ægæo atque Cretico, a meridie Libyco, quod contiguum eſt Ægyptio. De extremitatibus occidua eſt circa Phalarna, lata ducenta ſtadia, ſciſſaque in duo promontoria: de quibus meridionale Criu metopon,* arietis frons, *vocatur, ſeptemtrionale Cimarus. Orientalis autem eſt Samonium promontorium, Sunium non procul excedens verſus ortum.* Strab. X. p. 327. Præter quem *Cretam* deſcribunt *Plin.* IV. 12. *Solin. c.* 17. *Mel.* II. 7. *Oroſ.* I. 2. *Hygin. fab.* 276. Et *integro volumine Meurſius:*

18. Ἡ Κυρήνη πόλις ἐν τραπεζοειδεῖ πεδίῳ κειμένη: κτίσμα δὲ Θηραίων Λακωνικῆς νήσου. Λέγεται δὲ ἡ Κυρήνη κτίσμα Βάττου. *Cyrene urbs eſt in campo jacens menſæ formam referente. Therai condiderunt, Spartanorum coloni. Cyrenem a Batto conditam tradunt.* Strab. XVII. p. 575. Qui qua occaſione illam condiderit, curatius docent Herod. IV. p. 312. 313. Juſtin. XIII. 7.

19. PROVINCIA quæ regio dicatur, dixi ſupr. Cæſ. 25. I. §. 10. *Provincia* una fuit Creta & Cyrenæ. Strab. XVII. p. 576. Βασιλευθεῖσα δὲ χρόνους τινὰς εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ἦλθε: καὶ νῦν ἐστι μία ἐπαρχία τῇ Κρήτῃ συνεζευγμένη. *Regem poſtea aliquamdiu habuere* Cyrenæi, *inde in Romanorum poteſtatem devenere: & nunc provincia eſt Cyrenaica cum Creta conjuncta.*

20. SORTE provincias ceperunt non tantum prætores, ut docui ſupr. Cæſ. 18. I. §. 2. ſed etiam quæſtores. Tacit. Agric. 6. 3. *Sors quæſturæ provinciam Aſiam dedit.* Val. Max. VI. 9. 6. *Quapropter C. Marium conſulem moleſte tuliſſe traditur, quod ſibi aſperrimum in Africa bellum gerenti tam delicatus quæſtor ſorte obveniſſet.* Unde Cicer. Attic. VI. 6. *Pompejus Q. Caſſium ſine ſorte datum offenderem?* Qui mos quando invaluerit, tradit Ulpian. Digeſt. XIII. I. 2. *Ex quæſtoribus quidam ſolebant provincias ſortiri ex ſenatuſconſulto, quod factum eſt Decimo Druſo & Porcina conſulibus. Sane non omnes quæſtores provincias ſortiebantur, verum excepti erant candidati principis.* V. etiam *Demſter. A. R.* VIII. 7.

21. ILLAM, *ædilitatem.*

22. NON SINE REPULSA, quam & ante, ædilitatem petens, tulerat.

23. SEXTO LOCO *adeptus eſt* I. ultimus renuntiatus eſt. Ædiles quatuor antea tantum cum crearentur, Julius Cæſar duos addidit. Pompon. Digeſt. I. 2. 32. *Deinde Cajus Julius Cæſar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præeſſent, & a Cerere Cereales conſtituit. Ita duodecim prætores, ſex ædiles ſunt creati.* Dio XLIII. p. 239. C. Καὶ ἐς μὲν τὸ πρῶτον ἔτος, πραίτορες ἓξ καὶ ἀγορανόμοι τότε πρῶτον, δύο μὲν καὶ ἐξ εὐπατριδῶν, τέσσαρες δὲ ἐκ τοῦ πλήθους: ὧν οἱ δύο τὴν ἀπὸ τῆς Δήμητρος ἐπίκλησιν φέρουσι: ὅπερ που καὶ ἐς τόδε ἐξ ἐκείνου καταδειχθὲν ἐμμεμένηκε. *Ac primum quidem, in annum primum, adeoque primi tunc ſex ædi-*

les

8 At prima ſtatim petitione, & in primis [25] prætor [26], infenſus ſenatui [27], Cajum [28] ne quo non genere demereretur, ludos extraordinarios [29], pro victoria ejus Germanica depopoſcit, pœnæque [30] conjuratorum [31] addendum cenſuit, ut inſepulti [32]
9 projicerentur [33]. Egit & gratias ei apud ampliſſimum ordinem, quod ſe honore cœnæ [34] dignatus eſſet.

les ſint conſtituti, duo patricii, qui Cereales vocarentur, quatuor plebeji: iſque mos ad noſtram uſque ætatem exinde perductus eſt. Erat vero nonnihil ignominioſum, ultimo loco renuntiari. Val. Max. VI. 9. 14. *Præturæ candidatus ſupremo loco inhæſit C. Marius.* V. quoque *Torrentium* & *Marcilium*.

24. Vix intellige, non ſenatus ſuffragio, ſed beneficio principis Caji. Magiſtratus enim tunc temporis beneficia erant principis. Princeps aut ipſe mandabat magiſtratus, aut petitores commendabat ſuffragiis ſenatus. Quibus neutrum eſſet a principe, his petere neceſſe a ſenatu. Poſtremi generis petitor Veſpaſianus repulſam paſſus a ſenatu in ædilitatis petitione, eandem adeptus eſt a Cajo principe. Dio LVIII. p. 633. E. Οἱ δ' ἄλλως, ὡς καὶ τῷ Τιβερίῳ ἔδοξε. Τοὺς μὲν γὰρ ἐπὶ μακρότερον, τοὺς δὲ ἐπὶ βραχύτερον ᾑρεῖτο, καὶ τοὺς μὲν ἔτι καὶ θᾶσσον τοῦ τεταγμένου ἀπήλλασσε, τοῖς δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἄρχειν ἐδίδου: ἤδη δὲ καὶ ἐς ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ἀποδείξας ἄν τινα, ἐκεῖνον μὲν κατέλυε, ἕτερον δὲ καὶ αὖθις, ἕτερον ἀντικαθίστη, καί τινας καὶ ἐς τρίτον ἑτέρους προχειριζόμενος. εἶτα ἄλλους ὑπατεύειν πρὸ αὐτῶν ἀνθ' ἑτέρων ἐποίει: καὶ περὶ μὲν τοὺς ὑπάτους ταῦτα διὰ πάσης, ὡς εἰπεῖν, τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ ἐγίγνετο. Τῶν δὲ δὴ καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς αἰτούντων ἐξελέγετο ὅσους ἤθελε, καὶ σφᾶς ἐς τὸ συνέδριον ἐσέπεμπε, τοὺς μὲν συνιστὰς αὐτῷ (οἵπερ ὑπὸ πάντων ᾑροῦντο), τοὺς δὲ ἐπί τε τοῖς δικαιώμασι, καὶ ἐπὶ τῇ ὁμολογίᾳ, τῷ τε κλήρῳ ποιούμενος. *Cæteri vero, prout Tiberio viſum. Quoſdam enim ad longius, alios ad brevius temporis ſpatium deſignabat: itemque nonnullos citius, quam conſtituiſſet, loco movebat: aliis, ut diutius in magiſtratu eſſent, concedebat: nam etiam, ſi quem in totum annum conſulem creaſſet, mox eo remoto, alium, iterumque alium ſubinde ſubrogabat: & toto quidem fere imperii ejus tempore conſulibus hæc evenerunt. Eorum vero, qui cæteros magiſtratus peterent, electos, quot videbatur, in ſenatum miſit, alios ei commendans (iique omnium ſuffragia auferebant) alios & meritis ſuis, & judicio ſenatus, & ſorti permittens.* V. Marcilium.

25. IN PRIMIS PRÆTOR fuit Veſpaſianus renuntiatus, ut *quæſtorem in primis cunctis ſuffragiis populus Romanus fecit* Ciceronem in Piſon. c. 1. Gradus ſunt renuntiationis. Cicer. pro Mur. c. 8. *Quæſturam una petiit, & ſum ego factus prior. Non eſt reſpondendum ad omnia: neque enim quemquam veſtrum fugit, cum multi pares dignitate ſiant; unus autem primum ſolus poſſit obtinere: non eundem eſſe ordinem dignitatis, & renuntiationis: propterea, quod renuntiatio gradus habeat: dignitas autem ſit perſæpe eadem omnium. Sed quæſtura utriuſque propemodum pari momento ſortis fit.* Gradus illi, docente etiam Marcilio, ſunt tres: primus, medius, poſtremus. Primo gradu primi renuntiantur. Secundo, ſive medio, qui *in primis*, ut Veſpaſianus prætor, & Cicero modo quæſtor. Tertio, ſive poſtremo, ultimi renuntiantur, ut Veſpaſianus, & Vatinius, ædiles. Primus gradus honeſtiſſimus. Unde gloriatur Cicer. pro Manil. c. 1. *Nam cum propter dilationem comitiorum ter prætor primus centuriis cunctis renuntiatus ſum, facile intellexi, Quirites, & quid de me judicaretis, & quid aliis præſcriberetis.*

26. PRÆTURAM Cajo Conſule III. ſine collega, ſive anno ab U. C. 792. obtinuiſſe Veſpaſianum, putat *Pigh. Ann.* III. *p.* 569.

27. INFENSUS SENATUI propter repulſam in ædilitate, & locum, qui poſtea ipſi inter ædiles fuit attributus, minus honeſtum. V. tamen *Caſaubonum* & *Pighium*.

28. CAJUM, quia *Caji* beneficio ædilitatem obtinuerat.

29. EXTRAORDINARIOS, utpote quidem in prætura, ſed non ob præturam.

30. POENA ultima, morte n. illos affici juſſerat Cajus. Joſeph. Ant. Jud. XIX. 1. Φίλον αὐτῷ τὰ μάλιστα ὄντα τοῦτον, καὶ τῶν πολιτῶν σὺν ὀλίγοις ἀναιρεῖ Γάιος, Lepidum Minuciano *amiciſſimum, & civem cumprimis egregium occiderat Cajus.* Seneca ſupr. 24. 9. §. 20. Dio LIX. p. 657. C. Γαιτούλικον Λεντοῦλον, τά τε ἄλλα ἐνδόκιμον ὄντα, καὶ τῆς Γερμανίας δέκα ἔτεσιν ἄρξαντα ἀπέκτεινεν, ὅτι τοῖς στρατιώταις ᾠκείωτο. *Lentulum Gætulicum, cum aliis rebus illuſtrem, tum adminiſtrata per decennium Germania occidi* Cajus *juſſit, quod militum benevolentiam ſibi paraſſet.*

31. CONJURATORUM *Lepidi* & *Getulici*, de quibus §. 30. & ſupr. Claud. 9. 3.

32. INSEPULTUM *projici* eſt peculiaris pœna perduellioni, & crimini majeſtatis. Ulpian. XLVIII. 24. 1. *Hodie autem eorum, in quos animadvertitur, corpora non aliter ſepeliuntur, quam ſi fuerit petitum, & permiſſum; & nonnunquam non permittitur, maxime majeſtatis cauſa damnatorum.* Sic Tiberius Gracchus, *hoſtis judicatus, ultimo ſupplicio affectus ſepultura honore ſpoliatus eſt* apud Val. Max. IV. 7. 1. V. quoque *Marcilium*, & *Fab. Semeſt.* II. 9.

33. PROJECTI quomodo fuerint damnati, docuit Dio ſupr. Tib. 53. 6. §. 21: 55. 3. §. 6: 61. 13. §. 32.

34 HONORE COENÆ. V. illum ſupr. Cal. 39. 3. §. 16.

C A-

CAPUT III.

ARG. *Domitillam uxorem ducit, ex illa Titum, Domitianum, & Domitillam tollit, & poſt uxoris exceſſum Canidem libertam in contubernium revocatam pæne juſtæ uxoris loco habet Titus Flavius Veſpaſianus.*

Inter hæc Flaviam Domitillam duxit uxorem, Statilii Capellæ equitis Romani Sa- 1
bratenſis [1] ex Africa [2] delicatam [3] olim, Latinæque conditionis [4], ſed mox ingenuam [5] & civem Romanam recuperatorio [6] judicio pronuntiatam [7], patre aſſerente Flavio Liberale Ferenti [8] genito, nec quidquam amplius [9] quam quæſtorio [10] ſcriba. Ex hac liberos tulit, Titum, & Domitianum, & Domitillam [11]. Uxori ac filiæ 2. 3
ſuper-

EQUITEM ROMANUM SABRATENSEM dicit, ut ſignificaret *equitem Romanum* quidem, ſed *municipalem. Equitum Romanorum* genus triplex fuit. Nam aut domo, ſive origine Romani fuere, iique proprie *Romani*.. Aut ex *municipio* Italiæ, iique *municipales*, cujuſmodi M. & Q. Cicero. Juven. Sat. VIII. 237.

> *Hic novus Arpinas, ignobilis, & modo Romæ*
> *Municipalis eques.*

Aut ex *provincia*, iique *provinciales*. Ejuſmodi eques L. Seneca. Qui & ſeipſum *equeſtri & provinciali loco ortum* dicit apud Tacit. Ann. XIV. 53. 5. Dignationis gradu primo *equites Romani*, ſecundo *municipales*, tertio *provinciales*. Differt quoque *eques municipalis*, & *provincialis Romanus*, ab *equite municipali*, aut *provinciali* ſimpliciter dicto. Nam illi in ordine *equeſtri Romæ*: hi in *ordine equeſtri* tantum *municipii* ſui, aut *provinciæ*. Quippe ut in Republica Romana conſules, ſenatus, eques, plebes: ſic & in municipiis Italiæ & provinciarum, duumviri, decuriones, equites, plebeji. Hinc *municipalis Reſpublica* apud Cicer. LL. III. 16. *Utinam, inquit M. Cicero, iſto animo, atque virtute, in ſumma Republica nobiſcum verſari, quam in municipali maluiſſes.* Marcilius.

2. EX AFRICA, cujus oppidum eſt Sabrata apud Plin. VI. 28. Hodie *Rakianabes* vocatur, vel *Saxambis*. Babelonius.

3. DELICATAM i. concubinam, *amicam*, & quæ olim in *deliciis* fuerit. Nam fere meretrices, & concubinæ, libertinæ erant. *Delicati*, qui & *deliciæ* Suetonio Vitell. 12. 2. §. 8. *οἱ ἐρώμενοι*, & in antiquis lapidibus *delicati*, & *delicatæ* ſæpe nominantur. Spartian. Adriano infr. Domit. 22. 2. §. 3. Vetus inſcriptio: TRIAE EPHROSINAE RVFINAE V. V. DELICATAE. Noſter Tit. 7. 8. *Turneb. Adv.* XXII. 16. V. tamen *Torrentium*, *Marcilium*, *Beroaldum*, *M. Donatum*, *Babelonium*, *Pith. Adv.* II. 9.

4. LATINÆ CONDITIONIS, ut diſtinguat libertinitatem ejus. . Triplex enim olim libertinitas fuit, ut docui ſupr. Aug. 40. 7. §. 29..

5. INGENUAM. Nam *ſervus, cum manumittitur, fit libertinus: addictus recepta libertate eſt ingenuus.* Quintil. Inſtit. VII. 3.

6. RECUPERATORIUM *judicium* dicunt etiam Cicer. de Invent. II. 20. *Non enim oportet in recuperatorio judicio ejus maleficii, de quo inter ſicarios quæritur, præjudicium fieri.* Plin. Epiſt. III. 20. *Ut in recuperatoriis judiciis, ſic nos in his comitiis, quaſi repente apprehenſi, ſinceri judices fuimus.* Eſt autem judicatum a *recuperatoribus*, de quibus ſupr. Ner. 17. 3. §. 14.

7. PRONUNTIARE i. in judicio publice ſignificare. Curt. X. 1. 7. *Rex cognita cauſa pronuntiavit.*

8. FERENTUM, de quo ſupr. Oth. 1. 1. §. 1.

9. NEC QUIDQUAM AMPLIUS contemptum dicit, quia ſcribarum ordo erat honeſtus, ut dicitur Ciceroni ſupr. Claud. 1. 6. §. 31. infra tamen ordines alios fuit, ut ſenatorium, equeſtrem, tribunorum ærariorum.... Ideo D. Matrinius, ſcriba ædilitius, *homo tenuis* eſt Cicer. pro Cluent. c. 45. *Nuper hominem tenuem, ſcribam ædilitium, D. Matrinium cum defendiſſem.* Et jocatur in tyrannum ex ſcriba Themiſt. Orat. 9. *Ὅτι θεοῖς ἐχθρὸς ἄνθρωπος, ἐν ὑπογραφίαις ἀεὶ μοίρᾳ διαβιοὺς, ἐκ τοῦ μέλανος καὶ τῆς καλαμίδος ἐτόλμησεν εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν, ὄλεθρος ἐξ ὀλέθρων, τυφῶν ἀτεχνῶς, ἐκ τῆς Κιλικίας Κωρύκου ἐκ τῶν πνιγέων ἀναδὺς. Cum homo diis inviſus, qui in ſcribæ ſorte perpetuo vixiſſet, ex atramento, & calamo prodiens, Romani imperii amplitudinem in animum inducere eſſet auſus, perditus ex perditis homuncio, quaſi violentus quidam turbo, ex Cilicio Corico, & fornacibus, ac ſpeluncis emerſus.* V. *Marcilium.*

10. QUÆSTORIUM *ſcribam* dicit noſter etiam ſupr. Claud. 38. 4. infr. Domit. 9. 7. ad differentiam aliorum. Sic *ſcriba ædilitius* apud Cicer. ſupr. §. 9. *prætorius*, quem reperit Reineſ. Epiſt. ad Rupert. 31. in lapide Ladeſtano Liburniæ. C. MODIVS. SCR. PR. VERRONA. ANN. XX. *Navalis* apud Feſtum. *Navalis ſcriba, qui in nave apparebat, inter alıud genus ſcribarum minimæ dignitatis habebatur, quod periculis quoque ejus miniſterium eſſet objectum. Plautus. Non ego te novi navalis ſcriba columbari impudens.*

11. DOMITILLAM ſororem conſecravit Domitianus imperator. Ejus meminit Stat. Sylv. I. 1. 97.

> *Ibit in amplexus natus, fraterque, paterque,*
> *Et ſoror.*

Hanc marmoream inſcriptionem, C. ASCONIO. C. F. FAB. SARDO. IIII. VIR. I. D. PRAEF. FABR.

4 ſuperſtes fuit: atque utramque adhuc privatus amiſit. Poſt uxoris exceſſum, Cænidem [12] Antoniæ [13] libertam, & a manu [14], dilectam quondam ſibi, revocavit in contubernium [15]: habuitque etiam imperator pæne juſtæ uxoris loco [16].

FABR. FRATRI. CVSINIAE. M. F. SARDI. MATRI. ET. SIBI. ASCONIA. C. F. AVGVRINA. SACERDOS. DIVAE. DOMITILLAE. ſe vidiſſe dicit *Onuph. Panvin. Comm. R. R.* II. *p.* 174.

12. Κανὶς ἡ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ παλλακὴ τότε μετήλλαξεν. Αὐτῇ ὁ Οὐεσπασιανὸς ὑπερέχαιρε· πλεῖστόν τε διὰ τοῦτο ἴσχυσε, καὶ πλοῦτον ἀμύθητον ἤθροισεν, ὥστε καὶ νομισθῆναι, ὅτι δι' αὐτῆς ἐκείνης ἐχρηματίζετο. *Per id tempus mortem obiit Canis, concubina Veſpaſiani. Ejus conſuetudine valde delectabatur Veſpaſianus: cujus etiam cauſa magnam potentiam aſſecutus eſt, ac per eam opes innumerabiles, ut creditum eſt, comparavit.* Xiphil. LXVI. p. 751. B. Quem videre poteris infr. 16. 3. §. 4. Ejus mentio & infr. Dom. 12. 8.

13. Antoniæ, matris Claudii. Xiphil. C. Ἐμνημόνευσα δὲ αὐτῆς, ὅτι τε πιστοτάτη ἦν, καὶ ὅτι μνήμης ἄριστα ἐπεφύκει. Πρὸς γοῦν τὴν δέσποιναν τὴν Ἀντωνίαν τὴν τοῦ Κλαυδίου μητέρα κρύφα τι δι' αὐτῆς τῷ Τιβερίῳ περὶ τοῦ Σεϊανοῦ γράψασαν, καὶ αὐτὸ ἀπαλειφθῆναι εὐθὺς, ὅπως μηδεὶς αὐτοῦ ἔλεγχος ὑπολειφθῇ, κελεύσασαν· Μάτην, ὦ δέσποινα, ἔφη, τοῦτο προσέταξας· πάντα γὰρ καὶ ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ὑπαγορεύεις μοι, ἔν τε τῇ ψυχῇ ἀεὶ φέρω, καὶ οὐδέ ποτε ἐξαλειφθῆναι δύναται. *Cujus propterea mentionem feci, quod maxima fide, & excellenti memoria fuit. Hac enim hera ſua Antonia, matri Claudii, quæ ad Tiberium per eam nonnihil de Sejano ſcripſerat, juſſeratque, ut id, ne quod indicium relinqueretur, ſtatim deleret. Fruſtra, inquit, domina juſſiſti: hæc enim atque cætera omnia, quæ mihi imperas, ita ſemper in memoria habeo, ut ex ea deleri non poſſint.*

14. Libertam a manu legendum vult Torrentius, quia tam *liberti*, quam ſervi paſſim ab officiis vocantur. *Amanuenſes* etiam ancillas habuerunt mulieres, ut docui ſupr. Cæſ. 74. 3. §. 5. eaſque *libertas*, ut docui ibid. §. 6.

15. Contubernium militare vocabulum eſſe dixi ſupr. Cæſ. 2. 2. §. 6. Ad militaris *contubernii* ſimilitudinem, inter ſervos & ancillas conjugium quod dici non poteſt, *contubernium* dicitur. Paull. Digeſt. XXIII. 2. 14. §. 3. *Veluti, ut eam, quæ in contubernio patris fuerit, quaſi novercam, non poſſim ducere; & contra, eam, quæ in contubernio filii fuerit, patrem quaſi nurum non ducere.* Hinc *contubernales* ſervorum uxores. Petron. c. 56. *Contubernalis mea mihi ſa-ſtum facit.* Calliſtr. Digeſt. L. 16. 220. §. 1. *Sed & Papirius Fronto libro tertio reſponſorum ait, prædio cum villico, & contubernali ejus, & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri.* Ad id alludit Cicer. Verr. V. 40. *Ubi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatiſſimo littore.*

16. Pæne justæ uxoris loco Cænidem habuit Veſpaſianus, ut Druſillam ſororem *in modum juſtæ uxoris* Caligula ſupr. 24. 4. Sic apud Papinian. Digeſt. XXXIV. 9. 16. §. 1. Coccejus Caſſianus *Rufinam ingenuam honore pleno dilexerat.* Ubi *honor plenus* eſt amplior concubinæ honore, minor honore *juſtæ uxoris*, de quo Ælius Verus apud Spartian. c. 5. *Uxor dignitatis nomen eſt.* Contra *liberta Pontii Paullini non erat affectione uxoris habita, ſed magis concubinæ.* Ulpian. Digeſt. XXIV. 1. 3. §. 2. *Pæne juſtam* itaque accipe *pæne* Auguſtam, qualis Marcia Commodi concubina apud Herodian. I. 16. 9. Sic enim de illa. Ἣν εἶχε τῶν παλλακίδων τιμιωτάτην, ἣ οὐδέν τι ἀπεῖχε γαμετῆς γυναικὸς, ἀλλὰ πάντα ὑπῆρχεν ὅσα Σεβαστῇ, πλὴν τοῦ πυρός. *Cui,* Marciæ, *plurimum deferebat, ac prope uxoris eam loco habebat, ſic ut præter ignem omnes honores, veluti Auguſtæ, tribuerentur.* Marcilius.

CAPUT IV.

ARG. *In Germaniam legatus mittitur, in Britanniam translatus, gentibus, oppidis, inſula Vecti, in deditionem redactis triumphalia ornamenta, & duplex ſacerdotium accipit, conſulatum gerit, Africam ſortitur, Neronis contubernio, & ſalutatione prohibitus ad tempus latet, & ad comprimendum Judæorum motum cum exercitu mittitur Titus Flavius Veſpaſianus.*

1 Claudio principe, Narciſſi gratia legatus legionis in Germaniam miſſus eſt: in Bri-
2 tanniam [1] tranſlatus, tricies [2] cum hoſte conflixit. Duas validiſſimas gentes, ſuper-

In Britanniam expeditionem ſuſcepiſſe Claudium dixit noſter ſupr. 17. 1. In illam eadem tempeſtate miſſum eſſe Veſpaſianum dicit Dio LX. p. p. 678. C. Ἐπιδιέπεμψε τόν τε Οὐεσπασιανὸν τὸν Φλάβιον, τὸν καὶ μετὰ ταῦτα τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν λαβόντα, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Σαβῖνον ὑποστρατηγοῦντά οἱ, καὶ οὕτω διελθόντες ἐκεῖνοι τὸν ποταμὸν, συχνοὺς τῶν βαρβάρων μὴ προσδεχομένους ἀπέκτειναν. *Tum Flavium Veſpaſianum, qui ſummo poſt imperio potitus eſt, hujuſque fratrem Sabinum legatum miſit: qui ipſi etiam trajecto amne, permultos barbaros improviſo interfecerunt.* Et Veſpaſiani laudes dum canunt, Val. Flacc. I. 8.

—— *Tuque o pelagi cui major aperti*
Fama,

ſuperque viginti oppida, & inſulam Vectem [3] Britanniæ proximam in deditionem
redegit [4]: partim Auli Plautii conſularis legati [5], partim Claudii ipſius ductu. Qua- 3
re triumphalia ornamenta [6], & in ſpatio brevi duplex ſacerdotium accepit: præterea
conſulatum, quem geſſit [7] per duos noviſſimos anni menſes: medium tempus ad pro-
conſulatum uſque in otio ſeceſſuque egit: Agrippinam timens potentem [8] adhuc
apud filium, & defuncti [9] quoque Narciſſi amicos peroſam. Exin ſortitus Afri- 4
cam [10], integerrime [11], nec ſine magna dignatione adminiſtravit: niſi quod Adru-
meti [12] ſeditione quadam, rapa [13] in eum jacta ſunt. Rediit certe nihilo opulen- 5
tior [14], ut qui prope labefacta jam fide [15], omnia prædia fratri obligarit: neceſſa-
rioque ad mangonicos quæſtus ſuſtinendæ dignitatis cauſa deſcenderit [16], propter quod
vulgo

Fama, Caledonios poſtquam tua carbaſa vexit
Oceanus, Phrygios prius indignatus Iulos.

Sil. Ital. III. 598.

Hinc pater ignotam donabit vincere Thulen,
Inque Caledonios primus trahet agmina lucos.

Quam adjutabilem in expeditione *Britannica* Claudio operam præſtiterit Veſpaſianus, dicet Nero infr. §. 35.

* 2. TRICIES *&* *bis.* quod addit Eutrop. VIII. 19. & ex illo forte Cuſpin. de Cæſar. p. 29. Sed ad illum Hungerus. *Utrobi veritas ſit, parum ego compertum habeo. Ut Suetonius fuit Veſpaſiani temporibus propinquior, eoque dignior fide: ita viciſſim proclivius multo, in ejus codice omitti, quod ſcriptum oportuit, quam in Eutropio quidquam adjici.*

3. VECTIS, Eutropio *Vecta*, inſula *Guith* Britannis, nobis *Wight*, altero latere ad auſtrum, altero ad ſeptemtrionem converſo, viginti mill. paſſ. inter ortum, occaſumque lenticulari, ſive ovali figura exporrigitur. Occiduo ejus angulo *The nedles*, rupes acuminatæ, unde nomen, & *The Shingelles* præjacent, uti orientali *The Owres*, qui omnes ſcopuli ſunt navigantibus infeſti. *Cambden. Britan. p.* 639. *Cluver. German. Ant.* I. 18.

4. IN DEDITIONEM REDEGIT I. *dedere* ſe coegit. Cicer. Philip. IV. 5. *Majores veſtri bellicoſiſſimas gentes in deditionem hujus imperii redegerunt.* Sed *ditionem* utroque loco mallet *Marcilius.*

5. CONSULARES LEGATOS fuiſſe, quibus provinciæ Cæſaris permitterentur, docui ſupr. Aug. 88. 3. §. 4.

6. TRIUMPHALIA ORNAMENTA quæ fuerint, dixi ſupr. Aug. 38. I. §. 5.

7. CONSULATUM GESSIT *Veſpaſianus*, forte abſque collega, ex Kalend. Novembr. anno ab U. C. 803. V. *Faſtos Conſulares*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 584.

8. POTENS Agrippina dicitur etiam Juvenal. I. 69.

Occurrit matrona potens, quæ molle Calenum
Porrectura viro miſcet ſitiente rubetam.

8. DEFUNCTI, quem *ad mortem actum* Agrippinæ fraudibus dicit Tacit. Ann. XIII. I. 4. *Nec minus properato Narciſſus Claudii libertus, de cujus jurgiis adverſus Agrippinam retuli* (retulit autem XII. 57. 4.) *aſpera cuſtodia, & neceſſitate extrema, ad mortem agitur, invito principe.*

10. AFRICAM provinciam obtinuit Veſpaſianus proconſul, L. Memmio Regulo, Paullo Virginio Ruſo conſulibus, ſive anno ab U. C. 815. ut putat *Pigh. Ann.* III. *p.* 597.

11. INTEGERRIME I. abſque avaritia. Cicer. pro Manil. c. I. *Meus labor caſte, integreque verſatus in privatorum periculis.* De hoc Veſpaſiani proconſulatu etiam Silius Ital. III. 600.

Compeſcet ripis Rhenum, reget impiger Afros.

Famoſum tamen, & inviſum proconſulatum Veſpaſianum egiſſe in Africa dicit Tacit. Hiſt. II. 47. 5. Sed illum Suetonio & Silio conciliare non eſt meum.

12. ADRUMETUM *Africæ oppidum.* Plin. V. 4: VI. 34. De illo & Stephanus. Ἀδρύμης, Ἀδρύμητος, Λιβύης πόλις. Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς, καὶ οὐδετέρως. Κέκληται ἀπό τινος Ἀδρύμητος, τῆς γενικῆς παραχθείσης εἰς εὐθεῖαν. *Adrymes, Adrymetus, urbs Libyæ. Dicitur maſculino, & feminino, & neutro genere. Sic fuit vocata a quodam Adrymeto, deducto genitivo in nominativum.* Hodie *Toulba*, ſive *Mahometta* dicitur, ut teſtatur *Babelonius.*

13. RAPA in Veſpaſianum jacta ſunt contumeliæ cauſa, cujus cauſa *corrupto fimo aliquem perfundere, cœno, luto oblinere, contra bonos mores fieri* dicit Paull. Digeſt. XLVII. II. I. Cauſa hujus contumeliæ fuit caritas annonæ, qua impulſos Romanos in principem ſæpius ſeditionem moviſſe dixi ſupr. Claud. 18. 3. §. II.

14. EX PROVINCIA NIHILO OPULENTIOREM *redire* integritatis eſt ſpecimen ampliſſimum. Non diſſimilis integritatis notam C. Gracchus ipſe ſibi appoſuit in concione, quam habuit reverſus ex Sardinia provincia. Plutarch. Gracch. p. 836. A. Μόνος δὲ τῶν στρατευσαμένων πλῆρες τὸ βαλάντιον εἰσενηνοχέναι, τοὺς δὲ ἄλλους ἐκπιόντας ὃν εἰσήνεγκαν οἶνον, ἀργυρίου καὶ χρυσίου μεστοὺς δεῦρο τοὺς ἀμφορεῖς ἥκειν κομίζοντας. Quæ ſic interpretatur Gell. N. A. XV. 12. *Itaque, inquit, Quirites, quum Romam profectus ſum, zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli: alii vini amphoras, quas plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportaverunt.*

15. LABEFACTA FIDES dicitur ejus, cui nemo pecuniam vult credere. Hoc *fidem concidiſſe* dicit Ci-

6 vulgo Mulio vocabatur [17]. Convictus quoque dicitur ducenta HS expreſſiſſe [18] ju-
veni, cui latum clavum [19] adverſus patris voluntatem [20] impetrarat, eoque nomine
7 graviter increpitus. Peregrinatione Achaica inter comites [21] Neronis, cum cantan-
te eo aut diſcederet ſæpius, aut præſens obdormiſceret [22], graviſſimam contraxit of-
fenſam: prohibituſque non contubernio [23] modo, ſed etiam publica ſalutatione [24],
ſeceſſit in parvam ac deviam civitatem, quoad latenti, etiamque extrema metuenti,
8 provincia cum exercitu oblata eſt. Percrebruerat oriente toto vetus & conſtans opi-
9 nio [25]: eſſe in fatis, ut eo tempore Judæa profecti [26] rerum potirentur. Id de im-
ratore Romano [27], quantum [28] eventu poſtea patuit, prædictum Judæi ad ſe tra-
hentes,

cer. pro Manil. c. 7. *Nam tum, cum in Aſia res magnas permulti amiſerant, ſcimus Romæ, ſolutione impedita, fidem concidiſſe.*

16. DESCENDERE *ad mangonicos quæſtus* dicit noſter, propter ejuſmodi quæſtuum vilitatem. Vilitas vero illa inde, quod mangones *ad lucrum turpiter faciendum proni*, ut loquitur Paull. Digeſt. XXI. I. 44. Notata quoque improbitas eorum, ſive impudentia, ut de mangone apud Fabium Declam. 340. *Res eſt nobis cum homine, qui non erubeſcit, nihil obſervat, etiam periculoſe avarus eſt.* Marcilius. Quis *mango*, V. ſupr. Aug. 69. 2. §. 13.

17. MULIO VOCABATUR Veſpaſianus propter mangonicos quæſtus e *mulis* Reatinis, qui tum maxime in uſu & pretio. Veſpaſiani autem prædia in agro Reatino. *Caſaubonus.*

18. EXPRESSISSE ut mercedem ſuffragii, ſive ſuffragationis, & gratiæ, ſive interceſſionis apud principem. Utraque res *ſuffragium*, ipſa nempe *ſuffragatio*, & merces *ſuffragationis*. Cod. XII. 16. 5. *Nec ipſam malitiam, vel ſuffragium quodcunque pro ea, vel ab eiſdem viris devotiſſimis ſilentiariis, vel a parentibus eorum, vel ab alio quolibet datum eſt vel fuerit, ab his patimur ad ſucceſſionem defunctorum parentum conferri, ſeu nomine collationis in medium eaſdem offerri pecunias.* Marcilius.

19. LATUM CLAVUM I. dignitatem ſenatoriam V. ſupr. Tib. 35. 4. §. 22.

20. ADVERSUS PATRIS VOLUNTATEM, quia ſoliti patres ſanæ mentis averſari hujuſmodi male emptas filiis ſuis phaleras. *Marcilius.*

21. COMITES dicti ſunt, qui conſules, proconſules, aut prætores peregre *comitabantur*, in negotiis publicis obeundis, tanquam adminiſtri, adjutores, adſeſſores, & conſilii, ac rerum participes habebantur. Papinian. Digeſt. I. 22. 4. *Diem functo legato Cæſaris, ſalarium comitibus reſidui temporis, quod a legatis præſtitutum eſt, debetur.* *Comes* autem Neronis fuit peregrinatione Achaica. Quod præter noſtrum Joſeph. de Bell. Judaic. III. I. Ὁ δὲ ἀπὸ τῆς Ἀχαΐας ἔνθα συνῆν τῷ Νέρωνι, τὸν μὲν υἱὸν Τίτον ἐστειλεν ἐπ' Ἀλεξάνδρειαν. *Ille autem ex Achaia, ubi cum Nerone fuerat, Titum quidem filium ſuum mittit Alexandriam.* V. plura apud Guther. de Offic. dom. Aug. I. 17.

22. OBDORMISCENS ſimile periculum ſubiit in Urbe Veſpaſianus. Tacit. Ann. XVI. 5. 5. *Ferebant Veſpaſianum, tanquam ſomno conniveret, a Phœbo liberto increpitum, ægreque meliorum precibus objectum: mox imminentem perniciem majore fato effugiſſe.* Ἐπινυστάξαντα dicit Xiphil. infr. 14. 3. §. 6.

23. CONTUBERNIO I. comitatu. V. ſupr. Cæſ. 2. 2. §. 6. A Tiberii *contubernio* remotus quoque Seleucus grammaticus ſupr. 56. 3.

24. PUBLICA SALUTATIONE, qua ſolitus ſenatus mane *ſalutare* principem. De illa Dio LVII. p. 608. E. Τοὺς γοῦν βουλευτὰς ἀθρόους ἀσπάζεσθαι αὐτὸν ἐκέλευσεν, ὅπως μὴ ὠθίζωνται. *A ſenatu collecto ſe ſalutari juſſit, ne jactarentur in turba.* Marcilius.

25. VETUS ET CONSTANS OPINIO, de qua Tacit. Hiſt. V. 13. 3. *Pluribus perſuaſio inerat, antiquis ſacerdotum literis contineri, eo ipſo tempore fore, ut valeſceret oriens, profectique Judæa rerum potirentur.* Unde oraculum antiquum, in ſacris repertum libris vocant Joſeph. Ἁλωσ. VI. 31. Χρησμὸν ἀμφίβολον, ἐν τοῖς ἱεροῖς εὑρημένον γράμμασιν. Euſeb. Hiſt. Eccl. III. 8. Egeſ. Exſcid. Hieroſ. V. 44. Ἕτερον δέ τι τούτου παραδοξότερον ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ συγγραφεύς· χρησμόν τινα φάσκων ἐν ἱεροῖς γράμμασιν εὑρῆσθαι περιέχοντα, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν τις ἄρξει τῆς οἰκουμένης. *Aliud præterea, quod iſto multo plus habet admirationis idem auctor commemorat: oraculum quoddam in ſacris literis repertum fuiſſe, quod iſta verba complectebatur: nimirum eo tempore quendam ex illorum regione ortum fore, qui univerſi orbis obtineret imperium.*

26. JUDÆA PROFECTI. Videntur & Tacitus §. 25. & Suetonius, qui verbis iiſdem hoc oraculum referunt, ipſa verba expreſſiſſe, quibus id conceptum, in quibus apparent veſtigia veritatis, & ejus vaticinii, unde iſtud manavit. Scriptum enim Mich. 5. 1. Ἐκ σοῦ ἐξελεύσεται ὁ ἡγούμενος. *Caſaubonus.*

27. IMPERATORE ROMANO *Veſpaſiano*, de quo etiam Tacitus illud interpretatur. *Quæ ambages Veſpaſianum & Titum prædixerant.* Quam perperam vero, monent Euſebius & Egeſippus. Ὃν αὐτὸς μὲν ἐπὶ Οὐεσπασιανοῦ πεπληρῶσθαι ἐξείληφεν· ἀλλ' οὐχ ἁπάσης γε οὗτος, ἢ μόνης ἦρξε τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους. Δικαιότερον δ' ἂν ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀναχθείη, πρὸς ὃν εἴρητο ὑπὸ τοῦ πατρός· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. Οὗ δὴ κατ' αὐτὸ δὴ ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης

τὰ

hentes [29], rebellarunt: cæſoque [30] præpoſito [31], legatum inſuper Syriæ [32] conſularem ſuppetias ferentem, rapta [33] aquila fugaverunt [34]. Ad hunc motum comprimendum cum exercitu ampliore & non inſtrenuo duce, cui tamen tuto tanta res committeretur, opus eſſet, ipſe potiſſimum delectus [35] eſt; & ut induſtriæ expertæ,

τὰ ῥήματα αὐτῶν. *Quod quidem ille in Veſpaſiano expletum intellexit: verum* Veſpaſianus *non totius orbis, ſed Romani ſolius imperii gubernacula obtinuit. Rectius ergo ad Chriſtum poteſt accommodari, cui a patre dictum eſt: poſtula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Nam eodem ipſe tempore ſonus ſuorum ſanctorum Apoſtolorum in omnem terram exiverat, & in fines orbis terræ verba eorum.*

* 28. QUANTUM i. quemadmodum, ſicut. Flor. II. 18. 1. *Numantia quantum Carthaginis, Capua, Corinthi opibus inferior: ita virtutis nomine & honore par omnibus.*

29. AD SE TRAHENTES *more humanæ cupidinis*, ut Tacit. n. 4. *Sed vulgus, more humanæ cupidinis, ſibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne adverſis quidem ad vera mutabantur.*

30. CÆSUM non fuiſſe præpoſitum volunt viri eruditiſſimi, eo quod de ejus *cæde* apud Tacitum & Joſephum altum ſit ſilentium. Unde in varias de hoc loco eunt ſententias. Sunt enim qui in *Geſſiumque præpoſitum*, ſunt qui in *cæſoque præſidio noſtri cæſoque præpoſito* mutent. Sunt quibus non placet non neceſſariis emendationibus, ut amant loqui, aſſentiri, ſed hæc verba commoda potius interpretatione adjuvari arridet. *Cadere*, inquiunt, Latinis hiſtoricis non ſemper occiſionem denotat: verum detrimentum, & cladem exercitus, & quod Græci dicunt πληγὰς λαβεῖν τὸν στρατόν. Et illo ſenſu præpoſitum hunc a Judæis *cæſum* i. clade belli affectum, multis ſuorum amiſſis ferunt. Sed omnino *cæſum* i. occiſum illum exſerte in vita ſua p. 1000. A. dicit Joſephus. Ὁ δ᾽ ἐπελθὼν καὶ συμβαλὼν μάχῃ ἐνικήθη, πολλῶν τῶν μετ᾽ αὐτοῦ πεσόντων, καὶ γίνεται τὸ Γεσσίου πταῖσμα συμφορὰ τοῦ παντὸς ἡμῶν ἔθνους. *At ille,* Geſſius, *reverſus, & in prælio cum multis occiſus, ſua clade extremam toti noſtræ genti calamitatem attulit.* Joſephi locum nobis indicavit *Ryckius in Tacit. Hiſt.* v. 10. 1.

31. PRÆPOSITUS fuit appellatus Judææ præſes, ex eo, quod Judæa non eſſet integra provincia, quia barbari reges non minimam ipſius partem ſub tributo retinuerant. Tacit. Ann. XII. 23. 2. *Ituræique, & Judæi, defunctis regibus Sohemo, atque Agrippa, provinciæ Syriæ additi.* 54. 3. *Atque interim Felix intempeſtivis remediis delicta accendebat, æmulo ac deterrimo Ventidio Cumano, cui pars provinciæ habebatur.* Laz. Comm. R. R. 11. 8. Fuit vero illo tempore Judææ *præpoſitus* Geſſius Florus. Tacit. Hiſt. v. 10. 1. *Duravit tamen patientia Judæis, uſque ad Geſſium Florum procuratorem. Sub eo bellum ortum.* Joſeph. Ant. XX. 9. Γέσσιος δὲ Φλῶρος ὁ πεμφθεὶς Ἀλβίνου διάδοχος ὑπὸ Νέρωνος πολλῶν ἐνέπλησε κακῶν Ἰουδαίους.... Καὶ τί δεῖ πλείω λέγειν? Τὸν γὰρ πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ὁ καταναγκάσας ἡμᾶς ἄρασθαι, Φλῶρος ἦν, κρεῖττον ἡγούμενος ἀθρόως, ἢ κατ᾽ ὀλίγον ἀπολέσθαι. Καὶ δὴ τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ὁ πόλεμος δευτέρῳ μὲν ἔτει τῆς ἐπιτροπῆς Φλώρου, δωδεκάτῳ δὲ τῆς Νέρωνος ἀρχῆς. *Geſſius autem Florus Albino ſucceſſor a Nerone miſſus plurimis Judæos replevit calamitatibus.... Et quid multis verbis opus eſt? Bellum contra Romanos ſuſcipere ſolus Florus nos compulit, malens ſemel univerſos quam pallatim perdere. Itaque ſecundo anno poſtquam is venit procurator in provinciam, duodecimo vero Neronis imperii, bellum id cœptum eſt.*

32. LEGATUS SYRIÆ, quem *Ceſontium Gallum* perperam dicit Egeſip. Exſcid. Hieroſ. III. 5. fuit *Ceſtius Gallus*. Joſeph. vit. p. 1025. D. Καὶ παρὰ Κεστίου Γάλλου τοῦ τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων ἡγεμονεύσαντος φρουρὰν ἑκόντες ἐνεδέξαντο. *Præſidium ſponte receperunt a Ceſtio Gallo, res in Syria tum gerente.* Tacit. infr. §. 34.

33. RAPI aquilam ab hoſtibus turpiſſimum erat. Tacit. Hiſt. II. 43. 2. *Primani, ſtratis una & viceſimanorum principiis, aquilam abſtulere: quo dolore accenſa legio, & impulit rurſus primanos, interfecto Orphidio Benigno legato: & plurima ſigna, vexillaque ex hoſtibus rapuit.* Ann. I. 60. 4. *Interque cædem & prædam reperit undevicesimæ legionis aquilam cum Varo amiſſam.*

34. FUGAVERUNT. Tacit. Hiſt. V. 10. 1. *Et comprimere cœptantem Ceſtium Gallum Syriæ legatum, varia prælia, ac ſæpe adverſa excepere.* Illa vero pluribus exſequitur Joſeph. de Bell. Jud. II. 24.

34. DELECTUS a Nerone, & quare fuerit Veſpaſianus, curatius tradunt Joſeph. de Bell. Jud. III. 1. & Egeſipp. Exſcid. Hieroſol. III. 1. Ἐπισκοπῶν δὲ τὴν κινουμένην τὴν ἀνατολὴν, ὃς τιμωρήσεται μὲν τοὺς Ἰουδαίους ἐπαναστάντας, προκαταλήψεται δὲ αὐτοῖς ἤδη καὶ τὰ πέριξ ἔθνη συννοσοῦντα, μόνον εὑρίσκει Οὐεσπασιανὸν ταῖς χρείαις ἀναλογοῦντα, καὶ τηλικούτου πολέμου μέγεθος ἀναδέξασθαι δυνάμενον, ἄνδρα ταῖς ἀπὸ νεότητος στρατείαις ἐγγεγηρακότα, καὶ προειρηνεύσαντα μὲν πάλαι Ῥωμαίοις τὴν ἑσπέραν, ὑπὸ Γερμανῶν ταρασσομένην, προσκτησάμενον δὲ τοῖς ὅπλοις Βρεττανίαν τέως λανθάνουσαν, ὅθεν αὐτοῦ καὶ τῷ πατρὶ Κλαυδίῳ παρέσχε χωρὶς ἱδρῶτος ἰδίου θρίαμβον καταγαγεῖν. Ταῦτά γε δὴ προκληδονιζόμενος, καὶ τὸ ἑδραῖον μετ᾽ ἐμπειρίας τὴν ἡλικίαν ὁρῶν, μέγα δὲ πίστεως αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς ὅμηρον, καὶ τὰς τούτων ἀκμὰς χεῖρα τῆς πατρῴας συνέσεως, τάχα τι καὶ περὶ τῶν ὅλων ἤδη τοῦ Θεοῦ προοικονομουμένου, πέμπει τὸν ἄνδρα διαληψόμενον τὴν ἡγεμονίαν τῶν ἐπὶ Συρίας στρατευμάτων, πολλὰ πρὸς τὸ ἐπεῖγον οἷα κολακεύουσιν αἱ ἀνάγκαι μειλιξάμενός τε, καὶ προθεραπεύσας. *Cum deliberaret, quinam commotum crederet orientem, qui una & Judæos rebellantes ulciſceretur, proximaſque his nationes ſimili morbo*

tæ [36], nec metuendus ullo modo ob humilitatem [37] generis [38] ac nominis [39]. Addi-tis igitur ad copias [40] duabus legionibus, octo alis, cohortibus [41] decem, atque inter legatos majore [42] filio aſſumpto, ut primum provinciam [43] attigit, proximas [44] quoque convertit in ſe: correcta ſtatim caſtrorum diſciplina: uno quoque & altero prælio tam conſtanter inito, ut in oppugnatione caſtelli [45] lapidis ictum genu, ſcuto ſagittas aliquot exceperit.

correptas antecaveret, invenit ſolum Veſpaſianum his neceſſitatibus parem, & qui tanti belli magnitudinem ſuſcipere poſſet, virum ab adoleſcentia uſque ad ſenectutem bellis exercitatum, & qui populo Romano jam pridem pacaſſet occidentem, Germanorum tumultu concuſſum: armiſque ante illud tempus incognitam Britanniam vindicaſſet: unde patri quoque ipſius Claudio præſtiterat, ut ſine proprio ſudore triumpharet. Itaque his omnibus fretus, ætatemque illius cum peritia ſtabilem cernens, obſideſque fidei liberos, eorumque florem manus eſſe paternæ prudentiæ, jam tum fortaſſe de tota Republica Deo aliquid ordinante, mittit eum ad regendos exercitus in Syria conſtitutos, multis pro tempore blandimentis, atque obſequiis animatum, qualia neceſſitas imperare conſuevit.

36. EXPERTÆ i. ſpectatæ, probatæ. Tacit. Ann. III. 74. 5. *Præponit centuriones virtutis expertæ.* Juſtin. XLI. 4. 6. *Erat eo tempore Arſaces, vir, ſicut incertæ originis, ita virtutis expertæ.* V. tamen de hoc loco decertantes *Caſaubonum*, *Terrentium*, & *Marcilium.*

37. HUMILITATEM i. ignobilitatem. V. quæ dixi ad Curt. VII. 4. 6. §. 13.

38. GENERIS i. gentis. Feſtus. *Gentilis dicitur ex eodem genere ortus.* Hinc illud Papinin. Digeſt. XXII. 3. 1. *Quoties quæreretur, genus, vel gentem quis haberet, nec ne: eum probare oportet. Gens vero* Flavia *humilis*, & *obſcura* ſupr. 1. 1. Marcilius.

39. NOMEN *Veſpaſianorum* fuit *humile*, & plebejum, n. a Veſpaſiis. Veſpaſii autem a veſpis. *Marcilius.*

40. AD COPIAS *Ceſtii Galli* Syriæ præſidis ſupr. §. 32. & 34. Miſſus enim fuit *ad regendos exercitus in Syria conſtitutos* Joſepho teſte ſupr. §. 35.

41. LEGIONES, ALAS, COHORTES junctim numeraſſe veteres, monui ſupr. Galb. 10. 2. §. 9. In Veſpaſiani exercitu, quæ, & quot fuerint, enumerat Joſeph. de Bell. Judaic. III. 3. Κἀκεῖ καταλαβὼν τὸν πατέρα δυσὶ τοῖς ἅμα αὐτῷ τάγμασιν, ἦν δὲ τὰ ἐπισημότατα τό τε πέμπτον καὶ τὸ δέκατον, ζεύγνυσι τὸ ἀχθὲν ὑπ' αὐτοῦ πεντεκαιδέκατον. Τούτοις εἵποντο ὀκτωκαίδεκα σπεῖραι: προσεγίνοντο δὲ καὶ ἀπὸ Καισαρείας πέντε, καὶ ἱππέων ἴλη μία, πέντε δὲ ἕτεραι τῶν ἀπὸ Συρίας ἱππέων. Τῶν δὲ σπειρῶν αἱ δέκα μὲν εἶχον ἀνὰ χιλίους πεζούς: αἱ λοιπαὶ δὲ τρισκαίδεκα ἀνὰ ἑξακοσίους μὲν πεζοὺς, ἱππεῖς δὲ ἑκατὸν εἴκοσι. Συχνὸν δὲ καὶ παρὰ τῶν βασιλέων συνήχθη συμμαχικόν. Ἀντιόχου μὲν, καὶ Ἀγρίππα, καὶ Σοαίμου παρασχομένων ἀνὰ δισχιλίους πεζοὺς τοξότας, καὶ χιλίους ἱππεῖς: τοῦ δὲ Ἄραβος Μάλχου χιλίους πέμψαντος ἱππεῖς ἐπὶ πεζοῖς πεντακισχιλίοις, ὧν τὸ πλέον ἦσαν τοξόται, ὡς τὴν πᾶσαν δύναμιν συνεξαριθμουμένων τῶν βασιλικῶν ἱππέας τε καὶ πεζοὺς εἰς ἓξ ἀθροίζεσθαι μυριάδας. *Cumque ibi,* Ptolemaide, *patrem ſuum reperiſſet* Titus, *duabus, quas ſecum habebat, legionibus, erant autem nobiliſſimæ quinta & decima, junxit etiam, quam ille adduxit, quintam decimam. Eas autem ſequebantur decem & octo cohortes: quibus acceſſere ex Cæſarea quinque cum una ala equitum, & alæ quinque Syrorum equitum. Decem autem cohortium ſingulæ mille pedites habebant: in cæteris vero tredecim ſexceni pedites, & centeni viceni equites erant. Satis autem auxiliorum etiam a regibus congregatum eſt. Antiochus enim, & Agrippa, & Sohemus bina millia peditum ſagittariorum, & equites mille præbuerunt, cum Malchus Arabs præter quinque millia peditum equites mille miſiſſet, quorum pars major erant ſagittarii: ut tota manus computata cum regiis ſexaginta millia circiter peditum equitumque colligeret.* V. quoque Tacit. Hiſt. II. 81.

42. MAJORE FILIO *Tito.*

43. PROVINCIAM *Judæam.*

44. PROXIMAS *Ægyptum* infr. 6. 7. & *Syriam* infr. 6. 10.

45. CASTELLI i. *urbis Jotapata*, ut narrant Joſeph. Bell. Judaic. III. 9. al. 16. & Egeſipp. Exſcid. Hieroſol. III. 12. Ἔνθα τις τῶν ἀμυνομένων ἐπ' αὐτοῦ βάλλει τὸν Οὐεσπασιανὸν βέλει κατὰ τὸν ταρσὸν τοῦ ποδὸς, καὶ τιτρώσκει μὲν ἐπιπολαίως, προεκλύσαντος τὸ βέλος τοῦ διαστήματος. *Ibique propugnatorum quidam Veſpaſiani plantam ſagitta percuſſam leviter vulnerat, quia vis teli ſpatio defeciſſet.* In illius urbis obſidione de exſcidio Hieroſolymitano Petrus Apollonius Collatius II.

—— media inter talia ſtridens
Incertum qua jacta manu delapſa ſagitta eſt
Sub Petroniadæ coxam, qua poplite juncta eſt.

Caſaubonus.

CAPUT V.

ARG. *In ſpem imperii per oſtenta, ſomnia, oracula, ſibi conceptam venit Titus Flavius Veſpaſianus.*

Poſt

Poſt Neronem Galbamque Othone atque Vitellio de principatu certantibus, in 1
ſpem imperii venit [1], jam pridem ſibi per hæc oſtenta [2] conceptam. In ſuburbano 2
Flaviorum quercus antiqua erat, Marti ſacra [3], quæ per tres Veſpaſiæ partus [4],
ſingulos repente ramos a frutice dedit [5], haud dubia ſigna futuri cujuſque fati [6]. Pri-
mum exilem [7], & cito areſactum: ideoque puella nata non perannavit [8]. Secundum
prævalidum ac prolixum, & qui magnam felicitatem portenderet [9]. Tertium vero
inſtar arboris [10]. Quare patrem Sabinum ferunt aruſpicio inſuper confirmatum [11], 3
renuntiaſſe matri [12], *nepotem ei* [13] *Cæſarem genitum:* nec illam quidquam aliud quam
cachinnaſſe, mirantem, *quod adhuc ſe mentis compote* [14] *deliraret jam filius ſuus* [15]. Mox 4
cum ædilem [16] eum C. Cæſar, ſuccenſens, curam verrendis viis non adhibi-
tam,

IN SPEM IMPERII VENIT, vel certe, ut audivit diſſenſionem eſſe inter Othonem, & Vitellium, deliberare cœpit, quid ſe facere oporteret. Xiphil. LXV. p. 736. C. Καὶ ὁ Οὐεσπασιανὸς Ἰουδαίοις πολεμῶν, πυθόμενος τήν τε τοῦ Βιτελλίου καὶ τὴν τοῦ Ὄθωνος ἐπανάστασιν, ἐβουλεύετο ὅ τι χρὴ πρᾶξαι.

2. OSTENTUM quid V. ſup. Jul. 32. 1. §. 1.

3. SACRARE diis arbores grandes & antiquas ſolebant veteres. Ovid. Metam. VIII. 743.

Stabat in his ingens annoſo robore quercus;
Una nemus: vitta mediam, memoreſque tabellæ,
Sertaque cingebant voti argumenta potentis.

Arnob. 1. p. 22. *Picturatas veternoſis in arboribus tanias ſi quando conſpexeram, tanquam ineſſet vis præſens, adulabar....* Marcilius.

4. PER TRES PARTUS; peperit enim Veſpaſia Sabinum, & Veſpaſianum ſupr. 1. 6. & puellam, ut mox dicet auctor.

5. A FRUTICE DEDIT *ſingulos ramos* i. prout Veſpaſia pariebat, ita quercus ramum producebat. *Beroaldus.* Dicit vero *fruticem*, non ſtipitem, aut truncum. Sic *arborem fruticari* dicit Cicer. ad Attic. XV. 4. *Exciſa enim eſt arbor, non evulſa: itaque, quam fruticetur, vides. Fruticeſum arboribus mare.* Plin. VI. 22. *Mare id colore perviridi, præterea fruticoſum arboribus. Arboris fruticationem* Plin. XVII. 1. *Ita enim appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis. Frutex* nempe arbor gignens ramos: ſtipes truncus ſine ramis. *Marcilius.* * Varia qui amat, evolvat *Lipſ. Epiſt. ad Belg. Cent.* II. 53. *& Dorleans in Tacit. Annal.* I. *p.* III. *not.* 7.

6. FUTURI CUJUSQUE FATI *ſigna* arborum ramos dare putabant, & poſterorum fata ex ramis præſagire ſolebant veteres. Ita Livia ſupr. Galb. 1. 2. Sic nato etiam puero virgam ſolo depangebant. Ælius Donatus in vita Virgilii. *Siquidem virga populea more regionis in puerperiis eodem ſtatim loco depacta ita brevi coaluit, ut multo ante ſatas populos adæquarit: quæ arbor Virgilii ex eo dicta, atque conſecrata eſt.* Marcilius, & Turneb. Adv. XXVII. 26.

7. EXILE quid V. ſupr. Galb. 3. 3. §. 9.

8. PERANNAVIT i. *annum* vixit, ſed *anno* nondum vertente mortua eſt. Gell. N. A. XVII. 2. *Inuſitate dixit diurnare, pro diu vivere: ſed ex ea figuratione eſt, qua dicimus perannare.* Macrob. Sat. 1. 12. *Eodem quoque menſe Martio, & publice, & privatim, ad Annam Perannam ſacrificatum itur, ut annare, perannareque commode liceat* i. per *annum* integrum incolumem vivere. De hoc verbo contendunt *Beroaldus, Caſaubonus,* & *Marcilius.*

9. FELICITATEM PORTENDERET, Sabinum n. Veſpaſiani fratrem domi militiæque clarum futurum. Proceſſit enim ad præfecturam Urbis ſupr. 1. 6. *Beroaldus.*

10. INSTAR ARBORIS i. ad *arboream* amplitudinem. Et hoc portendebat Veſpaſiano imperatorium faſtigium. *Beroaldus.*

11. ARUSPICIO INSUPER CONFIRMATUM in illa opinione, ut crederet filium id temporis natum futurum principem, per extorum n. inſpectionem. Videtur enim oſtenta, quæ ex quercu domeſtica obſervaverat, ad aruſpices detuliſſe Sabinus Veſpaſiani pater. *Beroaldus.*

12. MATRI *Tertullæ.*

13. EI *matri*, Veſpaſiani aviæ. Nepos avo, & aviæ naſcitur, & avo maxime. In hujus enim poteſtate nepos niſi ſuſceptus patri emancipato. Ergo etiam patre mortuo in avi poteſtate, nepos patris ſui locum obtinet in bonis avi, jure, quod repræſentationis vulgo nuncupant, de quo illud Herennii Philonis in legatione ad Cajum p. 996. C. Κατὰ τοὺς τῶν Ῥωμαίων νόμους υἱωνοὶ πατέρων ἀποθανόντων ἐν υἱῶν τάξει παρὰ πάπποις καθαριθμοῦνται. *Ritu Romano nepotes, patribus mortuis, in filiorum numero ab avis numerantur.* Aviæ autem paternæ naſcitur nepos, in ejus enim cuſtodia futurus præmortuis patre & matre, ut ſupr. 2. 1. Plane igitur vates Sabinus hic pater Veſpaſiani, q. d. cuſtodem eam, ſive educatricem fore Cæſaris, Tertulla ſuperſtite, ipſo, & matre mortuis. *Marcilius.*

14. SE MENTIS COMPOTE i. vetula, ſenio confecta, non tamen delirante. *Senilis* vero *ſtultitia, quæ deliratio appellari ſolet, ſenum levium eſt,* ut ait Cicer. de Senect. c. 11.

15. FILIUS SUUS nondum ſenex, credens ſibi genitum eſſe, qui Romæ imperaret.

16. ÆDILIS fuit Veſpaſianus M. Aquilio Juliano, & P. Nonio Aſprenate conſulibus, ſive anno ab U. C. 790. & ſimul curator viarum. Dio LIX p. 649.

tam [17], luto juſſiſſet oppleri, congeſto per milites in prætextæ [18] ſinum: non defuerunt, qui interpretarentur [19], quandoque proculcatam deſertamque Rempublicam
5 civili aliqua perturbatione in tutelam ejus, ac velut in gremium [20] deventuram. Prandente eo quondam, canis extrarius [21] e trivio [22] manum humanam [23] intulit, men-
6 ſæque ſubjecit [24]. Cœnante rurſus, bos arator [25] decuſſo jugo triclinium irrupit: ac fugatis

649. A. Zonar. Ann. II. p. 178. Καὶ μετὰ τοῦτο πηλὸν πολὺν ἐν στενωπῷ τινὶ ἰδὼν, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐς τὸ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ τοῦ Φλαβίου ἱμάτιον, ἀγορανομοῦντός τι τότε καὶ τῆς τῶν στενωπῶν καθαρότητος ἐπιμελουμένου ἐμβληθῆναι. *Quum poſtea multum cœni forte quodam in vico vidiſſet, juſſit id in veſtem Flavii Veſpaſiani, qui tunc ædilis erat, & cui purgandorum vicorum cura incumbebat.* De viarum curatoribus ſupr. Aug. 37. 1. §. 3.

17. VIIS NON adhibitam *curam*, & rem publicam negligi, ut Cedren. p. 162. Ὅς προϊὼν ποτὶ τὴν ἀγορὰν, καὶ ἰδὼν πηλὸν ἐν τῇ ὁδῷ, ἤγαγε Φλάβιον Οὐεσπασιανὸν, ἀγορανόμον τότε ὄντα, καὶ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντα, καὶ ὡς ἀμελοῦντα τῶν κοινῶν, τὸν πηλὸν εἰς τὴν ἐσθῆτα ἐμβληθῆναι ἐκέλευσεν. *Is*, Caligula, *in forum progreſſus, cum cœnum conſpexiſſet in via, eo accivit Flavium Veſpaſianum, tunc ædilem, & poſtea imperatorem: inque ejus, ut rem publicam negligentis, veſtem cœnum conjici juſſit.* * *Viæ* enim ut verrerentur curare debebant ædiles. Papinian. Digeſt. XLIII. 8. 10. *Ædiles curules ſtudeant, effluxiones non noceant domibus.*

18. PRÆTEXTÆ togæ, quia magiſtratus.

19. INTERPRETATI quando hoc fuerint, monent Dio & Zonaras. Καὶ τοῦτο οὕτω πραχθὲν, παραχρῆμα μὲν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ὤφθη: ὕστερον δὲ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ τὰ πράγματα τεταραγμένα καὶ πεφυρμένα παραλαβόντος τε καὶ καταστησαμένου, ἔδοξεν οὐκ ἀθεεὶ γεγονέναι, ἀλλ' ἀντικρὺς αὐτῷ τὴν πόλιν ὁ Γάϊος πρὸς ἐπανόρθωσιν ἐγκεχειρικέναι. *Id ſic actum, ad præſens obſervatum a nemine eſt: ſed poſt, quum Veſpaſianus res perturbatas ſuſcepiſſet, ac conſtituiſſet, viſum fuit haud ſine deorum voluntate actum fuiſſe, ſed Cajum ei propalam Urbem corrigendam dediſſe.*

20. GREMIUM nunc, quem paullo ante *ſinum* dixit. Sed differunt. Proprie *ſinus* ad pectus; *gremium* infra pectus. Hinc illud Albinov. ad Liviam n. 115.

——— *iterumque gravant gremiumque ſinuſque.*

Et illud Virgil. Æn. VIII. 712.

Pandentemque ſinus, & tota veſte vocantem
Cæruleum in gremium.

Fabius Inſtit. XI. 3. *Sinus*, inquit, *ſupra imam togam*, q. d. *ſinus* in toga reſpondet parti, quæ infra. De *gremio* eſt proverbium vetus: *nec mulieri, nec gremio credendum, quod plerumque in gremio poſita, cum in oblivionem venerunt exſurgentium, procidunt.* Feſtus. *Sinui* autem non male creditur. Cicer. ad Fratr. II. 12. *Jampridem iſtum canto Cæſarem: mihi crede, in ſinu eſt: neque ego diſcingor.* Marcilius.

21. EXTRARIUS, qui erat extra focum Veſpaſiani, non domeſticus. Addit hoc noſter ominis exprimendi cauſa, ut Terent. Phorm. IV. 4. 25.

Introiit in ædes ater alienus canis.

Male nomen *extrarii* præteritum a Xiphil. LXVI. *p.* 744. *E. Extrarius eſt, qui extra focum, ſacramentum, juſque ſit:* ut *extraneus ex altera terra, quaſi exterraneus.* Feſtus. Exempla ſuppeditant *Beroaldus*, & *Donatus*.

22. E TRIVIO ſignanter dicit noſter. Hujuſmodi enim *ex triviis* omina. Petron. c. 94. *Quod purgamentum in nocte calcaſti in trivio?* Sic *omina e triviis* Tibull. I. 3. 11.

Retulit e triviis omina certa puer.

Emiſſus n. *in trivium* ominis captandi gratia. Captabat emiſſus puer primam *in trivio* auditam vocem, & renuntiabat ut omen, aut rem notabat in *trivio*, quæ rei ſuſcipiendæ omen eſſet. *Marcilius.* Τρίοδος, *trivium*, locus in urbe dicitur, in quem veteres conjiciebant omnia inquinamenta: ipſaque adeo domorum, & urbium quæ vocabant purgamenta. In *triviis* etiam canes concipi ſolent. Phæd. I. 28. 11.

Trivio conceptus, & educatus ſtercore.

V. *Buleng. de Mag.* II. 45. *Caſaub. in Athen.* VI. 16.

23. MANU HUMANA denuntiabatur fore, ut Veſpaſiani *manu* omnia regerentur. *Manus* nempe dextra imperii ſignum, cujus & inſtrumentum eſt. Unde elegans illud Crinagoræ εἰς Ῥώμην Anthol. I. 5. 6.

Οὐδ' ἢν ὠκεανὸς πᾶσαν πλημμύραν ἐγείρῃ,
Οὐδ' ἢν Γερμανίη Ῥῆνον ἅπαντα πίῃ,
Ῥώμης οὐδ' ὅσσον βλάψει σθένος, ἄχρι κε μίμνῃ
Δεξιὰ σημαίνειν Καίσαρι θαρσαλέη.

Non ſi oceanus ſe, quantum poteſt, inflet:
Non ſi Germania Rhenum omnem bibat,
Roma ne tantillum quidem nocebis robori, donec ſufficiet
Dextera noſtro Cæſari ad imperium.

Marcilius. Hanc vero in trivio invenerat canis, quia in illo inhumata etiam interdum jacebant corpora. Auſon. Epigr. II. I.

Abjecta in triviis inhumati glabra jacebat
Teſta hominis, nudum jam cute calvitium.

Quod obſervaverunt quoque *Sched. de diis Germ.* II. 49. & *Barth. in Claudian. Rufin.* II. 446.

24. MENSÆ SUBJECIT, ὑπὸ τὴν τράπεζαν ὑπέβαλε *Xiphil.* LXVI. *p.* 744.

25. BOVEM ARATOREM dici, monui ad Curt. VII. 8. 17. §. 40. * Dicitur non tantum Latinis, ſed etiam Græcis. Ita βοῦν ἀρότην Ælian. Var. Hiſt. V. 14.

fugatis miniſtris, quaſi repente defeſſus, procidit ad ipſos accumbentis pedes, cervi-
cemque ſummiſit [26]. Arbor quoque cupreſſus [27] in agro avito ſine ulla vi tempeſta- 7
tis [28] radicitus evulſa atque proſtrata, inſequenti die viridior ac firmior [29] reſurrexit [30].
At in Achaia ſomniavit, initium ſibi ſuiſque felicitatis [31] futurum, ſimulac dens Ne- 8
roni exemptus eſſet: evenitque ut ſequenti die progreſſus in atrium [32], medicus [33]
dentem ei oſtenderet, tantum quod [34] exemptum. Apud Judæam [35] Carmeli dei [36] 9
oraculum conſulentem [37] ita confirmavere ſortes [38]: ut quidquid cogitaret [39], volve-
retque

24. Ἀπέχεσθαι ἀροτῆρος βοὸς Diog. Laert. Pythag. Segm. 20. Ζεῦγος βοῶν ἀροτήρων Long. Paſtor. I. p. 13. Dicitur a parte muneris ſui utiliſſima. Eſt enim *animal ſocium laboris, & agriculturæ*. Plin. VIII. 45. Ad hunc modum & alia animalia apud Poetas denominantur. Exempla cum cura collegit *Broukh. in Tibull.* I. II. 46.

26. CERVICEM SUMMISIT *pedibus*. Xiphil. LXVI. p. 744. Βοῦς γὰρ ἐν τῷ ἀγρῷ, ἐν ᾧ τὴν δίαιταν ὡς πλεῖστα ἐποιεῖτο, δειπνοῦντι προσελθὼν ὤκλασε, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπὸ τοὺς πόδας ὑπέθηκε. *Bos in agro, in quo ipſe magnam vitæ partem degebat, cœnanti adſtitit flexis genibus, ac cervice pedibus ſubjecta.* Portendebat vero hic bos ſe *ſummittens* Veſpaſiano, terrarum orbem ſe Veſpaſiano *ſummiſſurum*.

27. ARBOR CUPRESSUS, περιφανής, ut Xiphil. infr. §. 28. & *conſpicua altitudine*, ut Tacit. infr. §. 30. dicitur.

28. SINE ULLA VI TEMPESTATIS, & non valida ventorum vi, ut contra omen ipſum, & fidem hiſtoriæ, Xiphilinus. Κυπάρισσός τε περιφανὴς πρόῤῥιζος ὑπὸ σφοδροῦ πνεύματος ἀνατραπεῖσα, ἔπειτα τῇ ὑστεραίᾳ ὑφ' ἑαυτῆς ἀνέστη, καὶ ἀκμάζουσα διετέλεσε. *Cupreſſus etiam eximia, magna vi ventorum everſa radicitus, poſtero die per ſeſe ſtetit, ac vigere perſeveravit.* Ad ominis enim magnitudinem hoc plurimum facit. Notat hoc Plin. XVI. 32. *Eſt in exemplis, & ſine tempeſtate, ullave cauſa alia quam prodigii cecidiſſe multas* arbores, *ac ſua ſponte reſurrexiſſe. Factum hoc populo Romano Quiritibus oſtentum Cimbricis bellis Nuceria in luco Junonis, ulmo poſtquam etiam cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipſam procumbebat, reſtituta ſponte, ita ut protinus floreret. A quo deinde tempore majeſtas populi Romani reſurrexit, quæ ante vaſtata cladibus fuerat. Memoratur hoc idem factum in Philippis, ſalice procidua, atque detruncata. Et Stagiris in Muſæo populo alba.* Omnia fauſti ominis.

29. POSTERO DIE VIRIDIOR ET FIRMIOR quod reſurrexit hæc cupreſſus, etiam ad ominis magnitudinem facit, quia *difficillime naſcentium eſt*, & *naſu moroſa*. Plin. XVI. 33.

30. RESURGENS *evulſa radicitus* quid portenderit, memoriæ prodidit Tacit. Hiſt. II. 78. 2. *Recurſabant animo vetera omina. Cupreſſus arbor in agris ejus, conſpicua altitudine, repente prociderat, ac poſtera die reſurgens, procera, & latior virebat. Grande id, proſperumque, conſenſu aruſpicum: & ſumma claritudo juveni admodum Veſpaſiano promiſſa.*

31. FELICITAS illa imperium. Hæc nempe ſumma in rebus humanis *felicitas*, & fortuna principum aurea, de qua ſupr. Galb. 4. 8. §. 24. Quam *felicitatem* noſter, αὐταρχίαν dicit Xiphilinus. Καὶ παρ' ὀνείρατος ἔμαθεν, ὅτι ὅταν ὁ Καῖσαρ Νέρων ὀδόντα ἀποβάλῃ, αὐταρχήσει· καὶ τοῦτό γε τὸ κατὰ τὸν ὀδόντα τῇ ὑστεραίᾳ ἡμέρᾳ συνηνέχθη. *Et in ſomnio accepit, ſe principem Romanum fore, quum Cæſar Nero dentem perdidiſſet: idque poſtridie, quam ſomniavit, accidit.* Marcilius.

32. IN ATRIUM, ubi caſtra ſalutatorum. Senec. Epiſt. 76. *Si quis omnia alia habeat, valetudinem, divitias, imagines multas, frequens atrium*, i. ſalutatoribus plenum, *ſed malus ex confeſſo ſit: improbabis illum.* 19. *Errat autem, qui amicum in atrio quærit, in convivio probat.* de Benef. VI. 34. *In pectore amicus, non in atrio quæritur.*

33. MEDICUS, chirurgus. Hieron. Omaſo. *Medici, quos vocant chirurgos, crudeles putantur, & miſeri ſunt.* Curt. IV. 6. 17. *Quam, ſagittam, per loricam adactam ſtantem in humero medicus ejus Philippus evellit.* *Medicus chirurgus* vocatur in inſcriptione, quam exhibet Pignor. de ſerv. p. 71.

CHRESTAE. CONSERVAE. ET. CONIVGI.
CELADVS. ANTINOVS. DRVSI.
MEDICVS. CHIRVRGVS.

34. TANTUM QUOD i. paullo ante, vixdum. V. ſupr. Aug. 63. 2. §. 3.

35. APUD JUDÆAM potius quam *in Judæa*, quia, ut inquit Tacit. Hiſtor. II. 78. 4. *Eſt Judæam inter, Syriamque Carmelus. Apud Judæam* tamen quoque pro *in Judæa* accipi poteſt, ut *apud forum* pro *in foro* dicit Terent. Andr. I. 5. 19: II. 1. 2. Adelph. III. 3. 50: 5. 2. *apud villam* pro *in villa* idem Adelph. IV. 1. 1. V. & *Marcilium*.

36. CARMELUM DEUM, *& montem vocant: nec ſimulacrum Deo, aut templum: ſic tradidere majores: aram tantum, & reverentiam.* Tacitus. Scylax Caryandenſis. Κάρμηλος ὄρος, ἱερὸν Διός. Significat montem & deum eſſe, & dei ſedem ac fanum: Conſtabat *Carmelus Deus* genio loci, & vaſto montis corpore. Commentum vero hoc inde ortum, quod Elias Thisbites in illo habitaverit, ſcholamque habuerit 1 Reg. 18. 19. & poſt ejus fata Eliſchæus 2 Reg. 2. 25: 4. 25.

37. ORACULUM CONSULENTEM, & *ſacrificantem*. Tacit. n. 5.

38. SORTES i. oracula, deorum reſponſa. Docui hoc ad Curt. III. 1. 16. §. 80.

39. UT QUIDQUID COGITARET..... Tacitus. *Veſpaſiano, cum ſpes occultas verſaret animo, Baſilides ſacerdos,*

10 retque animo, quantumlibet magnum, id eſſe proventurum, pollicerentur. Et
unus ex nobilibus [40] captivis Joſephus, cum conjiceretur in vincula [41], conſtantiſſi-
me aſſeveravit [42] fore, ut ab eodem brevi [43] ſolveretur, verum jam imperatore [44].
11 Nuntiabantur & ex Urbe præſagia, Neronem diebus ultimis monitum per quietem,
ut thenſam [45] Jovis Opt. Max. e ſacrario in domum Veſpaſiani, & inde in circum
12 deduceret [46]. Ac non multo poſt, comitia ſecundi conſulatus ineunte [47] Galba, ſta-
tua [48] divi Julii ad orientem [49] ſponte converſa: acieque Bedriacenſi, prius quam
committeretur, duas aquilas [50] in conſpectu omnium conflixiſſe; victaque altera [51],
ſuper-

ſacerdos, inſpectis identidem extis, quidquid eſt, inquis, Veſpaſiane, quod paras, ſeu domum extruere, ſeu prolatare agros, ſive ampliare ſervitia, datur tibi magna ſedes, ingentes termini, multum hominum.

* 40. Ex nobilibus. Recte. Ita enim de illo Euſeb. Hiſt. Eccleſ. III. 9. Μάλιστα δὲ τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἰουδαίων οὐ παρὰ μόνοις τοῖς ὁμοεθνέσιν, ἀλλὰ καὶ παρὰ Ῥωμαίοις γέγονεν ἀνὴρ ἐπιδοξότατος. *Hic vir omnium tunc temporis Judæorum præſtantiſſimus fuit, non modo popularium ſuorum, ſed etiam Romanorum judicio.*

* 41. Conjiceretur in vincula, ad Neronem mittendus. Joſeph. de Bell. Jud. III. 14. Ὁ μέν τοι Οὐεσπασιανὸς φρουρεῖν αὐτὸν μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας προσέταττεν, ὡς ἀναπέμψων αὐτίκα Νέρωνι. *Veſpaſianus tamen, quaſi miſſurus eum Neroni, ut cautiſſime cuſtodiretur, præcepit.*

* 42. Asseveravit ex oraculo quodam, quod in ſacris libris repertum fuerit, quo prædicebatur, illis circiter temporibus quendam ex ipſorum finibus profectum orbis terrarum imperio potiturum. Euſeb. Hiſt. Eccl. III. 8. & Zonar. Annal. II. p. 193. Χρησμὸν τινα φάσκων ἐν ἱεροῖς γράμμασιν εὑρῆσθαι περιέχοντα, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν τις ἄρξει τῆς οἰκουμένης: ὃν αὐτὸς μὲν ἐπὶ Οὐεσπασιανὸν πεπληρῶσθαι ἐξείληφεν: *quod ille quidem ſcriptor in Veſpaſiano expletum eſſe exiſtimavit.*

43. Brevi, *poſt annum.* Xiphil. LXVI. p. 745. A Ἰώσηπος δὲ ἀνὴρ Ἰουδαῖος, ἀχθεὶς τε ὑπ' αὐτοῦ πρότερον, καὶ δεθεὶς, ἐγέλασε καὶ ἔφη: νῦν μέν με δήσεις, μετ' ἐνιαυτὸν δὲ λύσεις αὐτοκράτωρ γενόμενος. *At Joſephus natione Judæus, ante ab eo captus, conſtrictuſque vinculis, ridens ait: nunc quidem me vincies, poſt annum autem ſolves, quum fueris imperator factus.*

44. Imperatorem non tantum Veſpaſianum futurum, ſed etiam Titum prædixit Joſephus. Ita enim ille hanc narrans hiſtoriam de Bell. Jud. III. 14 al. 27. Σὺ Καῖσαρ Οὐεσπασιανὲ, καὶ αὐτοκράτωρ, σὺ καὶ παῖς ὁ σὸς οὗτος. *Tu es Cæſar Veſpaſiane, & imperator, atque hic filius tuus.*

45. Thensam currum eſſe dixi ſupr. Cæſ. 76. 2. §. 17. Unde Xiphilinus. Καὶ αὐτὸς ὁ Νέρων ἔδοξέ ποτε ἐν τοῖς ὕπνοις τὸ τοῦ Διὸς ὄχον ἐς τὴν τοῦ Οὐεσπασιανοῦ οἰκίαν ἐσαγαγεῖν. *Quin etiam ipſe Nero viſus aliquando in ſomnis currum Jovis in Veſpaſiani ædes invehere.*

46. Deducere *thenſam* quid ſit, dictum eſt ſupr. Aug. 43. 12. §. 61. Illius in Veſpaſiani domum *deductione*, tranſlatio imperii a Nerone ad Veſpaſianum denuntiabatur, quaſi deinceps non Nero, ſed Veſpaſianus illam *deducturus eſſet.* Jovis enim *thenſam deducere* imperatoris erat. * Hinc Galba a Tacit. Hiſt. I. 29. 1. dicitur *fatigaſſe alieni jam imperii deos. Imperii* n. ad Othonem jam tranſlati, diis jam ab Othone ſtantibus.

47. Iniri non dicuntur *comitia*, quæ habentur, ſed *conſulatus.* Nec Galba ipſe *comitia conſulatus* ſui habere potuit. Vetus codex, quo uſus eſt Urſinus, *in comitio ſecundum conſulatum ineunte Galba.* Et hanc lectionem manifeſtario veram eſſe dicit Marcilius. De *ſecundo* Galbæ *conſulatu* Tacit. Hiſt. I. 1. 1. *Initium mihi operis Ser. Galba iterum, T. Vinius conſules erunt.* 1. 11. 5. *Hic fuit rerum Romanarum ſtatus, cum Ser. Galba iterum, Titus Vinius conſules inchoavere annum ſibi ultimum, Reipublica prope ſupremum.* Iniit vero illum anno ab U. C. 821. V. *Faſtos Capitolinos*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 606.

48. Ex statuis omen captarunt veteres. Etenim ut ſua ſimulacra animare dii olim crediti ſunt, inque iis habitare, ac deinde ſigna ſuæ voluntatis oſtendere mortalibus: ita θεῖόν καὶ ἔμψυχόν τι ineſſe *ſtatuis* hominum vana opinione putatum eſt, haud aliter, quam ſi genius cujuſque, ut hominis, ita *ſtatuæ*, præſidium, curamque ageret, quodque homini eventurum erat, in ejus *ſtatua* præmoneret. *Figrell. de ſtat. Rom. c.* 38.

49. Ad orientem *ab occidente*, ut Tacit. Hiſt. I. 86. 2. *Statuam divi Julii, in inſula Tiberini amnis, ſereno, & immoto die, ab occidente in orientem converſam.* Quod Græce dicit Plutarch. Oth. p. 1068. D. Καὶ τὸν ἐν Μεσοποταμίᾳ νήσῳ Γαΐου Καίσαρος ἀνδριάντα, μήτε σεισμοῦ γεγονότος, μήτε πνεύματος, ἀφ' ἑσπέρας μεταστραφέντα πρὸς τὰς ἀνατολάς. Et addit accidiſſe circa illos dies, quibus Veſpaſianus aperte jam imperium ſuſcepit. Ὃ φασι συμβῆναι περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, ἐν αἷς οἱ περὶ Οὐεσπασιανὸν ἐμφανῶς ἤδη τῶν πραγμάτων ἀντελαμβάνοντο. Significabat enim, imperium Romanum tranſiturum ad Veſpaſianum in oriente adverſus Judæos bellum gerentem.

50. Duas aquilas.... quod paullo aliter Tacit. Hiſt. II. 50. 4. *Die, quo Bedriaci certabatur, avem inuſitata ſpecie, apud Regium Lepidum celebri luco conſediſſe, incolæ memorant: nec deinde cætu hominum,*
aut

Digitized by Google

ſuperveniſſe tertiam [52] a ſolis ortu [53], ac victricem [54] abegiſſe.

aut circumvolitantium alitum, territam, pulſamve, donec Otho ſe ipſe interficeret: tum ablatam ex oculis: & tempora reputantibus, initium, finemque miraculi cum Othonis exitu competiſſe. Significabant hæ *duæ aquilæ* Othonem, & Vitellium, inter ſe confligentes.

51. ALTERA, quæ Othonem ſignificabat.
52. TERTIA *aquila* Veſpaſianum ſignificabat.
53. A SOLIS ORTU, ab oriente, a Judæa.
54. VICTRICEM, *Vitellium.*

CAPUT VI.

ARG. *Quorumdam, & ignotorum, & abſentium fortuito favore res novas tentat Titus Flavius Veſpaſianus.*

Nec tamen quidquam ante tentavit, promptiſſimis atque etiam inſtantibus [1] ſuis, 1
quam ſolicitatus quorumdam & ignotorum & abſentium fortuito favore [2].
Mœſiaci [3] exercitus bina e tribus legionibus millia miſſa auxiſio Othoni, poſtquam 2
iter ingreſſis nuntiatum eſt, victum eum, ac vim vitæ ſuæ attuliſſe; nihilo ſecius
Aquilejam [4] uſque perſeveraverunt; quaſi rumori minus crederent [5]. Ibi per occa- 3
ſionem ac licentiam omni rapinarum genere [6] graſſati, cum timerent ne ſibi reverſis
reddenda ratio [7] ac ſubeunda pœna eſſet, conſilium inierunt eligendi creandique im-
peratoris. *Neque enim deteriores eſſe, aut Hiſpanienſi [8] exercitu qui Galbam, aut præ-* 4
toriano [9] qui Othonem, aut Germaniciano [10] qui Vitellium feciſſent. Propoſitis itaque
nominibus legatorum conſularium, quot ubique tunc erant, cum cæteros alii alium
alia de cauſa improbarent: & quidam e legione [11] tertia, quæ ſub exitu Neronis trans-
lata ex Syria in Mœſiam fuerat, Veſpaſianum laudibus ferrent: aſſenſere cuncti, no-
menque [12] ejus vexillis omnibus [13] ſine mora inſcripſerunt. Et tunc quidem com- 5
preſſa

INSTITERINT quomodo Veſpaſiani milites, narrat Egeſip. Exſcid. Hieroſol. IV. 26. *Hæc ſecum milites vociferantes, adoriuntur Veſpaſianum, rogant, ut Romani imperii ſuſcipiat gubernaculum. Ille autem abnuere, ac ſe indignum dicere, eſſe jam conſtitutum imperatorem, refugiendum civile bellum. Illi inſtare promptius, ille reſiſtere perſeverantius. Poſtremo reluctantem armati circumſiſtunt gladiis mortem minantes, qui adverterent ſibi crimen manere, & grave periculum, ſi refugiſſet.*

2. IGNOTORUM ET ABSENTIUM FAVORE, de quo etiam Tacit. Hiſt. II. 85. 1. *Accelerata interim Veſpaſiani cœpta Illyrici exercitus ſtudio transgreſſi in partes.*

3. MOESIACI I. in *Mœſia* militantis. V. illum ſupr. Vitell. 15. 1. §. 2.

4. AQUILEJAM deſcripſi ſupr. Aug. 20. 3. §. 15.

5. RUMORI MINUS CREDERENT, utpote a Vitellianis diſperſo.

6. OMNI RAPINARUM GENERE, ut qui non privatorum tantum res, ſed & Vitellii pecuniam *rapuerant.* Tacit. ſupr. Vitell. 15. 1. §. 2.

7. REDDENDA RATIO.... Probabilius, quod narrat Tacitus *l. l.*

8. HISPANIENSI I. in *Hiſpania* militante, & in *Hiſpania* Galbam imperatorem creante ſupr. 10. 1.

9. PRÆTORIANO I. cohortibus *prætoriis*, quæ Othonem Romæ imperatorem fecerant ſupr. Galb. 16. 4. Oth. 6. 6.

10. GERMANICIANO I. in *Germania* merente, ut dixi ſupr. Tib. 25. 3. §. 10. Hic Vitellium a Galba in *Germaniam* miſſum imperatorem elegerat. V. ſupr. Oth. 8. 1. §. 2. 3. Vitell. 8. 3. §. 14.

11. LEGIONE TERTIA, quam, *quod e Syria in Mœſiam tranſiſſet, ſuam numerabat.* Tacit. Hiſt. II. 74. 2.

12. NOMEN imperatoris noviter creati vexillis inſcribere ſolebant milites. Dio XL. p. 128. E. *Σημεῖον δέ τι τῶν μεγάλων τοῖς ἱστίοις ἐοικότων, καὶ φοινικᾶ γράμματα ἐπ' αὐτοῦ πρὸς δήλωσιν τοῦ τε στρατοῦ, καὶ τοῦ στρατηγοῦ σφῶν τοῦ αὐτοκράτορος ἐχόντων. Signum unum ex iis, quæ magna ſunt, & velorum ſimilia, & puniceas literas inſcriptas habent, ad indicium exercitus, & imperatoris ſui faciendum.* Sub illis literis imago picta imperatoris. Quod ſtatim dicet Xiphilinus. Contra cum deficerent ab imperatore, lacerare ſolebant illius nomen. V. Tacit. Vitell. 15. 1. §. 2. Et imaginem. Xiphil. LXV. p. 737. D. *Καὶ τότε μὲν τάς τε τοῦ Βιτελλίου εἰκόνας ἀπὸ τῶν σημείων καθεῖλον. Et tunc Vitellii imagines de ſignis detrahunt.* Tacit. Hiſt. III. 31. 3. *Primores caſtrorum nomen atque imagines Vitellii amoliuntur.* V. quoque *Marcillium, Tomaſin. de Donar. vet. c. 21. Nicol. de Sigl. vet. c. 26. §. 6. Buleng. de Imperat. Roman. II. 12. Lipſ. in Tacitum,* & ex Lipſio *Roa Sing.* 1. 1.

13. VEXILLIS OMNIBUS I. omnium cohortium. Suum nempe cuique cohorti *vexillum*, ſive legionariæ illæ cohortes, ſive auxiliares. Tacit. Hiſt. I.

6 preſſa res eſt, revocatis ad officium [14] numeris [15] parumper. Cæterum divulgato
facto, Tiberius Alexander [16] præfectus Ægypti [17] primus [18] in verba Veſpaſiani le-
7 giones adegit Kalend. Jul. qui principatus dies in poſterum obſervatus eſt [19]. Judai-
8 cus deinde exercitus, v Idus Julii [20] apud ipſum juravit. Plurimum cœptis contu-
lerunt, jactatum exemplar epiſtolæ, veræ, ſive falſæ, defuncti Othonis ad Veſpaſia-
num, extrema obteſtatione ultionem [21] mandantis, &, ut Reipublicæ ſubveniret, o-
ptantis: ſimul rumor diſſipatus [22], deſtinaſſe Vitellium victorem permutare [23] hi-
berna legionum: & Germanicas transferre in orientem ad ſecuriorem molliorem que
9 militiam [24]. Præterea ex præſidibus [25] provinciarum Licinius Mucianus [26], & e re-
gibus Vologeſus Parthus: ille depoſita ſimultate [27], quam in id tempus ex æmula-
tione

31. 7. *Germanica vexilla* i. legionum *Germanicarum, diu nutavere.* Marcilius.

14. REVOCATIS AD OFFICIUM i. perſuaſis, ne deficerent.

15. NUMERIS i. cohortibus. Ulpian. Digeſt. III. 2. 2. §. 1. *Exercitum non unam cohortem, neque unam alam dicimus, ſed numero multo militum. Nam exercitui praeſſe dicimus eum, qui legionem, vel legiones cum ſuis auxiliis ab imperatore commiſſas adminiſtrat. Sed hic etiam eum, qui ab aliquo numero militum miſſus eſt, quaſi ab exercitu miſſum ſi accipiemus.* Claudian. Epithal. Pallad. & Celer. n. 86.

Regnorum tractas numeros, cuneoſque recenſet.

Et ita ἀριθμοὺς Græci. Sozomen. Hiſt. Eccl. 1. 8. Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ τὰ Ῥωμαίων τάγματα, ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσιν, ἕκαστον ἰδίαν σκηνὴν κατεσκευάσατο. *Ex eo tempore militares Romanorum ordines, qui jam vocantur numeri, ſinguli ſibi tabernaculum ſeparatum conſtruxerunt.* Inde *in numeros diſtribui* i. in cohortes, dicit Plin. Epiſt. x. 30. *Quod ſacramento militari nondum diſtributi in numeros erant. In numeros referri, in numeris eſſe* Ulpian. Digeſt. XXIX. 1. 42. *Ex eo tempore quis jure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numeros relatus eſt, ante non. Proinde qui nondum in numeris ſunt, licet jam lecti tyrones ſint, & publicis expenſis iter faciant, nondum milites ſunt, debent enim in numeros referri.* De hac *numerorum* ſignificatione etiam aliquid *Torrentius, Marcilius, Lipſ. in Tacit. Hiſt. p.* 3. *Buchner. in Plinium, Grav. in Cicer. ad Fam.* XI. 10. *Heinſ. in Ovid. Heroid.* VIII. 24.

16. TIBERIUS ALEXANDER filius fuit Alexandri, qui Alabarchiæ magiſtratum geſſit Alexandriæ, omnium in ea Urbe ſuo tempore ditiſſimi, qui etiam erga Deum pietate ſuperavit filium, deſertorem religionis patriæ, ut illum deſcribit Joſeph. Ant. Jud. XX. 3. Ἦλθε δὲ Φάδῳ Τιβέριος Ἀλέξανδρος διάδοχος, Ἀλεξάνδρου παῖς τοῦ καὶ Ἀλαβαρχήσαντος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ πλούτῳ πρωτεύσαντος τῶν ἐκεῖ καθ' αὐτὸν, ὃς διήνεγκε καὶ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβείᾳ τοῦ παιδὸς Ἀλεξάνδρου· τοῖς γὰρ πατρίοις οὐκ ἐνέμεινεν οὗτος ἔθεσι.

17. PRÆFECTURAM ÆGYPTI obtinuiſſe Alexandrum C. Suetonio Paullino, L. Pontio Teleſino conſulibus, ſive anno ab U.C. 818. putat *Pigh. Ann.* III. *p.* 601.

18. PRIMUS. Unde Tacit. Hiſt. II. 79. 2. *Initium ferendi ad Veſpaſianum imperii Alexandriæ cœptum, feſtinante Tiberio Alexandro, qui Kalendis Juliis ſacramento ejus legiones adegit.*

19. OBSERVATUS EST. V. infr. Domit. 13. 8. §. 25.

20. V. IDUS JULII. Sed melius *V Non. Jul.* Ita Tacit. ſupr. Vitell. 15. 1. §. 7. Qui rationem addit: *Exercitus Judaicus juravit eo ardore, ut ne Titus quidem filius exſpectaretur.* Unde ergo mora illa uſque ad V. Idus Julii? V. *Torrentium* & *Marcilium.*

21. ULTIONEM necis ſuæ ſuis mandare ſolebant veteres. V. ſupr. Cal. 3. 9. §. 24.

22. RUMOR DISSIPATUS ſorte a Muciano. De illo Tacit. 80. 5. *Nihil æque provinciam, exercitumque accendit, quam quod aſſeverabat Mucianus, ſtatuiſſe Vitellium, ut Germanicas legiones in Syriam, ad militiam opulentam, quietamque transferret; contra Syriacis legionibus Germanica hiberna, cælo, ac laboribus dura mutarentur.*

23. PERMUTATIO illa, & provincialibus, & militibus moleſta. Tacitus n. 6. *Quippe & provinciales ſueto militum contubernio gaudebant, plerique neceſſitudinibus, & propinquitatibus mixti: & militibus vetuſtate ſtipendiorum nota & familiaria caſtra, in modum penatium diligebantur.*

24. MOLLIOREM MILITIAM. Et in hanc ſententiam eſt illud Lucan. VIII. 364.

Quidquid ad Eoos tractus, mundique teporem
Labitur, emollit gentes clementia cæli.

Beroaldus.

* 25. PRÆSIDEM provinciæ Syriæ fuiſſe dicit Tacit. Hiſt. 1. 10. 1. Lyciæ Plin. XII. 1. V. Tacitum.

26. LICINIUS MUCIANUS non tantum exercitum promiſit Veſpaſiano, ſed poſt multos ſecretoſque ſermones pavoribus nutantem eundem firmavit luculenta, & prolixa oratione, quam prodidit Tacit. Hiſt. II. 76. & 77. Quare ſic inſtiterit, docet Xiphil. LXV. p. 736. D. Καὶ ὁ Μουκιανὸς ἰσχυρῶς προσέκειτο, ἐλπίσας τὸ μὲν ὄνομα τῆς ἀρχῆς ἐκεῖνον ἕξειν, αὐτὸς δὲ διὰ τὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ ἰσομοιρήσειν. *Inſtabat & Mucianus vehementer, quod illum quidem ſperaret nomen imperatoris habiturum, ſed futurum tamen & ſe, propter illius æquitatem, imperii participem.*

27. SIMULTAS quid ſit V. ſupr. Cæſ. 73. 1. §. 1.

Hanc

tione non obſcure gerebat [28], Syriacum [29] promiſit [30] exercitum: hic quadraginta millia ſagittariorum [31].

Hanc quando, & quo annitente *depoſuerit* Mucianus, relatum legimus apud Tacit. Hiſt. II. 5. 3. *Exitu demum Neronis, poſitis odiis in medium conſuluere: primum per amicos; dein præcipua concordia fides Titus, prava certamina communi utilitate aboleverat, natura, atque arte compoſitus alliciendis etiam Muciani moribus.*

28. EX ÆMULATIONE GESSISSE *ſimultatem* Mucianum, dicit etiam Tacitus. *Cæterum hic*, Mucianus, *Syriæ*, *ille*, Veſpaſianus, *Judææ præpoſitus*, *vicinis provinciarum adminiſtrationibus invidia diſcordes.*

29. SYRIACUM *exercitum*. *Syriam* enim, *& quatuor legiones obtinebat Licinius Mucianus.* Tacit. Hiſt. I. 10. 1. Obtinuit hanc L. Fontejo Capitone, & C. Julio Rufo conſulibus, ſive anno ab U. C. 819. *Pigh. Ann.* III. *p.* 603.

30. PROMISIT. Ita Mucianus ipſe apud Tacit. Hiſt. II. 77. 9. *Tibi e Judæa, & Syria, & Ægypto novem legiones integræ, nulla acie exhauſtæ, non diſcordia corruptæ.*

31. SAGITTARIORUM. Tacit. Hiſt. IV. 51. 2. *Aderant legati regis Vologeſi, quadraginta Parthorum equitum millia offerentes. Magnificum, lætumque, tantis ſociorum auxiliis ambiri, neque indigere.*

CAPUT VII.

ARG. *Bellum civile ſuſcipit, duces, & copias in Italiam præmittit, Alexandriam tranſit, Serapidem propitiat, Vitellium ejuſque copias cecidiſſe per literas docetur, a Serapide juſſus luminibus orbato oculos reſtituit, debilique crus confirmat Titus Flavius Veſpaſianus.*

Suſcepto igitur civili bello, ac ducibus [1] copiiſque [2] in Italiam præmiſſis, interim 1
Alexandriam [3] tranſiit, ut clauſtra [4] Ægypti [5] obtineret [6]. Hic, cum de firmi- 2
tate

DUCIBUS, Licinio Muciano, & Antonio Primo. Xiphil. LXV. p. 736. D. Τοιαῦτα δὲ τὸν μὲν Μουκιανὸν ἐς τὴν Ἰταλίαν ἐπὶ τὸν Βιτέλλιον ἔπεμψε. *Igitur Veſpaſianus primo quoque tempore Mucianum contra Vitellium mittit.* Quem, quo modo Antonium Primum contra Vitellium ſibi ducem elegerint legiones Mœſiacæ, narrantem V. ſupr. Vit. 15. 1. §. 2. ita ut eundem in Italiam tranſire juſſerit Veſpaſianus. Egeſip. Exſcid. Hieroſol. IV. 29. *Antonium quoque præcepit præfectum tertio ordini militari, qui erat in Myſia, in imparatam ſe Italiam effundere, priuſquam Vitelliani ſeſe moverent.*

2. COPIIS, de quibus Egeſippus. *Dimittit itaque Mucianum cum parte multa equitum, & exercitus pedeſtris, ut præveniret in Italiam adventum imperatoris.* Tacit. Hiſt. II. 83. 1. *Mucianus cum expedita manu, ſocium magis imperii quam miniſtrum agens, non lento itinere, ne cunctari videretur; neque tamen properans, gliſcere famam ipſo ſpatio ſinebat: gnarus modicas vires ſibi, & majora credi de abſentibus. Sed legio ſexta, & tredecim vexillariorum millia, ingenti agmine ſequebantur.*

3. ALEXANDRIAM deſcripſi ad Curt. IV. 8. 2. §. 8.

4. CLAUSTRA dicuntur anguſti regionum acceſſus, ſive anguſtiæ adituum, quæ regionem aperiunt, ut Curtius loquitur III. 4. 4. tum quæ ibi extructa caſtella ſunt, quibus adeuntes excluduntur. Recentiores appellant burgos, cluſuras, & cluſas a cludendo. *Sagittar. de jan. vet. c.* 9. §. 4. *Buleng. de imperio* III. 8.

5. ÆGYPTI *clauſtra*, duo Nili oſtia, Parætonium, & Peluſiacum, urbeſque ad ea munitæ, ſive, ut locuti aliqui, firmitates, *Ægypti cornua* dicuntur Flor. IV. 11. 9. *Itaque nec præparata in oceanum fuga, nec munita præſidiis utraque Ægypti cornua, Parætonium, atque Peluſium profuere.* Eadem etiam *Ægypti clauſtra* Tacit. Hiſt. II. 82. 5. *Veſpaſianum obtinere clauſtra Ægypti placuit.* Marcilius.

6. OBTINERE *clauſtra Ægypti*, quia eadem *clauſtra annonæ.* Tacit. Hiſt. III. 8. 5. *Adjiciebatque imperio conſilium, quando Ægyptus, clauſtra annonæ, vectigalia opulentiſſimarum provinciarum obtinerentur, poſſe Vitellii exercitum egeſtate ſtipendii, frumentique ad deditionem ſubigi.* Et ideo *obtinere* illa placuiſſe, certatim docent Joſeph. de Bell. Jud. IV. 37. al. 11. Egeſip. de Exſcid. Hieroſol. IV. 26. Xiphil. LXV. p. 736. E. Zonar. Ann. II. p. 194. Προπεπομφότων δὲ αὐτὸν ἤδη Μουκιανοῦ τε καὶ ἄλλων ἡγεμόνων ὡς αὐτοκράτορα, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς ἄγειν βοώσης αὐτὸν ἐπὶ πᾶν τὸ ἀντίπαλον, αὐτὸς πρῶτον τῶν ἀπ᾽ Ἀλεξανδρείας εἴχετο πραγμάτων: εἰδὼς πλεῖστον τῆς ἡγεμονίας μέρος τὴν Αἴγυπτον οὖσαν, διὰ τὴν τοῦ σίτου χορηγίαν: ἧς κρατήσας, ἢ παρέλθοι, καὶ βίᾳ, καθαιρήσειν ἤλπιζεν Οὐϊτέλλιον: οὐ γὰρ ἀνέξεσθαι πεινῶσαν ἐπὶ Ῥώμης τὸ πλῆθος. Τὰ δύο τε ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας τάγματα προσποιήσασθαι βουλόμενος. Ἐνεθυμεῖτο δὲ καὶ πρόβλημα τὴν χώραν ἔχειν τοῦ ἀπὸ τῆς τύχης ἀδήλου. Ἔστι γὰρ κατὰ τὴν γῆν δυσέμβολος, καὶ τὰ πρὸς θάλασσαν ἀλίμενος. *Muciano autem, cæteriſque rectoribus, qui eum ad imperium invitaverant, & exercitu alio vociferante, ut ſe in hoſtes omnes duceret, prius res Alexandrinas procurandas putavit: ſciens Ægyptum plurimam eſſe partem imperii propter frumentariam functionem: eaque ſi potitus eſſet, vi quoque, ſi perſtaret, Vitellium dejiciendum ſperabat: nec enim perpeſſurum*

eſſe

tate imperii capturus auſpicium [7], ædem Serapidis [8], ſummotis omnibus, ſolus in-
traſſet: ac propitiato [9] multum deo, tandem ſe convertiſſet [10], verbenas [11], coro-
naſque & panificia [12], ut illic aſſolet, Baſilides [13] libertus obtuliſſe ei viſus eſt: quem
neque admiſſum a quoquam, & jampridem propter nervorum valetudinem vix ingre-
3 di, longeque abeſſe conſtabat [14]. Ac ſtatim advenere literæ, fuſas apud Cremonam
4 Vitellii copias, ipſum in Urbe interemptum nuntiantes. Auctoritas & quaſi maje-
ſtas quædam, ut ſcilicet inopinato, & adhuc novo principi deerat: hæc quoque ac-
5 ceſſit [15]. E plebe [16] quidam luminibus orbatus [17], item alius debili crure [18], ſeden-
tem pro tribunali pariter adierunt [19], orantes [20] opem valetudinis, demonſtratam [21]
a Serapide [22] per quietem [23]: reſtituturum oculos, ſi inſpuiſſet [24], confirmaturum
crus,

eſſe populum fame oppreſſum. Simul etiam duas legiones, quæ apud Alexandriam degerent, ſibi cupiebat adjungere. Cogitabat etiam propugnaculo ſibi fore illam regionem adverſus incerta fortunæ. Nam terra acceſſu difficilis, & mari importuoſa eſt.

7. Capturus auspicium i. oraculum conſulturus. Tacit. Hiſt. iv. 82. 1. *Ut ſuper rebus imperii conſuleret.* Qui *augurium capere* dicantur magiſtratum inituri, dixi ſupr. Aug. 95. 2. §. 8.

8. Ædem Serapidis deſcribit Ammian. xxii. 16. *His accedunt altis ſublata faſtigiis templa, inter quæ eminet Serapium, quod licet minuatur exilitate verborum, atriis tamen columnariis ampliſſimis, & ſpirantibus ſignorum figmentis, & reliqua operum multitudine ita eſt exornatum, ut poſt Capitolium, quo ſe venerabilis Roma in æternum attollit, nihil orbis terrarum ambitioſius cernat.*

9. Propitiare quid ſit, docui ad Curt. iv. 24. §. 86.

10. Se convertisset. *intentuſque numini, reſpexit pone tergum....* Tacit. Hiſt. iv. 82. 2. De hoc ritu adorantium dictum ſupr. Vitell. 2. 10. §. 27.

11. Verbenas V. ſupr. Cal. 27. 3. §. 13.

12. Panificia i. *panes.* Celſ. ii. 18. *Quæ ex frumentis panificiis ſunt, generis valentiſſimi eſſe: valentiſſimum voco, in quo plurimum alimenti eſt.* Hæc vero a Judæis, in quorum ſacris noti *panes propoſitionum*, Ægyptii dubio procul accepere.

13. Basiliden *e primoribus Ægyptiorum* fuiſſe dicit Tacitus. Et quidem ex ſacerdotibus, ut apparet ex eodem §. 14. Hic non nomine tantum, quod regale eſt, ſed & in ſpecie ipſa, ac functione ſacerdotis imperii omen erat. Accedit, quod ſacerdos Carmeli, ſive montis, ſive dei, cujus ſortibus confirmatum jam Veſpaſiano imperium, ſupr. 5. 9. etiam *Baſilides* vocatur Tacito *l. l.* §. 14. Unde dictionem *libertus*, utpote a grammatico malo aſſutam rejiciunt *Torrentius, Caſaubonus, Marcilius.*

14. Longe abesse constabat. Tacit. Hiſt. iv. 82. 2. *Quem, Baſiliden, procul Alexandria plurium dierum itinere, & ægro corpore detineri haud ignorabat. Percunctatur ſacerdotes, num illo die Baſilides templum iniſſet? percunctatur obvios, num in urbe viſus ſit? denique miſſis equitibus explorat, illo temporis momento octoginta millibus paſſuum abfuiſſe. Tunc divinam ſpeciem, & vim reſponſi, ex nomine Baſilidis interpretatus eſt.*

15. Accessit *auctoritas, & majeſtas.* Dio lxvi. p. 718. D. Τὸ μὲν θεῖον τούτοις αὐτὸν ἐσέμνυνεν. *Et his quidem rebus numen eum venerabilem effecit.*

16. E plebe *Alexandrina.* Tacit. 81. 1.

17. Luminibus orbatus, *oculorum tabe notus.* Tacitus.

18. Crure, ſed *manu* debilem dicunt Tacit. n. 3. *Alius manum æger orabat*, & Dio. Ἕτερον δὲ ἀχει-χειρα. *Alterum, cui imbecilla manus erat.*

19. Adierunt, ſed *genua ejus advolutos* dicit Tacitus.

20. Orantes opem valetudinis, *remedium cæcitatis expopoſciſſe gemitu monitu Serapidis dei* dicit Tacitus.

21. Demonstrasse *opem valetudinis* infirmis deos credidit ſtulta gentilitas. Diſcimus hoc ex tabella, quæ olim in Æſculapii ſacello in inſula Tiberina erat, ibique inventa apud Maphæos Romæ habetur. Οὐαλερίῳ Ἄπρῳ στρατιώτῃ τυφλῷ ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς, ἐλθεῖν, καὶ λαβεῖν αἷμα ἐξ ἀλεκτρυόνος λευκοῦ μετὰ μέλιτος, καὶ κολλύριον συντρῖψαι, καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρῖσαι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς: καὶ ἀνέβλεψεν, καὶ ηὐχαρίστησεν δημοσίᾳ τῷ θεῷ. *Valerio Apro militi cæco oraculum deus oſtendit, iret, & acciperet ſanguinem galli albi, & cum melle collyrium faceret, inungeret oculos per tres dies: qui vidit, acceſſit, & in publico gratias deo egit.* Exhibet hanc *Argol. in Panvin. circenſ. p.* 41. Et ex Juſtino xii. 10. 3. *Cum inter multos vulneratus etiam Ptolemæus eſſet, moriturusque jam jam videretur, per quietem regi monſtrata in remedia veneni herba eſt, qua in potu accepta, ſtatim periculo liberatus eſt; majorque pars exercitus hoc remedio ſervata.* * De his & ſimilibus; quæ addit, quid cenſuerit Boxhornius V. Quæſt. Rom. c. 8.

22. Serapin ſæpius Latini, *Sarapin* Græci fere vocant. Θεὸν ἑπταγράμματον nuncuparunt illum olim. Heſychius. Ἑπταγράμματον, τὸ ὄργιλον, ἢ σκληρόν. καὶ Σάραπις. Epigramma vetus:

Ἑπτά με φωνήεντα θεὸν μέγαν ἄφθιτον αἰνεῖ
Γράμματα τῶν πάντων ἀκάματον πατέρα.
Εἰμὶ δ' ἐγὼ πάντων χέλυς ἄφθιτος, ἣ τὰ λυρώδη
Ἡρμοσάμην δίνης οὐρανίας μέλη.

Numen fuit Sinopenſium, ab illis in Ægyptum tranſmiſ-

cerus, ſi dignaretur calce contingere [25]. Cum vix fides eſſet [26] rem ullo modo ſuc- 6
ceſſuram, ideoque ne experiri quidem auderet, extremo hortantibus amicis [27], palam
pro concione [28] utrumque tentavit, nec eventus defuit [29]. Per idem tempus Te-
geæ in Arcadia, inſtinctu vaticinantium, effoſſa ſunt ſacrato loco vaſa [30] operis anti-
qui, atque in iis aſſimilis Veſpaſiano imago.

tranſmiſſum, ſub Ptolemæo, vel Philadelpho, ut Clem. Alexandr. Protrept. p. 31. vel Sotere, ut Plutarch. de ſolert. anim. p. 984. & Tacit. Hiſt. IV. 83. Quod qua forma, & quem ſub illius nomine coluerint Ægyptii, difficile eſt dictu, cum de illo non idem dicant *Suidas, Clem. Alexandr. Strom.* I. *p.* 322. 323. *Euſeb. Præpar. Evang.* X. 12. *Ruffin. Hiſtor. Eccleſ.* II. 23. *Artemid. Oneir.* V. 93. *Macrob. Sat.* I. 20. *Iſid.* VIII. 11. *Auguſt. de Civit. Dei* XVIII. 5. *Firmic. de errore prof. relig. p.* 18. *Tacit. Hiſt.* IV. 84. *Otho. Friſing.* I. 15. *Voſſ. de Theol. gent.* I. 29. *Vives in Auguſtinum, Oucel. in Minuc. p.* 158. *Caſal. de Ægypt. rit. c.* 13. *Urſin. Triſmeg. p.* 162. *Scalig. in Euſeb. p.* 122.

23. PER QUIETEM modo quoque Juſtin. §. 21. ſomno Petron. c. 18. ἐξ ὄψεως τῶν ὀνειράτων Dio. Tali enim modo, ut in *Eumenidibus* Varro *medicina a Serapi utebantur.* Cicer. de Divin. II. 59. *Qui igitur convenit, ægros a conjectore ſomniorum potius, quam a medico petere medicinam? an Æſculapius, an Serapis poteſt nobis præſcribere per ſomnium curationem valetudinis; Neptunus gubernantibus non poteſt?* Artemid. Oneir. V. 92. Νοσῶν τις εὔξατο τῷ Σαράπιδι, εἰ μέλλει σωθήσεσθαι, τὴν δεξιὰν αὐτῷ χεῖρα ὑπερ ἐπιστῆναι, εἰ δὲ μή, τὴν ἀριστεράν. *Quidam ægrotans precatus eſt Serapidem, ut, ſi convaliturus eſſet, dextram manum ipſi in ſomnis concuteret, ſin minus, ſiniſtram.* Unde in Dei *fano ægrotus incubabat*, ut loquitur Plaut. Curc. I. I. 61. Et *incubare dicebantur proprie hi, qui dormiunt ad accipienda reſponſa*, ut Servius ad Æn. VII. 87.

——— cæſarum ovium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis, ſomnoſque petivit.

Strab. XVII. p. 551. Ἔχουσα τὸ τοῦ Σαράπιδος ἱερὸν πολλῇ ἁγιστείᾳ τιμώμενον, καὶ θεραπείας ἐκφέρον, ὥστε καὶ τοὺς ἐλλογιμωτάτους ἄνδρας πιστεύειν, καὶ ἐγκοιμᾶσθαι αὐτοὺς ὑπὲρ ἑαυτῶν ἢ ἑτέρους. *Habet Serapidis templum religioſe cultum, ut etiam nobiliſſimi viri ei credant, & pro ſe, vel pro aliis inſomnia ibi capiant.* Philoſtr. vit. ſoph. p. 534. Ἧκεν δὲ ἐς τὸ Πέργαμον, ὅτε δὴ τὰ ἄρθρα ἐνόσει, καθεῦδε μὲν ἐν τῷ ἱερῷ· ἐπιστάντος δὲ αὐτῷ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, καὶ προσειπόντος ἀπέχεσθαι ψυχροῦ ποτοῦ. *Et profectus Pergamum, cum articulari morbo ægrotaret, & in ſacello requieviſſet: atque eo loci ipſi apparuiſſet Æſculapius, & admonuiſſet, ut frigido potu abſtineret.*

24. SI INSPUISSET, *genas & oculorum orbes dignatus eſſet reſpergere oris excremento.* Tacitus. τοῖν ὀφθαλμοῖν προσπτύσας. Dio. Hominis maxime jejuni ſaliva quibus morbis amoliendis efficax ſit, curatius denarrat Plin. XXVIII. 4. Quid ſi diabolus, Dei ſimia, illudere voluerit mortalibus, imitando miracula D. Jeſu, qui mutum Marc. 7. 33. & cæcum Joh. 9. 6. *ſputo* ſanaſſe legitur. Apud Epiphanium κατὰ Σαμψαίων inter inſtrumenta miraculorum eſt ὁ σίαλος τῶν στομάτων. Quod annotarunt quoque *Caſaubonus*, & *Lomej. de Luſtrat. c.* 25.

25. CALCE CONTINGERE, *pede, ac veſtigio calcare.* Tacitus. Τὴν χεῖρα πατήσας. Dio.

26. FIDES ESSET i. crederetur, veriſimile eſſet. Nep. Ageſil. 8. 3. *His quærentibus Ageſilaum, vix fides facta eſt, unum eſſe ex his, qui tum accubabant.* Nam *Veſpaſianus primo irridere, aſpernari: atque illis inſtantibus famam vanitatis metuere.* Tacitus.

27. HORTANTIBUS AMICIS, imo adulatoribus, & medicis. Tacitus. *Modo obſecratione ipſorum, & vocibus adulantium in ſpem induci: poſtremo æſtimari a medicis jubet, an talis cæcitas ac debilitas ope humana ſuperabiles forent. Medici varie diſſerere; huic non exeſam vim luminis, & redituram, ſi pellerentur obſtantia: illi elapſos in pravum artus, ſi ſalubris vis adhibeatur, poſſe integrari.*

28. CONCIONE, *multitudine* Tacit. n. 7. Proprie quidem *concio* ἐκκλησία, ſed communiter etiam quævis multitudo audiens, ut hæc corona circum tribunal Veſpaſiani. Ita & Lucret. VI. 719.

Verum aliquid genere eſſe ex hoc, quod concio dicat:

Senec. de Benef. II. 23. *Ita accipienti adhibenda concio eſt.* Marcilius.

29. NEC EVENTUS DEFUIT. Tacitus. *Statim converſa ad uſum manus, ac cæco reluxit dies.* Similia leguntur de Adriano apud Spartian. c. 25. *Ea tempeſtate ſupervenit quædam mulier, quæ diceret ſomnio ſe monitam, ut inſinuaret Adriano, ne ſe occideret; quod eſſet bene valiturus: quod quum non feciſſet, eſſe cæcatam. Juſſam tamen iterum Adriano eadem dicere, atque genua ejus oſcularetur, receptura viſum, ſi id feciſſet. Quod quum inſomnium impleſſet, oculos recepit, quum aqua, quæ in fano erat, ex quo venerat, oculos abluiſſet. Venit & de Pannonia quidam natus cæcus ad febrientem Adrianum, eumque contigit: quo facto, & ipſe oculos recepit, & Adrianum febris reliquit.* & Pyrrho apud Plutarch. p. 384. D. Τοῖς δὲ σπληνιῶσιν ἐδόκει βοηθεῖν, ἀλεκτρυόνα θύων λευκὸν, ὑπτίων τε κατακειμένων τῷ δεξιῷ ποδὶ πιέζων ἀτρέμα τὸ σπλάγχνον. *Lienoſis exiſtimabatur opitulari, quum gallum gallinaceum album immolans ſupinis jacentibus lienem pede dextro premeret leniter.* De quo tamen paullo aliter Plin. VII. 11. *Quorundam corpore partes naſcuntur ad aliqua mirabiles: ſicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cujus tactu lienoſis medebatur.* * Quibus Franciſcum Galliarum regem addit: eumque Bononiæ ſaliva tantum pollice in decuſſem allita ſtrumis mederi ſolitum dicit *Calcagn. Epiſt. Quæſt.* I. 19.

30. In vaſis imagines exprimebant veteres. Treb. Poll. XXX. tyran. c. 14. *Vidimus proxime Cornelium Macrum in eadem familia virum, quum cœnam in templo Herculis daret, pateram electrinam, qua in medio vultum Alexandri haberet, & in circuitu omnem hiſtoriam contineret ſignis brevibus & minutilis, pontifici propinare.* Plura Figrell. *de ſtat. Rom. c.* 35.

CAPUT VIII.

ARG. *In Urbem revertitur, de Judæis triumphum agit, conſul, cenſor eſt, Rempublicam ſtabiliturus, & ornaturus, diſciplinam militarem regit, & corrigit, provinciis nonnullis libertatem adimit, nonnullas in provinciarum formam redigit, Cappadociæ rectorem conſularem imponit, Urbis incenſæ areas occupare, & ædificare.... cuicunque concedit, Capitolii reſtitutionem aggreditur, & imperii inſtrumentum conficit Titus Flavius Veſpaſianus.*

1 Talis, tantaque cum fama in Urbem reverſus [1], acto de Judæis triumpho [2], con-
2 ſulatus [3] octo veteri [4] addidit [5]. Suſcepit & cenſuram [6]: ac per totum imperii
tempus nihil habuit antiquius [7], quam prope afflictam, nutantemque [8] Rempubli-
3 cam ſtabilire [9] primo, deinde & ornare. Milites, pars [10] victoriæ fiducia [11], pars
4 ignominiæ dolore [12], ad omnem licentiam, audaciamque proceſſerant. Sed & provinciæ

IN URBEM REVERSUS eſt Veſpaſianus vere primo, circa medium Martii. Apollonius Collatius:

Ergo ita compoſitis rebus, cum piſcis aquoſi
Linqueret hoſpitium Titan, frontemque moveret
Arietis inſani, ſecuris credita ventis
Sulcat aquas, pelagoque volans petit Itala puppis
Littora.

Eteſiarum flatum Alexandriæ oppertum eſſe Veſpaſianum narrat Tacit. Hiſt. II. 98. 4. *Veſpaſiani conſiliorum pleraque ignota: deinde Pannonicæ Alpes præſidiis inſeſſæ, nuntios retinebant: mare quoque eteſiarum flatu in orientem navigantibus ſecundum, inde adverſum erat.* Ipſum iter deſcribit Joſeph. de Bell. Jud. VII. 20. & 22. al. 5. & 10. *Caſaubonus.*

2. TRIUMPHUM DE JUDÆIS ACTUM accurate ſatis deſcribit Joſeph. de Bell. Jud. VII. 24. al. 16... 19. Non *egit* illum, quod etiam obſervat Beroaldus, ſtatim ut Romam rediit. Exſpectavit enim Titum filium a victoria Judaica revertentem. Unde Joſephus narrato Titi in Urbem reditu c. 16. Οὐ πολλῶν δ' ἡμερῶν διαλιπόντων, ἵνα καὶ κοινὸν ἔγνωσαν τὸν ἐπὶ τοῖς κατωρθωμένοις ποιήσασθαι θρίαμβον καὶ περ ἑκατέρῳ τῆς βουλῆς ἴδιον ψηφισαμένης. *Non multis autem poſt diebus, unum, & communem triumphum & res bene geſtas agere ſtatuente, quamvis utrique ſenatus proprium decreviſſet.* V. & Tit. 6. 2. §. 3.

3. CONSULEM fuiſſe Veſpaſianum ex Kalend. Novembr. anno ab U. C. 803. dictum ſupr. 4. 4. §. 7. *Conſulatum* ſecundum geſſit anno ab U. C. 822. cum filio Tito. Xiphil. LXVI. p. 744. C. Τήν τε ὕπατον ἀρχὴν ὁ Οὐεσπασιανὸς καὶ ὁ Τίτος ἔλαβον, ὁ μὲν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, ὁ δὲ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ὤν. *Veſpaſianus & Titus conſularem dignitatem acceperunt. Horum alter in Ægypto, alter in Palæſtina erat.* Tacit. Hiſtor. IV. 38. 1. *Interea Veſpaſianus iterum, ac Titus conſulatum abſentes ineunt, mœſta, & multiplici metu ſuſpenſa civitate.* Tertium cum Nerva. Frontin. de aquæductibus. *Veſpaſiano tertium, & Cocceio Nerva conſulibus Pompejus Silvanus curator aquarum Criſpio Albo ſucceſſit.* Quartum cum filio Tito. Plinius ſupr. Claud. 27. 5. §. 16. Ubi V. *Pagi.* Quintum cum filio Tito. Cenſor. §. 6. Sextum cum filio Tito. Xiphilinus ſupr. Ner. 31. 5. §. 7. Septimum cum filio Tito. Spartian. Adrian. c. 1. *Natus eſt Romæ IX. Kalend. Februar. Veſpaſiano ſepties & Tito quinquies conſulibus.* Octavum & nonum cum filio Tito.

4. VETEREM vocat primum, quia illum annis novendecim ante ſecundum geſſit. * Nep. Attic. 7. 3. *Vetere inſtituto vitæ effugit nova pericula.*

5. ADDIDIT jure ſuo ut imperator. *Marcilius.*

6. CENSURAM *ſuſcepit* perpetuam conſul iterum, ſive ſecundo ſuo conſulatu, & Titi primo, ſed condidit luſtrum *cenſor* cum Tito filio conſule III conſul ipſe V. Cenſorin. D. N. c. 18. *Inter primum a Servio rege conditum luſtrum, & id, quod ab imperatore Veſpaſiano V. & Cæſare* III. *conſulibus factum eſt, anni interfuerunt paullo minus ſexcenti quinquaginta.* Plin. VII. 49. *Accedunt experimenta & exempla recentiſſimi cenſus, quem intra quadriennium imperatores Cæſares Veſpaſiani, pater filiuſque cenſores egerunt.* Noſt. Tit. 6. 2. Sic itaque in nummis quoque antiquis *Veſpaſianus coſ.* IV. *& cenſor:* & inſcriptionibus antiquis. *Veſpaſianus coſ.* VIII. *& cenſor, Veſpaſianus coſ.* VIII. *deſ.* IX. *cenſor.* Marcilius.

7. ANTIQUIUS i. melius, unde dicatur, dixi ſupr. Claud. II. 1. §. 1.

8. NUTANTEM... ut *nutantia Reip. pondera* Symm. Epiſt. III. 46. Quid proprie.... V. ſupr. Cæſ. 4. 5. §. 27.

9. STABILIRE i. *fulcire*, ut Symm. Epiſt. III. 46. *in ſua ſede ſiſtere*, ut noſt. Aug. 28. 3.

* 10. PARS i. partim. Salluſt. Bell. Jugurth. c. 14. *Capti ab Jugurtha pars in crucem acti, pars beſtiis objecti ſunt.*

11. VICTORIÆ FIDUCIA, prout Veſpaſiani partes ſecuti fuerant. *Torrentius.*

12. IGNO-

Digitized by Google

vinciæ civitateſque liberæ, nec non & regna quædam tumultuoſius inter ſe agebant. Quare Vitellianorum quidem & exauctoravit plurimos, & coercuit. Parti- 5.6
cipibus autem victoriæ adeo nihil extra ordinem indulſit, ut etiam legitima [13] præmia non niſi ſero perſolverit. Ac ne quam occaſionem corrigendi diſciplinam prætermitteret, adoleſcentulum fragrantem unguento [14], cum ſibi pro impetrata præfectu- 7
ra [15] gratias ageret, nutu aſpernatus, voce etiam graviſſima increpuit, *Maluiſſem allium oboluiſſes* [16], literaſque revocavit. Claſſiarios vero, qui ab Oſtia & Puteolis [17] 8
Romam pedibus per vices commeant, petentes *conſtitui aliquid ſibi calcearii* [18] *nomine*; quaſi parum eſſet, ſine reſponſo abegiſſe, juſſit poſt hæc excalceatos curſitare [19], & ex

12. Ignominia dolore, prout adhæſerant Vitellio. *Torrentius.*

13. Legitima i. ex *lege* militari conſtituta.

14. Fragrantem unguento i. *unguenti* odorem reddentem. Catull. 68. 143.

Nec tamen illa mihi dextra deducta paterna
Fragrantem Aſſyrio venit odore domum.

Sponſi enim domus diebus nuptialibus optimis odoribus reſpergebatur. Serv. Æn. 1. 440. *Quotiens incendium ſignificatur, quod flatu alitur, per l dicimus: quotiens odor, qui fracta ſpecie major eſt, per r dicimus.*

15. Præfectura unius alarum, de qua ſupr. Aug. 38. 2. *Caſaubonus.*

16. Allium obolere eſt fœtido odore ex anhelitu propter *allium* comeſtum nares alicujus ferire. Plaut. Moſt. 1. 1. 38.

Dii te omnes perdant, oboluiſti allium.

Allium eſt odoris tam vehementis, ut urina *allium*, ſi quis id ederit, *redoleat.* Ariſtot. Probl. 13. 6. *Διὰ τί ἐάν τις σκόροδα φάγῃ, τὸ οὖρον ὄζει.* Sententia vero imperatoria, & memoratu digna eſt, ut monet etiam Beroaldus, ad luxuriam, mollitiamque caſtigandam: nam cum odor *allii* in primis moleſtus eſſe ſoleat, & olfactum infeſtare eorum, cum quibus ſermocinamur: attamen dixit graviter, & ſevere, Veſpaſianus, voluiſſe ſe potius, ut ille *oleret allii* odorem illum aſpernabilem, quam quod unguento fragraret: tanquam magis viro conveniret *odor allii*, quam unguenti. * *Μυρίζεσθαι δὲ ἀνδράσι πρὸς αἰσχύνης ἐστί. Unguentis vero illini, viris pudefactionem portendit.* Artem. Oneir. 1. 77. Imo effeminantur qui *unguenta* olent, & qui tanquam metopoſcopus ex figura, divinat, de illis, cum illos viderit, dixerit, eſſe androgynos atque effeminatos, utrique Veneri deditos. Clem. Alex. Pædag. III. 3. *Γυναικίζονται ὄζοντες μύρου. Τί ἂν τις φαίη τούτους ἰδών; ἀτεχνῶς, καθάπερ μετωποσκόπος ἐκ τοῦ σχήματος αὐτοὺς καταμαντεύσεται, μοιχούς τε καὶ ἀνδρογύνους, ἀμφοτέρων Ἀφροδίτων θηρωμένους.*

17. Ostiam et Puteolos deſcripſi ſupr. Tib. 10. 5. §. 18. Aug. 44. 1. §. 3. Claſſem tertiam *Oſtienſem & Puteolanam*, nam *Oſtia ἐπίνειον τῆς Ῥώμης, navale Romæ* eſt. Strab. v. p. 160. & *Puteoli ἐπίνειον Κυμαίων, navale Cumanorum* eſt. Strab. p. 169. videtur adjungere noſter duabus populi Romani claſſibus maritimis minoribus: quarum una Galliæ in portu & colonia Galliæ Narbonenſis, Foro Julio. Tacit. Ann. 11. 63. 6. *Receptuſque, forum Julium Narbonenſis Galliæ coloniam mittitur.* Plin. III. 4. *Forum Julii, Octavianorum colonia, quæ Pacenſis appellatur, & claſſica.* Altera Ponti. Tacit. Hiſt. II. 83. 2. *Claſſem e Ponto Byzantium adigi juſſerat.* Quæ quanta fuerit, in oratione ſua docet Agrippa apud Egeſip. Exſcid. Hieroſol. II. 9. *Aſia, Pontus, Eniochi, Scythæ, Nomades, Taurici Scythæ, Mæotiaque regna, Boſporanique omnes Romano imperio ſubjiciuntur, & illud ante innavigabile pelagus quadraginta naves ad pacem exercent.* De majoribus duabus, ſive prætoriis dixi ſupr. Aug. 49. 1. §. 1. V. quoque *Marcilium.*

18. Calcearium eſt donativum in *calceos*, quos pedibus per vices commeantes multos conſumunt. Ulpian. Digeſt. XXXIV. 1. 21. *Diariis, vel cibariis relictis, neque habitationem, neque calcearium deberi palam eſt.* Ita *clavarium*, quod in clavos caligares impendebatur, vocat Tacit. Hiſt. III. 50. 7. *Militum clavarium (donativi nomen eſt) flagitantium.* Et *vaſarium*, quo ituri in provinciam magiſtratus ſupellectilis cauſa inſtruebantur, Cicero ſupr. Aug. 36. 1. §. 6. *Cerarium*, quod in ceram impendebatur, Cicero ſupr. Aug. 4. 5. §. 25. *Unguentarium*, quod in unguenta dabatur, Plin. Epiſt. II. 11. *Præterea accepiſſe ſeſtertium decem millia, fœdiſſimo quidem unguentarii nomine.* Talia etiam *Meurſ. Auctar. Philol. c. 28. Balduin. de Calceo c. 21. Bergier. de viis milit. IV. 11. §. 2. Demſter. ad Roſin. Ant. Rom* V. 36.

19. Excalceatos cursitare, ut eſſent eo expeditiores, & agiliores: *calceamenta* enim ſunt pedum quaſi vincula, & impedimenta. Docet hoc Muſonius apud Stob. Serm. 1. p. 18. *Καὶ τό γε ὑποδεδέσθαι τὸ ἀνυποδετεῖν τῷ δυναμένῳ κρεῖττον: ἐοικέναι γὰρ τὸ μὲν ὑποδεδέσθαι, τῷ δεδέσθαι ἐγγὺς εἶναι. Ἡ δ' ἀνυποδησία πολλήν ἐλαφρίαν τινὰ καὶ εὐκολίαν παρέχει τοῖς ποσίν, ὅταν ἠσκημένοι ὦσι. Ὅθεν καὶ τοὺς ἡμεροδρόμους ὁρᾶν ἔστιν, οὐ χρωμένους ὑποδήμασιν ἐν ταῖς ὁδοῖς: καὶ τῶν ἀθλούντων τοὺς δρομεῖς, οὐκ ἂν δυναμένους σώζειν τὸ τάχος εἰ δέοι τρέχειν αὐτοὺς ἐν ὑποδήμασιν. At diſcalceatum incedere præſtantius eſt, quam calceari: propemodum enim dixerim, calceatum eſſe, perinde eſſe, ac colligatum & vinctum eſſe. Cæterum immunitas calceorum multum facilitatis & agilitatis præbet pedibus, ſi exercitati fuerint. Unde tabellarios videre eſt non uti calceamentis*

9 & ex eo ita curſitant [20]. Achajam [21], Lyciam [22], Rhodum [23], Byzantium [24], Samum [25] libertate adempta, item Thraciam [26], Ciliciam, & Comagenem [27] ditionis regiæ

ceamentis in viis: atque ex athletis curſores non poſſe ſervare celeritatem, ſi opus ſit ipſos currere in calceis. V. etiam *Balduin. de calc. c.* 21. *Sagittar. Nudip. c.* 1. §. 8. *Byn. de Calc. Hebr.* 1. 5. §. 4.

20. Ex eo ita cursitant. Non diſſimile illud eſt apud Capitol. in Antonin. Philoſ. c. 12. *Funambulis poſt puerum lapſum culcitras ſubjici juſſit: unde hodieque rete prætenditur.* Marcilius.

21. Achajæ nomine omnem Græciam comprehendi, docuit nos Pauſanias ſupr. Claud. 25. 10. §. 28. *Univerſo Achaja libertatem Domitius Nero dedit.* Plin. IV. 6. Sed Veſpaſianus ademit. Philoſtr. Apollon. V. 14. Νέρων ἐλευθέραν ἀφῆκε τὴν Ἑλλάδα, σωφρονέστερόν τι ἑαυτοῦ γνούς: καὶ ἐπανῆλθον αἱ πόλεις ἐς ἤθη Δωρικὰ, καὶ Ἀττικὰ, πάντα τε ἀνήβησε ξὺν ὁμονοίᾳ τῶν πόλεων. Ὃ μὴ πάλαι ἡ Ἑλλὰς εἶχεν. Οὐεσπασιανὸς δὲ ἀφικόμενος ἀφείλετο αὐτὴν τοῦτο.... *Nero Græciam liberam dimiſerat, præclarius aliquid, quam ſui mores exigerent, operatus: & civitates ad mores Atticos, Doriſque redierant, & ob earum concordiam omnia florebant. Verum tanto bono diutius perfrui Græcia non licuit. Veſpaſianus enim adveniens libertatem abſtulit...* Quomodo libertatem Achæis dederit Nero, & quare ademerit Veſpaſianus, docet Pauſan. Achaj. p. 222. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐς Νέρωνα ἡ βασιλεία περιῆλθε ἡ Ῥωμαίων, καὶ ἐλευθέρους ὁ Νέρων ἀφίησιν ἅπαντας, ἀλλαγὴν πρὸς δῆμον ποιησάμενος τὸν Ῥωμαίων. Σαρδὼ γὰρ τὴν νῆσον ἐς τὰ μάλιστα εὐδαίμονα ἀντὶ Ἑλλάδος σφίσιν ἀντέδωκεν.... Οὐ μὴν Ἕλλησί τε ἐξεγένετο ὄνασθαι τοῦ δώρου. Οὐεσπασιανοῦ γὰρ μετὰ Νέρωνα ἄρξαντος, ἐς ἐμφύλιον στάσιν προήχθησαν, καὶ σφᾶς ὑποτελεῖς τε αὖθις ὁ Οὐεσπασιανὸς εἶναι φόρων, καὶ ἀκούειν ἐκέλευσεν ἡγεμόνος, ἀπομεμαθηκέναι φήσας τὴν ἐλευθερίαν τὸ Ἑλληνικόν. *Multis poſt ætatibus, cum ad Neronem Romanorum imperium perveniſſet, is Græcis ſuam reddidit libertatem, ſine Romani imperii detrimento. Pro ea enim Sardiniam praedivitem inſulam in provinciæ formam redegit... Sed enim non fuit hoc beneficium Græcis ad diuturnitatem ſtabile. Nam cum imperii gubernacula poſt Neronem Veſpaſianus teneret, is Græcos, quaſi patrio morbo ſeditione laborantes coercuit, & vectigali impoſito, Romanis magiſtratibus parere juſſit, quod diceret, libertate uti Græcos jam dedidiciſſe.* V. quoque *Scalig. in Euſeb. p.* 183.

22. Lyciam deſcripſi ad Curt. III. I. I. §. 7.

23. Rhodus *libertatem ademptam ſæpe, aut firmatam*, ut de illis Tacit. Annal. XII. 58. 3. V. illum ſupr. Ner. 7. 8. §. 26. noviſſime ademit Veſpaſianus. Sextus Rufus in Breviario. *Rhodus, & inſulæ primum libere agebant: poſtea in conſuetudinem parendi, Romanis clementer provocantibus, pervenerunt: & ſub Veſpaſiano inſularum provincia facta eſt.*

24. Byzantium *arctiſſimo inter Europam, Aſiamque divortio, in extrema Europa poſuere Græci, quibus Pythium Apollinem conſulentibus, ubi conderent urbem, redditum oraculum eſt, quærerent ſedem cæcorum terris adverſam. Ea ambage Chalcedonii monſtrabantur, quod priores illuc advecti, prævisa* (*parum viſa* legit Lipſius. V. tamen Nerium Anal. I. 12.) *locorum utilitate pejora legiſſent. Quippe Byzantium fertili ſolo, fœcundoque mari: quia vis piſcium in Metapontum erumpens, & obliquis ſubter undas ſaxis exterrita, omiſſo alterius littoris flexu, hos ad portus defertur.* Tacit. Ann. XII. 63. Strab. VII. p. 221. Chalcocond. de reb. Turc. I. 3. Ejus ſitum deſcribit etiam Xiphil. LXXIV. p. 844. E. Vocata fuit poſtea *Conſtantinopolis*, & *nova Roma*. Stephanus. Μετωνομάσθη δὲ καὶ Κωνσταντινούπολις, καὶ νέα Ῥώμη. Hodie a Turcis vocatur corrupto nomine *Stambol*, & *Stampol*, ut docet Pinedo ad Stephanum. Et regionibus a Veſpaſiano in provincias redactis annumeratur ab Euſebio ad a. 2089. Eutrop. VII. 15. Oroſ. VII. 9. *Achaja, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, Trachea Cilicia, Comagene, quæ liberæ antea, & ſub Regibus amicis erant, in provinciam redactæ.*

25. Samum deſcripſi ſupr. Aug. 17. 6. §. 21.

26. Thraciam ſub Claudio principe factam eſſe provinciam auctor eſt Euſebius ad a 2062. Legendum itaque *Thracheam Ciliciam*, quæ Κιλικία Τραχεῖα, & Κίλικες Τραχειῶται Stephano & Straboni. Et *Tracheam Ciliciam* dixit ſupr. §. 24. Euſebius, & dicit infr. §. 27. Aurelius Victor eandem narrantes hiſtoriam. *Tracheam Ciliciam* deſcribit Strab. XIV. p. 459. Τῆς δὲ Κιλικίας τῆς ἔξω τοῦ Ταύρου, ἡ μὲν λέγεται τραχεῖα, ἡ δὲ πεδιάς. Τραχεῖα μὲν, ἧς ἡ παραλία στενή ἐστι, καὶ οὐδὲν ἢ σπανίως ἔχει τι χωρίον ἐπίπεδον, καὶ ἔτι ἧς ὑπέρκειται ὁ Ταῦρος οἰκούμενος κακῶς μέχρι καὶ τῶν προσβόρων πλευρῶν τῶν περὶ Ἴσαυρα, καὶ τοὺς Ὁμοναδέας μέχρι τῆς Πισιδίας. Καλεῖται δ' ἡ αὐτὴ Τραχειῶτις, καὶ οἱ ἐνοικοῦντες Τραχειῶται.... *Ciliciæ, quæ extra Taurum eſt, pars aſpera, altera campeſtris dicitur. Aſpera, cujus ora maritima anguſta eſt, & aut nullum, aut raro habet locum aliquem planum: & cui imminet mons Taurus male habitatus uſque ad ſeptemtrionalia latera Iſauris vicina, & juxta Homonadeas uſque ad Piſidiam. Eadem ab aſperitate Tracheotis dicitur, & incolæ Tracheiotæ.* V. tamen de hoc loco contendentes, *Caſaubonum, Torrentium, Marcilium, Turneb. Adv.* XXIV. 36. *Scalig. in Euſeb. p.* 183. *Pancirol. in Notit. imp. orient. c.* 110. *Noriſ. Cenot. Piſan. p.* II. II. *p.* 230. *Epoch. Syro-Maced. Differt,* II. *p.* 134. *Hunger. in Cuſpin. Cæſ. p.* 525. & 526. *Spanhem. Orb. Rom.* II. §. 16. *Vaillant. Num.* I. 131: II. 181.

27. Comagenem a Veſpaſiano in provinciæ formam redactam eſſe dicit etiam Aurel. Vict. Epit. c. 9. §. 13. *Syria, ſeu Palæſtina, nec non Cilicia Trachea, & Comagene, quam hodie Auguſtaphratenſem nominamus, provinciis acceſſere.* Et Oroſ. VII. 9. *Comagene tum primum redacta in provinciam.* Sed jam ſuo tempore provinciam fuiſſe Strabo, qui vixit ſub Tiberio, dixit ſupr. Cal. 16. 10. §. 28. Unde de

regiæ [28] uſque ad id tempus, in provinciarum formam redegit. Cappadociæ pro- 10
pter aſſiduos barbarorum incurſus legiones [29] addidit; conſularemque rectorem [30] im-
poſuit pro equite Romano [31]. Deformis [32] Urbs veteribus incendiis ac ruinis [33] e- 11
rat: vacuas areas occupare, & ædificare, ſi poſſeſſores ceſſarent, cuicunque permi-
ſit [34]. Ipſe reſtitutionem [35] Capitolii [36] aggreſſus, ruderibus purgandis [37] manus pri- 12
mus admovit [38], ac ſuo collo quædam extulit: ærearumque tabularum tria millia [39],
quæ ſimul [40] conflagraverant, reſtituenda ſuſcepit, undique inveſtigatis exemplaribus,

de rebus Tiberii agens Tacit Ann. II. 56. 5. *Comagenis Q. Servaus præponitur, tum primum ad jus prætoris tranſlatis.* Et forte inter confiſcatos reges a Tiberio ſupr. 49. 4. fuit Antiochus *Comagenus*. Sed Tiberii acta reſcidit, & *Comagenem* Antiocho reſtituit Caligula ſupr. 16. 10. §. 27. Verum altera vice in provinciæ formam redegit Veſpaſianus.

28. Ditionis regiæ I. quæ *ſub regibus fuerant*, ut Euſebius, & Eutropius dicunt ſupr. §. 24.

29. Legiones, duodecimam, quæ fulminatrix, & decimam quintam, quæ Apollinaris dicebatur. Dio LV. p. 564. B. Τὸ δωδέκατον, τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ, τὸ κεραυνοφόρον: τό τε πεντεκαιδέκατον, τὸ Ἀπολλώνιον, τὸ ἐν Καππαδοκίᾳ. Tacit. Hiſt. II. 81. 4. *Sed inermes legati regebant, nondum additis Cappadociæ legionibus.*

30. Rectoris appellatio latiſſime pertinet ad omnes, qui provincias adminiſtrarent. Caſſiod. Var. VI. 21. *Et ideo te illi provinciæ rectorem, per illam indictionem, noſtra mittit electio.* Ammian. XXII. 1. *Eique tandem aruſpicinæ peritus Aprunculus Gallus orator, promotus rector poſtea Narbonenſis, nuntiavit eventus.* Plura Buleng. de imperio III. 28.

31. Equitem Romanum *impoſitum* fuiſſe Cappadociæ regendæ dicit quoque Dio Tib. ſupr. 37. 10. §. 27. * Tacitus tamen Annal. II. 56. 4. legatum impoſitum ſcribit, laudatus ſupr. Tib. 37. 10. §. 27. Legati vero ſunt prætores, ſive proprætores. Ita enim dicti, qui in Cæſaris provincias miſſi. Si itaque equitem, quo modo legatum? Fateor in minores provincias ſæpe *equites* miſſos, imo & libertos, ſed cum procuratorum titulo, non legatorum. Cenſeo primo quidem legatum impoſitum: ſed poſt id mutaſſe. Dionem & Suetonium oculos habuiſſe in eo quod obtineret, non quod obtinuiſſet. *Lipſ. in Tacit.* II. n. 163.

32. Deformis *incendiis & ruinis*, ut etiam Plin. 10. *Placuit locus, in quo fuit aliquando domus, ut audio, pulcra, nunc deformis ruinis.* V. ſupr. Ner. 38. 2. §. 4.

33. Incendiis ac ruinis obnoxia urbs Roma propter ædes ligneas, & parietes craticios. Hinc frequens *incendiorum ac ruinarum* mentio in libris. *Marcilius.*

34. Permiserit quare cuicunque.... docuit Caſſiod. ſupr. Ner. 38. 2. §. 4.

35. Restituisse *Capitolium* Veſpaſianum dicunt Plutarch. Poplic. p. 104. E. Τοῦτο δὲ πάλιν ἐν τοῖς κατὰ Οὐιτέλλιον πάθεσι διαφθαρέντος ἐμπρησμῷ, τῇ πρὸς τάλλα, καὶ τοῦτο χρησάμενος εὐποτμίᾳ Οὐεσπασιανὸς ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἀναγαγὼν ἐπεῖδε γενόμενον. *Quod, Capitolium, quum iterum bellis inteſtinis Vitellianis deflagraſſet tertium, cum alia aſus felicitate, tum hac Veſpaſianus ab initio vidit excitatum ad finem.* Cedren. p. 178. Τῷ πρώτῳ ἔτει Οὐεσπασιανοῦ ὁ ναὸς τοῦ Καπετωλίου ἐνεπρήσθη, καὶ τῷ ε΄ ἔτει ἀνοικοδομεῖσθαι παρ' αὐτοῦ ἤρξατο. *Primo Veſpaſiani anno templum Capitolinum conflagravit, & quinto anno id reficere ipſe cœpit.* Sed Veſpaſiani auſpicio, atque juſſu L. Veſtinum Tacit. Hiſt. IV. 53. 1. *Curam reſtituendi Capitolii in L. Veſtinum confert, equeſtris ordinis virum, ſed auctoritate, famaque inter proceres. Ab eo contracti aruſpices monuere, ut reliquiæ prioris delubri in paludes aveherentur, templum iiſdem veſtigiis ſiſteretur: nolle deos mutari veterem formam. Undecimo Kalendas Julias, ſerena luce, ſpatium omne, quod templo dicabatur, evinctum vittis, coroniſque....*

36. Capitolium qui ſuccenſum fuerit, narravit Tacit. ſupr. Vit. 15. 6. §. 32.

* 37. Ruderibus purgandis I. *reliquiis avehendis*, ut Tacit. Hiſt. IV. 53. 2. Locus enim proprie *purgatur.*

38. Primas manus admovisse operi a militibus extruendo magnos duces, dixi ſupr. Ner. 19. 3. §. 13. & hiſce ruderibus purgandis Veſpaſianum Xiphil. LXVI. p. 749. E. Τόν τε νεὼν τὸν ἐν Καπιτωλίῳ εὐθὺς οἰκοδομεῖν ἤρξατο, αὐτός τε τοῦ χοῦ πρῶτος ἐξεφόρησε, καὶ δηλονότι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐπιφανεστάτοις τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν ἐκέλευσεν, ἵνα καὶ τῷ λοιπῷ πλήθει ἀπαραίτητον τὸ διακόνημα γένηται. *Templum Jovis Capitolinum ſtatim ædificare cœpit, primuſque inde terram extulit, juſſitque ceteris illuſtriſſimis, & clariſſimis viris, ut idem facerent, quo minus cetera multitudo operam ſuam denegare poſſet.*

39. Tria millia,.. quia leges tabulis æreis, quas V. ſupr. Cæſ. 28. 2. §. 19. incidendæ, ſecabantur, prout prolixæ erant, & multorum capitum, in tot tabulas, quot erant vel neceſſe, vel commodum. Hinc manavit lex duodecim tabularum, quia duodecim æreæ fuerunt tabulæ, quibus leges decemvirales erant perſcriptæ. Feſtus in reus: *Numa in ſecunda tabula ſecunda lege, in qua ſcriptum eſt....* V. *Merul. de LL.* I. 24.

40. Simul cum Capitolio, in quo plerumque ponebantur. Cicer. Philip. III. 12. *Falſa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curaverit.* Polyb. Hiſt. III. 26. Τούτων δὲ τοιούτων ὑπαρχόντων καὶ τηρουμένων τῶν συνθηκῶν ἔτι νῦν ἐν χαλκώμασι παρὰ τὸν Δία

bus, inſtrumentum [41] imperii pulcerrimum ac vetuſtiſſimum: quo continebantur pæne ab exordio Urbis ſenatuſconſulta, plebiſcita de ſocietate & fœdere, ac privilegio cuicumque conceſſis.

τὸν Καπιτώλιον. *Quum igitur hujuſmodi exſtent fœdera, ſerventurque etiam tabulis aneis inſcripta apud Jovem Capitolinum.* Fixæ n. clavis ferreis ad Capitolii parietes. Plaut. Trin. IV. 3. 32.

Mores leges perduxerant jam in poteſtatem ſuam,
Magis queis ſunt obnoxioſi, quam parentes liberis.
Ea, leges, *miſera etiam ad parietem ſunt fixa clavis ferreis,*
Ubi malos mores affigi nimio fuerat æquius.

* 41. INSTRUMENTA dicuntur etiam, quæ ad memoriam, notitiamve alicujus rei vel facti conſervandam valent; ut & indicia certa, atque teſtimonia. Paull. Digeſt. XXII. 4. 1. *Inſtrumentorum nomine ea omnia accipienda ſunt, quibus cauſa inſtrui poteſt: & ideo tam teſtimonia, quam perſonæ inſtrumentorum loco habentur.* Hoc *inſtrumentum* aut armarium fuit exempla continens veterum tabularum ordine diſpoſitarum; vel, potius volumina cuncta ſenatuſconſulta.... continentia. Apul. Flor. p. 345. *Quippe præconis vox garrula miniſterium eſt; proconſulis autem tabella ſententia eſt, quæ ſemel lecta, neque augeri litera una, neque autem minui poteſt: ſed utcunque recitata eſt, ita provinciæ inſtrumento refertur.* Nardin. Rom. Vet. V. 13.

CAPUT IX.

ARG. *Nova opera facit, ampliſſimos ordines purgat & ſupplet, & dignitate differre ſenatum & equitem notum facit Titus Flavius Veſpaſianus.*

1 Fecit & nova opera, templum Pacis [1] foro [2] proximum; divique Claudii [3] in Cœlio monte, cœptum quidem ab Agrippina, ſed a Nerone prope funditus deſtructum: item amphitheatrum [4] Urbe media [5], ut deſtinaſſe compererat Auguſtum. Ampliſſi-

TEMPLUM PACIS quam magnificum fecerit Veſpaſianus, narrat Joſeph. Bell. Jud. VII. 19. Μετὰ δὲ τοὺς θριάμβους, καὶ τὴν βεβαιοτάτην τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας κατάστασιν, Οὐεσπασιανὸς ἔγνω τέμενος Εἰρήνης κατασκευάσαι: Ταχὺ δὲ δὴ μάλα, καὶ πάσης ἀνθρωπίνης κρεῖττον ἐπινοίας ἐτετέλεστο. Τῇ γὰρ ἐκ τοῦ πλούτου χορηγίᾳ δαιμονίῳ χρησάμενος, ἔτι καὶ τοῖς ἔκπαλαι κατωρθωμένοις γραφῆς τε καὶ πλαστικῆς ἔργοις αὐτὸ κατεκόσμησε. Πάντα γὰρ εἰς ἐκεῖνον τὸν νεὼν συνήχθη καὶ κατετέθη, δι᾽ ὧν τὴν θέαν ἄνθρωποι πρότερον περὶ πᾶσαν ἐπλανῶντο τὴν οἰκουμένην, ὡς ἄλλο παρ᾽ ἄλλοις ἐν κειμένον ἰδεῖν ποθοῦντες. Ἀνέθηκε δ᾽ ἐνταῦθα, καὶ τὰ ἐκ τοῦ ἱεροῦ τῶν Ἰουδαίων χρυσᾶ κατασκευάσματα, σεμνυνόμενος ἐπ᾽ αὐτοῖς. Τὸν δὲ νόμον αὐτῶν, καὶ τὰ πορφυρᾶ τοῦ σηκοῦ καταπετάσματα, προσέταξεν ἐν τοῖς βασιλείοις ἀποθεμένους φυλάττειν. *Poſt triumphos vero, & Romani imperii firmiſſimum ſtatum, Veſpaſianus Paci templum ædificare decrevit. Itaque mira celeritate, & quæ hominum cogitationem ſuperaret, effectum eſt. Magna enim divitiarum largitate uſus, inſuper perfectis id picturæ, ac figmentorum operibus exornavit. Omnia namque in illud fanum collecta, ac depoſita ſunt, quorum viſendorum ſtudio per totum orbem, qui ante nos fuerunt, vagabantur: quomodo aliud apud alios ſitum eſſet, videre cupientes. Hic autem repoſuit etiam quæ Judæorum fuerant inſtrumenta, his ſe magnifice ferens. Legem vero eorum, & penetralium vela purpurea in Palatio condita ſervari præcepit.* Quando dedicaverit, narravit Xiphil. ſupr. Ner. 31. 5. §. 7. In quarta Urbis regione ponunt S. Ruſus, & P. Victor. * *Fecerit* hoc Veſpaſianus, ſive, ut hariolatur Baron. Annal. 1. quod quæ a Prophetis de Chriſto principe pacis dicta erant, in ſe tranſlata Judæorum adulatione, & inprimis Joſephi hiſtorici, imperator crediderit: ſive, ut Caſtal. p. 1. de templo pacis qui ſcripſit, ut eſſet monumentum virtutis & felicitatis ſuæ, ſtabilitique in domo ſua imperii, quod antea crebra temporum mutatione mutaverat. Hujus ſententiam firmat baſis inſcriptio, quæ in ædibus Farneſianis viſitur.

PACI ÆTERNÆ
DOMUS
IMP. VESPASIANI
CÆSARIS AUG.
LIBERORUMQUE EJUS
SACRUM.

2. FORO *Tranſitorio*, quod etiam in quarta Urbis regione, quæ Templum Pacis, ponunt S. Ruſus, & P. Victor. Huic proximum eſſe templum Pacis, docet Mart. 1. 3. 8.

Limina poſt Pacis, Palladiumque forum.

De loco Martialis contendentes V. *Donat. de Urb. Rom.* II. 23. & *Nardin. Rom. Vet.* III. 14.

* 3. CLAUDII *templum* fuiſſe eo loci, quo nunc ædes Stephani protomartyris cognomento rotunda, putat *Donat. de Urb. Rom.* III. 12.

4. AMPHITHEATRUM quid, dixi ſupr. Aug. 29. 13. §. 46. Veſpaſiani in tertia Urbis regione, quæ Iſis, & Serapis Moneta, ponunt S. Ruſus, & P. Victor, *cepit*, ut hic addit, *loca* LXXVII. *millia*, *alias* LXXXVII. *millia*. * Ipſe cœpit, non abſolvit: ſtruxit, non exſtruxit. At Titus filius ſummam manum impoſuit,

Ampliſſimos ordines [6], & exhauſtos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia 2
purgavit [7]: ſupplevitque [8] recenſito ſenatu & equite, ſummotis indigniſſimis [9] &
honeſtiſſimo quoque Italicorum ac provincialium allecto. Atque uti notum eſſet, 3
utrumque ordinem non tam libertate inter ſe, quam dignitate differre, de jurgio
quodam ſenatoris equitiſque Romani ita pronuntiavit: *Non oportere maledici ſenatoribus, remaledici* [10] *civile* [11] *faſque* [12] *eſſe.*

fuit, idemque dedicavit. Duorum ergo Principum opus: ideoque non male S. Rufus, qui ambigue inſcripſit, *Flavii amphitheatrum*, etſi fama & vulgus Tito magis adjudicarit: ſive favore quodam in illum, ſive potius ex Romano ritu, quo receptum opera cenſeri a dedicante. *Lipſ. de Amphith. c.* 6. *Nardin. Rom. Vet.* III. 9. *Borrich. Ant. Urb. fac. c.* 5. §. 1. Quorum primus formam, altitudinem, & capacitatem ejus deſcribit *ibid. c.* 7. Hoc opus magna ex parte adhuc exſtare dicunt inter Palatium, Cœlium, & ædem Mariæ cognomento novæ Sabellicus & Marlian. de Topog. Rom. v. 8. Vulgo *il Coliſeo* dicitur corrupte pro Coloſſœum a Coloſſo, qui ante illud fuit. *Nardin. & Borrich. l. l.*

* 5. Urbe media, quia ſitum in medio ſeptem collium Urbis, a quibus cingitur in modum coronæ, quamvis alius alio ſit propinquior. Habet Capitolium & partem Quirinalis a ſeptemtrionibus; Aventinum & Palatinum ab occaſu; Cœlium & Exquilini partem a meridie; reliquum Exquiliarum cum Viminali, & parte Quirinalis ab ortu. Minus diſtat a Capitolio; ubi illa tempeſtate pomœrium, quod ſecundum illud & Tiberim terminabatur, tamen extra erat tam publicis quam privatis ædificiis frequens, ut horum reſpectu vere in *Urbis medio* diceretur eſſe. *Donat. de Urb. Rom.* III. 7.

6. Ampliſſimos ordines i. ſenatorium & equeſtrem. Cicer. pro Mil. c. 2. *Si denique unquam locus ampliſſimorum ordinum delectis viris datus eſt.* Hi proprie *ordines* propter dignitatem. *Ordo* ſenatorius, quaſi meſſis dignitatum ipſa: equeſter tanquam ſementis, aut ſeminarium, ut apud T. Liv. XLII. 61. *Equites enim illos principes juventutis, equites ſeminarium ſenatus.* Plebejus proprie *ordo* non eſt, quia neque ulla dignitate. Quocirca populum *ordinibus* opponit Plin. XXXIII. 1. *Flavius vovit ad ædem Concordia, ſi populo reconciliaſſet ordines.* Marcilius & Gronov. in Gell. IV. 1. * Lipſ. de Amphith. c. 6. legendum & interpungendum cenſet. *Auguſtum ampliſſimum. Ordines... Amphitheatro* enim, inquit ille, data laus & titulus *ampliſſimi*: non ordinibus, e quibus ſoli ſenatui convenire eum ſcio, nec tributum equiti unquam.

7. Purgavit *contaminatos* n. *probris*, ut noſt. ſupr. Vitell. 4. 1.

8. Supplevit *exhauſtos.* Quos quomodo *suppleverit*, tradit Aurel. Vict. de Cæſ. 9. 11. *Lectis undique optimis viris, mille gentes compoſita, cum ducentas ægerrime reperiſſet, exſtinctis ſævitia tyrannorum pleriſque.*

9. Summotis indigniſſimis, *ſenatu mote probroſiore quoque.* Victor. Et ita Auguſtus ſupr. 35. 1.

10. Remaledico, ἀντιλοιδορῶ. *Gloſſa Cyrilli.*

11. Civile i. *civilitati*, ſive æquæ libertati, ſive æqualitati *civium* conveniens. Ammian. XV. 1. *Quod dicentibus aliis indignanter admodum ferre deberet is, qui ad æmulationem civilium principum vitam formare, moreſque ſuos diligentia laborabat enixa.* Marcilius.

12. Fas i. quod jure licet. Gloſſæ Cyrilli. *Fas*, θεμιτόν. Philoxeni. *Θεμιτόν, licitum, fas, fandum.* Ulpian. Digeſt. III. 2. 13. §. 5. *Cum autem factum notetur: etiamſi cum ea quis nuptias, vel ſponſalia conſtituat, quam uxorem ducere vel non poteſt, vel fas non eſt, erit notatus.* Marcilius.

CAPUT X.

ARG. *Lites qui componerent, & judicia centumviralia qui extra ordinem dijudicarent, ſorte eligit Titus Flavius Veſpaſianus.*

Litium ſeries [1] ubique majorem in modum excreverant, manentibus antiquis, inter- 1
capedine

Litium seriem vult intelligi catalogum, ſive matriculam, ſive indicem *litium*, ſive, ut nunc jlocalariter dicimus, rotulam, qui proprie *ordo* dictus olim. Accenſus nempe aliquis adſtans prætori, aut præſidi, vocabat *lites* ordine, ut quæque prior, aut poſterior. Plane hoc Philo in Flacc. p. 984. *Προσιεὼς τοῖς ἡγεμόσιν ὁ τότε δικάζοντι, ὑπεμιμνημάτιζεν τὰς δίκας εἰσάγων, ὡς εἶχεν τάξιν. Adſtans præſidibus cum jus dicerent, ſuggerebat eis lites, vocans eas, ut quæque ordinem haberet,* i. ut prior quæque aut poſterior eſſet. Serv. Æn. II. 102. *Uno ordine* i. *uno reatu. Et eſt de antiqua tractum ſcientia: quia in ordine dicebantur* (quid ſi *ducebantur*, n. forte) *cauſa propter multitudinem, vel tumultum feſtinantium, quum erat annus litium.* Juven. XVI. 42.

Exſpectandus erit, qui lites inchoet, annus.

Rationem, cur *litium* ordo ſervandus ſit, tradit

capedine juriſdictionis [2], accedentibus novis, ex conditione tumultuque temporum.
2 Sorte [3] elegit, per quos rapta bello reſtituerentur [4]: quique judicia centumviralia [5], quibus peragendis [6] vix ſuffectura litigatorum ætas [7] videbatur, extra ordinem [8] dijudicarent [9], redigerentque ad breviſſimum numerum.

Ulpian. Digeſt. I. 16. 9. §. 4. *Obſervare itaque cum oportet, ut ſit ordo aliquis poſtulantium, ſcilicet ut omnium deſideria audiantur: ne forte dum honori poſtulantium datur, vel improbitati ceditur, mediocres deſideria ſua non proferant: qui aut omnino non adhibuerunt, aut minus frequentes, neque in aliqua dignitate poſitos advocatos ſibi proſpexerunt.* Marcilius.

2. INTERCAPEDINE JURISDICTIONIS, I. quia propter bella civilia diu jus dictum non fuerat. *Intercapedo* intervallum eſt. V. ſupr. Aug. 38. 3. §. 14. *Nulla intercapedo moleſtiæ* eſt nullum tempus a moleſtia vacuum *Cicer. de Fin.* I. 18.

3. SORTE *electos* eſſe judices, monui ſupr. Cæſ. 12. I. §. 8. Hos & ante Veſpaſiani adventum *elegerat* Mucianus. Tacit. Hiſt. IV. 40. 3. *Tum ſorte ducti, per quos redderentur bello rapta.*

4. PER QUOS... I. recuperatores, de quibus ſupr. Ner. 17. 3. §. 14. Sed hoc intereſt, quod illi jure gentium, hi jure civili: per illos recuperatio inter peregrinos, per hos inter cives. Itaque ad exemplum illorum hos ſorte elegit Veſpaſianus. *Marcilius.*

5. JUDICIA CENTUMVIRALIA quænam, & quare dicta, dixi ſupr. Aug. 36. §. 10.

6. PERAGENDIS. Judicium enim centumvirale, cum ſubſcriptum eſſet, non ſtatim expediebatur, ſed in diem aliquem conventus differebatur. *Revard. Protrib. c.* 17.

7. VIX SUFFECTURA LITIGATORUM ÆTAS I. tanta erat multitudo *litium*, atque cauſarum, & tam multi *litigatores*, ut vix credibile videretur, tamdiu victuros *litigatores*, ut ſuarum *litium* cernerent peracta judicia. Ejuſmodi *lites immortales* dicuntur. Cod. III. I. 13. *Properandum nobis viſum eſt, ne lites fiant pæne immortales, & vitæ hominum modum excedant.* 16. *Ne lites in infinitum extendantur.* V. quoque *Beroaldum*, & *Marcilium.*

8. EXTRA ORDINEM, quia in omnibus judiciis cauſarum is *ordo* erat, ut priores prius diſceptarentur, quæ ſecundo & tertio loco introductæ eſſent, ſuo quæque in *ordine* venirent dijudicandæ, ut dictum ſupr. §. I. Hæc ratio movit Veſpaſianum, ut ſorte eligeret judices, qui privata etiam judicia *extra ordinem* terminarent. Judicia enim centumviralia privata, in quibus controverſiæ civiles terminabantur ſerie, & *ordine*, cum non ſufficerent omnibus dijudicandis, & longiſſimum eſſet tempus exſpectandum iis, qui poſterius ad interdictum venerant, donec abſoluti eſſent priores, ſorte elegit, qui *extra ordinem* etiam pecuniarias, & civiles actiones judicarent. *Salmaſ. de mod. uſur. c.* 3.

* 9. QUI JUDICARENT. Licet enim a centumviris ad alios magiſtratus provocatio non fuerit, quia populi auctoritate judicabant, principi tamen ſoli jus fuiſſe videtur illorum ſententias reſcindere. V. noſtr. Domit. 8. 2. Ubi *extra ordinem reſcidiſſe...* Domitianus dicitur, quia *ordinario* hoc non licuerit. Hos, quia infinitæ cauſæ ad judicium centumvirale pendebant, & centumviri, quorum ſolorum erant, illarum multitudine obruebantur, elegit Veſpaſianus, qui dijudicarent. *Siccam. Centumv. jud.* I. 6.

ÇAPUT XI.

ARG. *Libidinem, & luxuriam coercet, & in cæteris rebus civilis, & clemens eſt Titus Flavius Veſpaſianus.*

1.2 Libido atque luxuria, coercente nullo, invaluerat. Auctor ſenatui fuit [1] decer-
3 nendi [2], ut quæ ſe alieno ſervo junxiſſet, ancilla haberetur [3]. Neve filiorum familias

* AUCTOR FUIT. Jus ante jam ab aliis conſtitutum ei ſolent auctores tribuere, qui obſoletum renovavit. Hæc enim ante Veſpaſianum Claudius conſtituerat. Sic Cajus l. I. §. 2. ff. de his qui ſui vel alieni juris, ait: *Ex conſtitutione D. Antonini, qui ſine cauſa ſervum ſuum occiderit, non minus puniri jubetur, quam qui alienum ſervum occiderit.* Id tamen Hadrianus primus conſtituerat. Spartian. c. 18. *Servos a dominis occidi vetuit, eoſque juſſit damnari per judices.* Brummer. de Lege Cincia c. 7.

2. DECERNENDI *auctor fuit.* Optimi principes, aliquid conſtituturi venire ſolebant in ſenatum, atque ibi ea de re, in quam vellent partem, oratione habita, cenſendi arbitrium patribus relinquere. Quo facto ſenatusconſultum in ipſorum fere ſententiam ſequebatur, & interdum a principe, tanquam *auctore*, interdum a conſulibus, in gratiam ſenatus, ſæpe etiam a re ipſa appellabatur. Quod igitur Veſpaſianum *auctorem fuiſſe ſenatui* ſcribit noſter, perinde eſt, ac ſi ab eo id conſtitutum fuiſſe ſcriberet. *Torrentius.* Noſt. ſupr. Aug. 36. I. Oth. 8. I.

3. UT..... ANCILLA HABERETUR. Quod ipſum Claudium antea ſtatuiſſe refert Tacit. Ann. XII. 53. I. *Inter quæ refertur ad patres de pœna feminarum, quæ ſervis conjungerentur: ſtatuiturque, ut ignaro vel* po-

Digitized by Google

familias fœneratoribus [4] exigendi crediti [5] jus unquam eſſet: hoc eſt, ne poſt patrum quidem mortem.

potius *ingrato* i. invito, (ut legendum eſſe contendit doctiſſimus Loonius de manum. ſervor. iv. 1. 3.) *domine ad id prolapſa, ancilla eſſet, ut qua in ſervitutem ſui conſenſiſſet*, i. *conſenſiſſe* videretur. Unde hoc ſenatuſconſultum Claudianum Ictis dicitur. Sed illud, poſt Claudii obitum, licentia temporum obſervari deſitum, a Veſpaſiano inſtauratum fuiſſe putant *Torrentius* & *Marcilius*. V. tamen, ſi lubet, *Fabr. Semeſtr.* 1. 25. *Auguſtin. ad SC. Claudii.*

4. Foeneratores dare ſoliti pecunias fœnori filiisfamiliarum, tali ſtipulatione, ut patre mortuo, & fœnus, & ſortem ſolverent, videlicet cum facti patresfamilias: aut fœnus quidem ſolverent præſentarium, ſive idibus, ſortem vero, ſive caput, patre mortuo. Horat. Sat. 1. 2. 14.

Quinas hic capiti mercedes exſecat, atque
Quanto perditior quiſque eſt, tanto acrius urget:
Nomina ſectatur, modo ſumpta veſte virili,
Sub patribus duris tyronum.

Et hoc Claudius vetuerat. Tacit. Ann. xi. 13. 3. *Et lege lata ſævitiam creditorum coercuit, ne in mortem parentum pecunias filiisfamiliarum fœnori darent.* Quibus verbis indicatur ſenatuſconſultum illud, quod Macedonianum Ictis dicitur, a Macedone quodam fœneratore improbiſſimo, qui, *quod materiam peccandi malis moribus præſtaret*, ut Ulpian. infr. §. 5. cauſam ei ſenatuſconſulto dedit. Et ante Claudium lege ſua Lætorius. Cicer. de Offic. iii. 15. *Atque iſte dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela duodecim tabulis & circumſcriptio adoleſcentium lege Lætoria.* Hoc itaque, quia bellis civilibus jam obliteratum & evanidum, Veſpaſianus vigori priſtino reſtituit. V. quoque *Torrentium*, *Marcilium*, *Fabrum Semeſtr.* 1. 25. & *Hotom. de Senatuſc.* ii. 9.

5. Crediti. Proprie. *Credendi* enim verbo uſus ſenatus. Ulpian. Digeſt. xiv. 6. *Verba ſenatuſconſulti Macedoniani hæc ſunt: Cum inter cæteras ſceleris cauſas Macedo, quas illi natura adminiſtrabat, etiam æs alienum adhibuiſſet, & ſæpe materiam peccandi malis moribus præſtaret, qui pecuniam incertis nominibus crederet: placere, ne cui, qui filiofamilias mutuam pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis ejus, cujus in poteſtate fuiſſet, actio, petitioque, daretur.*

CAPUT XII.

ARG. *Mediocritatem priſtinam nunquam diſſimulat, & frequenter præ ſe fert princeps Titus Flavius Veſpaſianus.*

Cæteris in rebus ſtatim ab initio principatus uſque ad exitum civilis & clemens. 1
Mediocritatem priſtinam neque diſſimulavit unquam, ac frequenter etiam præ 2
ſe tulit. Quin & conantes quoſdam originem Flavii generis ad conditores Reati- 3
nos [1], comitemque Herculis [2], cujus monumentum [3] exſtat via Salaria [4], referre,
irriſit ultro. Adeoque nihil ornamentorum extrinſecus cupide appetivit, ut trium- 4
phi die fatigatus tarditate & tædio pompæ [5], non reticuerit: *merito ſe plecti* [6], *qui*
triumphum, quaſi aut debitum majoribus ſuis, aut ſperatum unquam ſibi, tam inepte ſe-
nex

Ad conditores Reatinos. Ita enim ſolent, dum per aſſentatiunculas principibus gratificari ſtudent, adulatores, illorum genus, ad deos etiam immortales referre. Ita aſſentatores, ut ſe Jovis Hammonis filium eſſe crederet, & Philippum patrem faſtidiret, Alexandrum infatuaverant. Unde Hermolaus apud Curt. viii. 7. 13. *Tu Philippum patrem averſaris, & ſi quis Deorum ante Jovem poneretur, faſtidires etiam Jovem.* Beroaldus. *Condere* quinam dicantur urbes, & inſulas, dixi ſupr. Aug. 99. 1. 2.

2. Comitem Herculis, a quo Reate oppidum conditum, & qui forte Flavus dictus fuerit.

* 3. Monumentum.... qua parte viæ Salariæ fuerit, & ad quam referendum ſit regionem, ignoratur. Ego hic illius facere mentionem volui, quod mihi regioni quintæ videretur proximum fuiſſe: ſed incerta conjectura, *Nardin. Rom. Vet.* iv. 7.

4. Viam Salariam V. ſupr. Ner. 48. 1. §. 3.

5. Pompam *triumphi*, quem de Judæis egit Veſpaſianus, prolixe deſcribit Joſeph. de Bell. Jud. vii. 16. & hæc addit. Μεθ' ἃ Οὐεσπασιανὸς ἤλαυνε, καὶ Τίτος ἑπετο. Δομετιανὸς δὲ παρίππευεν, αὐτός τε διαπρεπῶς κεκοσμημένος, καὶ τὸν ἵππον παρέχων θέας ἄξιον. *Poſt hæc Veſpaſianus prior ibat, & Titus deinde ſequebatur. Domitianus autem adequitabat, ipſe quoque ornatus decore, dignumque ſpectari exhibens equum.*

6. Se plecti i. ſibi male fieri. * *Merito plecti* eſt formula, qua utebantur, qui fatebantur culpam calamitatis penes ſe eſſe. Phædr. 1. 32. §. 13.

De reliquis una: merito plectimur.

Quod *jure plecti* Nep. Attic. 11. 6. *Qui cavit ne qua in re jure plecteretur.*

5 *nex* [7] *concupiſſet.* Ac ne tribunitiam quidem poteſtatem, & patris patriæ appellatio-
6 nem niſi ſero recepit. Nam conſuetudinem ſalutantes ſcrutandi [8] manente adhuc bello civili, omiſerat.

7. SENEX, tanquam *ſenes* exacta vitæ majori parte honores, & id genus ornamenta ambire non debeant: ut decreſcente ætate pariter quoque cupido minuatur. Hinc Tacit. Hiſt. II. 74. 4. *Veſpaſianus modo in ſpem erectus, aliquando adverſa reputabat; quis ille dies foret, quo ſexaginta ætatis annos, & duos filios juvenes bello permitteret?* Beroaldus.

8. CONSUETUDINEM SALUTANTES SCRUTANDI V. ſupr. Claud. 35. 2. §. 9.

CAPUT XIII.

ARG. *Amicorum libertatem, cauſidicorum figuras, & philoſophorum contumaciam leniter fert Titus Flavius Veſpaſianus.*

1 Amicorum libertatem [1], cauſidicorum [2] figuras [3], ac philoſophorum contuma-
2 ciam [4] leniſſime tulit [5]. Licinium Mucianum notæ impudicitiæ [6], ſed meritorum fiducia [7] minus ſui reverentem, nunquam niſi clam, & hactenus [8] retaxare [9] ſuſti-

LIBERTATEM 1. loquendi conſuetudinem *liberiorem.* Aurel. Vict. Epit. 9. 3. *Ferebat patienter amicorum motus, contumeliis eorum, ut erat facetiſſimus, dictis jocularibus reſpondens.* Beroaldus.

2. CAUSIDICI ſoliti Romæ etiam cauſæ ſuæ diſpendio, intemperantia linguæ provecti, in judices quoque ipſos velitari ſubinde, ut queritur Fabius IV. 1. Neque temere Ulpian. Digeſt. 1. 16. 9. §. 2. *Circa advocatos patientem eſſe proconſulem oportet, ſed ingenio, ne contemptibilis videatur.* Marcilius.

3. FIGURAS, quibus oblique aliquis notatur, *morſus figuratos* vocat Macrob. Sat. VII. 3. *ſchemata* Fab. IX. 2. *obliqua dicta* Aurel. Vict. Epit. 9. 4. ἐσχηματισμένα Græci. His *figura dicere* eſt ἐσχηματισμένως λαλεῖν, & ὁ ἐσχηματισμένος λόγος τῷ γυμνῷ opponitur. Philoſtr. vit. Sophiſt. p. 559. Παρελθὼν καθίστατο ἐς διαβολὰς τοῦ αὐτοκράτορος, οὐ σχηματίσας τὸν λόγον, ὡς εἰκὸς ἦν, ἄνδρα γεγυμνασμένον τῆς τοιᾶς δὲ ἰδέας, μεταχειρίσασθαι τὴν ἑαυτοῦ χολὴν, ἀλλ᾽ ἀπηγκωνισμένῃ τῇ γλώττῃ, καὶ γυμνῇ, διετείνετο λέγων. *Adveniens invectus eſt in imperatorem oratione non figurata, ut par fuit, virum in hoc dicendi genere exercitatum bilem ſuam arte moderari: ſed lingua amentata; & nuda contendebat his vocibus. Figurarum* exempla adfert Spartian. Sever. c. 14. *Damnabantur autem plerique, cur jocati eſſent, alii cur tacuiſſent, alii cur pleraque figurata dixiſſent, ut quod eſſet imperator vere nominis ſui, vere Pertinax, vere Severus.* Noſt. Domit. 10. 2. Videſis etiam *Caſaubonum, Marcilium, Salmaſium in Spartianum. Voſſ. de Inſt. Orat.* V. 6. §. 7.

4. CONTUMACIA quid ſit, dictum ſupr. Aug. 54. 3. §. 10. Hæc erat vitium peculiare philoſophorum adverſus principes, & magiſtratus. Stoici eximii in eo genere & Cynici. Hinc philoſophi Romæ in odio. Xiphil. LXVI. p. 751. A. Ὡς δ᾽ οὖν καὶ ἄλλοι πολλοὶ ἐκ τῶν Στωϊκῶν καλουμένων λόγων προαχθέντες, μεθ᾽ ὧν καὶ Δημήτριος ὁ Κυνικὸς, συχνὰ καὶ οὐκ ἐπιτήδεια τοῖς παροῦσι δημοσίᾳ, τῷ τῆς φιλοσοφίας προσχήματι καταχρώμενοι διελέγοντο, κἀκ τούτου καὶ ὑποδιέφθειρόν τινας, ἔπεισεν ὁ Μουκιανὸς τὸν Οὐεσπασιανὸν πάντας τοὺς τοιούτους ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν, εἰπόντας ὀργῇ μᾶλλον ἢ φιλολογίᾳ τινὶ πολλὰ κατ᾽ αὐτῶν· καὶ πάντας αὐτίκα τοὺς φιλοσόφους ὁ Οὐεσπασιανὸς, πλὴν τοῦ Μουσωνίου, ἐκ τῆς Ῥώμης ἐξέβαλε. *Sed quum alii multi incitati ex Stoica diſciplina, inter quos Demetrius Cynicus, multa rerum præſenti ſtatui parum convenientia publice prætextu philoſophiæ diſſererent, atque ita multos occulte in varias ſententias traherent, Mucianus Veſpaſiano perſuaſit ut omnes, qui eſſent ejus ſecta, ex Urbe expelleret, veluti qui magis ira concitati quam doctrina ſtudio contra illum,* Veſpaſianum, *multa dixiſſent. Et omnes ſtatim philoſophos, præter Muſonium, Roma ejecit.* Unde Philoſophorum cauſam agens Senec. Epiſt. 73. *Errare mihi videntur, qui exiſtimant, philoſophiæ fideliter deditos, contumaces eſſe, ac refractarios, & contemptores magiſtratuum, ac regum, eorumve, per quos publica adminiſtrantur.*

5. LENISSIME TULIT aliquamdiu ut patet ex §. 4.

6. NOTÆ IMPUDICITIÆ ſignanter dicit, non *impudicum.* Nam proprie infamem facit *nota impudicitiæ.* Quinam *impudici*, dixi ſupr. Aug. 34. 1. §. 3. Deſcribit illam Tacit. Hiſt. I. 10. 3. *Luxuria, induſtria, comitate, arrogantia, malis, boniſque artibus mixtus: nimiæ voluptates, cum vacaret: quoties expedierat, magnæ virtutes. Palam laudares, ſecreta male audiebant.*

7. MERITORUM FIDUCIA, quia non tantum exercitum illi promiſerat, ſed & prolixa oratione ad quid tentandum illum impulerat ſupr. 6. 9. §. 26. Unde etiam *Urbem ingreſſus cuncta ſimul in ſe traxit. Ille unus ambiri, coli: nec deerat ipſe, ſtipatus armatis, domos, hortoſque permutans, apparatu, inceſſu, excubiis, vim principis complecti, nomen remittere,* apud Tacit. Hiſt. IV. 11. 2. & 3. *Gloria avidus, at-*

que

ſuſtinuit, ut apud communem aliquem amicum querens, adderet clauſulæ, *Ego tamen vir ſum* [10]. Salvium Liberalem in defenſione divitis rei auſum dicere, *quid ad* 3
Cæſarem, ſi Hipparchus HS millies habet [11]? & ipſe laudavit. Demetrium Cyni- 4
cum [12] in itinere obvium ſibi poſt damnationem [13], ac neque aſſurgere [14], neque ſalutare ſe dignantem, oblatrantem [15] etiam neſcio quid [16], ſatis habuit *Canem* [17] appellare.

que omne belli decus ſibi retinens apud eund III. 8. 6. imo, licet *erga principem contumelioſum* hoc eſſet, *in manu ſua fuiſſe imperium, donatumque Veſpaſiano jactabat.* IV. 4. 2.

8. Hactenus, in tantum ut ad hoc dictum ſolum progrederetur. *Beroaldus.* V. ſupr. Ner. 31. 10. §. 24.

9. Retaxare eſt viciſſim reprehendere, & ſuorum vitiorum admonere eum, a quo fueris *taxatus.* Quod quid ſit, dictum ſupr. Aug. 4. 5. §. 22.

10. Ego tamen vir sum. De qua clauſula Aurel. Vict. Epit. 9. 3. *Namque Licinium Mucianum, quo adjutore ad imperium pervenerat, fiducia meritorum inſolentem flectebat, adhibito aliquo utrique familiari, id unum dicens: noſti me virum eſſe.* Et ita Virg. Ecl. III. 7.

Parcius iſta viris tamen objicienda memento.

Vir ſum formula eſt adagii, qua quis utetur, cum pudicitiam ſuam prædicat. Opponitur enim etiam hoc loco alterius impudicitiæ. V. etiam *Lacerd. ad Virgilium.*

11. Quid ad Cæsarem.... morſus figuratus in Veſpaſianum illius cauſidici, quaſi bona Hipparchi divitis inhiantem, & abeuntem ab ingenio principum illorum, *quibus auri vis, atque opes inſenſa*, ut loquitur Tacit. Ann. XI. I. 2. Sed Cæſar accepit quaſi dictum ſine figura. Soliti Romæ plerique principes divitibus invidere. Hinc laus illa Alexandri apud Lamprid. c. 40. *Divitiis nullius invidit, pauperes juvit.* Marcilius & Beroaldus.

12. Demetrius Cynicus philoſophus fuit Corinthius. Philoſt. vita Apollon. IV. 8. Ἐν Κορίνθῳ δὲ φιλοσοφῶν ἐτύγχανε τότε Δημήτριος, ἀνὴρ ξυνειληφὼς ἅπαν τὸ ἐν κυνικῇ κράτος. Παθὼν δὲ πρὸς τὸν Ἀπολλώνιον, εἵπετο αὐτῷ μαθητιῶν. *Erat eo tempore Corinthi philoſophus, nomine Demetrius, omnem Cynicorum diſciplinam complexus. Is cum erga Apollonium eſſet affectus, ſequebatur illum illius diſcipulus.* Ideoque Romam venit, & coluit Apollonium. Philoſt. ibid. c. 14. Ἐπεὶ δὲ ὁ Δημήτριος διατιθεὶς πρὸς αὐτὸν, παραγενόμενος ἐς τὴν Ῥώμην, ὕστερον ἐθεράπευε τὸν Ἀπολλώνιον.

13. Post damnationem, qua illum in inſulas relegaverat. Xiphil. B. Τὸν δὲ δὴ Δημήτριον, καὶ τὸν Ὁστίλιον καὶ ἐς νήσους κατέκλεισε: Mora vero interceſſerat *poſt damnationem* aliqua, dum locaretur exportandus. Senec. Contr. IX. 6. *Cum ſciret in exſilium deportandos locari ſolere.* V. & *Marcilium.*

14. Assurrexisse inferiores nobilioribus & potentioribus dixi ſupr. Cæſ. 78. 4. §. 17.

15. Oblatrantem, μηδ' ὑπείκοντι, *nondum quieſcentem.* Xiphilinus. Demetrii παῤῥησίαν docet nos Philoſtr. vit. Apollon. VI. 14. Τίς δὲ, ἔφη, Ἀπολλώνιε, ἡ σοφία τοῦ ἀνδρὸς τούτου? παῤῥησία, εἶπε, καὶ τὸ ἀληθεύειν, ἐκπλήττεσθαί τε ὑπὸ μηδενός: ἔστι γὰρ τοῦ κυνικοῦ κράτους. *Quanam, inquit* Titus, *eſt ejus viri ſapientia? Libertas loquendi, inquit* Apollonius, *& vera prædicandi, & conſtantia, quæ a nullo perterretur; habet enim vim quandam cynicam.*

16. Nescio quid qualis ſit formula, docui ad Curt. IX. 2. 31. §. 88.

17. Canem. Xiphilinus. Τῷ δὲ Δημητρίῳ ἐκέλευσεν Οὐεσπασιανὸς λεχθῆναι, ὅτι σὺ μὲν πάντα ποιεῖς, ἵνα σε ἀποκτείνω, ἐγὼ δὲ κύνα ὑλακτοῦντα οὐ φονεύω. *Demetrio vero Veſpaſianus mandari juſſit his verbis, tu quidem nihil prætermittis, ut ego te interfici jubeam, ego tamen canem latrantem non occido. Hoc verbo*, ut docet ad Terent. Eun. IV. 7. 33. Donatus, *impudentibus inimicis convicium fieri ſolet. Nam militare dictum eſt in hoſtem canis: & apud Homerum pro gravi contumelia in adverſarium dicitur, velut Iliad.* I. 159.

Τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ σοί τε κυνῶπα,
Pœnam poſcentes pro Menelao, teque canino vir adſpectu.

Leve vero, imo nullum eſt convicium in Cynicum profeſſione. Hi enim populariter *canes* dicti. Ælian. V. H. XIV. 33. Ἐπάκουσον τῶν λόγων κύον. *Quin diligenter ſermones meos auſcultas canis?* Ut ibi Diogeni dicit Plato Philoſtr. vit. Apollon. VI. 15. Ἀπολλώνιος φιλόσοφος Δημητρίῳ κυνὶ χαίρειν. Imo ſe ipſos *canes* dicebant. Laërt. vit. philoſ. VI. p. 403. Κἀγὼ, φησὶ Διογένης ὁ κύων.

CAPUT XIV.

ARG. *Offenſarum, & inimicitiarum non eſt memor, aut exſecutor Titus Flavius Veſpaſianus.*

Offen-

1 Offenſarum inimicitiarumque minime memor exſecutorve [1], Vitellii hoſtis ſui filiam
2 ſplendidiſſime maritavit [2], dotavitque [3] etiam & inſtruxit [4]. Trepidum eum [5] interdicta aula ſub Nerone [6], quærentemque quidnam ageret, aut quo abiret: quidam ex officio [7] admiſſionis [8] ſimul expellens, *abire Morboniam* [9] juſſerat. In hunc poſtea [10] deprecantem haud ultra verba excanduit, & quidem totidem fere atque eadem [11].
3 Nam ut ſuſpicione aliqua, vel metu ad perniciem cujuſquam compelleretur, tantum abfuit, ut monentibus amicis cavendum eſſe Metium Pompoſianum, quod vulgo crederetur geneſim habere imperatoriam [12], inſuper conſulem fecerit [13], ſpondens quandoque [14] beneficii memorem futurum [15].

EXSECUTOR I. ultor. V. ſupr. Cæſ. 67. 1. §. 3.

2. SPLENDIDISSIME MARITAVIT I. viro nobiliſſimo elocavit. Aurel. Vict. Epit. 9. 2. *Hujus, Veſpaſiani, inter cætera bona illud ſingulare fuit, inimicitias oblivisci, adeo ut Vitellii hoſtis ſui filiam locupletiſſime dotatam, ſplendidiſſimo conjungeret viro.*

3. DOTAVIT I. *dotem* de ſuo largitus eſt. Hanc interdum pauperioribus virginibus largiebantur veteres. Apul. Mileſ. x. p. 250. *Sic neceſſarium ſanguinis ſui munus aggreditur, ut deſolatam vicinam puellam, parentumque præſidio viduatam domus ſuæ tutela receptaret, ac mox artiſſimo, multumque ſibi dilecto contubernali, largitus de proprio dotem liberaliſſime, traderet.*

4. INSTRUXIT I. *inſtrumentum*, ſive ſupellectilem dedit. Opus illi erat ſupellectile. Nihil enim habebat, quo ornari poſſet, quandoquidem omnia Vitellii bona fiſco addicta erant. Recte vero *dotare*, & *inſtruere* jungit noſter. Nam pater, aut extraneus, qui dotem dabat, ſolitus quoque dare ornamenta, ſive *inſtruere*. Terent. Heaut. IV. 7. 9.

Haſce ornamentis conſequentur alteræ:
Porro hæc talenta dotis appoſcunt duo.

Dari ſolita ornamenta illa, ut ſponſa nuptiali die honeſtius ad virum deduceretur. Ulpian. Digeſt. XIII. 6. 5. §. 10. *Vel ſi ſua duntaxat cauſa commodavit, ſponſæ forte ſuæ, vel uxori, quo honeſtius culta ad ſe deduceretur.* V. etiam *Marcilium.*

5. TREPIDUM EUM, *Veſpaſianum.*

6. INTERDICTA AULA SUB NERONE a Phœbo liberto. Xiphil. LXVI. p. 750. D. Ὅτι ἐπὶ τῷ Νέρων͵ ἐνυσταγμένα περὶ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ θεάτρου ἐν τῇ Ἑλλάδι, ἐφ' οἷς ἀσχημονοῦντα ἑώρα τὸν αὐτοκράτορα ἐκδεδιὼς πρὸς ὀργὴν ἀπειλεῖν. *Quod Neronis temporibus in Græcia, atque in theatro, quum* Veſpaſianus *videns imperatorem contra decorum facere, frontem contraxiſſet, iratus juſſerat* Phœbus *eum abire.*

7. QUENDAM EX OFFICIO *admiſſionis* dicit noſter pro quodam *admiſſionali.* Corpus ipſum, & quaſi collegium *admiſſionalium* vocavere *officium admiſſionis*, ut hunc noſter: aut *officium admiſſionum*, ut Cod. XII. 29. 2. *Si quis in officio admiſſionum, & caſtrenſis ſacri palatii militans*: aut *officium admiſſionalium*, ut Cod. XII. 60. 10. *Officii admiſſionalium, memorialium.* Fuit vero ille *quidam* Phœbus Neronis libertus. *Marcilius.*

8. ADMISSIONALIUM, ut Macrob. Sat. I. 7. *provincia erat admittere volentes dominum convenire.* Lamprid. Alex. Sever. c. 4. *Salutabatur quaſi unus de ſenatoribus, patente velo, admiſſionalibus remotis, aut ſolis iis, qui miniſtri ad fores fuerant.* De his, & illorum munere Calvin. in Senec. de Clem. I. 10. Guther. de Off. Dom. Aug. III. 11. Buleng. de Imper. II. 22. Stuck. A. C. II. 30. Laz. Comm. R. R. II. 4. Panvin. Not. imp. c. 65. Popm. de oper. ſerv. p. 122. Pignor. de ſerv. p. 466. & nos ſupr. Tib. 46. §. 4. & 5.

9. MORBONIAM, nomen oppidi, quod tamen nuſquam eſt, ſed ceu oppidi nomen, ſub ſenſu morbi, & exitii, populi ore frequentabatur. Hoc enim perinde eſt, ac ſi quis aliquem in malam crucem amandet, aut ad corvos abire jubeat. Certe Xiphilinus §. 11. pro *Morbonia* ἐς κόρακας habet. Τὸ δὲ ἐξορίζειν, ὅ ποι, ἐς κόρακας, εἶπεν. Vel ſub *Morbonia* nomine accipiamus Anticyram, quæ tunc forte dicta *Morbonia*, quod veratro egentes, ac morboſi eo navigarent. Quaſi dixerit Phœbus ille Veſpaſiano, ut ille Plauti Men. III. 2. 50.

——— *non tu abis quo dignus es,*
Aut te piari jubes homo inſaniſſime.

Inſanum Phœbus ille Veſpaſianum videri vult, qui non temperaverit ſibi a ſomno, & diſceſſu, cum cantaret Nero. V. *Marcilium*, *Turneb. Adv.* XXIV. 36. *Barth. Adverſ.* XLII. 3. LVI. 6.

10. POSTEA, cum jam rerum potiretur Veſpaſianus. *Beroaldus.*

11. TOTIDEM FERE, ATQUE EADEM *verba.* Xiphilinus. Τῆς τούτου δὲ ἀπολογουμένου τῷ Φοίβῳ, ὅτι τε κακῶς αὐτὸν λεγόμενον, ὅτε ἀπεκρίνατο αὐτῷ ἄλλο οὐδὲν πλὴν αὐτὸ τοῦτο ὅτι, ἐς κόρακας ἄπελθε. *Defendenti ſe Phœbo in hac cauſa, non modo nullum damnum attulit, ſed neque aliud, quam hoc ipſum reſpondit, ad corvos abi.*

12. GENESIN IMPERATORIAM HABERE I. mathematicos, inſpecta ejus nativitate, illi prædixiſſe, fore, ut aliquando imperaret. *Regiam geneſin* habuit quoque Severus apud Spartian. c. 3. *Quum amiſſa uxore aliam vellet ducere, genituras ſponſarum requirebat, ipſe quoque matheſeos periti ſſimus: & quum audiſſet eſſe in Syria quandam, quæ id genituræ haberet, ut regi jungeretur, eandem uxorem petiit, Juliam ſcilicet, & accepit interventu amicorum.* Beroaldus. De vocabulo hoc matheſeos egi ſupr. Aug. 49. 22. §. 73.

13. CONSULEM FECERIT idem ſentiens, quod Marcus

cus Antoninus de Avidio Caſſio, quem Verus cavendum ſcripſerat. M. Antoninus imperator apud Vulcat. Gallic. c. 2. *Epiſtolam tuam legi, & ſollicitam potius quam imperatoriam, & non noſtri temporis. Nam ſi ei divinitus debetur imperium, non poterimus interficere, etiamſi velimus. Scis enim proavi tui dictum, ſucceſſorem ſuum nullus occidit: ſin minus, ipſe ſponte ſine noſtra crudelitate fatales laqueos inciderit.* Beroaldus.

14. QUANDOQUE I. ſi imperaret, ſicuti credebatur ex genitura imperatoria. *Beroaldus.*

15. BENEFICII MEMOREM FUTURUM. Xiphil. LXVII. p. 765. A. Ὃς ὁ μὲν Οὐεσπασιανὸς μαθὼν ἐκ φήμης τινὸς ὅτι μοναρχήσει, οὐδὲν κακὸν εἰργάσατο, ὅτι καὶ ἐτίμα, λέγων ὅτι πάντως μου μνημονεύσει, καὶ πάντως με ἀντιτιμήσει. *Quem*, Metium Pompoſianum, *Veſpaſianus propterea nullo unquam damno affecerat, quod acceperat ex aliquo rumore, eum regnaturum: ſed habuerat in honore, dicens omnino mei memor erit, & omnino me viciſſim honore adjiciet.* Cavilli loco id fuiſſe dicit Aur. Vict. Epit. c. 9. n. 14. *Hic monentibus amicis, ut caveret a Metio Pompoſiano, de quo ſermo percrebruerat, regnaturum, conſulem fecit, alludens tali cavillo: quandoque memor erit tanti beneficii.*

CAPUT XV.

ARG. *Non temere inſontem punit, cæde cujuſquam nunquam lætatur, & juſtis ſuppliciis illacrymat, & ingemiſcit Titus Flavius Veſpaſianus.*

Non temere quis punitus inſons reperitur: niſi abſente eo & ignaro [1] aut certe in- 1
vito [2] atque decepto. Helvidio Priſco [3], qui reverſum ex Syria, ſolus, pri- 2
vato nomine [4] *Veſpaſianum* ſalutaverat, & in prætura [5] omnibus edictis ſine honore [6]
ac mentione ulla tranſmiſerat [7], non ante ſuccenſuit [8], quam altercationibus [9] inſolentiſſimis

ABSENTE EO ET IGNARO. Interea dum ipſe *abeſt* in Syria, & Romæ Mucianus quaſi regnum obtinet, inſcio Veſpaſiano interfecti ſunt C. Calpurnius Piſo Galerianus, L. Piſo, & alii proceres. Narrat Tacit. Hiſt. IV. 49. *Marcilius.*

2. INVITO. Ita

——— *triſtes invitum audiſſe catenas*

Rutilium Gallicum ſcribit Stat. Sylv. I. 4. 43. V. ſupr. Ner. 10. 5.

3. HELVIDIUS PRISCUS, *regione Italiæ, Tarracinæ municipio, Cluvio patre, qui ordinem primi pili duxiſſet, ingenium illuſtre altioribus ſtudiis juvenis admodum dedit....* Tacit. Hiſt. IV. 5. 2. Πρίσκος Ἑλουίδιος ὁ τοῦ Θρασέου γαμβρὸς, τοῖς τε Στωϊκοῖς δόγμασιν ἐντραφεὶς, καὶ τὴν τοῦ Θρασέου παῤῥησίαν οὐ σὺν καιρῷ μιμούμενος. *Helvidius Priſcus, gener Thraſeæ, & in præceptis Stoicorum ab ineunte ætate verſatus, Thraſeæ loquendi libertatem, quamvis minus opportunis temporibus, imitans.* Xiphil. LXVI. p. 750. E.

4. PRIVATO NOMINE *ſalutari* viros ſummis honoribus functos contumelioſum eſſe dixi ſupr. Aug. 13. 4. §. 17.

5. DE PRÆTURA *Helvidii* in actis anni ab U. C. 822. Tacit. Hiſt. IV. 53. 4. *Helvidius Priſcus prætor, præeunte Plauto Eliano pontifice, luſtrata ſuovetaurilibus area, & ſuper ceſpitem redditis extis, Jovem, Junonem, Minervam, præſideſque imperii deos precatus...*

6. SINE HONORE, cum prætorum eſſet in edictis prætoriis nomen principis cum veneratione præſcribere. Quod quum non præſcripſiſſet M. Cluvius Rufus Hiſpaniæ rector, *Hilarius Cæſaris libertus illum detulit, tanquam audito Vitellii, & Othonis principatu, propriam ipſe potentiam, & poſſeſſionem Hiſpaniarum tentaſſet: eoque diplomatibus nullum principem præſcripſiſſet.* Tacit. Hiſt. II. 65. 2. V. *Beroaldum.*

7. TRANSMISERAT.... imo ſemper male dixerat. Xiphilinus Στρατηγῶν δὲ τοιαῦτα, οὐδέ τι πρὸς τιμὴν αὐτοκράτορος ἔδρα, καὶ προσέτι καὶ βλασφημῶν αὐτὸν οὐκ ἐπαύετο. *Ac tunc quum eſſet prætor, nihil faciebat in honorem imperatoris, ſed ei ſemper male dicebat.*

8. NON ANTE SUCCENSUIT: imo quid flens dixerit, dicit Xiphilinus. Καί ποτε διὰ τοῦτο οἱ δήμαρχοι συλλαβόντες αὐτὸν, τοῖς ὑπηρέταις παρέδοσαν, συνεχύθη τε ὁ Οὐεσπασιανὸς, καὶ δακρύσας ἐκ τοῦ βουλευτηρίου ἐξῆλθε, τοσοῦτον μόνον εἰπών: ὅτι ἐμὲ μὲν υἱὸς διαδέξεται, ἢ οὐδεὶς ἄλλος. *Atque ob eam cauſam captus a tribunis plebis lictoribus traditus eſſet, confuſus Veſpaſianus flevit, hoc unum dicens: aut mihi filius ſuccedet, aut nemo.*

9. ALTERCATIONES has denarrat Arrian. in Epict. I. 2. Ταῦτα εἶδε καὶ Πρίσκος Ἑλουίδιος, καὶ ἰδὼν ἐποίησε. Προσπέμψαντος γὰρ αὐτῷ Οὐεσπασιανοῦ, ἵνα μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν σύγκλητον, ἀπεκρίνατο, ἐπὶ σοί ἐστι μὴ ἐᾶσαί με εἶναι συγκλητικόν: μέχρι δ' ἂν ὦ, δεῖ με εἰσέρχεσθαι. Ἄγε, ἀλλ' εἰσελθὼν, φησὶ, σιώπησον. Μή με ἐξέταζε, καὶ σιωπήσω. Ἀλλὰ δεῖ με ἐξετάσαι. Κἀμὲ εἰπεῖν τὸ φαινόμενον δίκαιον. Ἀλλ' ἐὰν εἴπῃς, ἀποκτενῶ σε. Πότε οὖν σοι εἶπον, ὅτι ἀθάνατός εἰμι; καὶ σὺ τὸ σὸν ποιήσεις, κἀγὼ τὸ ἐμόν. σόν ἐστιν, ἀποκτεῖναι, ἐμὸν, ἀποθανεῖν μὴ τρέμοντα: σὸν, φυγαδεῦσαι: ἐμὸν ἐξελθεῖν μὴ λυπούμενον. *Hæc Priſcus Helvidius vidit: & cum vidiſſet, fecit. Nam cum ad eum Veſpaſianus miſiſſet, ne in ſenatum veniret: penes te inquit, eſt, ne me ſenatorem eſſe patiaris: quamdiu autem me loco non moveris, eſt in curiam mihi veniendum. Age: at ingreſſus, taceto, inquit. Ne me roga, & tacebo. At eſt mihi*

3 lentiſſimis pæne in ordinem redactus [10]. Hunc quoque, quamvis relegatum [11] primo, deinde & interfici [12] juſſum [13], magni æſtimavit [14] ſervare quoquo modo [15], miſſis qui percuſſores revocarent, & ſervaſſet, niſi jam periiſſe falſo nuntiatum eſſet.
4 Cæterum neque cæde cujuſquam unquam lætatus, juſtis ſuppliciis illacrymavit etiam & ingemuit.

mihi rogandum. Et dicendum mihi, quod rectum eſſe putaro. Verum ſi dixeris; occidam te. Quando ergo tibi dixi, me immortalem eſſe? tu tuum facies, ego meum: tuum eſt occidere: meum, mori non trementem: tuum, relegare: meum, exire non triſtem. Quid altercatio, V. ſupr. Cæſ. 23. 1. §. 6.

10. In ordinem redigi qui dicatur imperator, dixi ſupr. Claud. 38. 2. §. 7. De Helvidii conatu Marcellus apud Tacit. Hiſt. iv. 8. 5. *Denique conſtantia, fortitudine, Catonibus & Brutis æquaretur Helvidius: ſe unum eſſe ex illo ſenatu, qui ſimul ſervierit. Suadere etiam Priſco, ne ſupra principem ſcanderet, ne Veſpaſianum ſenem triumphalem, juvenum liberorum patrem præceptis coerceret.*

11. Relegatus pro deportato. Deportare eſt relegare in inſulam. Sic *relegare* pro deportare dicit Calliſtr. Digeſt. xlviii. 19. 27. §. 1. *Ut ſi quid admiſiſſe videatur, propter quod relegandus extra provinciam in inſulam ſit.* Gloſſæ Philox. Ἐξορία ἐν νήσῳ. *Deportatio, exſilium inſulæ.* V. & *Marcilium.*

12. Interfici *juſſum* perſeverantem n. in contumacia. Ejuſmodi contumacia Agrippæ nepotis in Auguſtum ſupr. 65. 12. Agrippinæ in Tiberium ſupr. 53. 3. *Marcilius.*

13. Jubebantur a tyrannis interdum *interfici* in inſulas deportati. Philo in Flacc. p. 991. B. Ἐπεὶ δ' ἧκον εἰς Ἄνδρον οἱ κτείνειν δαίμενοι, Φλάκκος μὲν ἐτύγχανεν ἀγρόθεν εἰς ἄστυ παραγινόμενος· οἱ δ' ἐκ τοῦ λιμένος ὑπηντίαζον, καὶ πόῤῥωθεν ἀντιπρεσβεύουσιν ἀλλήλους. Ὁ δὲ συναισθόμενος ἐφ' ὃ σπεύδουσι, ἐκτραπόμενος τῆς ὁδοῦ, διὰ ταχείας ᾔει φεύγων... C. Οἱ δ' ἀπνευστὶ θέοντες, καταλαμβάνουσι, καὶ οἱ μὲν εὐθὺς ὤρυττον βόθρον· οἱ δὲ πρὸς ξίαν εἷλκον ἀφοινίξαντα, καὶ κατεαγότα, καὶ διασπαίροντα, ὡς χάσμα καὶ σύμπαν κατατετρῶσθαι τὸ σῶμα, καθάπερ τὰ θηρία ταῖς πληγαῖς ἐπιτρέχοντα... D. Αἴτιος ἐγένετο βαρυτέρας ἑαυτῷ συμφορᾶς, διατμηθεὶς δὲ καὶ διακοπεὶς χεῖρας, βάσεις, κεφαλήν, στέρνα, πλευράς, ὡς ἱερείων τρόπον κρεουργηθῆναι. *Ubi vero ad Andrum appulerunt percuſſores, Flaccus forte fortuna rure in oppidum revertebatur: illi e portu occurrebant, & e longinquo ſe conſpexerunt invicem. Statim ſenſit, quo tenderent, ac mox deflexit a via, fugiens quantum poterat.... Illi ſumma contentione fugientem aſſequuntur: ac mox pars foveam fodiunt, pars clamantem, reluctantemque trahunt: quapropter toto conſauciatus eſt corpore, more ferino ruens in vulnera.... Ipſe in cauſa fuit, ut conficeretur crudelius, conciſus manus, pedes, caput, pectus, latera, ſicut victima ad viſcerationem.* Unde in illos, qui interficerent, mitti dicebantur, ſupr. Cal. 28. 1.

14. Magni æstimavit r. pro magno habuit negotio. *Sabellicus.*

15. Servare quoquo modo, quia Helvidii virtus tanta erat, ut etiam apud principem inviſum veniam mereretur. Docet nos illam Tacit. Hiſt. iv. 5. 4. *Doctores ſapientiæ ſecutus eſt, qui ſola bona quæ honeſta, mala tantum quæ turpia: potentiam, nobilitatem, cæteraque extra animum, neque bonis, neque malis annumerant. Quæſtorius adhuc, a Pæto Thraſea gener delectus, e moribus ſoceri nihil æque ac libertatem hauſit: civis, ſenator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemptor, recti pervicax, conſtans adverſus metus.*

CAPUT XVI.

ARG. *Pecuniæ nimis cupidus, vel natura, vel neceſſitate compulſus, eſt Titus Flavius Veſpaſianus.*

1. 2 Sola eſt, in qua merito culpetur, pecuniæ cupiditas [1]. Non enim contentus omiſſa ſub Galba vectigalia revocaſſe, nova & gravia addidiſſe, auxiſſe tributa [2] provinciis, nonnullis & duplicaſſe, negotiationes quoque vel privato pudendas

Pecuniæ cupiditas, quam incendiſſe Mucianum narrat Xiphil. lxvi. p. 745. C. Ὁ δὲ Μουκιανὸς καὶ χρήματα ἀμύθητα πανταχόθεν ἐξεδέχετο, ἐς τὸ δημόσιον ἀθροίζειν ἑτοιμότατα, τὴν ἐπ' αὐτῷ ἐπηγορίαν εἰς ἑαυτὸν ἀντὶ τοῦ Οὐεσπασιανοῦ ἀναδεχόμενος· νεῦρα γὰρ τῆς ἡγεμονίας τὰ χρήματα ἀεὶ ποτὲ εἶναι ἔλεγε· καὶ κατὰ τοῦτο καὶ ἐκεῖνον πανταχόθεν πορίζειν ἐκέλευε, καὶ αὐτὸς ἀπ' ἀρχῆς ἀργυρολογῶν διετέλεσε, καὶ μεγάλα μὲν καὶ τῇ βασιλείᾳ χρήματα παρέσχηκε, μεγάλα δὲ καὶ αὐτὸς ἐκτήσατο. *Mucianus undique quam maximam pecuniam poterat, promptiſſime referebat in ærarium, ejuſque rei culpam (ne Veſpaſianus eam ſubiret) in ſe derivabat, dicebatque ſemper: pecuniam nervum eſſe principatus. Itaque hortabatur Veſpaſianum, ut undequaque pecuniam faceret: cum ipſe nummos colligere non deſiit, adeoque magnam imperio pecuniam paravit, magnam ſibi adquiſivit.*

2. Tributa intelligi vult ex agrorum fructibus, ut

das [3] propalam exercuit, coemendo quædam, tantum ut pluris poſtea diſtraheret. Ne 3
candidatis quidem honores, reiſve, tam innoxiis, quam nocentibus abſolutiones venditare [4] cunctatus eſt. Creditur etiam procuratorum [5] rapaciſſimum [6] quemque ad 4
ampliora officia [7] ex induſtria ſolitus promovere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo *pro ſpongiis* [8] dicebatur *uti*, quod quaſi & ſiccos madefaceret, & exprimeret humentes. Quidam natura [9] cupidiſſimum [10] tradunt, idque ex- 5
probratum ei a ſene bubulco; qui negata ſibi gratuita libertate [11], quam imperium adeptum

ut modo vectigalia, quæ ex portoriis & mercibus. *Martilius.* Veſpaſianum imitatus eſt Valentinianus apud Marcellin. XXX. 5. *Tributorum onera, vectigaliumque augmenta multiplicata.*

3. VEL PRIVATO PUDENDA *negotiatio* eſt, ſi *emat quod pluris poſtea diſtrahat*: ut ipſe noſter hanc interpretatur. *Sordidos* vocat ejuſmodi mercatores Cicer. Off. I. 42. *Sordidi etiam putandi, qui mercantur a mercatoribus, quod ſtatim vendant: nihil enim proficiunt, niſi admodum mentiantur. Nec vero quidquam eſt turpius vanitate: opificeſque omnes in ſordida arte verſantur: nec enim quidquam ingenuum poteſt habere officina.*

4. VENDIDIT hæc Veſpaſianus per Cænidem concubinam. Xiphilin. LXVI. p. 751. D. Παμπόλλα παρὰ πολλῶν ἐλάμβανε, τοῖς μὲν ἀρχὰς, τοῖς δὲ ἐπιτροπείας, στρατείας, ἱερωσύνας, ἤδη δὲ τισι καὶ ἀποφάσεις αὐτοῦ πιπράσκουσα. Ἀπέκτεινε μὲν γὰρ ὁ Οὐεσπασιανὸς χρημάτων ἕνεκα οὐδένα, ἔσωσε δὲ πολλοὺς τῶν διδόντων· καὶ ἡ μὲν λαμβάνουσα ἐκείνη ἦν, ὑπωπτεύετο δὲ ὁ Οὐεσπασιανὸς ἑκὼν αὐτῇ ἐπιτρέπειν τοῦτο ποιεῖν, ἐκ τῶν ἄλλων ὧν ἔπραττε. *Hæc, Cænis, multa accipiebat a multis, quum magiſtratus, procurationes provinciarum, officia militum, ac ſacerdotia, ipſa quoque reſponſa principis nonnullis venderet. Neminem quidem occidit Veſpaſianus pecuniæ cauſa, ſed pleroſque, quod pecuniam darent, incolumes ſervavit: quam omnem quum Cænis caperet, id fieri de voluntate Veſpaſiani ſuſpicio erat ex cæteris, quæ gerebat.*

5. PROCURATORES principum V. ſupr. Claud. 12. 2. §. 12.

* 6. RAPACISSIMUM, quia *acquirendæ pecuniæ brevius iter credebant per procurationes adminiſtrandis principis negotiis.* Tacit. Ann. XVI. 17. 3. Nec mirum. *Procurationes enim, & interiorem potentiam adepti agebant & vertebant cuncta odio & terrore.* Tacit. Hiſt. I. 2. 5. Hinc Julius Pelignus Cappadociæ procurator, *ſocios magis quam hoſtes eſt prædatus* apud Tacit. Ann. 12. 49. 2.

7. AD AMPLIORA OFFICIA, intellige, ut ex ſpecialibus fecerit provinciales, ſive catholicos, ſive catholicianos. *Marcilius.*

8. PRO SPONGIIS, eleganti tranſlatione. *Spongiæ* morbis medentur, cum ſiccæ aqua perfunduntur, & mox intumeſcentes inter duas tabulas exprimuntur: & ſic impoſitæ proſunt morbis, & in primis ſtomacho, & in febri contra nimios ardores. Ita procuratores ſiccos perfundebat divitiis Veſpaſianus, ſicut aqua *ſpongiæ* perfunduntur: deinde exhauriebat, ſicut *ſpongiæ* exprimi ſolent. Non abſimile eſt ſcitum iſtud Diogenis apud Laert. de vit. phil. VI. p. 396. Ἐρωτηθεὶς πῶς χρῆται Διονύσιος τοῖς φίλοις; ἔφη, ὡς θυλάκοις, τοὺς μὲν πλήρεις κρεμῶν, τοὺς δὲ κενοὺς ῥίπτων. *Rogatus quomodo Dionyſius amicis uteretur, ut vaſculis, ait: dum plena ſunt, ſuſpendit, & abjicit vacua.* Sic populus Athenienſis, ſe videre magiſtratuum furta, ſed diſſimulare, ut poſt cogat evomere, dicit apud Ariſtoph. Equit. III. 2. 35.

Τηρῶ γὰρ ἑκάστοτ' αὐ-
τοὺς (ἐμὲ δοκῶν οὐχ ὁρᾶν)
Κλέπτοντας: εἶτ' ἀναγ-
κάζω πάλιν ἐξεμεῖν
Ἅττ' ἂν κεκλόφωσί μου.
Obſervo equidem undique
Illos (quaſi qui nihil
Cernam) rapuiſſe: mox
Cogo evomere omnia,
Quæ ſurpuerant.

V. *Beroaldum*, & *Martilium.*

9. NATURA *cupidiſſimum*, ut Zenobiam *Hiſpanorum cupiditate natam* dicit Treb. Poll. XXX. tyr. c. 30. 1. ſic cupidam & avaram, ut Hiſpani ſolent, quorum ἀκρίβειαν, & tenacitatem nemo fere ignorat. *Salmaſ. in Treb. Pollionem.*

10. CUPIDUS Latinis fere eſt avarus, & ſordide parcus. Lamprid. Alex. c. 59. *Quum injurioſe quaſi in puerum eundem, & matrem ejus avaram & cupidam multa dixiſſent.* ſupr. n. I. infr. 19. 5. V. *Salmaſ. in Treb. Pollionem.*

11. GRATUITAM LIBERTATEM ſenio confectis concedere domini benigniores ſolebant. Plutarch. Cat. maj. p. 339. C. Ἐγὼ μὲν οὐδὲ βοῦν ἂν ἐργάτην διὰ γῆρας ἀποδοίμην, μήτιγε πρεσβύτερον ἄνθρωπον, ἐκ χώρας συντρόφου, καὶ διαίτης συνήθους, ὥσπερ ἐκ πατρίδος μεθιστάμενον, ἀντὶ κερμάτων μικρῶν, ἄχρηστόν γε τοῖς ὠνουμένοις, ὥσπερ τοῖς πιπράσκουσι, γενησόμενον. *Equidem ne bovem quidem ego operarium, ob ſenium, nedum affectum ætate hominem, ex loco uſitato, & vita conſueta, velut ex patria migrantem, pecuniola aliqua venumdem, inutilem juxta ementibus, ac vendentibus futurum.* Sed nemini niſi peculio emptam ſordidiores. Tacit. Ann. XIV. 42. 1. *Haud multo poſt præfectum Urbis Pedanium Secundum ſervus ipſius interfecit, negata libertate, cui pretium pepigerat.* Senec. Epiſt. 80. *Quid autem melius potes velle, quam eripere te huic ſervituti, quæ omnes premit; quam mancipia quoque conditionis extrema,*

Digitized by Google

6 adeptum ſuppliciter orabat, proclamaverit, *Vulpem pilum mutare, non mores*[12]. Sunt contra qui opinentur, ad manubias [13], & rapinas [14] neceſſitate [15] compulſum, ſumma ærarii [16] fiſcique inopia [17]: de qua teſtificatus ſit initio ſtatim principatus: pro-
7 feſſus *quadringenties millies* [18] *opus eſſe, ut Reſpublica ſtare* [19] *poſſet.* Quod & veriſimilius videtur, quando & male partis optime uſus eſt [20].

trema, & in his ſordibus nata, omni modo exuere conantur? Peculium ſuum, quod comparaverunt ventre fraudato, pro capite numerant. Quod jam docuerunt *Lipſ. in Tacitum, Briſſon. de Form.* VI. *p.* 559. *Ravard. de Diverſ. reg. jur.* 19. *Loon. de manum. ſerv.* IV. 5. 8. Unde & ſenes, ſi illam, unde emerent, non haberent, vendebant. Plutarch. p. 338. E. Οὐδένα δὲ πώποτε πρίασθαι δοῦλον ὑπὲρ τὰς χιλίας δραχμὰς καὶ πεντακοσίας, ὡς ἂν οὐ τρυφερῶν, οὐδ' ὡραίων, ἀλλ' ἐργατικῶν, καὶ στερεῶν, οἷον ἱπποκόμων καὶ βοηλατῶν, δεόμενος: καὶ τούτους πρεσβυτέρους γενομένους ᾤετο δεῖν ἀποδίδοσθαι, καὶ μὴ βόσκειν ἀχρήστους. *Mancipium nunquam plus mille quingentis denariis emiſſe, quod nec molles, nec formoſos, verum operoſos, & valentes, ut equiſones, & bubulcos quæreret, quos ubi conſenuiſſent, venundandos putabat* Cato, *neque alendos inutiles.*

12. VULPEM.... 1. nulla dignitate ingenita mutari. V. Senecam ſupr. Tib. 68. 7. §. 28. dignitatibus, & ampliſſimis fortunæ muneribus, corporis, non animi ſordes tolli. *Vulpes* enim *pilum mutat*, *mores* vero fraudulentos nunquam deponit. Et Veſpaſianus *pilum mutaverat* ex privato factus imperator, avaritiæ vero ſordes a natura inſitas non poſuerat. Simile huic: *lupus pilum mutat, non mentem.* V. quoque *Beroaldum.*

13. MANUBIAS prædam qualemcunque etiam a cive petitam eſſe noſtro dixi ſupr. Cæſ. 26. 4. §. 21. qui hoc loco reſpicit ad Cæſaris procuratorum ſpoliationes. Veſpaſianus enim procuratores ſuos tanquam ſpongias exprimens, eis detrahebat quaſi *manubias.* V. *Marcilium.*

14. RAPINAS dum dicit noſter, reſpicit ad honores, & ſententias venales, de quibus ſupr. §. 4.

15. NECESSITAS publica ſæpius velamentum eſt avaritiæ. Tacit. Annal. XII. 7. 5. *Cupido auri immenſa obtentum habebat, quaſi ſubſidium regno pararetur.*

16. ÆRARIUM & *fiſcus* quomodo differant, docui ſupr. Aug. 15. 3. §. 13.

* 17. INOPIA ærarii & fiſci. Ita etiam Salvian. de Gubern. VI. 114. *Calamitas fiſci & mendicitas jam Romani ærarii non ſinit....*

18. QUADRINGENTIES MILLIES 1. mille millionibus noſtro ritu. Et nemo putet, hanc ſummam majorem eſſe, quam ut ſperare potuerit Veſpaſianus ſe parcimonia, aut tributorum exactione collecturum. Nam Sinarum rex accipere tributo annuo aſſeritur centum viginti milliones. Et Sinas aliquis ad totum Romanum orbem comparabit? V. *Lipſ. Not. in Admir.* II. 3.

19. STARE 1. ſalva tantum eſſe, & incolumis, non vero illuſtris, & ſplendida.

20. MALE PARTIS.... Xiphil. LXVI. p. 749. E. Et Suidas in Veſpaſiano. Καὶ τοῦτον καὶ τὰ μάλιστα διέδειξεν, ὅτι τὰς συλλογὰς τῶν χρημάτων οὐκ ἐς τὰς ἑαυτοῦ ἡδονάς, ἀλλ' ἐς τὰς τοῦ δήμου χρείας ἐποιεῖτο. *Qua ex re perſpicuum fuit, eum tam magnam pecuniam non ad ſuas voluptates, ſed ad uſus publicos collegiſſe.* Aurel. Vict. de Cæſar. 9. 6. Epit. 9. 7. *Infirmus tamen, uti quidam prave putant, adverſum pecuniam: cum ſatis conſtet, ærarii inopia, ac labe urbium, novas eum, neque aliquamdiu poſtea habitas vectigalium penſiones exquiſiviſſe.*

CAPUT XVII.

ARG. *In omne hominum genus liberalis eſt Titus Flavius Veſpaſianus.*

In omne hominum genus liberaliſſimus, explevit cenſum ſenatorium [1], conſulares inopes quingenis ſeſtertiis annuis ſuſtentavit: plurimas per totum orbem civitates [2] terræ motu aut incendio afflictas reſtituit in melius.

CENSUM SENATORIUM non *explevit* 1. auxit Veſpaſianus. Narrantur enim ejus liberalitates. Non eſt autem liberalitas augere *cenſum ſenatorium*; ſed *ſenatoribus*, qui egent, ſupplere quod ad *cenſum* legitimum deeſt; ne ordine a cenſore moveantur, aut cogat eos neceſſitas ultro latum clavum deponere. Atque ſic alii quoque plerique principes munifici, ſenatoribus, qui non ſuo, ſed fortunæ vitio inopes, ſive, ut Tacitus dicit Ann. XIII. 34. 2. quorum *innoxia paupertas*, cenſum ſupplevere, ut Auguſtus, aliique, quos V. ſupr. Aug. 41. 4. §. 9. *Marcilius.*

2. CIVITATES *tres Cypri terræ motu ceciderunt* Veſpaſiano imperante. *Euſeb. Chron. ad a.* 2093.

CAPUT XVIII.

ARG. *Ingenia, & artes vel maxime fovet Titus Flavius Veſpaſianus.*

Ingenia & artes vel maxime fovit [1]. Primus e fiſco Latinis Græciſque rhetoribus 1. 2
annua centena [2] conſtituit. Præſtantes poetas, nec non & artifices coemit [3]. 3
Item coloſſi [4] refectorem inſigni congiario magnaque mercede donavit. Mechani- 4. 5
co [5] quoque grandes columnas exigua impenſa perducturum in Capitolium pollicenti præmium pro commento [6] non mediocre obtulit, operam remiſit [7], præfatus [8] *fineret ſe plebeculam paſcere* [9].

INGENIA FOVISSE *Veſpaſianum* monui ſupr. Aug. 89. 7. §. 18. 20.

2. ANNUA CENTENA. V. illa ſupr. Cæſ. 47. 2. §. 11.

3. COEMIT, ut eos deinde manumitteret, ac libertos haberet. Servi olim plerique Poetæ, ut Terentius, Syrus, alii: Grammatici, ut Meliſſus, Palæmo, alii. Ita *Lutatium Daphnidem emptum, ac brevi manumiſſum* dicit noſt. Gramm. 3. 4. Servi etiam plerique artifices, ut topiarii, textores, notarii, medici, alii. Summæ vero Veſpaſiani in poetas liberalitatis exemplum Salejus Baſſus poeta eximius. De illa auctor dialog. de orat. 9. 8. *Laudavimus nuper, ut miram, & eximiam Veſpaſiani liberalitatem, quod quingenta ſeſtertia Baſſo donaſſet.* 1. aureorum quaſi 12500. *Marcilius.* * Verbum *coemero* hic ſuſpectum, licet pro mercede conducere alibi locum habeat. Nec mihi ſatiſdant, qui de *emptivo milite*, id eſt, mercenario quid petunt. Aſſero ſcriptum fuiſſe: *artifices ſcenæ, item coloſſi.* Lipſ. Epiſt. ad Belg. cent. 11. 53. in Senec. de Benef. VII. 20. Et hujus emendationem laudat ad hunc locum Caſaubonus. Imo plane ineptum eſt. Non tam vilis præſtantium poetarum & artificum erat annona, ut venales haberentur; & poſſent *emi*. Terentius captus Romam ductus ex Africa, & ibi liberaliter inſtitutus poeta factus eſt. Nec Publius Syrus, cum venderetur, poeta erat. Sed puer cum eſſet feſtivo ingenio, adultior manumiſſus & majore cura eruditus mimos cœpit ſcribere. Et ego Lipſii conjecturæ ſubſcripſiſſem, nisi veram lectionem detexiſſet codex Salmaſianus, in quo legitur *coeueneris.* Legendum & diſtinguendum: *nec non & artifices, Coæ Veneris, item* (hoc eſt ut &) *coloſſi refectorem.* Notiſſima *Venus Coa*, de qua Plin. XXXV. 10. *Apelles inchoaverat aliam Venerem Cois.* Grævius.

4. COLOSSUS quid ſit, dixi ſupr. Cal. 35. 3. §. 16. Eſt vero hic idem, quem Neroni Zenodorus fecit ſupr. Ner. 31. 5. §. 7. Ubi de illo plura.

5. MECHANICO 1. fabro, artifici. *Μηχανὴ, machina*, ut in Lexico Voſſius, venit a μήδομαι, meditor, excogito, quod a μῆδος, cura, conſilium, commentum. Et eſt, *ubi non tam materiæ, quam ratio manus, atque ingenii dicitur.* Ulpianus. *Mechanicos* deſcribunt Icti. Cod. x. 64. 2. *Mechanicos geometras, & architectos, qui diviſiones partium omnium, inciſioneſque ſervant, menſuriſque & inſtitutis opera fabricationibus ſtringunt: & eos, qui aquarum ductus, & inventos modos docili libratione oſtendunt, in par ſtudium docendi, atque diſcendi, noſtro ſermone compellimus.*

6. COMMENTO 1. excogitata ratione columnarum in Capitolium deducendarum. *Beroaldus.*

7. OPERAM REMISIT 1. ejus opera non eſt uſus. Ita ſupr. Cæſ. 67. 2. §. 6.

8. PRÆFATUS 1. cauſam allegans. Juſtin. VII. 2. *Senex*, Perdicca, *moriens Argæo filio monſtravit locum, quo condi vellet.... præfatus quoad ibi condita poſterorum reliquiæ forent, regnum in familia manſurum.*

9. PLEBECULAM PASCERE 1. operarios ex opera quotidiana victum quærere. V. ſupr. Tib. 32. 6. §. 14.

CAPUT XIX.

ARG. *Ludis acroamata revocat, tragœdo, & citharœdis, pecuniam, & coronas aureas dat, convivatur aſſidue, Saturnalibus viris, Kalendis Martiis feminis apophoreta dat, ſed cupiditatis infamia non caret Titus Flavius Veſpaſianus.*

Ludis, per quos ſcena Marcelliani [1] theatri reſtituta dedicabatur [2], vetera quoque 1
acroamata [3] revocaverat. Apollinari tragœdo quadringena, Terpno Diodoro- 2
que [4] citharœdis ducena: nonnullis centena: quibus minimum, quadragena ſeſtertia ſuper

MARCELLIANI 1. in *Marcelli* honorem ab Auguſto exſtructi ſupr. 29. 11. §. 36.

2. DEDICATUM *Marcelli* theatrum V. ſupr. Aug. 43. 13. §. 63.

3. ACROAMATA quænam fuerint, dictum ſupr. Aug. 74. 6. §. 14.

4. De DIODORO Xiphil. LXIII. p. 723. E. Καὶ αὐτοῦ ὁ Διόδωρος ὁ κιθαρῳδὸς παρεχεῖτο, καὶ οὕτω διά τι

3 ſuper plurimas coronas [5] aureas [6] dedit, Sed & convivabatur aſſidue: ac ſæpius recta [7], ac dapſile [8], ut macellarios [9] adjuvaret. Dabat ſicut Saturnalibus [10] viris apo-
4 phoreta [11], ita & per Kalend. Martii [12] feminis: & tamen ne ſic quidem priſtinæ
5 cupiditatis infamia caruit. Alexandrini [13] Cybioſacten [14] eum vocare perſeveraverunt,

τῦ ἱπποδρόμυ, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς, μετά τε τῶν ϛρατιωτῶν, καὶ μετὰ τῶν ἱππέων, τῆς τε βυλῆς ἐπῆλθεν. Cum eo, Nerone, *una Diodorus citharœdus vehebatur, eoque pacto per circum, & forum, cum militibus, & equitibus, & ſenatu tranſiit.*

5. CORONAS, quæ ideo ſcenicæ dicebantur ſupr. Ner. 53. 3.

* 6. AUREÆ coronæ in commiſſionibus Romæ fuerunt uſurpatæ. Et ipſum morem, & originem ejus ingerit Plin. XXI. 3. *Craſſus Dives primus argento auroque folia imitatus, ludis ſuis coronas dedit.* Nota quod Plinius ait: *folia imitatus.* Erant enim velut ex oleaſtro, lauru, aut quercu, ſed forma illa foliorum, ſed tamen ex *auro* efficta. Sic interpretor Mart. VIII. 33. 1. ludentem in phialam tenuem & minimi ponderis, quam ab amico acceperat:

De prætoricia folium mihi, Paulle, corona
Mittis, & hoc phialæ nomen habere jubes.

Detraxiſti, inquit, folium de corona, quam prætores dare ſoliti per ludos, & hoc appellas *phialam.* Ita explicandus Plutarch. in Caton. Utic. p. 782. A. *Favonio ædile facto ludos etiam in theatro obivit, dans thymelicis, ſive ſcenicis, non aureas coronas, ſed, ut Olympia ſolet, ex oleaſtro.* Nam hoc notat ex parcimonia, & modeſtia a Catone factum, quod ſpreverit morem receptum de coronis *aureis*, dederitque viliores Græcanico ritu. *Lipſ. Epiſt. ad Belg.* II. 100.

* 7. RECTA ſupple cœna. Hæc quænam fuerit, monui ſupr. Aug. 74. 1. §. 2.

8. DAPSILE etiam legitur apud Non. XI. 34. *Dapſile. Pomp. Ruſtico: quia nunc vis fieri? verrem ſume dapſile ac dilucide. Dapſile*, δαψιλῶς, magnifice, laute. Δαψίλεια, copia, abundantia. Hinc *dapſiles ſumptus* apud Plaut. Moſt. IV. 2. 66.

Triginta minæ, præ quam alios dapſiles ſumptus facit.

ſunt ſumptus præ aliis largiores. Cœna *dapſilis*, *dapalis* dicitur. Non. II. 200. *Dapalis cœna eſt amplis dapibus plena. Titinnius Varro: Toto ſit in foco de lignis mihi dapalis cœna.*

9. MACELLARII quinam, dixi ſupr. Cæſ. 26. 6. §. 31. Illos *adjuvat*, qui convivia lautiora, & crebriora facit, & plura ab illis obſonia emit: ita enim magno annona *macelli* venditur, & ejus pretia augentur. In hanc ſententiam eleganter Varr. R. R. III. 3. *Sed ut ad hunc bolum pervenias, opus erit tibi, aut epulum, aut triumphus alicujus, ut tunc fuit Scipionis Metelli, aut collegiorum cœna, quæ nunc innumerabiles excandefaciunt annonam macelli.* V. etiam *Beroaldum.*

10. SATURNALIA V. ſupr. Cal. 17. 6. §. 20.

11. APOPHORETA V. ſupr. Cal. 55. 7. §. 19.

12. KALENDIS MARTII Saturnalia quodammodo feminarum erant. Mart. V. 81. 10.

Scis certe puto veſtra jam venire
Saturnalia, Martias Kalendas.

Unde *femineas Kalendas* dicit Juven. IX. 53.

Munera femineis tractas ſecreta Kalendis.

Hujus feſti cauſas recenſet Ovid. Faſt. III. 229.... 258. His *ſervis cœnas apponebant matronæ, ut domini Saturnalibus: illæ, ut principio anni ad promptum obſequium honore ſervos invitarent: hi, quia gratiam perfecti operis exſolverent.* Macrob. Sat. I. 12. Solin. c. 3. His munera mittebant feminæ. Plaut. Mil. III. 1. 96.

Verum priuſquam galli cantent, quæ me ſomno ſuſcitet,
Dicat: da mihi vir, quæ Kalendis mittam, Martiæ cum venerint.

Et illis mittebantur. Mart. II. 12.

Tunc reddam tibi, Galla, quod dediſti.

Noſt. infr. Terent. n. 12. De his etiam *Beroaldus, Argol. in Onuph. L. C. p.* 18. *b. Bud. in Pandect. p.* 205. *Laz. Comm. R. R.* X. 9. *Hoſpin. de orig. feſt.* II. 12. & *commentatores in Horat. Od.* III. 8. 1.

13. ALEXANDRINI, de quorum in præfectos contumeliis Senec. ad Helv. c. 17. *Itaque loquax, & ingenioſa in contumelias præfectorum provincia, in qua etiam qui vitaverunt culpam, non effugerunt infamiam.* Herodian. IV. 9. 4. *Πεφύκασι δέ πως εἶναι φιλοσκώμμονες, καὶ λέγειν εὐςόχως ὑπογραφὰς ἢ παιδιάς. ἀποῤῥιπτοῦντες εἰς τοὺς ὑπερέχοντας πολλὰ χαρίεντα μὲν αὐτοῖς δοκοῦντα, λυπηρὰ δὲ τοῖς σκωφθεῖσι. Alexandrini ſunt homines natura dicaces, & facili ad cavillos, aut jocos dicendos: jaciuntque in eos, qui eminent, multa, quæ ipſis venuſta videntur, graviſſima vero iis, qui illis pungantur.* Et de dicteriis in Veſpaſianum ab illis jactis Xiphil. LXVI. p. 749. B. *Καὶ οἱ μὲν οὕτω τότ' ἐφρυαττόμενοι, καὶ τῆς ἀσελγείας, ὑφ' ἧς ἀεί ποτε κακῶς ἀπαλλάττουσιν, ἀδεῶς ἐνεφοροῦντο, τῇ τοῦ αὐτοκράτορος ἐπιεικείᾳ ἀποχρώμενοι. Ita tunc temere periculis ſemet exponebant* Alexandrini, *& maledicendi libidinem ſuam, propter quam ſemper ad extremum male mulctantur, abunde explebant, imperatoris abuſi clementia.*

14. CYBIOSACTES Alexandrinis ſordidus, αἰσχροκερδὴς, & qui ex omni re lucrum captat. Strab. XVII. p. 547. *Τοῦτον μὲν δὴ οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἐξέβαλον: τριῶν δ' αὐτῷ θυγατέρων οὐσῶν, ὧν μία γνησία ἡ πρεσβυτάτη, ταύτην ἀνέδειξαν βασίλισσαν.— Τῇ δὲ καταςαθείσῃ μετεπέμψαντο ἄνδρα ἐκ τῆς Συρίας Κυβιοσάκτην τινὰ, προσποιησάμενον τοῦ γένους εἶναι τῶν Συριακῶν βασιλέων: τοῦτον μὲν δὴ ὀλίγων ἡμερῶν ἀπεςραγγάλισεν ἡ βασίλισσα, οὐ φέρουσα*

runt [15], cognomine unius [16] e regibus ſuis turpiſſimarum ſordium. Sed & in fune- 6
re [17] Favor [18] archimimus [19] perſonam ejus ferens [20], imitanſque, ut eſt mos [21],
facta

φυγεῖν τὸ ζάνατον αὐτῦ, καὶ τὸ ἀνελεύθερον. Itaque eum, Ptolemæum Auleten, *Alexandrini exegerunt, & cum ei tres filiæ eſſent*, Berenicen, *natu grandiorem, quæ legitima erat, reginam fecerunt. Subſtitutæ a Syria acciverunt Cybioſacten quendam*, Seleucum, ut Dio hanc narrans hiſtoriam XXXIX. p. 117. A, *qui ſe e Syriacorum regum ſtirpe ferebat: hunc intra paucos dies regina ſtrangulavit, cum ejus ſordes, & illiberalitatem pati non poſſet. Cybium* genus fuit ſalſamenti, n. pars piſcis in quadram conciſa, ac teſſeræ figura. Parabatur ex piſce pelamide in formam *cubi* conciſo; unde *πηλαμύδας* & *κύβια* eadem vocat Athen. III. p. 118. B. *Ἱκέσιος δ' ἐν δευτέρῳ περὶ ὕλης πηλαμύδας κύβια εἶναι φησὶ μεγάλα. Hiceſius libro ſecundo de alimentorum materia cybia ex magnis pelamidibus fieri tradit.* Plin. IX. 15. *Pelamides in apolectos, particulatimque conſecta, in genera cybiorum diſpartiuntur. Σάττειν* autem proprie eſt onus jumento imponere, ut faciunt mercium vectores, & pro *ἐμπορεύεσθαι* accipi poteſt. *Κυβιοσάκτης* igitur idem plane eſt quod *ταριχέμπορος*. V. etiam *Caſaub. in Strab. p. 219. b.* Et, ſi varia te delectant, *Bapt. Egnatium*, & *Rhodig. A. L.* XVIII. 18. Ita ob avaritiæ ſordes Darius Hyſtaſpis filius a Perſis *caupo* dicitur. Herodot. III. p. 225. C. & ex Herodoto Themiſt. Orat. V. p. 149. *Διὰ δὲ ταύτην τὴν ἐπίταξιν τοῦ φόρου, καὶ παραπλήσια ταύτῃ ἄλλα λέγουσι Πέρσαι ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος, ὅτι ἐκαπήλευε πάντα τὰ πρήγματα. Ob hanc tributi ordinationem & alia hujuſmodi Perſæ ajunt Darium fuiſſe cauponem, quoniam res omnes quæſtui habebat.*

15. PERSEVERAVERUNT exorſi ab illa ſeditione, de qua Xiphil. p. 748. D. *Οὐ μέντοι καὶ οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἔχαιρον αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πάνυ ἤχθοντο, ὥστε μὴ μόνον ἰδίᾳ, ἀλλὰ καὶ δημοσίᾳ, καὶ σκώπτειν αὐτὸν, καὶ λοιδορεῖν. Προσδοκήσαντες γὰρ μέγα τι παρ' αὐτοῦ λήψεσθαι, ὅτι πρῶτοι αὐτὸν αὐτοκράτορα πεποιήκεσαν, οὐ μόνον οὐδὲν εὕροντο, ἀλλὰ καὶ προσεπράσσοντο χρήματα: πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλως παρ' αὐτῶν ἐξέλεξε, μηδένα πόρον, μηδ' εἰ ὑπαίτιος τις ἦν, παραλείπων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων, καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν ὁμοίως χρηματιζόμενος: πολλὰ δὲ καὶ τέλη, τὰ μὲν τέως ἐκλελειμμένα ἀνενεώσατο, τὰ δὲ καὶ νομιζόμενα προσεπηύξησεν. Οἱ γοῦν Ἀλεξανδρεῖς ἄλλα τε ἐς αὐτὸν ἀπερρίπτουν. Neque tamen Alexandrinis erat gratus, adeo ipſi graviter infenſi, ut ei privatim, publiceque illuderent, atque maledicerent. Speraverant enim ſe ab eo, quem primi omnium imperatorem fecerant, magnum aliquod munus accepturos, non ſolum nihil eis largitus eſt, ſed etiam ab eis pecuniam exegit, atque tam multam collegit, nullo genere tributi prætermiſſo, ut ne mendicis quidem pepercerit, ac de divinis, humaniſque rebus pecuniam fecerit: multa etiam vectigalia, quæ jam ſolvi deſierant, renovavit, auxitque multa ex iis, quæ obtinebant. Hanc ob cauſam Alexandrini multa convicia in eum jactabant.*

16. UNIUS E REGIBUS, *Seleuci.* ſupr. §. 14.

17. FUNERE i. exſequiis Veſpaſiani.

18. FAVOR nomen eſſe archimimi omnino cum Turneb. Adv. XXII. 16. & melioribus ſcriptis putamus: ſive ex omine popularis ſtudii, ſive ex eventu id hiſtrio ille adſciverit. Et certe quod refertur, ingenium & elegantiam mimicam ſapit. Sic *Amor* nomen eſt viri in marmore Romano:

> *Conditus hic Amor eſt dictus de nomine patris:*
> *Heu miſeri patris conditus hic amor eſt.*

Favor quoque vocabulum hominis in quarta fol. 479. *Appio. Nigrino. Favori. Herminæ. Helpidi. Calæ. Jucundo. Jucundinæ. Libertis. ſuis.* Gronov. Pec. vet. IV. 6.

19. ARCHIMIMUS i. princeps *mimorum*, ſive hiſtrionum, ut *archigallus* princeps Gallorum Cybeleiorum. *Beroaldus*, & *Bud. in Pandect. p.* 94. Scurras & *mimos* funeribus olim adhibitos fuiſſe dedi ſupr. Cæſ. 84. 3. §. 16. Tib. 57. 3. §. 10. *Archymimus*, quod miror, legunt *Laz. Comm. R. R.* III. 18. & *Ferret. Muſ. Lap.* I. *Memor.* 26.

20. PERSONAM EJUS FERENS i. omnia facta, & dicta ejus, geſtu corporis, & oratione exprimens. Videntur enim aliquando non defunctorum modo, ſed & viventium geſtaſſe imagines, ut funus eſſet ſplendidius, eaſque imagines habuiſſe non in perticis longioribus ſolidas, ſed ſuper vivos homines, intus latitantes. Et ita tulit Veſpaſiani imaginem hic archimimus. Debebat nempe ſimilem ſe exhibere vivo, ſicut hodieque fieri videmus in funeribus magnatum & nobilium. Anteferunt loco imaginum vexilla cum inſignibus avorum, atque proavorum. Sequitur cataphractarius, equo inſidens, pulcerrime ornatus, qui vivam mortui debet referre effigiem. Conſuetudo iſta tota ex Romanis, Græciſque funeribus ad noſtra tranſlata eſt. Soſia apud Plaut. Amph. I. I. 302.

> *Nam hic quidem omnem imaginem meam, quæ antea fuerat, poſſidet,*
> *Vivo fit, quod nunquam quiſquam mortuo faciet mihi.*

Liban. Orat. 9. in Juliani imper. necem p. 256. B. *Τίς ἄρα λόγχην ἐκείνην ἐχάλκευσεν τοσοῦτον δυνησομένην? τίς ἐπήγαγε δαίμων τῷ βασιλεῖ θρασὺν ἱππέα? τίς κατεύθυνεν ἐπὶ τὰ πλευρὰ τὴν αἰχμήν? Ecquiſnam lanceam illam fabricatus eſt tantum roboris habituram? ecquis dæmon induxit regi tam audacem equitem? quis direxit in latera iſtam cuſpidem.* V. *Gronovium*, *Scheffer. R. V.* II. 3. *Mariſcott. de Perſ. & Larv. c.* 6.

21. UT MOS EST: quibus docet noſter, conſuetudinem fuiſſe hanc Romanorum, ut ante funera magnatum irent, qui geſtarent ſimulacra defunctorum, non muta, & immobilia, ſed a ferentibus animata per geſtus, facta, dicta, quæ conformia

facta ac dicta vivi, interrogatis palam procuratoribus, *quanti funus & pompa conſtaret* [22]: ut audiit *HS centies*, exclamavit, *centum ſibi ſeſtertia* [21] *darent*, *ac ſe vel in Tiberim projicerent.*

mia eſſent factis, dictiſque eorum, cum adhuc eſſent vivi. *Schefferus.*

22. CONSTARET, q. d. locata eſſet. Ut enim operum, ſic etiam funerum, maxime indictivorum, ac publicorum Romæ locatio, & conductio fuit, ſive redemptores aliqui erant, ſive conductores funerum. Gell. N. A. VII. 9. *Deinde funere locato ad forum deſcendidit.* Apul. Florid. II. 19. *Adſpexit in pomœriis civitatis funus ingens locatum.* Marcilius.

23. CENTUM SESTERTIA faciunt tantum duo millia quingentos Philippeos. Magnitudo vero contumeliæ, quam pro pecunia ſuſcepturum ſe oſtendit, requirit ſummam non mediocrem. Procuratores interroganti archimimo.... reſponderant *HS centies.* Repetit vero ipſam procuratorum vocem, quam miratur & dolet mimicus ille Flavius. Principem merere *centies* velle, ut ſepultura careat, magna, & deteſtabilis eſt avaritia. Adeo naturalem, & inſitam fuiſſe ſignificat iſti principi pecuniæ cupiditatem, ut etiam mortuus, ſi quis manium ſenſus, ſi intelligeret tantum impendii factum in funus ſuum, id ægre fuerit habiturus, malletque in theſauris argentum conditum relinquere, nunquam uſurus, quam extremi muneris honorem recipere: quin imo putaret tanto dono quamvis ignominiam cadaveri ſuo oblatam abunde compenſari. Sic ille, de quo Lar familiaris apud Plaut. Aulul. prol. n. 9.

Is quoniam moritur, ita avido ingenio fuit,
Nunquam indicare filio id voluit ſuo,
Inopemque optavit eum potius relinquere,
Quam eum theſaurum commonſtraret filio.

Placet igitur magis ſumma grandior, *centies ſeſtertium*, videlicet ducentorum quinquaginta millium Philippeum noſtrorum. *Gronov. de Pec. Vet.* IV. 6. & præter illum *Bud. de Aſſe* I. *p.* 129. *Meurſ. de Fun. c.* 44. *de Lux. Roman. c.* 16. *Hotman. Antiquit. Roman.* IV. 2. §. 29. *Scalig. de re numm. p.* 78. & ad h. l. *Marcilius.*

CAPUT XX.

ARG. *Qua ſtatura, quo vultu fuerit, & qua valetudine uſus ſit Titus Flavius Veſpaſianus.*

1 Statura fuit quadrata [1], compactis [2] firmiſque membris, vultu veluti nitentis [3].
2 Unde quidam urbanorum non infacete: ſiquidem petenti, *ut & in ſe aliquid*
3 *diceret* [4]; *dicam*, inquit, *cum ventrem exonerare deſieris.* Valetudine proſperrima uſus eſt; quamvis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces cæteraque membra [5] ſibimet ad numerum [6] in ſphæriſterio [7] defricaret [8], inediamque [9] unius diei [10] per ſingulos menſes interponeret [11].

QUADRATA *ſtatura* eſt, quæ neque longa eſt, neque brevis, ſed inter utrumque temperata. Colum. R. R: VII. 12. *Probatur quadratus potius canis, quam* longus, aut brevis.... *Quare ſtatus ejus longior, productiorque ad hos caſus magis habilis eſt, quam brevis, aut etiam quadratus.* Celſ. II. I. *Corpus habiliſſimum quadratum eſt.* * Talis ſtaturæ hominem *τετραγωνικὸν* dicunt Græci auctores Geoponici Conſtantino Imp. inſcripti II. 2. Beroaldus & Jun. de Pict. III. 9.

2. COMPACTIS I. ſolidis, muſculoſis. Lucret. V. 917.

—— *compactaque membra animantum.*

3. NITENTIS I. cum *niſu* exonerantis alvum, quæ adſtrictior ſit: talis enim ſolet cum labore, & conatu *niti*, ut expellat duriora: *cacantis*, ut minus verecunde, aperte tamen Mart. III. 89.

Utere lactucis, & mollibus utere malvis:
Nam faciem durum, Phœbe, cacantis habes.

Beroaldus, Torrentius, Marcilius.

4. ALIQUID DICERE in aliquem eſt *ἀποσκώπτειν εἰς τινὰ, ἐπισκώπτειν τινά.* Plaut. Curc. IV. I. 17.

Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam,
Et qui ipſi ſat habent, quod in ſe poſſit vere dicier.

Inde *dicta*, dicteria. Plaut. Capt. III. I. 22.

Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus.

Exempla collegit *Gebhard. Crepund.* III. I.

5. FAUCES CÆTERAQUE MEMBRA. Celſ. IV. 3. *Fricatio cum omnibus vertebris hominum utilis ſit, tum his præcipue, quæ in collo ſunt.*

6. AD NUMERUM I. certo ordine, & modo. Sed hunc ex Veſpaſiani viribus collegerunt frictores. Alioquin audiendi non ſunt, qui *numero* fricant. Celſ. II. 14. *Neque audiendi ſunt, qui numero finiunt, quoties aliquis perfricandus ſit. Id enim ex viribus hominis colligendum eſt. Ut ſi quis perinfirmus eſt, poteſt ſatis eſſe quinquagies: ſi robuſtior, poteſt ducenties eſſe faciendum: inter utrumque deinde, prout vires ſunt.* V. *Beroaldum, Torrentium, Marcilium.*

7. SPHÆRISTERIUM locus fuit in gymnaſio rotundus, variis accommodatus exercitationibus. Plin. Epiſt. V. 6. *Apodyterio ſuperpoſitum eſt ſphæriſterium,*

quod

quod plura genera exercitationis, pluresque circulos capit. Maxime luſioni pilari. Stat. Sylv. præf. iv. *Sed & ſpharomachias ſpectamus, & pilaris luſio admittitur.* Σφαῖρα enim pila eſt. Homer. Odyſſ. vi. 115.

Σφαῖραν ἔπειτ' ἔῤῥιψε μετ' ἀμφίπολον βασίλεια.

Pilam deinde jecit ad ancillam regina.

Σφαιρίζειν & σφαιροπαικτεῖν pila ludere. Suidas. Σφαιρίζειν, τὸ τῇ σφαίρᾳ παίζειν. Σφαιροπαικτεῖν, τὸ διὰ σφαίρας παίζειν. Et σφαιριστὴς, qui novit pila ludere. Athen. xii. p. 548. B. Ἦν δὲ ὁ Λύκων καὶ σφαιριστὴς ἀγαθὸς καὶ ἐπιδέξιος. *In pila quidem luſu Lyconi magna erat peritia & dexteritas.* De hoc loco etiam agunt *Feroaldus, Marcilius, Mercur. Gymn.* i. 8. *Souter. Palam.* iii. 4. *Caſan. in Plin. Epiſt.* ii. 17. *Bud. in Pandect. p.* 143.

8. Defricandum corpus quale ſit, & quomodo, tradit Celſ. ii. 14. *Hippocrates dixit: frictione, ſi vehemens ſit, durari corpus: ſi lenis, molliri: ſi multa, minui: ſi modica, impleri. Sequitur ergo, ut tum utendum ſit, cum aut adſtringendum corpus ſit, quod fluens eſt: aut molliendum, quod induruit, aut digerendum in eo, cui copia nocet: aut alendum id, quod tenue & infirmum eſt.*

9. Inediam, quia bonæ valetudinis matrem etiam in aphoriſmis olim dixit Hippocrates. Syneſ. Epiſt. 115. Ἱπποκράτης ἀφορίζων, τὴν ἔνδειαν ἔφη ὑγιείας μητέρα. Celſ. ii. 16. *Neque ulla res magis adjuvat laborantem, quam tempeſtiva abſtinentia.*

10.... unius diei.... i. ſingulis menſibus unum diem jejunaret.

11. Interponeret. Celſ. iii. 6. *Poteritque a balneo etiam pingue jus, aut dulcius dari vinum: poterit ſemel aut bis interponi Græcum ſalſum.*

CAPUT XXI.

ARG. *Ordinem vitæ ſatis commodum tenet Titus Flavius Veſpaſianus.*

Ordinem vitæ fere hunc tenuit [1]. In principatu maturius ſemper, ac de nocte [2] 1. 2
evigilabat: deinde perlectis epiſtolis, officiorumque [3] omnium breviariis [4], amicos admittebat [5]: ac dum ſalutabatur, & calceabat ipſe ſeſe [6] & amiciebat. Poſt 3
decisa [7] quæcumque obveniſſent negotia, geſtationi, [8] & inde quieti vacabat [9]: accubante aliqua pallacarum [10], quas in defunctæ Cænidis locum plurimas conſtituerat. A 4
ſecre-

Ordinem vitæ tenere eſt *diem ordinare* Senec. Epiſt. 12. *Sic ordinandus eſt dies omnis, tanquam cogat agmen, & conſummet, atque expleat vitam.* de Brev. vit. c. 7. *Qui omnes dies tanquam vitam ordinat, nec optat craſtinum, nec timet. Diem ordine rerum diſtinguere* Juven. Sat. i. 127.

Ipſe dies pulcro diſtinguitur ordine rerum.

Diem diſponere Senecæ, Tibullo & noſtro ſupr. Tib. ii. 4. §. 10. Κατατάσσων τὸ ζῆν τοιῷδε ἐχρῆτο dicit de illo Xiphil. lxvi. p. 750. A. V. *Marcilium.*

2. De nocte i. cum adhuc multa eſſet *nox*. Horat. Epiſt. i. 2. 32.

Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.

* 3. Officiorum i. illorum, qui *officiis* Palatinis præpoſiti erant. Noſt. ſupr. Ner. 15. 9. §. 14. Ubi plura.

4. Omnium breviariis i. commentariis, quibus *officia* continebantur. V. ſupr. Aug. 102. 7. §. 45.

5.... Amicos admittebat. Quod & de illo Aurel. Vict. Epit. 9. 15. *Vigilare de nocte, publiciſque actibus abſolutis charos admittere.*

6. Calceabat ipse sese *Veſpaſianus*. Aurel. Victor. *Dum ſalutatur calceamenta ſumens, & regium veſtitum.* Cum ſoleas, & ſoccos pedi addere ſervorum fuerit miniſterium. Mart. xiv. 65.

Defuerit ſi forte puer, ſoleaſque libebit
Sumere: pro puero pes erit ipſe ſibi.

* Plin. Epiſt. iii. 16. 8. *Nempe daturi eſtis conſulari viro ſervulos aliquos, a quibus calceetur.*

7. Decisa *negotia* dicit etiam Horat. Epiſt. i. 7. 59.

Et ludis, & poſt deciſa negotis, campo.

Audita Aurel. Vict. Epit. 9. 15. *Poſt autem negotiis, quæcunque adveniſſent, auditis, exerceri vectatione, deinde requieſcere. Dijudicata* Horat. Od. iii. 5. 53.

Quam ſi clientum longa negotia
Dijudicata lite relinqueret.

8. Gestationi i. vectationi. V. ſupr. Claud. 33. 6. §. 15.

9. Quieti vacare poſt negotia ſolebant veteres. Stob. ſerm. 126. Ξενοκράτης διαιρῶν ἑκάστῳ μέρος τῆς ἡμέρας εἰς πρᾶξίν τινα, καὶ τῇ σιωπῇ μέρος ἀπένειμε. *Xenocrates cum ſuam cuique actioni partem diei diſtribueret, etiam ſilentio partem ſuam attribuit.* Perſ. v. 43.

Unum opus, & requiem pariter diſponimus ambo.

Senec. de Tranq. c. 15. *Et magni viri quidam ſibi menſtruas certis diebus ferias dabant: quidam nullum non diem inter otium & curas dividebant: qualem Pollionem Aſinium oratorem magnum meminimus, quem nulla res ultra decimam retinuit: ne epiſtolas quidem poſt eam horam legebat, ne quid nova cura naſceretur, ſed totius diei laſſitudinem duabus illis horis ponebat.* V. & *Marcilium.*

10. Pallacen etiam dicit Plin. xxxv. 10. *Namque cum dilectam ſibi ex pallacis ſuis præcipue nomine Campaſpem nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle juſſiſſet....* Παλλακὴ Latinis *pellex* eſt. Non. i. 19. *Pellices a Græco vocabulo, ſignificantiam ſapientes inflexam*

xam

ſecreto [11] in balneum, tricliniumque [12] tranſibat. Nec ullo tempore facilior, aut indulgentior [13] traditur: eaque momenta domeſtici ad aliquid petendum [14] magnopere captabant.

xam putant, quaſi pellex, hoc eſt παλλακή Gell. N. A. IV. 3. *Pellex autem quaſi* πάλλαξ, *id eſt, quaſi* παλλακίς: *ut pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Græco flexum eſt.* Quid autem *pellex*, dixerunt Feſtus & Gellius ſupr. Cæſ. 49. 3. §. 10. *Pallacarum* autem, non concubinarum dicit noſter, quia *concubina uxorem imitatur*, ut loquitur Julian. Novell. 13. & ἡμίγαμος dicitur Græcis, & *conjugium*, ſed *inæquale* vocatur concubinatus Cod. V. 27. 3. Unde Veſpaſiani concubina fuerat Cœnis *pæne juſtæ uxoris loco habita* ſupr. 3. 4. *Pallace* vero non concubina eſt, ſed amica, licet eam concubinam dixerint novæ Romæ principes. Juſtinian. Novell. 18. Ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ἐπειςάγειν τῇ προτέρᾳ παλλακάς. *Alias priori ſuperinducere concubinas*. Paull. V. S. I. 142. *Maſurius ſcribit libro memoralium, pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cum uxor non eſſet, cum aliquo tamen vivebat: quam nunc vero nomine amicam, paullo honeſtiore concubinam appellari*. V. quoque *Marcilium*. Differre *pallacen* a *pellice* contendunt *Vall. Eleg.* VI. 48. & ad hunc locum *M. Donatus*.

11. A SECRETO i. poſtquam quieti vacaſſet. V. *Gruterum, Torrentium, Gravium.*

12. IN BALNEUM ET TRICLINIUM, quia τὸ βαλανεῖον ὁδὸς ἐπὶ τὴν τροφήν. *Balneum via ad cœnam*, ut Artemid. I. 56. Unde de Cæſare Cicer. ad Attic. XIII. 52. *Poſt horam octavam in balneum, tum unctus eſt, accubuit.* Et pro Dejot. c. 6. *Hac te e balneo, priuſquam accumberes, ducere volebat.*

13. INDULGENTIOR i. facilior ad *indulgentiam*. Ita enim vocant imperatorias conceſſiones, benignitateſque. Modeſtin. Digeſt. XLVIII. 16. 17. *L. Titius Sejum reum falſi fecit: & priuſquam perſequeretur, indulgentia reorum crimina abolita ſunt.... Abolitionem reorum, quæ publice indulgetur, ad hoc genus criminis non pertinere.*

14. AD ALIQUID PETENDUM ab imperatoribus captabant veteres momenta, quæ norant eſſe *molliſſima fandi*, ut Virg. Æn. II. 293. Iſta vero fere erant, cum ad balnea, vel ad ludos tranſirent. Unde Cajus Digeſt. XL. 2. 7. *Non eſt omnino neceſſe pro tribunali manumittere: itaque pleramque in tranſitu ſervi manumitti ſolent, cum aut lavandi, aut ludorum gratia prodierit prætor, aut proconſul, legatuſve Cæſaris.* Ita Tanuſia in theatrum, quo tranſibat Auguſtus 27. 3. tempus obſervabat, pro mariti Vinii vita illum rogatura apud Dionem ſupr. 27. 3. §. 9. Ita ut indulgentiſſimum, alea dum luſit, Theodoricum Gothorum regem, deſcribit, & illa momenta illi ſubjectos captaſſe monet Sidon. Epiſt. I. 2. *Sæpe illa lætitia minimis occaſionibus veniens, ingentium negotiorum merita fortunat, tunc petitionibus diu ante per patrociniorum ſuffragia jactatis, abſolutionis ſubitæ portus aperitur.*

CAPUT XXII.

ARG. *Communiſſimus multa joco tranſigit, dicax eſt, & ne prætextatis quidem verbis abſtinet Titus Flavius Veſpaſianus.*

Et ſuper cœnam autem, & ſemper alias [1] communiſſimus, multa joco tranſigebat [2]. Erat enim dicacitatis [3] plurimæ, & ſic ſcurrilis ac ſordidæ, ut ne prætextatis [4] quidem verbis abſtineret. Et tamen nonnulla ejus facetiſſima exſtant, in quibus & hoc. Menſtrium Florum [5] conſularem, admonitus ab eo *plauſtra* potius, quam *ploſtra* dicenda [6], die poſtero *Flaurum* [7] ſalutavit. Expugnatus [8] autem a quadam

SEMPER ALIAS i. omni vitæ tempore, etiam *in deformibus lucris*, infr. 23. 3. *Marcilius. Alias* i. alioqui, aliter. V. ſupr. Aug. 94. 14. §. 52.

2. JOCO TRANSIGEBAT i. *aliqua cavillatione diluebat, transferebatque ad ſales*, ut noſt. infr. 23. 3. Teſtatur de Veſpaſiano hoc quoque Xiphil. LXVI. p. 750. C. Καὶ γὰρ ἔσκωπτε δημοτικῶς, καὶ ἀντεσκώπτετο ἡδέως. *Nam & jocabatur una populariter, aliorumque in ſe jocoſe dicta jucunde accipiebat.*

3. DICACITAS quid ſit, dixit Quintilianus ſupr. Cæſ. 49. 4. §. 18. In principe eſt reprehenſibilis. Et de Philippo Macedone Liv. XXXII. 34. *Erat dicacior natura, quam regem decet, & ne inter ſeria quidem riſu ſatis temperans.*

4. PRÆTEXTATIS i. obſcœnis, impudicis. Ita fabula *prætextata* facta eſt ſcripta verbis obſcœnis. Plaut. Capt. prol. n. 55.

Non prætextata facta eſt.

Ratio eſt: quod cum nupturæ puellæ *prætextam* deponerent, ad demulcendum pudorem nuptialem nuptiali licentia Feſcennina cantarentur. Feſtus, *Prætextata verba, quod nubentibus depoſitis prætextis a multitudine puerorum obſcœna clamarentur.* V. de his verbis *Beroaldum, Torrentium, Donatum, Marcilium, Crinit. Honeſt. Diſc.* XX. 7. *Turneb. Adv.* XXIV. 36. *Lac. Comm. R. R.* VIII. 2. *Ferrar. R. V.* X. 2. 1. *Bud. in Pandect. f.* 60. *Voſſ. Lex.*

5. MENSTRIUM FLORUM quem *Meſtrium* nominat Plutarch. p. 1073. B. Μέστριος Φλῶρος, ἀνὴρ ὑπατικός.

6. PLAU-

dam quaſi amore ſui [9] deperiret, cum perductæ [10] pro concubitu ſeſtertia quadringenta [11] donaſſet: admonente diſpenſatore [12], quemadmodum ſummam rationibus [13] vellet referri, *Veſpaſiano*, inquit, *adamato.*

6. PLAUSTRA POTIUS QUAM PLOSTRA DICENDA eſſe, non ſine ratione dixit Florus ille. Ruſticatim enim *ploſtrum*, urbanatim *plauſtrum* olim dixerunt. Ruſtici nempe *orum*, *oratam*, *oriculas*, pro *auro*, *aurata*, *auriculis* dixerunt. Feſtus. *Orata genus piſcis appellatur a colore auri, quod ruſtici orum dicebant, ut auriculas, oricillas. Itaque Sergium quoque quendam prædivitem, quod & duobus anulis aureis, & grandibus uteretur, Oratam dicunt eſſe appellatum.* V. *Diomed.* I. 4. *Priſcian.* I. 4. Ex recentioribus *Beroaldum*, *Caſaubonum*, *Marcilium*, *Dauſq. Orthog.* II. *p.* 86. & 243. *Scheffer. de Re Vehic.* II. 19.

7. FLAURUM pro *Floro* conſularem hunc dum ſalutat Veſpaſianus, e Græca alluſione leporem petiit, ſive Grammaticam obſervatiunculam rideus, ut ineptam, & nullius rei, ſeu hominem ipſum notans, ut nihili & futilem. Id enim eſt Φλαῦρος. Et Φλαῦρον ἔπος Sophocles dicit. Hinc Floram deam *Flauram* dixerunt, non a floribus, ſed ἀπὸ τῆς φλαυρότητος, quia vilis & propudioſa fuerat meretrix. Lactant. de Falſ. rel. I. 20. *Nec hanc ſolum Romani meretricem colunt, ſed Faulam* (*Flauram* legit Thyſ. in Gell. N. A. IX. 12.) *quoque, quam Herculis ſcortum fuiſſe Verrius ſcribit.* V. quoque *Torrentium*, *Hug. de ſcrib. orig.* c. 4. *Perizon. in Ælian.* I. 28.

8. EXPUGNATUS I. exoratus. V. ſupr. Cæſ. I. 3. §. 33.

* 9. SUI pro *ejus* poſuiſſe noſtrum dicit *Marcilius*, veterumque alios dixiſſe ſcribit *Buchner. in Venant. Fortun. Hymn. de reſurr. Dom. p.* 56. 57. Imo non *ſui* pro *ejus* noſtrum poſuiſſe, ſed ubi utrumvis ponere potuiſſet, *ſui* maluiſſe vult *Gronov. de cent. uſur. Antex. p.* 64. §. 71. Eſt enim ut addit vir laudatus, ubi *ſuus* & non *ejus*, ac viciſſim *ejus*, & non *ſuus*, Latina poſcat oratio: eſt, ubi utrumvis admitti poſſit; eligitur autem plerumque, quod minus gignit ambigui: eſt ubi τὸ *ſuus* eſt proprius, ingenitus, ejuſdem naturæ: eſt ubi veteres aliquid ſibi juris ſumpſiſſe videntur. V. etiam *Sanct. Minerv.* II. 12. & in illum *Perizonium.*

* 10. PERDUCERE ſtuprandam lenones dicuntur, ut docui ſupr. Tib. 45. I. §. I.

11. SESTERTIA QUADRINGENTA I. aureorum quaſi millia decem. Largus enim in amationes, alioquin deparcus, fuit Veſpaſianus. Unde *plurimas ſibi conſtituerat pallacas* ſup. 21. 3. Argutia quoque in Veſpaſiani conſiſtit dicto, quod ſeipſe in tabulis expenſi debitorem inſtituit a ſeipſo, & debitorem pro adamatrice, quaſi debitrice. *Marcilius.*

12. DISPENSATOR qualis ſit ſervus, V. ſupr. Aug. 67. 4. §. 2.

* 13. RATIONIBUS I. expenſotum libro, quæcunque expendiſſent, referri juſſiſſe dictum ſupr. Cæſ. 4. 2. §. 15.

CAPUT XXIII.

ARG. *Verſibus Græcis ſatis tempeſtive utitur, & jocis, facetiſque dictis, ne in metu quidem, ac periculo mortis extremo abſtinet Titus Flavius Veſpaſianus.*

Utebatur & verſibus Græcis tempeſtive ſatis [1]: ut de quodam proceræ ſtaturæ, 1
improbiuſque nato [2].

Μακρὰ βιβὰς κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος [3].

Et

TEMPESTIVE SATIS *uti verſibus* eſt quod Græci dicunt εὐκαίρως προσαρμοσθέντων στίχων. Plutarch. Sympoſ. IX. I. Ἐπῄνεσά πως τὸ καιρῷ πρεπόντως ἡρμοσμένον. Ἔπειτα περὶ στίχων εὐκαιρίας ἐνέβαλε λόγον, ὡς μὴ μόνον χάριν, ἀλλὰ καὶ χρείαν ἔστιν ὅτε μεγάλην ἐχόντας. *Laudavi quod attemperate id carmen cecinisset. Deinde de verſuum opportuna uſurpatione intulit mentionem, quæ non gratiam modo, ſed interdum utilitatem quoque habet magnam.* Caſaubonus.

2. IMPROBIUS NATO I. magnam mentulam habente. *Naturam* partem eſſe corporis, qua ſexus diſcriminatur, dixi ſupr. Tib. 45. 2. §. 12. *Improbum* Latinis eſt, quidquid nimium eſt, & modum normamque excedit. Virg. Georg. I. 146.

——— *labor omnia vincit*
Improbus.

Ubi Servius. *Labor improbus, vel magnus, vel nulli probabilis.* Et invidendæ fertilitatis arva *improba* dicuntur Val. Flac. Argon. I. 510.

——— *non improba legi*
Divitis arva plagæ.

Hoc exemplum unicum eſt inter omnia dicta, *ne prætextatis quidem abſtinuiſſe* Veſpaſianum. V. etiam Gronov. de Pecun. vet. IV. 8. Et, ſi tibi hæc non placent, hunc *improbe natum*, prout ſuum cuique pulcrum, diverſimode explicantes, *Beroaldum*, *Torrentium*, *Caſaubonum*, *Marcilium*, *Grævium*, *Rutgerſ. Var. Lect.* II. 2. *Salmaſ. Exercit. Plinian. p.* 261. *a. E. in Spartian. Peſcen. c.* 6.

3. Μακρὰ βιβὰς, κραδάων...
Late gradiens, quatiens longam haſtam.

Verſus eſt Homer. Ἰλιάδ. VII. 213. quo deſcribit haſtam

2 Et de Ceſylo liberto [4], qui dives admodum ob ſubterfugiendum quandoque jus fiſci [5], ingenuum ſe & Lachetem [6] mutato nomine [7] cœperat efferre,

> Ὦ Λάχης Λάχης, ἐπὰν ἀποθάνῃς [8],
> Αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς ἔσῃ Κηρυλος.

3 Maxime tamen dicacitatem in deformibus lucris [9] affectabat, ut invidiam aliqua ca-
4 villatione [10] dilueret [11] transferretque ad ſales [12]. Quendam e charis miniſtris diſpenſationem

haſtam. Ajacis cum Hectore congreſſuri; ſed illum ad illam corporis partem, quæ honeſte nominari nequit, transfert jucundiſſimus imperator. Eſt enim illud feſtiviſſimum parodiarum genus, cum ſervatis iiſdem verbis ſententia longe alio detorquetur. Ita quem de Pandaro Turnum oppugnante dicit Virg. Æn. IX. 744.

> *Intorquet ſummis annixus viribus haſtam*,

Virgilium etiam reddens impudentem, ad nugas nuptiales transfert Auſon. Eidyll. XIII. 117. Tale etiam eſt, etſi paullo immutatum, in eadem tamen re, illud Diogenis apud Diogen. Laert. de philoſ. vit. p. 398. B. Μειράκιον ἰδὼν εὔμορφον ἀφυλάκτως ἰδὼν κοιμώμενον, νύξας, ἐπέγειραι ἔφη,

> Μή τις σοι εὕδοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.

Quum formoſum adoleſcentulum vidiſſet incuſtodite obdormientem, manu pungens, ſurge, inquit,

> *Ne quis te a tergo ſtertentem cuſpide figat.*

At illud apud Homerum Ulyſſi fugienti dicit Diomedes, niſi quod in eo eſt φεύγοντι Iliad. VIII. 95.

> Μή τις τοι φεύγοντι μεταφρένῳ ἐν δόρυ πήξῃ.

Nec mirum in *haſtæ* voce hic ludere parodiaſtas, cum etiam ſine parodia *haſta* membrum, quo viri ſumus, notet. Priap. 44.

> *Velle quid hanc dicas, quamvis ſim ligneus, haſtam:*
> *Oſcula dat medio ſi qua puella mihi?*
> *Augura non opus eſt. in me, mihi credite, dixit,*
> *Utetur veris uſibus haſta rudis.*

V. quoque *Rutgerſium.*

4. LIBERTO Veſpaſiani ipſius, aut alicujus e proximis ejus.

5. JURE FISCI ſemiſſem ex liberti bonis capere poterat patronus, ut Juſtinianus docuit ſupr. Ner. 32. 2. §. 4.

6. LACHETIS nomen ut ingenuum hic ſumit Ceſylus, cum tamen ſit nomen liberti apud Ammian. XXVIII. p. 347. *Cumque magnum illi quid petunt, Soſias, & Miſiones videbis, & Lachetas, cum adiguntur ut reddant, ita cothurnatos & turgidos.....* & Dionem orat. 74. Οὐ κατὰ Λάχητα, οὐδὲ κατὰ Σίμωνα.

7. MUTATIO NOMINIS, & ſervis, & libertis fraudis latebra frequens eſt. Capitol. Pertin. c. 10. *Dum ſibi quidam ſervus, quaſi Fabia eſſet filius, ex Ceionii Commodi familia, Palatinam domum ridicule vindicaſſet, cognitus, juſſus eſt flagellis caſus domino reſtitui.* V. *Marcilium.*

8. Ὦ Λάχης, Λάχης.... Quæ ſine dubio ſic ſunt ſcribenda,

> —— Ὦ Λάχης, Λάχης,
> Ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ Κηρυλος.

> —— *O Laches, Laches,*
> *Ubi mortuus, rurſus, ut ante, eris Cerylus.*

q. d. jura, quæ fiſcus habet in bona libertorum poſt eorum obitum, non ſubterfugies. Videntur de Menandro ſumpta. Prima vero hæc ὦ Λάχης, Λάχης, & ultimum vocabulum Κήρυλος, non ſunt poetæ, ſed Veſpaſiani. Qui interjicitur medius verſus, Menandri eſt. Exſtat prolixa hodieque illius quædam ῥῆσις: cujus primi verſus ſunt hi.

> Εἴ τις προσελθών μοι θεῶν λέγοι κρατῶν,
> Ἐπὰν ἀποθάνῃς αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσῃ.

V. *Caſaubonum, Torrentium, Marcilium.*

9. DEFORMIBUS LUCRIS, quæ κέρδη ἐντράπελα vocat, & amicum ſuum Hieronem, ne ab illis deciperetur, revocat Pindar. Pyth. I. 178.

> Μὴ δολωθῇς, ὦ φίλε, ἐντραπέλοις
> Κέρδεσσ'.

10. CAVILLATIONE i. dicterio, joco faceto. Feſtus: *Cavillatio eſt jocoſa calumniatio. Cavillum, cavillatio, id eſt, irriſio.* Plaut. Truc. III. 2. 16.

> —— *iſthacce ridicularia*
> *Cavillationes vis fortaſſe dicere.*

Ita *cavillatione*, & joco infamiam diluere conatur ſordidulus ille, de quo Horat. Sat. I. I. 64.

> —— *ut quidam memoratur Athenis*
> *Sordidus, ac dives, populi contemnere voces*
> *Sic ſolitus: Populus me ſibilat; at mihi plaudo*
> *Ipſe domi, ſimul ac nummos contemplor in arca.*

Sic & ille, de quo Juven. Sat. XIV. 153.

> *Sed qui ſermones? quam fœda buccina famæ?*
> *Quid nocet hoc? inquit. Tunicam mihi malo lupini,*
> *Quam ſi me toto laudet vicinia pago*
> *Exigui ruris pauciſſima farra ſecantem.*

11. DILUERET i. ſolveret, refelleret, & quaſi mitiorem redderet, ſicut vinum aqua *dilutum* dicimus. Gell. N. A. VII. 3. *Superbiæ quoque crimen, quod tunc præter cetera in ſenatu Rhodienſibus objectum erat, mirifica, & prope divina reſponſionis figura eluſit, & eluit.*

12. SALES i. dicta *ſalſa*, & ridicularia. Plin. XXXI. 7. *Ergo vita humanior ſine ſale nequit degere: adeoque neceſſarium elementum eſt, ut tranſierit intellectus ad voluptates animi quoque: nam ita ſales appellantur, omniſque vitæ lepos, & ſumma hilaritas.* Quintil. Inſtit. VI. 3. *Salſum in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus: natura utique non hoc eſt, quamquam & ridicula oporteat eſſe ſalſa. Nam & Cicero de Orat. omne quod ſalſum ſit, ait eſſe Atticorum; non quia ſunt maxime ad riſum compoſiti: & Catullus, cum dicit* 86. 4.

> *Non eſt in toto corpore mica ſalis.*

hos

ſationem cuidam, quaſi fratri, petentem cum diſtuliſſet, ipſum candidatum [13] ad ſe vocavit: exactaque pecunia, quantum is cum ſuffragatore [14] ſuo pepigerat, ſine mora ordinavit [15]. Interpellanti mox miniſtro: *Alium tibi*, ait, *quære fratrem*, *hic*, 5
quem tuum putas, *meus eſt* [16]. Mulionem in itinere [17] quodam ſuſpicatus ad calceandas [18] mulas deſiliſſe [19], ut adeunti litigatori ſpatium moramque præberet [20], inter- 6
rogavit, *quanti calceaſſet* [21], pactuſque eſt lucri partem. Reprehendenti filio Tito, 7
quod etiam urinæ [22] vectigal [23] commentus eſſet, pecuniam ex prima penſione [24] admovit

hoc dicit, *nihil in corpore ejus eſſe ridiculum. Salſum igitur erit*, *quod non erit inſulſum: velut quoddam ſimplex orationis condimentum*, *quod ſentitur latente judicio*, *& velut palatum*, *excitat; quod & a tædio defendit orationem. Sane tamen*, *ut ille in cibis paullo liberalius adſperſus*, *ſi tamen non ſit immodicus*, *adfert aliquid propriæ voluptatis: ita hi quoque in dicendo habent quiddam*, *quod nobis faciat audiendi ſitim.*

13. CANDIDATUM i. diſpenſationis petitorem. Non enim tantum magiſtratuum, ſed & aliarum rerum petitores *candidati* dicuntur. Plin. Paneg. 63. 1. *Comitiis tuis interfuiſti candidatus*, *non conſulatus tantum*, *ſed immortalitatis*, *& gloriæ*, *& exempli*, *quod ſequerentur boni principes*, *mali mirentur.* Hinc Tertull. de Baptiſm. c. 10. *Agebatur baptiſmus pœnitentiæ*, *quaſi candidatus remiſſionis*, *& ſanctificationis in Chriſto ſubſecuturæ.* Orat. c. 3. *Proinde & nos angelorum*, *ſi meruerimus*, *candidati jam hinc cœleſtem illam in Deum vocem*, *& officium futuræ claritatis ediſcimus.*

14. SUFFRAGATORE. V. illum ſupr. Cæſ. 73. 2. §. 6.

15. ORDINAVIT i. officium, quod petierat, dedit: diſpenſatorem inſtituit. V. ſupr. Jul. 76. 6. §. 41.

16. MEUS EST *frater. Fratrem* ſuum, ut res foret eo impetrabilior, vocaverat e charis miniſtris, petens cuidam a Veſpaſiano diſpenſationem aulicam. Sed Veſpaſianus ſevocaverat petitorem, & ſciſcitatus fuerat, quantam pecuniam ſe miniſtro pro impetranda diſpenſatione daturum pactus erat: quo cognito eam pecuniam exegerat ipſe, & ſine interceſſione alterius diſpenſationem tribuit: jocatus mox in miniſtrum, quod hic, quem appellaverat *fratrem*, factus erat ſibi *frater*, tanquam more *fraterno* ſecum partiario pecuniam diviſiſſet. *Beroaldus.*

17. IN ITINERE, quod ipſe faciebat.

18. CALCEARE eſt *calceum pedibus induere* Plinio XXXIII. 3. *Calceare mulas* eſt ſoleis ferreis pedes earum munire. Plin. XI. 45. *Camelo tali ſimiles bubulis*, *ſed minores paullo. Eſt enim biſulcus*, *diſcrimine exiguo pes imus*, *veſtigio carnoſo*, *ut urſi: quæ de cauſa in longiore itinere ſine calceatu faliſcunt.* V. ſupr. Ner. 30. 10. §. 18. & 20.

* 19. DESILISSE. Auriga enim vel pedibus ab equorum latere incedebat. Ad hunc modum inceſſit, quem *ſubſtitiſſe* dicunt Dionyſ. Halic. IV. p. 242. & Val. Max. IX. 11. 1. qui per Servii corpus carpentum jubente Tullia egiſſe fertur. Quomodo enim *ſubſtitiſſe* intelligeretur, niſi prius ambulaviſſet: Ad eundem ille cernitur in nummo veteri Heraclii Imperatoris, quem vulgavit Lipſ. de Cruc. III. 16. Vel in vehiculo ſedebat. Homer. Ἰλ. Χ. 440.

Ἡ καὶ ἐπαΐξας, ἐριούνιος ἅρμα καὶ ἵππους.

Dixit & exſiliens Mercurius in currum & equos.

Et ἀπορούσας Sthenelus apud Homer. Ἰλ. Ε. 836. *deſiliiſſe* mulio hic dicitur. Sed niſi antea in vehiculo ſederint, *deſiliiſſe* non intelligentur. V. *Scheffer. R. V.* 1. 17. Veſpaſianus hunc ſuſpicatus eſt *deſiliiſſe* in terram, & feciſſe mulas ſubſiſtere, quaſi perditis ſoleis iterum calceandas.

20. SPATIUM, MORAMQUE PRÆBERET ad ſe accedendi, & litem ſuam explicandi.

21. QUANTI CALCEASSET i. quantum lucrum, dum ſe mulos *calceare* ſimularet, feciſſet: q. d. quantam pecuniam ab hoc litigatore, ut ſub hoc prætextu otioſe ſatis imperatori rem ſuam denarrare poſſet, accepiſſet. *Beroaldus* & *Sabellicus.*

22. URINÆ *vectigal*, ſed non tantum, imo & aliis rebus ejuſdem farinæ impoſuiſſe Veſpaſianum tradit etiam Xiphil. LXVI. p. 751. E. Καὶ πρὸς τὸν Τίτον ἀγανακτοῦντα τῷ τῷ οὔρῳ τέλει, ὃ καὶ αὐτῷ μετὰ τῶν ἄλλων κατεδείχθη, εἶπε λαβὼν ἐξ αὐτοῦ χρυσοῦς πεπορισμένους, καὶ δείξας αὐτῷ· ἰδὲ τέκνον, εἴ τι ὄζουσι. *Præterea Tito ægre ferenti vectigal urinæ*, *quod poſt alia indictum erat*, *dixit acceptis aureis ex eo vectigali*, *& oſtenſis*, *vide fili*, *ſi quid olent.* Unde & *fimo equino* ab illo *vectigal* impoſitum eſſe dicit, ſed quo auctore, ſi ſuperaret, rogatus diceret Tzetzes in verſibus politicis Chiliad. 1. hiſtor. 2.

Ὥσπερ Οὐεσπασιανὸς τὴν κόπρον τὴν τῶν ἵππων,
Καίπερ καταμεμφόμενος υἱῷ πολλὰ τῷ Τίτῳ,
Πρὸς ὅνπερ ἔφασκεν αὐτός· φίλτατον τέκνον Τίτε,
Τῆς κόπρου, τὸν δὲ τὸν χρυσὸν ὄσφρηναι
Πῶς ὃ καὶ ὄζει.

Marcilius Tzetzen ſcripſiſſe putat

Καίπερ καταμεμφομένου υἱοῦ πολλὰ τοῦ Τίτου.

illumque ſic interpretatur.

Veſpaſianus ſicuti fimos ſolens equorum,
Hoc filio quamquam Tito vectigal haud placeret:
Quem ſic parens adfatus eſt: dilecto quæſo fili
Uſurpa hoc aurum naribus, tum judica de odore:

Certe novæ Romæ imperatores *fimo vectigal* impoſuerunt, idque *chryſargyrum* dixerunt. Euagr: Hiſtor. Eccl. III. 30. Cedren. p. 294. Ὁ δὲ χρυσάργυρος τοιοῦτόν τι πρᾶγμα ἦν. Πᾶς πενόμενος καὶ προσαιτῶν, καὶ πᾶσα πόρνη, καὶ ἀπολελυμένη, καὶ πᾶς δοῦλος, καὶ ἀπελεύθερος, συνεισφορὰν ἐποιοῦντο κοινὴν πρὸς

admovit ad nares [25], ſciſcitans *num odore offenderetur* [26]: & illo negante, *Atqui, inquit*, , *e lotio eſt.* Nuntiantes legatos [27], *decretam ei publice non mediocris ſummæ* [28] *ſtatuam coloſſeam* [29], juſſit ut continuo ponerent, cavam manum [30] oſtentans, & *paratam*
8
9 *baſin* [31] dicens. Ac ne in metu quidem, ac periculo mortis extremo abſtinuit jocis [32]. Nam

τὸν δερμάτων, ὑπὲρ οὔρου καὶ κοπρίας: κτηνῶν τε καὶ κυνῶν τῶν ἐν ἀγροῖς καὶ πόλεσι διατριβόντων. *Chryſargyrum tale tributum erat. Quivis mendicus, quævis meretrix, quævis repudiata, quivis ſervus, quivis libertus ærarie aliquid pendebant: atque etiam de urina, de fimo, de jumentis, & canibus, in urbe, & rure degentibus.*

23. Vectigal ſordidum profecto, & eo ſordidius, quia Quintio quodam judice, apud Galenum ὑγιεινῶν tertio, *tractare de urinis ne medico quidem, verum fulloni convenit*: & ex eo minime conveniens principi. Qui hoc pacto illud excogitaverit. Romæ in angiportis, & angulis vicorum amphoræ antiquitus erant collocatæ, in quibus tranſitores ebrii, & vinolenti, urinæ libidine laceſſente mejere ſolebant. A quibus hanc exegerit ſtipem. Indicat hoc C. Titius vir Lucilianæ ætatis in oratione, qua legem Fanniam ſuaſit, apud Macrob. Sat. II. 12. al. III. 16. *Inde ad comitium vadunt, ne litem ſuam faciant: dum eunt, nulla eſt in angiporto amphora, quam non impleant: quippe qui veſſicam plenam vini habeant....* Illas amphoras *dolia curta* vocat Lucret. IV. 1026. Et *gaſtra* Petron. c. 39. *Cum hora pene tota, per omnes ſcrupos, gaſtrorumque eminentium fragmenta traxiſſemus pedes.* In has gratis urinam conjicere licuerit uſque ad Veſpaſianum, qui avariſſimus hoc vectigal inſtituit, & has amphoras ſordidis hominibus, qui ab reddentibus lotium in iis ſtipem exigebant, locavit. Vel exegerit a fullonibus, qui plurimum urina, veſtimenta curantes, & eluentes, utebantur. Athen. XI. p. 486. Τὸ δὲ ἀφ' ἡμῶν ἀποβαλλόμενον οὖρόν ἐστι δριμύ: τὰ γοῦν ἱμάτια τούτῳ χρώμενοι ῥύμματι πλύνουσιν οἱ γναφεῖς. *Quod autem percolatum lotium mejimus, acre: itaque fullones abſtergendis veſtium ſordibus, eas urina madefaciunt.* Et Q. Fufius Calenus in ſua oratione pro Antonio apud Dion. XLVI. p. 296. C. Οὐ γάρ τοι καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἀναφανδὸν, ὁ τάς τε σταφυλὰς καὶ τὰς ἐλαίας ἀεί ποτε ἐγγολαβῶν, ὁ γίγνος, ὁ πλύνων κατέλιπε, ἄνθρωπος ἀγαπητῶς ἔκ τε τούτων καὶ ἐκ τῶν πλυνῶν διατρεφόμενος, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα τῶν αἰσχίστων ἀναπιμπλάμενος.... Εἶτα τοιοῦτος αὐτὸς ὢν, καὶ γυμνὸς ἐν γυμνοῖς αὐξηθεὶς, καὶ οἰσπώτας, καὶ σπελέθους, καὶ σπατίλας συλλέγων, ἐτόλμησας ὦ μιαρώτατε.... *Neque enim pater ei genus, opeſque reliquit, fullo, operaſque in colendis vineis, ac oleis locans: eoque quæſtu, & eluendis pannis, abunde contentus vitam ſuſtentare: ſordidiſſimo victu interdiu noctuque ſe explens,.... Ergo talis quum ſis, qui nudus inter nudos adoleveris, ſordes lanarum, fimumque & merdas colligens, auſus es homo impuriſſime....* V. *Beroaldum, Caſaubonum, Buleng. de imper. Rom.* IX. 45. *de Vectig. c.* 45. *Carol. Ant. Rom.* II. 3. *Franckenſt. de Ærar. pop. Rom.* 3. & 8. *Lipſ. Admir.* II. 6. *Kipping. A. R.* II. 5. & ab his diſſentientem *Burmann. Diſſert. de Vectig. c.* 12.

24. Prima pensione. Pluribus enim *penſionibus* tributa exigebant veteres. Cicer. Fam. VI. 18. *Teucer, dum a Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem.* ad Attic. XI. 4. *De penſione altera, oro te, omni cura conſidera, quid faciendum ſit.* XVI. 2. *Hortenſius impudenter: nihil enim debetur ei, niſi ex tertia penſione, quæ eſt Kal. Sext. ex qua penſione ipſa major eſt ei ſoluta aliquanto ante diem.*

25. Admovit ad nares. Ad judicium enim de metallis faciendum etiam olfactus adhibetur interdum, ut de poculis Darii notat Ariſtoteles de mirabil. p. 1088. F. Φασὶ δὲ καὶ ἐν Ἰνδοῖς τὸν χαλκὸν οὕτως εἶναι λαμπρὸν, καὶ καθαρὸν, καὶ ἀνίωτον, ὡς μὴ διαγινώσκεσθαι τῇ χρόᾳ πρὸς τὸν χρυσόν: ἀλλ' ἐν τοῖς Δαρείου ποτηρίοις βατιακὰς εἶναι τινας, καὶ πλείους, ἃς εἰ μὴ τῇ ὀσμῇ, ἄλλως οὐκ ἦν διαγνῶναι πότεροι εἰσὶ χαλκοῖ ἢ χρυσοῖ. *Ajunt & apud Indos æs adeo ſplendidum, purum, ſincerumque reperiri, ut colore, & ſpecie nequaquam ab auro diſcerni queat: unde & inter Darii pocula cados quoſdam eſſe, qui niſi olfactus judicio dignoſcantur, ſintne ærei, an aurei.* Etiam trapezitæ, & nummularii in æſtimanda pecunia hac ratione inter alias plures ſunt uſi. Arrian. Epict. Diſſert. I. 20. Καὶ ὅσοις ὁ ἀργυρογνώμων προσχρῆται κατὰ δοκιμασίαν τοῦ νομίσματος, τῇ ὄψει, τῇ ἁφῇ, τῇ ὀσφρασίᾳ, τὰ τελευταῖα τῇ ἀκοῇ. *Et quot rebus argentarius ad nummi explorationem utatur, ut viſu, tactu, olfactu, denique auditu.* Ad hunc morem videtur Veſpaſianus reſpexiſſe Caſaubono.

26. Num odore offenderetur. Hinc jocus ille ſatyricus Juven. XIV. 204.

——— *lucri bonus eſt odor ex re*
Qualibet.

Torrentius, & Marcilius.

27. Nuntiantes legatos alicujus forte vel provinciæ, vel municipii. Multa mentio eſt *legatorum* provincialium, & municipalium apud Ictos, Digeſt. L. 7. Cod. X. 63.

28. Summæ, quam produnt Xiphil. LXVI. p. 751. E. & Zonar. Ann. II. p. 195. Ἀνδριάντα γάρ ποτε αὐτῷ εἴκοσι μυριάδων στῆσαι οἱ ψηφισαμένων τινῶν, προσέτεινε τὴν χεῖρα, καὶ ἔφη: δότε μοι τὸ ἀργύριον: ἡ γὰρ βάσις αὐτοῦ αὕτη ἐστί. *Cum aliqui publice decreviſſent ei ponere ſtatuam pretio decies ſeſtertium, porrecta manu dixit; date mihi argentum; hæc enim manus ejus baſis eſt.*

29. Colossus quid V. ſupr. Cal. 35. 4. §. 16.

30. Cavam manum eſſe ſtipem emendicantium docui ſupr. Aug. 91. 5. §. 15.

31. Basin ſtatuæ manum ſuam fore dixiſſe Veſpaſianum,

Nam cum inter prodigia [33] cætera Mauſoleum [34] Cæſarum derepente patuiſſet, & ſtella in cœlo crinita [35] apparuiſſet: alterum [36] ad Juniam Calvinam [37] e gente Auguſti pertinere [38] dicebat: alterum [39] ad Parthorum regem [40], qui capillatus eſſet [41]. Prima quoque morbi acceſſione [42], *ut* inquit [43], *puto*, *deus fio* [44].

ſpaſianum, dixerunt quoque Xiphilinus & Zonaras §. 28. Quo vero alluſerit, illam *ſtatua baſin* dicens, dixi ſupr. Aug. 31. 1. §. 11.

32. NON ABSTINUIT JOCIS *in mortis periculo*; nam, ut de illo Aurel. Vict. Epit. 9. 17. *feriis joca, quibus delectabatur, admiſcens interiit.*

33. PRODIGIA hæc Veſpaſiani anteceſſiſſe narrat quoque Xiphil. LXVI. p. 753. B. Ἐγεγόνει δὲ σημεῖα αὐτῷ φέροντα ἐς τοῦτο, ὅ τε ἀστὴρ κομήτης ἐπὶ πολὺ φαντασθεὶς, καὶ τὸ μνημεῖον τὸ τοῦ Αὐγούστου αὐτόματον ἀνοιχθέν. *Prodigia, quæ eo pertinebant, præceſſere; nam cometes diu viſus fuit, & monumentum Auguſti ſponte apertum eſt.*

34. MAUSOLEUM V. ſupr. Aug. 101. 9. §. 42.

35. STELLA CRINITA V. illam & ejus ſignificationem ſupr. Ner. 36. 2. §. 3.

36. ALTERUM, *Mauſoleum ſponte patens*, pro prodigio grandi fuit omnino. Dixi hoc ſupr. Cæſ. 81. 8. §. 35. Quamvis ut ad ſe non pertinens recte amoliatur Veſpaſianus.

37. JUNIA CALVINA forte illa, de qua Tacit. Ann. XII. 8. 1. *Calvina ſoror ejus*, Silani, *Italia pulſa eſt.* Illa enim vitam ad Veſpaſiani imperium producere potuit. Certe *Silanus Auguſti abnepos erat* apud Tacit. Ann. XIII. 1. 2. Ejus ſtemma, ſed prolixius ponunt *Reineſ. Epiſt. ad Rupert.* 35. & *Rupert. Epiſt. ad Reineſ.* 43. Ad hanc, non ad ſe, hoc prodigium pertinere recte dixit Veſpaſianus, quia Mauſoleum familiare ſepulcrum fuit Auguſti, & cognatorum ejus, ac domeſticorum, ut Geographus dixit ſupr. Aug. 101. 9. §. 42. Nec in Mauſoleum gentis Juliæ; ſed in ſepulcrum, ubi poſt ædificatum a Domitiano templum gentis Flaviæ, infr. 5. 3; 18. 6. inlatus eſt Veſpaſianus. Quod etiam obſervat *Marcilius.*

38. PERTINERE inter ſollennia eſt, & propria, de iis, quæ ſignificant. Val. Max. 1. 6. 13. *Reſponſum tibi a Spurina aruſpice, pertinere id ſignum ad vitam, & conſilium tuum.* Phædr. III. 4. 7.

Hic pertinere ad domini reſpondet caput.

V. *Scheffer. ad Phædrum.*

39. ALTERUM, *ſtella crinita*, prodigii loco fuit. Nam principum mortes, & regnorum converſiones portendere putabant veteres, ut docui ſupr. Ner. 36. 2. §. 3.

40. PARTHORUM REGEM dicit etiam Xiphilinus. Καὶ πρὸς τοὺς περὶ τοῦ κομήτου τι διαλαλοῦντας, οὐκ ἐμοί γε, εἶπεν, ἀλλὰ τῷ Πάρθων βασιλεῖ προσημαίνει· ἐκεῖνος γὰρ κομᾷ, ἐγὼ δὲ φαλακρός εἰμι. *De comete neſcio quid inter ſe colloquentibus; non mihi, inquit, ſed Parthorum regi mortem portendit: ille enim comatus eſt, ego calvus ſum.* Sed *Perſarum* Aurel. Vict. Epit. 9. 18. *Quippe primo cum crinitum ſidus apparuiſſet: iſtud, inquit, ad regem Perſarum pertinet, cui capillus effuſior.* Sed Medi, *Perſæ* & *Parthi* interdum promiſcuis veniunt nominibus, quia, ut docent *Turneb. Adv.* XI. 26. *Caſaubon. in Athen.* II. 14. & *Muret. V. L.* XII. 3. a Medis ad *Perſas* imperium eſt tranſlatum, & orientis *Perſarum* opes in *Parthorum* conceſſerunt ditionem.

41. QUI CAPILLATUS ESSET. Cometes ſidus cum ſit *capillatum*, & comatum modo in vertice hiſpidum, feſtiviter Veſpaſianus dixit, id prodigium pertinere ad regem Parthicum, qui ita *capillatus* erat, ut ſtella crinita crine ſanguineo apparuerat: & ita ex nomine & effigie duxit ſales. *Beroaldus.* Quos tangit Juven. VI. 407.

Inſtantem regi Armenio, Parthoque cometen
Prima videt.

Capillatos eſſe Parthos dixerunt quoque Xiphilinus & Victor ſupr. §. 40. & noſt. ſupr. Cal. 5. 4.

42. PRIMA MORBI ACCESSIO eſt morbus non adeo vehemens. Ita etiam Cicer. Attic. VII. 2. *Etſi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit deceſſiſſe, & alteram leviorem accedere.* Illum Galenus in Hippocratis prognoſtica comment. 1. ita expreſſit, ἡ πρώτη εἰσβολὴ τοῦ νοσήματος, οὐδὲν οὔπω πλάτος ἔχουσα. *Prima morbi invaſio, necdum habens latitudinem.* Aëtius vero *primam acceſſionem* eſſe ait, cum primum vis ejus a negotiis abſtinere cogit. Galenus etiam παροξυσμὸν dicere ſolitus, & ἐπισημασίαν & προσβολήν. *Marcilius*, & *Cuper. Obſ.* II. 15.

43. INQUIT, jam ſe moriturum perſuaſus. Xiphilinus. Ἐπειδή τε ἐπίστευσεν ὅτι τελευτήσει, ἔφη, Θεὸς ἤδη γίνομαι.

44. DEUS FIO 1. morior. Nam poſt mortem Cæſares referebantur in numerum deorum. Unde quicunque Cæſarum, dum agit animam, eleganter dicere poteſt, ſe *deum fieri*, cum per mortem tranſeat ad divinitatem, qua mox eſt conſecrandus. Tacit. Ann. XV. 74. 5. *Deum honor principi non ante habetur, quam agere inter homines deſierit.* Et ita Tertull. Apolog. c. 34. *Maledictum eſt ante apotheoſin deum Cæſarem nuncupari.* Et de Geta Spartian. c. 2. *Sit divus, dum non ſit vivus.* *Deus factus* eſt Veſpaſianus a Tito filio. Plin. Paneg. 11. 1. *Veſpaſianum Titus dicavit cœlo, Domitianus Titum: ſed ille, ut dei filius, hic ut frater videretur.* Beroaldus, Vignol. Diſſert. de Column. Anton. Pii c. 5.

Digitized by Google

CAPUT XXIV.

ARG. *Febris motiunculis levibus tentatur, nec eo minus muneribus imperatoriis fungitur, & exſtinguitur Titus Flavius Veſpaſianus.*

1 Conſulatu ſuo nono tentatus in Campania motiunculis [1] levibus, ac protinus urbe repetita, Cutylias [2], ac Reatina [3] rura, ubi æſtivare [4] quotannis ſolebat, pe-
2 tiit. Hic, cum ſuper urgentem valetudinem, creberrimo frigidæ aquæ uſu etiam inteſtina vitiaſſet [5]: nec eo minus muneribus imperatoriis ex conſuetudine fungeretur, ut etiam legationes audiret cubans, alvo repente uſque ad defectionem ſoluta [6], *impera-*
3 *torem* ait [7] *ſtantem mori* [8] *oportere.* Dumque conſurgit, ac nititur, inter manus ſublevantium exſtinctus eſt [9] IX. Kalend. Julii, annum agens ætatis ſexageſimum ac nonum, ſuperque menſem ac diem ſeptimum [10].

MOTIUNCULAS dicit etiam Senec. Epiſt. 53. de Tranq. c. 2. *pavitationes* Terent. Hec. III. 1. 41.

—— *uxorem Philumenam*
Pavitare, neſcio quid, dixerunt.

Ubi Donatus, *Pavitare, ægrotare: quia ſic horruiſſe viſa, ac palpitare venis, &c.* Illas fuſius deſcribit Celſ. II. 2. Ita etiam Auguſtus *proceſſit in Campaniam: quamquam jam motus imbecillitatis, inclinatæque in deterius principia valetudinis ſenſerat.* Paterc. II. 123. 2.

2. CUTYLIÆ *aquæ in Sabinis gelidiſſimæ, ſucco quodam corpora invadunt, ut prope morſus videri poſſit. aptiſſima ſtomacho, nervis, univerſo corpori.* Plin. XXXI. 2. Illas deſcribit Dionyſ. A. R. I. p. 12. Ἀπὸ δὲ σταδίων ἑβδομήκοντα Ῥεάτου, Κοτυλίαι πόλις ἐπιφανὴς, πρὸς ὄρει κειμένη: ἧς ἐγγὺς λίμνη τεττάρων πλέθρων ἔχουσα τὴν διάμετρον, αὐθιγενῶν πλήρης ναμάτων ἀκένωτος ἀεὶ, βάθος, ὡς λέγεται, ἄβυσσος. *Septuageſimo a Reate ſtadio, clara urbs Cutilia, monti adjacens: & ab ea non longe lacus quatuor jugerum magnitudine, aquarum nativarum ſemper fluentium plenus, immenſæ, ut fertur, profunditatis.* Cotiſcolia dicuntur Strab. V. p. 158. Ῥεάτῳ πλησιάζει καὶ τὰ ἐν Κοτισκολίαις ψυχρὰ ὕδατα, ἀφ' ὧν καὶ πίνουσι, καὶ ἐγκαθίζοντες θεραπεύουσι νόσους. *Reate proxime ſunt & aquæ frigidæ ad Cotiſcolias, quas bibunt, & iis inſidentes morbis medentur.*

3. REATE deſcripſi ſupr. I. 2. §. 10.

4. ÆSTIVARE quid, dixi ad Cuit. V. 8. I. §. 3. *Æſtivare* alibi, alibi *hyemare* valetudinis cauſa ſolebant principes. Teſtes laudo Strabonem ſupr. Aug. 58. 2. §. 4. & noſtrum ſupr. Aug. 72. 5. & Papinium laudatum ſupr. Cal. 45. 5. §. 19.

5. VITIASSET *frigida aquæ uſu*; Dyſentoriarum cauſæ ψύξιες συνεχέες, *refrigerationes aſſiduæ.* Aretæus de morb. diut. II. 2.

6. SOLUTAM *alvum* dixit etiam Tacit. ſupr. Ner. 33. 7. §. 19. eſt vero, quæ *cibos non continet*, ut dixit Plinius ſupr. Aug. 98. I. §. I. Unde *profluvio ventris exſtinctum* dicunt Eutrop. VII. 15. & Oroſ. VII. 9. De ejus, quo periit, morbo Xiphil. LXVI. p. 753. A. Οὐεσπασιανὸς δὲ, ὡς μὲν ἡ ἀλήθεια ἔχει, νοσήσας οὐ τῇ ποδάγρᾳ τῇ συνήθει, ἀλλὰ πυρετοῖς, μετήλλαξεν ἐν τοῖς ὕδασι τῶν Σαβίνων τοῖς Κουτιλίοις ὠνομασμένοις. Ὡς δέ τινες καταψευδόμενοι τοῦ Τίτου, ἄλλοι τε, καὶ Ἀδριανὸς ὁ αὐτοκράτωρ ἐφήμισαν, φάρμακον ἐν συμποσίῳ τινὶ λαβών. *Veſpaſianus autem, ut reapſe conſtat, morbo correptus, non quidem podagra, qua laborare conſueverat, ſed febribus exſtinctus eſt in aquis Sabinis, quæ Cutiliæ appellantur. Ut vero nonnulli de Tito mentientes, tum alii, tum etiam Adrianus imperator, rumorem ſparſerunt, venenum in convivio quodam hauſit.*

7. AIT objurgatus a medicis, quod morbo correptus nihil de quotidiana victus ratione immutaret, faceretque omnia, quæ ad principatum ſpectarent. Xiphilinus & Zonaras. Τῶν δὲ ἰατρῶν ἐπιτιμώντων αὐτῷ, ὅτι τῇ τε ἄλλῃ διαίτῃ ὁμοίᾳ νοσῶν ἐχρῆτο, καὶ πάντα τὰ προσήκοντα τῇ ἀρχῇ ἔπραττε: αὐτοκράτορα δεῖ, ἔφη, ἑστῶτα ἀποθνήσκειν.

8. STANTEM MORI *imperatorem* I. munere imperatoris fungentem. Et ita Turbo, prætorio ſub Adriano præfectus, de quo Xiphil. LXIX. p. 796. A. Οἴκοι δὲ ὁ Τούρβων οὐδέποτε ἡμέρας, οὐδὲ νοσήσας, ὤφθη: ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν Ἀδριανὸν συμβουλεύοντα αὐτῷ ἀτρεμήσαι, εἶπεν ὅτι τὸν ἔπαρχον ἑστῶτα ἀποθνήσκειν δεῖ. *Turbo autem nunquam interdiu, ne ægrotus quidem, domi viſus eſt: nam & Adriano conſulenti ſibi, ut quieſceret, reſpondit: prætorio præfectum ſtantem mori oportere.* Non diſſimilis vox eſt Ælii Veri apud Spartian. c. 6. *Sanum principem mori debere, non debilem.* Nec Severi apud Xiphil. LXXVI. p. 870. A. Τό τε σύμπαν, οὕτως ἐνεργὸς ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀποψύχων ἀναφθέγξασθαι: ἄγετε, δότε, εἴ τι πρᾶξαι ἔχομεν. *In ſumma, adeo fuit in rebus agendis acer & induſtrius, ut dixerit moriens: agite, date, ſi quid eſt; quod agamus.* Stoicorum fuit ſcitum: *ſapientem in actu mori debere.* Senec. de Vit. Beat. c. 28. *Stoici dicunt, uſque ad ultimum vitæ finem in actu erimus.* Epiſt. 8. *Tu me, inquis, vitare turbam jubes, ſecedere, & conſcientia eſſe contentum: ubi illa præcepta veſtra, quæ imperant in actu mori.* V. etiam *Beroaldum*, & *Marcilium.*

9. EXSTINCTUS EST anno a mundo condito 2094. Ita ad illum Euſebius. *Veſpaſianus colonias deduxit, & mortuus eſt profluvio ventris in villa propria circa Sabinos,*

Digitized by Google

Sabinos, *anno ætatis* 64. *Ab Urbe* vero *condita* 828. ut quidem dicit Oroſ. VII. 9. vel ætatis 70. ut Xiphilinus, Zonaras & noſter, ideoque anno ab U. C. 831. * Errat Malal. Chronog. p. 339. ubi ſcribit Veſpaſianum *diem ſuum obiiſſe*, *annos natum unum & ſeptuaginta*.

10. MENSEM, AC DIEM SEPTIMUM I. menſem ſeptimum, ac diem ſeptimum. Xiphilinus autem μῆνας ὀκτώ, & Zonaras μῆνας ὀκτώ, καὶ ἡμέρας ὀκτώ vixiſſe dicunt.

CAPUT XXV.

ARG. *De ſua ſuorumque genitura certus, filios ſibi ſucceſſuros affirmat, & ſe, ſuoſque pari temporis ſpatio imperaturos cum Claudio & Nerone per quietem videt Titus Flavius Veſpaſianus.*

Convenit inter omnes, tam certum eum de ſua ſuorumque genitura [1] ſemper fuiſ- 1
ſe: ut poſt aſſiduas in ſe conjurationes [2] auſus ſit affirmare ſenatui, *aut filios ſibi*
ſucceſſuros, aut neminem [3]. Dicitur etiam vidiſſe quondam per quietem ſtateram [4] in 2
media parte veſtibuli Palatinæ domus poſitam [5] examine æquo [6]: cum in altera lan-
ce [7] Claudius & Nero ſtarent: in altera ipſe ac filii. Nec res feſellit: quando toti- 3
dem annis [8], parique temporis ſpatio utrique imperaverunt.

GENITURAM verbum matheſeos deſcripſi ſupr. Aug. 94. 22. §. 73.

2. CONJURAVERANT in Veſpaſianum Sabinus Gallus, Alienus, & Marcellus; ſed qui perierint, fuſius narrat Xiphil. LXVI. p. 752. D. E. & illis interfectis, addit p. 753. A. Οὕτω πω τοὺς φύσει κακοὺς οὐδ' αἱ εὐεργεσίαι νικῶσιν, ὁπότε καὶ κεῖνοι τῷ τοσαῦτα εὐεργετηκότι σφᾶς ἐπεβούλευσαν. *Adeo homines malo ingenio præditi nullis beneficiis vincuntur: quando iſti paravere inſidias ei, a quo tot beneficia acceperant.* Quem de Alieni *conjuratione* differentem V. infr. Tit. 6. 6. §. 13.

3. AUT FILIOS.... Et ita Eutrop. VII. 15. *Genituram filiorum ita cognitam habuit, ut, cum multæ contra eum conjurationes fierent, quas patefactas ingenti diſſimulatione contempſit, in Senatu dixerit, aut filios ſibi ſucceſſuros, aut neminem.* Sed de uno hoc dixiſſe filio dicit Xiphilinus ſupr. 15. 2. §. 8.

4. STATERA ſpecies eſt trutinæ. Vitruv. Archit. X. 8. *Id autem ex trutinis, quæ ſtateræ dicuntur, licet conſiderare.* Trutinarum enim duo ſunt genera. Unum quod ſcapo, ſive jugo (quod librile appellat Feſtus. *Librile, ſcapus libræ*) in medio ſingulato (V. infr. §. 6.) appenſis ipſis capitibus lancibus, aut quæ earum vice ſunt, in anſa verſatur. Græci ζυγὸν, Ariſtoteles ζυγὸν Quæſt. Mechan. c. 20. Latini *libram* appellant. Alterum genus eſt dimidia quaſi libra, id eſt ἡμιζύγιον, unius ſcilicet lancis, aut unci pro lance. Ariſtoteles in mechanicis φάλαγγα vocat, Vitruvius modo *ſtateram*, quod vocabulum Romani retinuerunt. Proxime caput ſcapi, unde lanx dependet, aut uncus, anſa eſt cum examine: quod ſcapi ſupereſt, punctis, aut lineis, ſive denticulis eſt diſtinctum, ſingulis certi ponderis indicibus, cum per ſcapum vagans æquipondium, ſive appendiculum illis inſederit. Porro antem quanto longius ab æquilibrato examine receſſerit, tanto majoris vim ponderis nanciſcitur. Utriuſque figuram hiſce dictis ad Vitruvium addit *Philander*.

5. POSITAM I. pedi ſuo *impoſitam* ad perpendiculum, ſive, ut Cicer. ad Q. Fratr. III. I. *ad lineam*. Marcilius.

6. EXAMINE ÆQUO I. ut utraque lanx eſſet in æquilibrio. *Examen* eſt lingua, quæ cum ſummo medio anſæ puncto reſpondet, nec in hanc, aut illam partem inclinatur, facit æquilibrium.

7. LANCES duas habet Libra, ſed ſtatera unam, aut uncum pro lance. Ariſtot. Quæſt. Mechan. c. 20. Τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα ἔχει πλάστιγγα, τὸ δὲ ἐπὶ θάτερα ἀντὶ τῆς πλάστιγγος τὸ σφαίρωμα. *Statera in altera parte lancem, in altera autem pro lance æquipondium habet.* Sed ſtateram pro jugo bilancis noſtrum accepiſſe putat *Marcilius*.

8. TOTIDEM ANNIS I. *annis* octo & viginti. Nam annis quatuordecim Nero ſupr. 40. I. & totidem Claudius ſupr. 45. 3. imperaverunt. Domitianus autem *occiſus eſt imperii anno decimo quinto* infr. 17. 5. 5. Titus *exceſſit poſt biennium, ac menſes duos, & dies viginti, quam ſucceſſerat patri* infr. 11. 1. Veſpaſianus quot annis imperaverit, inter ſe quidem certant auctores: & extinctum eſſe, cum *ageret annum imperii nonum; & diem ſeptimum* Eutropius: *annum nonum, menſem ſeptimum, diem duodecimum* Epiphan. de ponderibus §. 11. *annum decimum demptis ſex diebus* Xiphilinus & Zonaras dicunt: attamen aliquos illi annos *undecim, menſes undecim, dies duos & viginti* tribuere teſtatur Clem. Alexandr. Strom. I. p. 339. Οὐεσπασιανὸς ἔτη ιά, μῆνας ιά, ἡμέρας κβ'. V. etiam *Marcilium*.



TITUS FLAVIUS VESPASIANUS AUGUSTUS.

CAPUT I.


ARG. *Naſcitur, amor ac delicia generis humani dicitur, ſed odio, & vituperatione publica privatus non caret Titus Flavius Veſpaſianus Auguſtus.*

1 Titus, cognomine paterno [2], amor ac deliciæ generis humani [3], (tantum illi ad pro-

Titi ingenium & mores paucis complexus eſt Suidas. Τίτος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, υἱὸς Οὐεσπασιανοῦ, ἀνὴρ πᾶν ἀρετῆς συνειληφὼς γένος, ὡς πρὸς ἁπάντων ἔρως τε καὶ τρυφὴ τοῦ θνητοῦ προσαγορευθῆναι γένους. Εὐγλωττότατός τε γὰρ, καὶ πολεμικώτατος, καὶ μετριώτατος ἦν. Καὶ τῇ μὲν Λατίνων ἐπιχωρίῳ γλώττῃ πρὸς τὰς τῶν κοινῶν ἐχρῆτο διοικήσεις: ποιήματα δὲ καὶ τραγῳδίας Ἑλλάδι φωνῇ διεπονεῖτο. Ἐπεὶ δὲ ᾕρηκε τὰ Ἱεροσόλυμα ὁ Τίτος, Συρία τε πᾶσα, καὶ Αἴγυπτος, καὶ ὅσα τῇ Παλαιστίνῃ πρόσοικα γένη, ἐστεφάνουν τὸν ἄνδρα, νικητὴν ἀνακαλοῦντες. Ὁ δὲ διωθεῖτο τοὺς στεφάνους, οὐκ αὐτὸς λέγων ἐργάσασθαι ταῦτα: Θεῷ δὲ φήσαντι ὀργὴν ἐπιδεδειχότι τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας: οὕτως ἦν μέτριος, καὶ σωφροσύνης μεστός. *Titus, Romanorum imperator, Veſpaſiani filius, vir omni virtutis genere ornatus, ut ab omnibus amor, & deliciæ* (ad hujus verbi ſignificatum proxime accedit τρυφὴ Suidæ; Græci vero non habent, quo Latinorum *delicia* proprie reddant: unde Latino vocabulo uſus eſt Plutarch. ſupr. Vitell. 12. 2. §.8.) *generis humani vocaretur. Nam & eloquentiſſimus, bellicoſiſſimus, & moderatiſſimus fuit. Vernacula etiam Latinorum lingua ad Reipublicæ adminiſtrationem utebatur: poemata, & tragœdias Græca voce componebat. Poſtquam autem Titus Hieroſolyma cepit, Syria univerſa & Ægyptus, & omnes Palæſtinæ finitimæ gentes illum virum coronabant, victorem appellantes. Ille vero coronas repudiabat, dicens non ſe illa feciſſe, ſed Deo ſuam iram declaranti ſuas manus commodaſſe: adeo moderatus, & modeſtia plenus erat.* Et hæc eadem fere *Eutropius.*

2. Cognomine paterno, id eſt, *Veſpaſianus.* Aurel. Vict. Epit. 10. §. 1. *Titus vocabulo patris etiam Veſpaſianus dictus.* Eutrop. VII. 16. *Huic Titus filius ſucceſſit, qui & ipſe Veſpaſianus eſt dictus.* Unde *Titus Veſpaſianus* dicitur Tacit. infr. 5. 1. §. 1. Breviſſime noſter, quod & Caſaubonus obſervavit, ſignificare voluit diſcrimen inter duos filios Veſpaſiani, ratione aſſumptorum ab illis *cognominum.* Titus *cognomine paterno* dictus Veſpaſianus: alter frater *cognomine materno* a Domitilla Domitianus eſt appellatus.

3. Amor ac deliciæ.... dicitur Titus etiam ab Aurel.



NAPOLI

Digitized by Google

promerendam omnium voluntatem vel ingenii, vel artis, vel fortunæ ſuperſuit [4]: & [5] quod difficillimum eſt, in imperio [6], quando [7] privatus, atque etiam ſub patre principe, ne odio [8] quidem, nedum vituperatione [9] publica caruit,) natus eſt III. Kal. Januarias inſigni anno Cajana nece [10], prope Septizonium [11], ſordidis ædibus, cubiculo vero perparvo & obſcuro: nam manet adhuc, & oſtenditur.

Aurel. Vict. Epit. 10. §. 16. *Hujus ſane mors adeo provinciis luctui fuit, uti, generis humani delicias appellantes, orbatum orbem deflerent.* Auſon. Cæſar. 11. 2.

Expers civilis ſanguinis, orbis amor.

Dictus quoque Suidæ & Eutropio ſupr. §. 1. Unde Titum juxta cum Veſpaſiano patre *imperatorem ſuaviſſimum* vocat Auguſt. C. D. v. 21. Et *jucundiſſimum* Plinius in naturalis hiſtoriæ præfatione ita ad Titum. *Licentiore epiſtola narrare conſtitui tibi, jucundiſſime imperator: ſit enim hæc tui præfatio veriſſima, dum maximo conſeneſcis in patre.* * *Amor* autem & *delicia* etiam Berneggero monente ſignificant *amatum & delicatum*, ut *neceſſitudines* neceſſarios Aug. 17. 3. *amicitia & familiaritates* amicos & familiares Tib. 51. 6. Tali blandimento utebantur in rebus cariſſimis appellandis. Cicer. de Div. 1. 36. *Quid amores & deliciæ tuæ Roſcius?* Verr. 1. 25. *Rubrium, delicias ſuas, parum laute deverſari dicit.*

4. SUPERFUIT i. adfuit. Arnob. IV. p. 132. *Quis eſt qui credat Libentinam, quis Liburnum libidinum ſupereſſe tutelis?* Alia exempla etiam collegit *Barth. Adv.* XXIV. 12.

* 5. ET hoc loco valet *idque.* Nam αὐξητικῶς oſtenditur, *id* maxime mirandum, Titum, qui privatus odio & obtrectationi fuit obnoxius, Imperatorem factum omnibus æque carum eſſe potuiſſe: cum tamen alii verſa vice *dum adipiſcuntur dominationes, multa caritate ſint, & majore odio poſtquam adepti*, ut inquit Tacit. Ann. XII. 30. 4. *Berneggerus.*

6. IN IMPERIO, in quo Titus ſolus melior dicitur factus. Hoc vero difficillimum eſt, cum *nemo ſit principum, quem non gravis fama perſtringat, uſque adeo ut etiam Marcus in ſermonem venerit...* Capitol. Anton. Philoſ. c. 5.

7. QUANDO i. quoniam. V. ſupr. Cæſ. 49. 6. §. 34.

8. ODIO, propter cædes, quas perpetravit præfectus prætorio, infr. 6. 5.

9. VITUPERATIONE, propter libidinem, infr. 7. 2. *Vituperare eſt vitium rei parare* Donato in Terent. Andr. prol. n. 15.

Id iſti vituperant factum.

Inde *vituperatio* eſt ignominia, infamia. Cicer. Verr. IV. 7. *Nunquam commiſiſſet, ut propter eum, in ſermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret.*

10. CAJANA NECE i. qua *Cajus* Caligula fuit *necatus.* Ita expeditiones a *Cajo* paratas *Cajanas* appellat Tacit. Hiſt. IV. 15. 3. *Pater ejus multa hoſtilia auſus, Cajanarum expeditionum ludibrium impune ſpreverat.* Annum, quo *Cajus necatus* eſt, tradidit Joſeph. ſupr. Cal. 58. 1. §. 1.

11. SEPTIZONIUM nomen eſt magnæ molis, & ædificii, quod *ſeptem* cingulis ambiebatur: unde dictum videtur; Græci enim ζώνας cingulum vocant. Ammianus *celebrem locum, ubi operis ambitioſi Nymphæum Marcus* Antoninus *condiderit imperator* XV. 7. Videtur duplex fuiſſe. Alterum vetus, quod Titi fuit ſeculo, & in Urbis regione duodecima. Alterum novum, in regione Urbis decima, Severi Septimii opus. Spartian. c. 19. *Opera publica præcipue ejus exſtant, Septizonium & thermæ Severianæ.* P. Victor. *Decima* regione *Septizonium vetus, alias Severi.* Sed error eſt librariorum. Scripſerat nempe Victor. *Decima regione Septizonium Severi: duodecima Septizonium vetus.* Hodie vulgo dicitur *Septemzolia*, Platina in Gregorio VII. V. & *Marcilium.* Dimidiatum adhuc Romæ viſitur. Superſunt tres operis ambitioſi veluti zonæ columnarum pulcritudine, magnificentia, altitudine ſpectabiles: ex quibus conjectatur vix credibilis reliqua altitudo faſtigium ad cacumen æſtimantibus, ſi moles integra cum totis *ſeptem zonis* ſupereſſet. Opus hoc curioſis oculis ſe contemplatum eſſe dicit *Beroaldus.*

CAPUT II.

ARG. *Cum Britannico in aula educatur, illique familiaris ſtatuas, auream, & ex ebore equeſtrem ponit Titus Flavius Veſpaſianus Auguſtus.*

Educatus in aula cum Britannico [1] ſimul, ac paribus diſciplinis, & apud eoſdem 1
magiſtros inſtitutus. Quo quidem tempore [2], ajunt, metopoſcopum [3] a Narciſſo 2

1. BRITANNICO, Claudii, & Meſſalinæ filio.

2. TEMPORE inſtitutionis.

3. METOPOSCOPUS dicitur, qui addivinat ex facie hominum, quique privatim ex inſpectione frontis, quid cuique eventurum ſit, prædicit. Plin XXXV. 10. *Imagines adeo ſimilitudinis indiſcretæ pinxit, ut incredibile*

ciſſo Claudii liberto adhibitum, ut Britannicum inſpiceret [4], conſtantiſſime affirmaſſe; illum quidem nullo modo, cæterum Titum, qui tunc prope adſtabat, utique [5]
3 imperaturum. Erant autem adeo familiares, ut de potione [6], qua Britannicus hauſta periit, Titus quoque juxta cubans [7] guſtaſſe credatur, gravique morbo afflictatus
4 diu. Quorum omnium mox [8] memor, ſtatuam ei auream in Palatio poſuit, & alteram ex ebore [9] equeſtrem, qua circenſi pompa [10] hodieque [11] præfertur, dedicavit, proſecutuſque eſt [12].

bile dictu Apion Grammaticus ſcriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addivinantem (quos metopoſcopos vocant) ex iis dixiſſe aut futuræ mortis annos, aut præterita. Deſcribit *metopoſcopum* Juven. VI. 583.

—— frontemque, manumque
Præbebit vati crebrum poppyſma roganti.

Præſcita autem quædam in fronte eſſe hominum teſtimonio eſt Ariſtot. Hiſt. Anim. I. 8. Μέτωπον δὲ οἷς μὲν μέγα, βραδύτεροι· οἷς δὲ μικρὸν, εὐκίνητοι· καὶ οἷς μὲν πλατὺ, ἐκστατικοί· οἷς δὲ περιφερὲς, θυμικοί. *Quibus frons magna, ſegnes: quibus parva, nobiles, quibus lata, mente moveri idonei: quibus rotunda, iracundi.* Beroaldus & Berneggerus.

4 INSPICERET i. ex frontis, & oris lineamentis *inſpectis* prædiceret, quid illi eſſet eventurum, numquid eſſet imperaturus? *Beroaldus.*

5. UTIQUE i. omnino, certe. Cicer. Attic. IV. 4. *Quo die venies, utique cum tuis apud me ſis.* Noſt. Tib. 47. 1. Ner. 22. 2: 28. 6.

6. POTIONE, qua veneno affuſo Locuſtæ opera de medio Britannicum ſuſtulit Nero. V. Tacit. ſupr. Ner. 33. 9. §. 23.

7. CUBANS, quomodo, cum *ſedentes* ſub oculis parentum cibum ceperint etiam principum liberi, ut dixi ſupr. Aug. 64. 7. §. 18. Negligentiæ hoc loco noſtrum inſimulat *Caſaubonus.*

8. MOX, cum ad imperium perveniſſet.

9. EX EBORE, quia ex illo ſtatuas factitabant veteres. Cicer. Verr. IV. 1. *Nego in Sicilia tota, tam locupleti, tam veteri provincia, tot oppidis, tot familiis, tam copioſis, quidquam ex ebore, aut auro factum, ſignum ullum æneum, marmoreum, eburneum fuiſſe, quin conquiſierit, inſpexerit, quod placitum ſit, abſtulerit.* Tacit. infr. §. 10. Exempla alia congeſſerunt *Jun. de Pictur.* III. II. & *Figrell. de Stat.* c. 16.

10. CIRCENSI POMPA etiam hominum ſtatuas invehere ſolebant veteres. Statua Germanici apud Tacit. Ann. II. 83. 1. *Honores, ut quis amore in Germanicum, aut ingenio validus, reperti, decretique... ludos circenſes eburnea effigies præiret.* Cæſaris apud Dionem ſupr. 76. 2. §. 19.

11. HODIEQUE i. etiamnum *hodie*. Liv. V. 27. *Quod hodieque in Græcia manet.* Cicer. Verr. V. 25. *Hodieque omnes ſic habent perſuaſum, iſtum clam a piratis ob hunc archipiratam pecuniam accepiſſe* Phil. XI. 14. *Hodieque rempublicam defendunt.* Non ergo hoc vocabulum in uſu eſſe cœpit ea ætate, qua jam Romæ Latine loqui deſitum eſt, ut contra *Scioppium* hoc aſſerentem pluribus exemplis docet *Borrich. pro Voſſio adverſus Scioppium* §. 11.

12. PROSECUTUS EST ipſe in pompa circenſi. *Proſecutio* ſtatuæ illa, deductio thenſæ, de qua dixi ſupr. Aug. 43. 12. §. 61.

CAPUT III.

ARG. *Corporis, animique virtutibus ſingularibus fulget Titus Flavius Veſpaſianus Auguſtus.*

1 In puero ſtatim corporis animique dotes [1] exſplenduerunt [2]: magis ac magis [3] deinceps

CORPORIS, ANIMIQUE DOTES dicit noſter, cum dicere vellet ea bona, quæ *prima*, & *primigenia naturæ* Latini, τὰ πρῶτα φύσεως Græci dicunt. Auguſt. de Civ. Dei. XIX. 2. *Hæc autem ut ita fiant duodecim ſecta, illa quatuor triplicantur, voluptas, quies, utrumque, & prima naturæ, quæ primigenia Varro vocat.* Cicer. de Fin. V. 7. *Ab his alii, quæ prima ſecundum naturam nominant, proficiſcuntur: in quibus numerant incolumitatem, conſervationemque omnium partium, valetudinem, ſenſus integros, doloris vacuitatem, vires, pulcritudinem, cæteraque generis ejuſdem: quorum ſimilia ſunt prima in animis, quaſi virtutum igniculi, & ſemina.* Varro de Philoſophia. *Homines naturaliter appetunt prima naturæ, in quibus & hæc ſunt, & alia: vel in corpore, ut membrorum integritas, & ſalus, atque incolumitas ejus, vel in animo, ut ſunt ea, quæ vel parva, vel magna in hominum reperiuntur ingeniis.* V. etiam *Beroaldum.*

2. EXSPLENDUERUNT i. eluxerunt, fulſerunt, ut de Eumene Nepos I. 4. *Fulgebat jam in adoleſcentulo indoles virtutis.* Ita etiam de Attico puero Nep. I. 3. *Quæ ex eo in pueritia clarius exſplendeſcebat.*

3. MAGIS AC MAGIS, ita ut in adoleſcente, quam in puero ampliores fuerint. Catull. 19. 4.

—— magis & magis, ut beata quotannis.

i. ut prioris anni fertilitatem poſterior ſemper vinceret.

4. PER

Digitized by Google

ceps per ætatis gradus [4]: forma egregia, & cui non minus auctoritatis [5] ineſſet, quam
gratiæ: præcipuum robur, quamquam neque procera ſtatura, & ventre paullo pro-
jectiore [6]: memoria ſingularis, docilitas ad omnes fere tum belli, tum pacis artes [7].
Armorum & equitandi peritiſſimus, Latine Græceque [8], vel [9] in orando, vel in 2
fingendis [10] poematibus promptus, & facilis ad extemporalitatem [11] uſque: ſed ne
muſicæ [12] quidem rudis, ut qui cantaret & pſalleret [13] jucunde, ſcienterque [14]. E 3
pluribus comperi, notis [15] quoque excipere velociſſime [16] ſolitum, cum amanuenſi-
bus

4. PER ÆTATIS GRADUS i. in omni *ætate*, ut puero, ut adoleſcente, ut juvene: licet in nobis, dum adolevimus, interdum ſeneſcant hæ dotes, & qui in pueritia exſplenduerat, vigueratque, creſcente corpore decreſcat decor. *Beroaldus.*

5. NON MINUS AUCTORITATIS.... reverendus eodem tempore foret, & gratioſus. In hanc ſententiam Tacit. Hiſt. II. 1. 4. *Augebat famam ipſius Titi ingenium quantæcumque fortunæ capax, decor oris cum quadam majeſtate.* V. *Beroaldum* & *Marcilium.*

* 6. PROJECTIORE, prominulo, ut loquitur in Pertinace c. 12. Capitolinus. Verbis Plaut. Aſin. II. 3. erat aliquantum ventrioſus. Quæ corporis habitudo nil dignitati detrahit: addit quin potius. *Berneggerus.*

7. OMNES TUM BELLI, TUM PACIS ARTES. Quod rarius contingit. Sæpius eſt enim, ut Prop. III. 7. 59.

Hic ſatus ad pacem, hic caſtrenſibus utilis armis.

Et Plin. Panegyr. c. 4. §. 5. *Eniteit aliquis in bello, ſed obſolevit in pace: alium toga, ſed non & arma honeſtarunt.* Beroaldus.

8. LATINE, GRÆCEQUE *promptus* i. qui *prompte Græce* & *Latine* ſcit loqui. Ita *Græce ſcire* Cicer. de Orat. II. 66. *M. Cicero ſenex.... dicebat, ut quiſque optime Græce ſciret, ita eſſe nequiſſimum. Latine, Græceque* ſciiſſe Titum dixit etiam Suidas ſupr. 1. §. 1.

* 9. VEL i. et. Virg. Æn. VI. 769.

Sylvius Æneas, pariter pietate, vel armis,
Egregius.

Liv. 1. 42.

Hunc ordinem ex cenſu deſcripſit, vel paci decorum, vel bello.

10. FINGENDIS i. ſcribendis. Ita Horat. Od. IV. 2. 31.

—— *operoſa parvus*
Carmina fingo.

Art. Poet. n. 382.

Qui neſcit verſus, tamen audet fingere.

Nam *fingere*, & *figmenta* poetarum ſunt, quia

—— *poeta tabulas cum cepit ſibi,*
Quærit, quod nuſquam eſt gentium, reperit tamen.
Facit illud veriſimile, quod mendacium eſt.
Nunc ego poeta fiam: viginti minas
Quæ nuſquam nunc ſunt gentium, inveniam tamen.

Ut de ſe Pſeudolus apud Plaut. 1. 4. 8.

* 11. EXTEMPORALITAS eſt *ex tempore dicendi facultas* Quintil. I. O. 10. 3. & 7. *extemporalis facultas* noſtr. Aug. 84. 3. §. 6.

12. MUSICA Romanorum *moribus* olim *abfuit a principis perſona.* Nep. Epamin. 1. 2. Sed mutatis *moribus* & illam addidicerunt poſtea principes. Cicer. de Senect. c. 8. *Quod eum feciſſe Socratem fidibus audirem, vellem equidem & illud (diſcebant enim fidibus antiqui) ſed in literis elaboravi.* Illam ſcivit Adrianus. Aurel. Vict. Epit. 14. 2. *Athenienſium ſtudia, moreſque auxit, peritus non ſermone tantum, ſed & cæteris diſciplinis, canendi, pſallendi, medendique ſcientia, muſicus....* Spartian. c. 14. *Pſallendi & cantandi ſcientiam præ ſe ferebat*, Antoninus Philoſophus. Capitol. c. 2. *Uſus eſt magiſtris ad prima elementa Euphorione literatore, & Gemino comœdo, muſico Androne, eodemque geometra.* Alexander Severus. Lamprid. c. 27. *Fuit & ad muſicam pronus.*

13. PSALLERET i. citharam pulſaret, fidibus caneret. Suidas. Κυρίως ψάλλειν τὸ τῷ ἄκρῳ τῶν δακτύλων, τῶν χορδῶν ἅπτεσθαι. *Proprie pſallere eſt ſummis digitis nervias tangere.* Fidibus enim *pſallimus*, ut voce cantamus. Aperte illa diſtinguunt auctores, tum Græci, tum Latini. De prandio, & cœna regis Perſarum Athen. IV. p. 145. D. Τὰ δὲ πλεῖστα ὁ βασιλεὺς μόνος ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ: ἐνίοτε δὲ καὶ ἡ γυνὴ αὐτῷ συνδειπνεῖ, καὶ τῶν υἱῶν ἔνιοι: καὶ παρὰ τὸ δεῖπνον ᾄδουσί τε καὶ ψάλλουσιν αἱ παλλακαὶ αὐτῷ. *Ut plurimum rex ſolus prandet, ac cœnat: uxor interdum cum eo, & liberorum quidam, canentibus, ut eum delectent, & citharam pulſantibus nonnullis pellicibus.* XII. p. 514. B. Φυλάττουσί τε αὐτὸν καὶ τριακόσιαι γυναῖκες: αὗται δὲ τὰς μὲν ἡμέρας κοιμῶνται, ἵνα νυκτὸς ἐγρηγορῶσι, τῆς δὲ νυκτὸς ᾄδουσαι καὶ ψάλλουσαι, διατελοῦσι λύχνων καιομένων. *Ejus autem cuſtodes ſunt trecentæ mulieres, quæ, ut vigilent noctu, interdiu dormiunt, & per noctem ardentibus lucernis perpetuo canunt, & citharam pulſant.* Gell. N. A. XIX. 9. *Deſideravit exhiberi, quos habere eum adoleſcentem ſciebat, ſcitiſſimos utriuſque ſexus, qui canerent voce, & qui pſallerent.* Spartianus, & Aurelius Victor ſupr. §. 12. V. etiam *Marcilium.*

14. SCIENTER i. bene, ſecundum artem. Nepos præf. n. 11. *Epaminondam ſcienter tibiis cantaſſe.* Cicer. de Clar. Orat. c. 54. *Ex nervorum ſono in fidibus, quam ſcienter ei pulſi ſint, intelligi ſolet.*

15. NOTÆ quæ & quales monui ſupr. Cæſ. 56. 10. §. 34.

16. VELOCISSIME ſcribebant, qui *notis excipiebant.* Senec. Epiſt. 90. *Quid verborum notas, quibus quan-*

 tis

bus [17] ſuis per ludum jocumque certantem [18], imitarique chirographa [19] quæcumque vidiſſet: ac ſæpe profiteri [20] *ſe maximum falſarium* [21] *eſſe potuiſſe.*

vis citata excipitur oratio, & celeritatem linguæ manus ſequitur? Mart. XIV. 208.

Currant verba licet, manus eſt velocior illis:
Nondum lingua, ſuum dextra peregit opus.

Auſon. Epigr. 138. 16.

Tu ſenſa noſtri pectoris
Vix dicta jam ceris tenes,
Tu me loquentem prævenis.
Quis, quæſo, quis me prodidit?
Quis iſta jam dixit tibi,
Quæ cogitabam dicere?

Unde *furta verborum* notæ dicebantur. Hieron. de vit. ſuſp. contub. *Extemporalis eſt dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profuſa, ut notariorum manus lingua præcurreret, & ſigna, ac furta verborum volubilitas ſermonis obrueret.* Et notarius ταχυγράφος Euſebio & Suidæ Ner. 52. 4. §. 9. *Lipſ. Epiſt. ad Belgas* I. 27. *Wouwer. Polym. c.* 6. *Hug. de prim. ſcrib. orig. c.* 18.

17. AMANUENSIS quis fuerit, V. ſupr. Cæſ. 74. 3. §. 5.

* 18. CERTANTEM non in imitandis chirographis, ſed in excipiendis velociſſime notis. *Gravius.*

19. CHIROGRAPHUM quid V. ſupr. Cæſ. 17. 2. §. 8.

20. SÆPE PROFITERI, nam qui tam perite alterius chirographum imitaretur, quotieſcunque vellet, falſarius eſſe poterat. *Torrentius.*

21. FALSI crimen cum imitandi peritia bene jungit. Falſarii enim, qui ſe chirographis imitandis exercent ad fraudem. Et falſitas verarum literarum imitatio: παραποίησις, τῶν ἀληθῶν γραμμάτων μίμησις. Proœm. Novell. 73. Gloſſæ Cyril. *Falſarius*, πλαστογράφος. *Marcilius.*

CAPUT IV.

ARG. *Tribunus militum meret, foro operam dat, Arricidiam Tertullam uxorem, Tertullaque defuncta Marciam Furnillam domum ducit, ſed cum Furnilla divortium facit, & Judææ urbes nonnullas legioni præpoſitus in poteſtatem redigit Titus Flavius Veſpaſianus Auguſtus.*

1 Tribunus militum & in Germania & in Britannia meruit, ſumma induſtria, nec minore modeſtia, & fama: ſicut apparet ex imaginum ejus multitudine, ac titu-
2 lis [1] per utramque provinciam. Poſt ſtipendia foro operam dedit, honeſtam magis
3 quam aſſiduam [2]. Eodemque tempore Arricidiam Tertullam patre equite Romano, ſed præfecto [3] quondam prætorianarum cohortium, duxit uxorem, & in defunctæ locum Marciam Furnillam ſplendidi generis [4]; cum qua, ſublata filia, divortium fe-
4 cit [5]. Ex quæſturæ [6] deinde honore legioni præpoſitus, Tarichæam [7] & Gamalam [8] urbes

TITULIS 1. ſtatuarum inſcriptionibus, quæ, ob quas cauſas ſtatuæ eſſent poſitæ, declarabant. *Torrentius.*

2. FORO OPERAM DEDIT, HONESTAM MAGIS QUAM ASSIDUAM 1. cauſas non multas, ſed nobiliores, & illuſtriores tantum egit. * Plin. Epiſt. VI. 29. 3. *Ego genera cauſarum addam ambitioſe fortaſſe, tamen claras & illuſtres. Æquum enim eſt agere nonnunquam gloria & fama: id eſt, ſuam cauſam.*

3. EQUITE, SED PRÆFECTO.... 1. *eques* tantum qui fuit: ſed in eo ordine ſummus. *Præfectura* enim *prætorii* ſummus fuit equeſtris ordinis gradus, ut dictum ſupr. Galb. 14. 3. §. 13. *Torrentius.*

4. SPLENDIDI GENERIS, quia Furnia gens conſularis eſt, & Marcia multo illuſtrior. *Torrentius.*

5. DIVORTIUM FACERE V. quid, docui ſupr. Cæſ. 1. 1. §. 17.

6. QUÆSTOREM fuiſſe Titum Suetonio Paullino, Pontio Teleſino conſulibus, ſive anno ab U. C. 818. putat *Pigh. Ann.* III. *p.* 599.

7. Ταριχέα, καὶ ἑνικῶς, καὶ πληθυντικῶς λεγομένη, ἔστι πόλις τῆς Ἰουδαίας. *Tarichea, & ſingulari, & plurali numero dicta, urbs eſt Judææ.* Stephanus. Deſcribunt illam Joſeph. Bell. Jud. III. 17. al. 32. & Egeſipp. de Excid. Hieroſol. III. 23. Ἔπειτα προελθὼν αὐτῆς τε μεταξὺ καὶ Ταριχαιῶν στρατοπεδεύεται· τειχίζει δὲ αὐτὸ περιβολῇ ὀχυρωτέρῳ, ὑφορώμενος ἐκεῖ πολέμου τριβὴν αὐτῷ γενησομένην. συνέρρει γὰρ εἰς τὰς Ταριχαίας πᾶν τὸ νεωτερίζον, τῇ τε τῆς πόλεως ὀχυρότητι, καὶ τῇ λίμνῃ πεποιθότες, ἣ καλεῖται Γεννησὰρ πρὸς τῶν ἐπιχωρίων. Ἡ μὲν γὰρ πόλις ὑπόρειος οὖσα, καθὰ μὴ τῇ λίμνῃ προσεκλύζετο, πάντοθεν ὑπὸ τοῦ Ἰωσήπου τετείχιστο καρτερῶς. *Deinde ab ea,* Tiberiade, *digreſſus, inter ipſas, & Tarichæas caſtra poſuit, muroque firmavit, belli ſibi moras illic fore proſpiciens: quod omnis turbarum cupiens multitudo ad Tarichæas confluxeret, munitione confiſa civitatis, & lacu, qui Genneſar ab indigenis appellatur. Etenim civitatem ſub monte poſitam, qua lacu non alluebatur, undique muro validiſſimo Joſephus cinxerat.* Quomodo illam in poteſtatem redegerit Titus, fuſius docent Joſeph. III. 17. & Egeſipp. III. 25.

8. Γά-

urbes Judææ validiſſimas in poteſtatem redegit: equo quadam acie [9] ſub feminibus [10] amiſſo, alteroque inſcenſo, cujus rector contra ſe dimicans occubuerat.

8. Γάμαλα, κατοικία Συρίας. *Gamala*, oppidum *Syriæ* Palæſtinæ, ſive Judææ. Stephanus. Deſcribunt illam Joſeph. Bell. Jud. IV. 1. & Egeſipp. IV. 1. Γάμαλα πόλις Ταριχαιῶν ἀντικρὺς ὑπὲρ τὴν λίμνην κειμένη. Τραχὺς αὐχὴν, ἀφ' ὑψηλοῦ κατατείνων ὄρους, μέσον ἐπαίρει τινὰ τύλον: μηκύνεται δὲ ἐκ τῆς ὑπεροχῆς, εἰς τοὔμπροσθεν ἐκκλίνων ὅσον κατόπιν, ὡς εἰκάζεσθαι καμήλῳ τὸ σχῆμα: παρ' ὃ ὠνόμασται, τὸ τρανὲς τῆς κλήσεως οὐκ ἐξακριβούντων τῶν ἐπιχωρίων.... *Gamala civitas contra Tarichæas poſita ſupra lacum. Jugum aſperum, ex alto monte deductum, medium cervicem erigit: & ubi ſupereminet, in longitudinem tenditur, tantum contra declive, quantum a tergo, ut cameli ſimilitudinem præferat: unde nomen etiam duxit, niſi quod expreſſam vocabuli ſignificationem indigenæ ſervare non poſſunt....* Quomodo illam in poteſtatem redegerit Titus, pluribus tradunt Joſeph. IV. 3. & Egeſipp. IV. 3.

9. ACIE i. prælio. Hoc dixi ad Curt. V. 1. 19. §. 68.

10. SUB FEMINIBUS *amiſit equum* Titus, ut *femine transfixo cecidit* Mago apud Liv. XXX. 18. Chariſ. Inſtit. Gramm. 1. p. 105. Edit. Putſch. *Femen nominativo, ut ſemen, nondum legimus a veteribus adſertum.* Quare verſus *Tibulli fuerit* 1. 9. 26.

Implicuitque femur femini.

Quaſi ſit hoc femur, hujus feminis. Idem tradit Serv. Æn. X. 344. & 788. V. etiam Voſſ. de Anal. 1. 47. &, ſi tibi copia eſt, Pier. Æn. X. 788.

CAPUT V.

ARG. *De navigatione Paphiæ Veneris oraculum conſulit, ſed de imperii ſpe confirmatur, Hieroſolymam oppugnatam capit, a militibus imperator conſalutatur, ſubinde decedens provincia detentus, a patre deſciſcere videtur, illamque ſuſpicionem, in conſecrando bove Apide diadema geſtans, auget, ſed Romam contendens rumorum de ſe temeritatem arguit Titus Flavius Veſpaſianus Auguſtus.*

Galba mox tenente Rempublicam miſſus [1] ad gratulandum [2], quaqua [3] iret, con- 1
vertit homines, quaſi adoptionis gratia arceſſeretur [4]. Sed ubi turbari [5] 2
rurſus cuncta ſenſit, rediit [6] ex itinere [7]: aditoque [8] Paphiæ [9] Veneris [10] oraculo [11],
dum

MISSUS a patre. Tacit. Hiſt. 1. 10. 5. *Quippe Titum filium ad venerationem, cultumque ejus miſerat.* II. 1. 2. *Titus Veſpaſianus e Judæa, incolumi adhuc Galba, miſſus a patre.*

2. AD GRATULANDUM *Galba* de imperio acquiſito. Tacit. II. 1. 2. *Cauſam profectionis, officium erga principem, & maturam petendis honoribus juventam ferebat.*

3. QUAQUA i. quocunque. Apul. Metam. VI. p. 184. *Qua te penetrantes, quaqua decideris, membratim diſſipabunt.* Plaut. Epid. V. 2. 9.

Quaqua tangis, amburit.

4. QUASI ADOPTIONIS GRATIA ARCESSERETUR. Tacit. n. 3. *Sed vulgus, fingendi avidum, diſperſerat, accitum in adoptionem. Materia ſermonibus, ſenium, & orbitas principis, & intemperantia civitatis, donec unus eligatur, multos deſtinandi. Augebat famam ipſius Titi ingenium quantæcunque fortunæ capax, decor oris cum quadam majeſtate, proſpera Veſpaſiani res, præſaga reſponſa, & inclinatis ad credendum animis, loco omnium etiam fortuita.*

5. TURBARI CUNCTA. Tacit. n. 5. *Certos nuntios accepit de interitu Galbæ, & aderant, qui arma Vitellii, bellumque affirmarent, anxius animo, paucis amicorum adhibitis, cuncta utrimque perluſtrat. Si pergeret in Urbem, nullam officii gratiam in alterius honorem ſuſcepti: ac ſe Vitellio, vel Othoni obſidem fore. Sin rediret, offenſam haud dubiam victoris: ſed incerta adhuc victoria, & concedente in partes patre, filium excuſatum. Sin Veſpaſianus Rempublicam ſuſciperet, obliviſcendum offenſarum de bello agitantibus.* Quæ ſere narrat etiam Egeſipp. Excid. Hieroſol. IV. 20.

6. REDIIT. Tacit. 2. 1. *His ac talibus inter ſpem metumque jactatum ſpes vicit. Fuere, qui accenſum deſiderio Berenices reginæ vertiſſe iter crederent.... Igitur oram Achajæ, & Aſiæ, ac læva maris prætervectus, Rhodum & Cyprum inſulas, inde Syriam audentioribus ſpatiis petebat.*

7. ITINERE, quo pervenerat *Corinthum, Achajæ urbem.* Tacit. 1. 5.

8. ADEUNDI, *viſendique templum Paphiæ Veneris, inclytum per indigenas, advenaſque illum cupido inceſſit.* Tacit. 2. 4.

9. PAPHIÆ *Paphi* Cypri urbe cultæ. Unde *regina Paphi* dicitur. Horat. Od. 1. 30. 1.

O Venus, regina Cnidi, Paphique,
Sperne dilectam Cypron.

Ubi Acron. *Paphos, urbs Cypri inſulæ, Venerem præcipue colens.* Huc appulerat primum Venus. Mel. II. 7. *Et quo primum ex mari Venerem egreſſam accolæ affirmant, Palæpaphos.* Tacit. infr. §. 11.

10. VENERIS Paphiæ *ratio in obſcuro.* Tacit. 3. 6. Unde Philoſtr. vit. Apollon. III. 16. Νεώς τε ἐπιτυχόντας, προσπλεῦσαι Κύπρον, κατὰ τὴν Πάφον, οὗ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἕδος, ὃ ξυμβολικῶς ἱδρυμένον, θαυμάσαι τὸν Ἀπολλώνιον. *Navemque nactos, in Cyprum adnavigaſſe,*

3 dum de navigatione [12] conſulit, etiam de imperii ſpe confirmatus eſt [13]. Cujus [14] brevi compos, & ad perdomandam Judæam relictus [15], noviſſima Hieroſolymorum [16] oppugnatione [17] duodecim propugnatores totidem ſagittarum confecit ictibus: cepitque [18] ea natali [19] filiæ [20] ſuæ, tanto militum gaudio ac favore, ut in gratulatione IMPERATOREM [21] cum conſalutaverint [22], & ſubinde decedentem provincia detinuerint, ſuppliciter, nec non & minaciter efflagitantes, *aut remaneret, aut ſecum omnes pariter abduceret*: unde nata ſuſpicio eſt, quaſi deſciſcere a patre, orientiſque regnum
4 ſibi vindicare tentaſſet. Quam ſuſpicionem auxit, poſtquam Alexandriam [23] petens, in

vigaſſe, juxta Paphum: ubi Veneris ſimulacrum, dedicatum ænigmatice, Apollonium admiratum eſſe. Metæ tamen inſtar fuiſſe dicit Tacitus. *Simulacrum deæ non effigie humana: continuus orbis latiore initio tenuem in ambitum metæ modo exſurgens.* Et pyramidis, ut dicit Maximus Tyrius diſſert. 38. Πάφιοι μὲν ἡ Ἀφροδίτη τὰς τιμὰς ἔχει, τὸ δὲ ἄγαλμα οὐκ ἂν εἰκάσαις ἄλλῳ τῳ ἢ πυραμίδι λευκῇ. *Apud Paphios quidem Venus colitur, verum ejus ſimulacrum nulli alteri rei ſimile quam pyramidi albæ dixeris.* V. quoque *Meurſ. Cypr.* I. 16.

11. ORACULA eſſe templa, in quibus *oracula* redderentur, dixi ſupr. Tib. 14. 4. §. 21. Veneris hujus *oraculum* deſcribit Tacit. II. 3. *Conditorem templi regem Aëriam vetus memoria, quidam ipſius deæ nomen id perhibent. Fama recentior tradit, a Cinyra ſacratum templum: deamque ipſam conceptam mari, huc appulſam. Sed ſcientiam, artemque aruſpicum accitam, & Cilicem Thamyram intuliſſe. Atque ita pactum, ut familiæ utriuſque poſteri ceremoniis præſiderent. Mox ne honore nullo regium genus peregrinam ſtirpem antecelleret, ipſa, quam intulerant ſcientia hoſpites ceſſere, tantum Cinyrades ſacerdos conſulitur. Hoſtiæ, ut quiſque vovit, ſed mares deliguntur. Certiſſima fides hædorum fibris. Sanguinem aræ offundere vetitum, precibus & igne puro altari adolentur; nec ullis imbribus, quamquam in aperto, madeſcunt.* Plura *Meurſ. Cypr.* I. 15.

12. DE NAVIGATIONE *primum conſuluit, & pandi viam, & mare proſperum accepit.* Tacit. 4. I.

13. DE IMPERII SPE CONFIRMATUS EST. Tacit. II. 2. *De ſe per ambages interrogat, cujus complaribus hoſtiis. Soſtratus (ſacerdotis id nomen erat) ubi læta, & congruentia exta, magniſque conſultis annuere deam videt, pauca in præſens, & ſolita reſpondens, petito ſecrete futura aperit. Titus aucto animo ad patrem pervectus, ſuſpenſis provinciarum, & exercituum mentibus, ingens rerum fiducia acceſſit.*

* 14. Cujus ſcilicet *ſpei*: nondum enim imperii. *Berneggerus.*

15. RELICTUS a patre. Tacit. Hiſt. v. I. I. *Ejuſdem anni principio, Cæſar Titus perdomandæ Judææ delectus a patre.* Joſeph. de Bell. Jud. v. 14. Τὸν δὲ υἱὸν Τίτον μετὰ τῆς κρείττω δυνάμεως ἀπέστειλεν ἐξαιρήσοντα τὰ Ἱεροσόλυμα. *Filium vero Titum cum ſelectis copiis ad excidendam Hieroſolymam mittit.*

16. HIEROSOLYMAM quis condiderit, docent Joſeph. de Bell. Jud. VII. 18. & Egeſipp. de Exſcid. Hieroſol. v. 9. Ὁ δὲ πρῶτος κτίσας ἦν Χαναναίων δυνάστης, ὁ τῇ πατρίῳ γλώσσῃ κληθεὶς βασιλεὺς δίκαιος. Ἦν γὰρ τοιοῦτος: διὰ τοῦτο ἱεράτευσέ τε τῷ Θεῷ πρῶτος, καὶ τὸ ἱερὸν δειμάμενος, Ἱεροσόλυμα τὴν πόλιν προσηγόρευσε, Σόλυμα καλουμένην πρότερον. *Primus autem conditor ejus, Hieroſolymæ, fuerat Chananæorum dynaſta, qui patria lingua appellatus eſt juſtus rex. Erat quippe talis: ideoque ſacerdotium Deo primus exhibuit, & fano primum ædificato, Hieroſolymam civitatem vocavit, cum ante Solyma vocaretur.*

17. OPPUGNATIONEM *Hieroſolymorum* certatim deſcribunt Joſeph. de Bell. Jud. VI. & VII. Egeſipp. Exſcid. Hieroſol. v. Dio LXVI. Tacit. Hiſt. v. Oroſ. VII. 9.

18. CEPIT *Hieroſolymam* Titus biennali obſidione, eamque totam cremavit, atque delevit. Cedren. p. 179. Οὗτος ὁ Τίτος ἐν δυσὶν ἔτεσι παραλαβὼν τὴν Ἱερουσαλήμ, πᾶσαν ἐνέπρησε καὶ ἠφάνισε. Secundo anno principatus Veſpaſiani, Septembris menſis octavo die. Joſeph. Bell. Jud. VII. 18. Ἑάλω μὲν οὕτως Ἱεροσόλυμα ἔτει δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόῃ. Ipſo ſabbatho. Frontin. Strategem. I. I. 17. *D. Auguſtus Veſpaſianus, Judæos Saturni die, quo eis nefas eſt quidquam ſeriæ rei agere, adortus ſuperavit.* Cum ageret annum ætatis trigeſimum. Docet hoc ipſe in colloquio, quod a captis Hieroſolymis, Romam abiturus, cum Apollonio habuit apud Philoſtr. VI. 14. Ἐγὼ δὲ ἔτη μὲν τριάκοντα ταυτὶ γέγονα, ἀξιούμενος δὲ, ὧν ὁ πατὴρ ἑξηκοντούτης ὤν, καὶ καλοῦμαι ἐς τὸ ἄρχειν. *Ego autem annos natus ſum triginta, iiſdemque honoribus, quibus pater jam ſexagenarius ornatus, & ad imperium vocatus.*


19. NATALEM liberorum agere ſolebant parentes. Auguſtin. Retract. II. *Quando aliquis homo potens, aut nobilis natalem ſuum, aut filii ſui celebrare deſiderat.* Lamprid. Antonin. Get. c. 3. *Nam quum infantis Getæ natalem Severus commendare vellet, hoſtiam popa nomine Antoninus percuſſit.* Plura *Roa Sing.* I. 16.

20. FILIÆ *ex Marcia Furnilla ſublatæ* ſupr. 4. 3. quam *Juliam* fuiſſe dictam infr. Domit. 10. 6. §. 41. dicet *Philoſtratus.*

* 21. IMPERATOREM, utpote qui fuſis & profligatis hoſtibus victor exſtiterat. Hunc hoc vocabulum ſecunda ſignificatione indicaſſe docui ſupr. Jul. 76. 6. §. 8.

22. CON-

Digitized by Google



HIEROSOLYMA VNA CVM T[

Digitized by Google

in conſecrando apud Memphim [24] bove Apide [25] diadema geſtavit [26], de more id quidem, rituque priſcæ religionis [27]; ſed non decrant, qui ſecus [28] interpretarentur. Quare feſtinans in Italiam, cum Rhegium [29], dehinc Puteolos [30] oneraria nave ap- 5
puliſſet, Romam inde contendit expeditiſſimus: inopinantique patri velut arguens rumorum de ſe temeritatem [31], *Veni*, inquit, *pater veni* [32].

22. Consalutaverunt maximis acclamationibus. Joſeph. de Bell. Jud. vii. 13. al. 32. *Τὸν Τίτον μετὰ μεγίστων εὐφημιῶν ἀνέφηναν αὐτοκράτορα.* * Priſco erga duces honore, ut docet Tacit. Ann. iii. 74. 7. *Tiberius id quoque Blaſo tribuit, ut Imperator a legionibus ſalutaretur; priſco erga duces honore, qui bene geſta republica gaudio & impetu victoris exercitus conclamabantur.*

23. Alexandriam deſcripſi ad Curt. iv. 2. §. 8.

24. *Μέμφιν, πόλιν ἐπιφανεστάτην τῶν κατ' Αἴγυπτον ἔκτισεν Οὐχορεὺς, τῶν τούτου τοῦ βασιλέως ἀπογόνων ὄγδοος ἀπὸ τοῦ πατρὸς προσαγορευθείς. Ἐξελέξατο μὲν γὰρ τόπον ἐπικαιρότατον ἁπάσης τῆς χώρας, ὅπου σχιζόμενος ὁ Νεῖλος εἰς πλείονα μέρη, ποιεῖ τὸ καλούμενον ἀπὸ τοῦ σχήματος Δέλτα. Memphin, urbem Ægypti clariſſimam condidit Uchoreus, ex progenie hujus regis octavus, patris nomen adeptus. Ex omni enim terra locum delegit commodiſſimum, ubi Nilus in plures fiſſus alveos Delta, a figura ſic nuncupatum, efficit.* Diodor. i. p. 46. A *Mene* tamen primo Ægypti rege conditam eſſe dicit Herod. ii. p. 141. Ab Api Argorum rege Clem. Alex. Strom. i. p. 322. Euſeb. Præp. Evan. x. 12. Hodie novam *Cairum* appellant, & in ſacris *Noph* dici volunt, ut monet Wendel. de admir. Nili 25. 3.

* 25. Bovem Apidem V. ſupr. Aug. 93. 3. §. 11. Ille Memphi colebatur. Macrob. Sat. i. 21. *In civitate Memphi bos Apis ſolis inſtar excipitur.*

26. Diadema gestavit i. rem ſacram coronatus peregit. Coronæ enim ſacerdotales, quod eſſent aureæ, ut dicam infr. Domit. 4. 11. §. 43. quandoque dicta ſunt *diademata*, quod qui *diademata* geſtarent, iidem quoque ſacerdotalibus infulis inſignes adſpicerentur. *Paſchal. de coron.* iv. 13: ix. 13. Quid *diadema* fuerit V. ſupr. Jul. 79. 2. §. 16.

27. Ritu priscæ religionis i. *priſco* ſacrificantium *ritu*. Paſchal. de coron. ix. 13.

28. Secus i. deterius, pejus. V. ſupr. Tib. 2. 1. §. 1. Non enim ipſum more ſacrificantibus in Ægypto ſollenni ajebant fuiſſe coronatum, ſed potius more regum diademate evinctum. *Paſchalius.*

29. Rhegium V. ſupr. Aug. 16. 7. §. 41.

30. Puteolos V. ſupr. Aug. 44. 1. §. 3.

31. Rumorum temeritatem, quia, ut dixi ad Curt. vi. 2. 15. §. 62. eſt ſermo ſine ullo certo auctore diſperſus.

32. Veni, veni repetit, ut oſtenderet, falſidicos illos fuiſſe, & vanidicos, qui perſuaſerant patri, ſe Romam non amplius venturum, ſed in oriente regnum ſibi vindicaturum. Fuit enim filius patri obedientiſſimus. Unde ipſe apud Philoſtr. vit. Apoll. vi. 14. *Ἐπιψηλαφήσας δὲ αὐτοῦ τὸν αὐχένα ὁ Ἀπολλώνιος, καὶ γὰρ δὴ ἔῤῥωτο αὐτὸν, ἴσα τοῖς ἀσκοῦσι τὸ σῶμα: καὶ τίς, εἶπε, βιάσεται ταῦρον, αὐχένα οὕτω καρτερὸν ὑποσχεῖν ζυγῷ; ὁ ἐκ νέου, ἔφη, μοσχεύσας με· τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ λέγων ὁ Τίτος, καὶ τὸ ὑπ' ἐκείνου ἂν μόνου ἄρχεσθαι, ὃς ἐκ παιδὸς αὐτὸν τῷ ἑαυτοῦ ἀκροᾶσθαι ξυνείθιζε. Demulcens autem ejus collum Apollonius, quod robuſtum erat perinde atque eorum, qui corpus exercent: dic mihi, inquit, quis tam valida cervice taurum jugum ſubire coegerit? Is, inquit Titus, qui me vitulum a primordiis educavit: patrem illis verbis denotans, & quod illius ſolum obtemperare præcepiſſe a teneris aſſuefactus eſſet.* V. etiam *Beroaldum.*

CAPUT VI.

ARG. *Participem, & tutorem imperii agit, cum patre triumphat, in cenſura, tribunitia poteſtate, & ſeptem conſulatibus ei collega eſt, & prope omnium officiorum curam ad ſe recipit, ſed incivilius, & violentius dum agit, invidiæ multum contrahit Titus Flavius Veſpaſianus Auguſtus.*

Neque ex eo deſtitit participem [1], atque etiam tutorem [2] imperii agere. Trium- 1. 2
phavit [3] cum patre, cenſuramque [4] geſſit una. Eidem collega & in tribunitia 3
pote-

Participem *imperii agere*, ut de Muciano Tacitus ſupr. Veſp. 7. 1. §. 2. *Agere* i. eſſe, ut docent exempla allata ſupr. Tib. 12. 2. §. 6.

2. Tutorem *imperii agere* eſt patriciatus dignitatem adipiſci. Conſtantini principis temporibus cœpit patriciatus culmen concedi iis, quos dignos cenſuiſſent imperatores, ut ex Zoſimi relatione clarum eſt, cœptuſque patricius appellari *πατὴρ βασιλέως*, *pater imperatoris.* Fortaſſis ab hac mente accipiendus Symm. Epiſt. ii. 35: *Parentes etiam patriæ.* Ita hunc locum explicat *Demſter. A. R.* vii. 5.

* 3. Triumphum Veſpaſianorum Patris & Filii fuſius deſcribit Joſeph. de Bell. Jud. vii. 24. Et de illo Oroſ. vii. 9. *Veſpaſianus & Titus imperatores magnificum agentes de Judæis triumphum Urbem ingreſſi ſunt. Pulchrum & ignotum antea cunctis mortalibus inter* 320. *triumphos, qui a conditione Urbis uſque in id tempus acti erant, hoc ſpectaculum fuit, pa-*

trem

4 poteſtate [5], & in ſeptem conſulatibus [6] fuit. Receptaque ad ſe prope omnium offi-
ciorum cura, cum patris nomine, & epiſtolas [7] ipſe dictaret, & edicta conſcriberet,
orationeſque in ſenatu recitaret, etiam quæſtoris [8] vice. Præfecturam quoque præ-
5 torii ſuſcepit, nunquam ad id tempus, niſi ab equite Romano [9] adminiſtratam. E-
gitque [10] aliquanto incivilius & violentius [11]: ſiquidem ſuſpectiſſimum quemque ſi-
bi, ſummiſſis qui per theatra & caſtra, quaſi conſenſu ad pœnam depoſcerent, haud
6 cunctanter oppreſſit [12]. In his Aulum Cæcinam [13] conſularem [14] virum, vocatum
ad

trem & filium uno triumphali curru vectos glorioſiſſimam ab his qui patrem & filium offenderant, victoriam reportaſſe. V. & ſupr. Veſp. 8. 1.

4. Censuram Veſpaſianorum P. & F. v. ſupr. Veſp. 8. 2. §. 6.

5. In tribunitia potestate *collega.* Et hinc *tribunitiæ poteſtatis participem* Titum vocat: *& in nullo unquam verius dictam vim eloquentiæ, tribunitiæ poteſtatis facundiam fulgurare* dicit in Naturalis hiſtoriæ præfatione Plinius. Hujus *poteſtatis* communicatione ad ſpem imperii admotus eſt Titus. Princeps enim, quem ad imperii ſpem vocabat, hunc *poteſtatis* hujus participem ſolebat facere. Tacit. Ann. III. 56. 1. *Tiberius fama moderationis parta, quod ingruentes accuſatores repreſſerat, mittit literas ad ſenatum, queis poteſtatem tribunitiam Druſo petebat. Id ſummi faſtigii vocabulum Auguſtus reperit, ne regis, aut dictatoris nomen adſumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia præmineret. M. deinde Agrippam ſocium ejus poteſtatis, quo defuncto, Tiberium Neronem delegit, ne ſucceſſor in incerto foret.* Tales dicti poſtea ſunt *Cæſares.* Digeſt. XLIX. 14. 6. §. 1. *Quodcumque privilegii fiſco competit: hoc idem & Cæſaris ratio, & Auguſtæ habere ſolet.* Cod. IX. 18. 4. *Datum x. Kal. Jun. Aquileja, Criſpino & Conſtantio Cæſare conſulibus.* Et hodie in Germanico imperio *rex Romanorum*, in Gallia *Delphinus*, Hiſpanis *Princeps*, novæ Romæ olim Δεσπότης. Quare hanc *poteſtatem* receperint imperatores, docet Dio LIII. p. 508. C. Ἥ τε ἐξουσία ἡ δημαρχικὴ καλουμένη, ἣν οἱ πάνυ ποτὲ ἀνθήσαντες ἔσχον, δίδωσι σφίσι τά τε ἐπιγιγνόμενα ὑφ' ἑτέρου τινος, ἂν μὴ συνεπαινῶσι, παύειν, καὶ μὴ καθυβρίζεσθαι: κἂν ἄρα τι καὶ τὸ βραχύτατον μὴ ὅτι ἔργῳ ἀλλὰ καὶ λόγῳ ἀδικεῖσθαι δόξωσι, καὶ ἄκριτον τὸν ποιήσαντα αὐτὸ, ὡς καὶ ἐναγῆ, ἀπολλύναι. *At tribunitia poteſtas, quam præclariſſimus quiſque imperator olim habuit, efficit, ut intercedere iis, quæ ab aliis contra ipſorum ſententiam moventur, poſſint, ac inviolabiles ſint, ita ut ſi vel minimo, non dicam facto, ſed verbo ſe ab aliquo læſos exiſtiment, eum indicta cauſa, tanquam qui ſe piaculo obſtrinxerit, necare queant.* V. quoque *Marcilium*, & quæ diximus ſupr. Aug. 27. 7. §. 27.

6. Septimum consulem cum patre fuiſſe Titum in veteribus editionibus in præfatione N. H. dicit Plinius. Fuit autem ei collega in conſulatu II. IV. V. VI. VII. VIII. IX. Pluribus hoc docui ſupr. Veſp. 8. 1. §. 3.

7. Epistolis princeps reſcribere ſolebat aut magiſtratui, aut præſidi, aut privato de jure conſulenti. Exemplo ſunt *epiſtolæ* Trajani ad *Plinium* x. & quæ ad privatos multæ in *Juſtiniani C.* Imo ad feminas datæ, ut Theodoram *Cod.* IX. 9. 18. *Marcilius.*

8. Quæstorem hunc & ejus officium deſcripſi ſupr. Aug. 65. 7. §. 22.

9. Ab equite Romano ut *adminiſtraretur præfectura prætorii* ex Mæcenatis conſilio inſtituerat Auguſtus ſupr. Cal. 56. 2. §. 9. Illam *ad id tempus nonniſi ab equite adminiſtratam* dum dicit noſter, erroris perperam inſimulatur a Lipſio in Tacit. Ann. p. 90. & Hiſt. p. 37. Exempla enim, contra noſtrum quæ adferri poſſent, accurate ſatis refellunt Marcilius, & Guther. de Offic. dom. Aug. II. 4. Extra vero *equitum* numerum dum ponit Titum, culpæ illum nemo purgabit. Nam, ut præfectura fungeretur, ad *equeſtrem* ordinem tranſiiſſe Titum, aperte innuit Plin. præf. N. H. *Et quod his nobilius feciſti, dum illud patri pariter, & equeſtri ordini præſtas, Præfectus prætorio ejus.*

10. Egit n. præfecturam i. geſſit illam, ut *agere tribunitiam poteſtatem, agere honorem.* Torrentius.

11. Incivilius et violentius i. τυραννικώτερόν πως καὶ βιαιότερον. *Inciviliter* eſt tyrannice, & vi, ac poteſtate dominica. Ut *pluſquam civilia cupere* apud Calpurn. Flacc. Declam. 6. & *pluſquam civilia agitare* apud Tacit. Ann. I. 12. 6. eſt appetere dominatum, ſive tyrannidem. *Bella pluſquam civilia* ſunt, quibus Cæſar & Pompejus dominatum petebant, apud Lucan. I. 1.

Bella per Emathios pluſquam civilia campos

V. *Marcilium, Turneb. Adv.* V. II. *Gronov. Obſerv. in ſcript. Eccl. c.* 19.

12. Oppressit *quaſi criminis convictos*, quod addit Aurel. Vict. Epit. 10. 4. *Præfecturam prætorianam patre imperante adeptus, ſuſpectum quemque & oppoſitum ſibi, immiſſis qui per theatra, & caſtra, invidioſa jactantes, ad pœnam poſcerent, quaſi criminis convictos oppreſſit.*

13. Aulum Cæcinam, qui *Alienus Cæcina* dicitur Tacit. Hiſt. I. 52. 4. *Sed profuſa cupidine, & inſigni temeritate legati legionum, Alienus Cæcina, & Fabius Valens.... & Alienus, juſſu Titi*, ne ab hoc videatur alius, *ſtatim ut ſurrexit e convivio, occiſus,* Xiphil. LXVI. p. 752. E. Κἀν τούτῳ ἐπιβουλευθεὶς μὲν ὑπό τε τοῦ Ἀλιηνοῦ καὶ ὑπὸ τοῦ Μαρκέλλου, καίπερ φίλους τε αὐτοὺς ἐν τοῖς μάλιστα νομίζων, καὶ πάσῃ εἰς αὐτοὺς ἀφθονωτάτῃ τιμῇ χρώμενος: οὐ μὴν καὶ ὑπ' ἐκείνων ἀπώλετο: φωραθέντες γὰρ Ἀλιηνὸς μὲν αὐτοῦ ἐν τῷ βασιλείῳ ἐσφάγη

ad cœnam, ac vixdum triclinio egreſſum, confodi juſſit: ſane urgente diſcrimine, cum etiam chirographum ejus præparatæ apud milites conjurationis [15] deprehendiſſet. Quibus rebus ſicut in poſterum ſecuritati [16] ſatis cavit, ita ad præſens plurimum contraxit invidiæ: ut non temere [17] quis tam adverſo rumore [18], magiſque invitis omnibus tranſierit ad principatum. 7

ἐξαγαγὼν ἐκ τοῦ συσσιτίου, ἐντὸς ἀπέσφαξεν, τοῦ Τίτου κελεύσαντος, μὴ καὶ φθάσῃ τι τῆς νυκτὸς νεοχμῶσαι: τῶν γὰρ στρατιωτῶν συχνοὺς προπαρεσκευάσατο. *Dum hæc gererentur, Alienus & Marcellus contra Veſpaſianum conjurant, quos ipſe ſibi amiciſſimos eſſe arbitralatur, & omni genere honorum abunde proſecutus erat: neque tamen ab iis interficitur, idque propterea, quod patefacta conjuratione Alienus in Palatio, ſtatim ut ſurrexit e convivio, juſſu Titi, occiſus eſt, ne quid noctu prior moliretur. Jam enim magnum numerum militum comparaverat.* Hoc bello civili legato uſus fuerat Vitellius. Xiphil. LXV. p. 737. B. Τῷ δὲ δὴ Ἀλιηνῷ τὸν πόλεμον μεθ' ἑτέρων προσέταξεν. *Alienum cum aliis bello præfecit* Vitellius. Plutarch. ſupr. Oth. 8. 3. §. 7. & modo Tacitus. * De hujus nomine contendentes V. *Lipſium* & *Urſinum ad Tacitum*, *Reineſ. Var. Lect.* I. 17. *Rupert. Epiſt. ad Reineſ.* 21. & iterum *Reineſ. Epiſt. ad Rupert.* 23.

14. CONSUL fuit Aulus, ſive Alienus Cæcina cum Fabio Valente. Tacit. Hiſtor. II. 71. 3. *Ut Valenti & Cæcina vacuos honoris menſes aperiret, contecti aliorum conſulatus, diſſimulatus* Martii *Macri*, *tanquam Othonianarum partium ducis*, & *Valerium Marinum*, *deſtinatum a Galba conſulem diſtulit.* Fuerunt hi *conſules* ex Kal. Septembr. a. ab U. C. 821. ut docent Faſti Capitol. & Pigh. Ann. III. p. 608. licet *Cæcinam* hunc *Licinium* dicant, perperam confundentes *Alienum Cæcinam* cum *Licinio Cæcina*, qui cum Claudio conſul fuit anno ab U. C. 794. V. eruditiſſimum *Ryck. in Tacit. p.* 320.

15. CONJURASSE in Veſpaſianos Cæcinam dicit quoque Xiphil. ſupr. §. 12. Et tamen *ob ſuſpicionem ſtupratæ Berenices uxoris* Titi *jugulatum* eſſe contendit Aurel. Vict. Epit. 10. §. 4.

16. SECURITATI I. ut *ſecurior* deinceps foret & tutior. *Beroaldus.*

17. TEMERE I. facile. V. ſupr. Aug. 16. 5. §. 35.

18. TAM ADVERSO RUMORE I. ut tam male de illo opinati fuerint. *Adverſo rumore eſſe* dicit Tacit. Ann. XIV. 11. 6. *Sed adverſo rumore Seneca erat, quod oratione tali confeſſionem ſcripſiſſet.* Hiſt. II. 26. 4. *Apud paucos ea ducis ratio probata, in vulgus adverſo rumore fuit.*

CAPUT VII.

ARG. *Luxurioſus, libidinoſus, rapax eſt; ſed ea fama illi pro bono cedente, inque laudes converſa, jucunda convivia inſtituit, amicos ſibi & Reipublicæ neceſſarios eligit, ſaltationis artifices etiam delicatiores ſpectare ſuperſedet, alieno abſtinet, & munificentiſſimus eſt Titus Flavius Veſpaſianus Auguſtus.*

Præter ſævitiam, ſuſpecta in eo etiam luxuria erat: quod ad mediam noctem comeſſationes [1] cum profuſiſſimo quoque familiarium extenderet. Nec minus libido [2], propter exoletorum, & ſpadonum greges, propterque inſignem [3] reginæ Beronices [4] amorem [5], cui etiam nuptias pollicitus [6] ferebatur. Suſpecta & rapacitas: quod 1 2 3

COMESSATIO quid fuerit, dixi ad Curt. V. 7. 10. §. 34.

* 2. LIBIDO. Hinc Julianus Imperator de Cæſ. p. 11. Τὸν παῖδα δὲ πρεσβύτερον μὲν παίζειν κέλευσε μετὰ τῆς Ἀφροδίτης τῆς πανδήμου. *Hujus vero ſeniorem filium jubet ludere cum Venere publica.*

3. INSIGNIS *amor* ob turpitudinem Beronices, quippe mulieris Judaicæ. Odioſiſſimi autem & contemptiſſimi Romanis Judæi. Ergo neque ex triumpho Judaico, vel pater Veſpaſianus, vel filius Titus Judaicos ſe dici voluere. Xiphil. LXVI. p. 748. C. Καὶ ἐπ' αὐτοῖς τὸ μὲν τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα ἀμφότεροι ἔλαβον, τὸ δὲ δὴ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ οὐδ' ἕτερος ἔσχε.

4. BERONICE etiam *Juvenali* ſtatim quæ dicta, Βερνίκη dicitur Xiphilino, *Berenice* Tacito, Βερνίκη Joſepho, & Lucæ, nata eſt ex Agrippa Ariſtobuli filio, & Cypro Phaſaeli filia. Docuit hoc Joſephus ſupr. Claud. 28. 2. §. 6: Deſponſa fuit Marco filio Alexandri Lyſimachi Alabarchæ; ſed hoc defuncto ante nuptias, Agrippa virginem Herodi fratri ſuo collocavit, a Claudio impetrato illi regno Chalcidis. Joſeph. Ant. Jud. XIX. 4. Καὶ αὐτοῦ οὔσης Βερνίκης τὴν Ἀγρίππα γαμεῖ θυγατέρα· καὶ ταύτην μὲν, τελευτᾷ γὰρ Μάρκος ὁ τοῦ Ἀλεξάνδρου υἱὸς, παρθένον λαβὼν ἀδελφῷ τῷ αὐτοῦ Ἀγρίππας Ἡρώδῃ δίδωσι, Χαλκίδος αὐτῷ τὴν βασιλείαν εἶναι αἰτησάμενος παρὰ Κλαυδίου. Poſt Herodis obitum aliquanto tempore vidua apud fratrem commorata, Cæſaream cum fratre Agrippa inviſuro ad Feſtum abiit. Act. 25. 13. Ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν, Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς καὶ Βερνίκη κατήντησαν εἰς Καισάρειαν, ἀσπασόμενοι τὸν Φῆστον. Sed cum ſpargeretur rumor, cum fratre eam con-

quod conſtabat in cognitionibus [7] patris nundinari [8] præmiarique [9] ſolitum: deinde
4 propalam alium [10] Neronem & opinabantur & prædicabant. At illi ea fama pro bono [11] ceſſit, converſaque eſt in maximas laudes [12]: neque ullo vitio [13] reperto, &
5 contra virtutibus ſummis. Convivia inſtituit jucunda [14] magis, quam profuſa.
6 Amicos elegit, quibus etiam poſt eum principes, ut & ſibi & Reipublicæ neceſſariis [15] acquieverunt [16], præcipueque uſi
7 Beronicen ſtatim ab Urbe dimiſit [17] invitus invi-

congredi, unde *inceſta ſoror* dicitur Juven. Sat. VI. 156.

> ——— *& Beronices*
> *In digito factus pretioſior: hunc dedit olim*
> *Barbarus inceſta, dedit hunc Agrippa ſorori.*

ſuaſit Polemoni regi Ciliciæ, ut circumciſus prius ſe duceret, rata ſic ſe coarguturam mendacium. Nec recuſavit Polemon, inductus maxime mulieris divitiis. Id tamen conjugium diuturnum non fuit, propter intemperantiam, ut fertur, diſcedente ab eo Bernice. Joſeph. Ant. Jud. XX. 5. Βερνίκη δὲ μετὰ τὴν Ἡρώδου τελευτὴν, ὃς αὐτῆς ἀνὴρ καὶ θεῖος ἐγεγόνει, πολὺν χρόνον ἐπιχηρεύσασα, φήμης ἐπισχούσης, ὅτι τἀδελφῷ συνείη, πείθει Πολέμωνα, Κιλικίας δὲ ἦν οὗτος βασιλεὺς, περιτεμόμενον ἀγαγέσθαι πρὸς γάμον αὐτήν· οὕτως γὰρ ἐλέγξειν ᾤετο ψευδεῖς τὰς διαβολάς. Καὶ ὁ Πολέμων ἐπείσθη μάλιστα διὰ τὸν πλοῦτον αὐτῆς. Οὐ μὴν ἐπὶ πολὺ συνέμεινεν ὁ γάμος, ἀλλὰ Βερνίκη δι' ἀκολασίαν, ὡς ἔφασαν, καταλείπει τὸν Πολέμωνα. Quæ exinde Hieroſolymam reverſa eſſe videtur. Ita enim Joſeph. de Bell. Jud. II. 16. Οὐ μὴν οὐδ' οἱ τῶν Ἱεροσολύμων ἄρχοντες ἐσίγησαν· ἀλλ' αὐτοί τε καὶ Βερνίκη τῷ Κεστίῳ περὶ ὧν Φλῶρος εἰς τὴν πόλιν παρηνόμησεν, ἔγραφον. *Nec ſane principes Hieroſolymorum, quæ geſta fuerunt, tacuerunt: ſed & ipſi, & Bernice ad Ceſtium, de his, quæ Florus inique in urbe egerat, retulerunt.* Et illic *non minore animo partes juvit, florens ætate, formaque, & ſeni quoque Veſpaſiano magnificentia munerum grata.* Tacit. Hiſt. II. 81. 3. per id tempus maxime floruit, & ob eam cauſam cum Agrippa fratre Romam venit, & in Palatio habitavit. Xiphil. LXVI. p. 752. B. Βερενίκη δὲ ἰσχυρῶς τε ἤνθει, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐς τὴν Ῥώμην μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἀγρίππα ἦλθε, καὶ ἐν τῷ Παλατίῳ ᾤκησε.

5. AMOREM *Berenices* notant quoque Tacit. Hiſt. II. 2. 2. *Neque abhorrebat a Berenice juvenilis animus.* Et Xiphilinus. Βερενίκη καὶ τῷ Τίτῳ συνεγίγνετο. *Et Berenice cœpit cum Tito coire.* V. etiam Tacit. ſupr. 5. 2. §. 6.

6. NUPTIAS POLLICITUM fuiſſe Titum Beronice vero ſimile eſt ex iis, quæ narrat Xiphilinus. Προσεδοκᾶτο δὲ γαμηθήσεσθαι αὐτῷ· καὶ πάντα ἤδη ὡς καὶ γυνὴ αὐτοῦ οὖσα ἐποίει. *Spes erat, eam Tito nuptum iri: jam enim omnia, ita ut ſi eſſet uxor, gerebat.*

7. COGNITIONES magiſtratuum V. ſupr. Claud. 15. 2. §. 10.

8..... NUNDINARI I. edicta, ſententias paternas palam vendere, pecuniam ab iis, quorum cauſas pater *cognoſcebat*, accipere. Apul. Metam. X. p. 255. *Si toti nunc judices ſententias ſuas pretio nundinantur.* Lamprid. Commod. c. 14. *Vendiderunt ſub eo etiam eventus litium liberti.* Alex. Sev. c. 36. *Invenit Turinum ſæpe & in cauſis ab utraque parte accepiſſe, quum eventus venderet.* De Tito Vict. Epit. 10. 5. *Jurgia autem ſub patre venundata.* Et alia exempla illorum cupido ſuppeditat *Gronov. Obſ.* IV. 11.

9. PRÆMIARI I. ſuffragationis *præmium* ſtipulari. Ejuſmodi *præmia* ſuffragationum, utpote pro ſuffragatione, ſive interceſſione apud principem data, ſuffragia dicebantur. *Præmiari* pro quolibet modo quæſtum facere elegans eſt. *Præmia* enim veteres quaſcunque utilitates, & vitæ commoda dicebant. Lucret. III. 913.

> ——— *omnia ademit*
> *Una dies infeſta tibi tot præmia vitæ.*

n. 970.

> *Omnia perfructus vitai præmia.*

Hinc *præmioſus*, *pecunioſus* apud Feſtum. Et *præmiatores*, *nocturni prædones* apud Non. II. 629. V. quoque *Torrentium*, *Marcilium*, *Giſanium in Lucretium*, & *Popm. Diff. verb.* IV. *p.* 145.

10. ALIUM I. alterum, ſecundum. Curt. IX. 8. 5. *Territi nova facie, alium Liberum patrem adventare credebant.* Plin. Epiſt. II. 13. 4. *Pater ei in equeſtri gradu clarus, clarior vitricus, imo pater alius.*

11. PRO BONO I. utilitati. Salluſt. bell. Jugurth. c. 22. *Populum Romanum neque recte, neque pro bono facturum.* Marcilius.

12. CONVERSA IN MAXIMAS LAUDES, ut Themiſtoclis *vitia ineuntis adoleſcentiæ magnis ſunt emendata virtutibus.* Nep. I. 1. Et Cicer. pro Cœl. c. 12. *Equidem multos & vidi in hac civitate, & audivi, non modo qui primoribus labris guſtaſſent genus hoc vitæ, & extremis, ut dicitur, digitis attigiſſent, ſed qui totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent, emerſiſſe aliquando, & ſe ad frugem bonam, ut dicitur, recepiſſe, graveſque homines, atque illuſtres fuiſſe.* Exempla ſuppeditabit tibi plurima Valer. Max. VI. 4.

13. VITIUM vocare videtur, quod natura inſeverit, non quod ætas attulerit, aut paterni imperii occaſio. Sic enim Tacit. Hiſt. II. 2. 2. *Lætam voluptatibus adoleſcentiam egit, ſuo, quam patris imperio modeſtior.* Torrentius.

* 14. JUCUNDA propter *jucundos atque invitabiles & cum quadam illecebra & voluptate utiles ſermones, ex quibus ingenium noſtrum venuſtius fit & amœnius.* Gell. XIII. 11.

15. SIBI ET REIPUBLICÆ NECESSARIIS. Nam *graviſſimi principis labores, quis orbem terræ capeſſat, egent admi-*

invitam. Quoſdam e gratiſſimis delicatorum [18], quamquam tam artifices [19] ſaltationis, ut mox ſcenam tenuerint [20], non modo fovere prolixius [21], ſed ſpectare omnino in publico cœtu ſuperſedit [22]. 8
Nulli civium quidquam ademit: abſtinuit alieno, ut ſi quis unquam: ac ne conceſſas quidem, ac ſolitas collationes [23] recepit. 9
Et tamen nemine ante ſe munificentia minor. 10
Amphitheatro dedicato [24] thermiſque [25] juxta [26] celeriter exſtructis [27], munus edidit apparatiſſimum largiſſimumque. 11
Dedit & navale prælium [28] in veteri [29] naumachia, ibidem & gladiatores, atque uno die quinque millia [30] omne genus ferarum. 12

adminiculis. Tacit. Ann. XII. 5. 4. *Et raro eminentes viri non magnis adjutoribus ad gubernandam fortunam ſuam uſi ſunt.... Etenim magna negotia magnis adjutoribus egent.* Paterc. II. 127. I.

16. ACQUIEVERUNT I. ob ſapientiſſima conſilia illis multum tribuerunt, & quodammodo in omnibus obſecuti ſunt. *Sabellicus.* V. etiam ſupr. Tib. 31. 2. §. 3.

17. DIMISIT, quum intelligeret, populum Romanum id moleſte ferre, & multa de iis rebus ſpargere. Xiphilinus. Ὡς τ' ἐκεῖνον δυσχεραίνοντας τοὺς Ῥωμαίους ἐπὶ τούτοις ᾐσθημένον, ἀποπέμψασθαι αὐτήν· ἄλλως τε γὰρ πολλὰ ἐθρυλεῖτο. Aurel. Vict. Epit. c. 10. §. 7. *Denique, ut ſubiit pondus regium, Berenicen nuptias ſuas ſperantem regredi domum præcepit.* * Et hæc non ſine ratione populus. Erant enim connubia cum peregrinis vetita Romanis. Senec. de Benef. IV. 35. *Promiſi tibi filiam in matrimonium, poſtea peregrinus apparuiſti: non eſt mihi cum externo connubium.* Unde etiam Antonii cum Cleopatra Ægyptia & barbara connubium, de quo ipſe Aug. 69. 2. *Uxor mea eſt,* & ſuſceptos ex ea liberos, eoſque pro legitimis ab illo agnitos, tanquam contra Romanorum leges ac inſtituta vehementer a populo culpatum, notat Dio XLIX. 411. B. Ἐπὶ δὲ τῇ Κλεοπάτρᾳ μεγάλως διεβλήθη, ὅτι τε παῖδας ἐκ αὐτῆς ἐποιήσατο. *Cleopatræ nomine magnopere culpatus eſt, quod & liberos ex ea ſuſcepiſſet.* & fuſius Plutarch. Anton. p. 941. B. Plura *Spanhem. Orb. Rom.* II. §. 24. *Briſſon. de jur. connub. p.* 117. *Hotman. de rit. nupt. c.* 2. *Broukh. in Prop.* III. 9. 31.

18. DELICATORUM I. τῶν ἐρωμένων, ut dixi ſupr. Veſp. 3. I. §. 3. *Enervatorum greges* dicuntur *Aurel. Victori.* Quid ſi *eviratorum. Evirati* enim ſunt ſpadones. De ſpadonibus autem noſter dixerat ſupr. n. 2. Ita etiam *Marcilius.*

19. ARTIFICES I. tam peritos doctores. Cicer. de Fin. II. 35. *Neminem videbis ita laudatum, ut artifex callidus comparandarum voluptatum diceretur.*

20. SCENAM TENUERINT I. principem in ea locum habuerint. Hieronymus Euſeb. Chron. ad a. 1974. *Publius mimographus, natione Syrus, ſcenam tenet.*

21. PROLIXIUS I. promptius, benignius. Cicer. ad Attic. XVI. 16. *Id autem eſt, ut hoc, quod te tua ſponte facturum certo ſcio, honoris noſtri cauſa libenter, prolixe, celeriter facias.*

22. SUPERSEDIT I. abſtinuit, ut dixi ad Curt. V. 6. 14. §. 45.

* 23. COLLATIONES tributa, quæ *conferri* ex more ſolebant, interpretatur Beroaldus. Sed illa remittere quid eſt aliud quam Reipublicæ nervos incidere? Rectius itaque cum Berneggero interpretabimur tum provinciarum in auſpicio imperii dona, tum aurum coronarium, qua ſpecie *collationis* exhauriebantur ſubjecti. Hoc quæ ſumma exactum fuerit, & qui Principes boni Auguſtus, Hadrianus, Antoninus Pius non exegerint, narrat *Lipſ. de Magiſ. Rom.* II. 9.

24. DEDICARI opus quando dicatur dixi ſupr. Aug. 31. 8. §. 43. *Dedicavit* Titus amphitheatrum, quod quid fuerit, V. ſupr. Aug. 29. 13. 46. Sed ab Auguſto deſtinatum, & a Veſpaſiano patre ædificatum ſupr. Veſp. 9. I. De ejus *dedicatione* etiam Xiphil. p. 757. A. Καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς ἄλλοις οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξε, τὸ δὲ δὴ θέατρον τὸ κυνηγετικὸν, τό τε βαλανεῖον τὸ ἐπώνυμον αὐτοῦ ἐποίησε. *Quod pertinet ad cætera, nihil præcipuum geſſit: tantum amphitheatrum venationum cauſa, & balnea ſuo nomine dedicavit. In ejus dedicatione quinque millia ferarum occidit.* Eutrop. VII. 16. & ex Eutropio *Euſebius in Chronicis.*

25. THERMAS deſcripſi ſupr. Ner. 12. 9. §. 31. Titi *thermas* in regione tertia, quæ Iſis, & Moneta dicitur, collocant S. Rufus, & P. Victor. Illarum meminerunt Mart. Epigr. III. 27. 5.

Laſſus ut in thermas decima, vel ſerius, hora
Te ſequar, Agrippa, cum laver ipſe Titi.

20. 15.

Titine thermis, an lavatur Agrippæ?

Et Xiphilinus §. 24. *Titianas* vocant Chariſ. I. *Nam quum ſit Nero, ut leo, pelles leoninas, thermas Neronianas appellamus: Titus, ut lupus, thermas Titinas, ut pelles lupinas non dicimus, ſed Titianas.* Et Euſeb. Chron. ad olymp. 217. *Multa opera Romæ facta, in quibus thermæ Titianæ.* Quamvis admodum joculare ſit, ut monet etiam Scalig. Animadv. p. 186. quas Titus fecit, & abſolvit, a Domitiano factas, quod dicit Euſebius, dicere.

* 26. JUXTA amphitheatrum. Vocula enim *juxta* loci vicinitatem arguit. Ad Petri in vincula, circum ipſam ædem, & cœnobium, hortumque thermas Titi fuiſſe inſignia antiquitatis, quæ illic viſuntur, veſtigia, fabricis rotundis thermarum ſpeciem repræſentantia Indicio ſunt manifeſtiſſimo. *Nardin. Rom Vet.* III. 10. *Donat. de Urb. Rom.* III. 10. *Bacc. de Therm. c.* 3. *Turrig. ad Urſ. Togat. Inſcript.* §. 9.

27. Celeriter exstructis.... Unde Martialis ſupr. Ner. 31. 5. §. 10.

28. Navale prælium, de quo Xiphil. p. 757. B. Τὸ γὰρ θέατρον αὐτὸ ἐκεῖνο ὕδατος ἐξαίφνης πληρώσας, ἐσήγαγε καὶ ἀνθρώπους ἐπὶ πλοίων: καὶ οὗτοι μὲν ἐκεῖ ὡς οἱ μὲν Κερκυραῖοι, οἱ δὲ Κορίνθιοι ὄντες (τούτοις γὰρ τοῖς ὀνόμασι χρησάμενοι) ἐναυμάχησαν. Ἄλλοι δὲ ἔξω ἐν τῷ ἄλσει τῷ τοῦ Γαΐου τοῦ τε Λουκίου, ὅποτε ὁ Αὔγουστος ἐπ' αὐτὸ τοῦτ' ὠρύξατο: καὶ γὰρ ἐνταῦθα τῇ μὲν πρώτῃ ἡμέρᾳ μονομαχία καὶ θηρίων σφαγὴ, κατοικοδομηθείσης σανίσι τῆς κατὰ πρόσωπον τῶν εἰκόνων λίμνης, καὶ ἰκρία πέριξ λαβούσης: τῇ δὲ δευτέρᾳ ἱπποδρομία: καὶ τῇ τρίτῃ ναυμαχία τρισχιλίων ἀνδρῶν. *Nam amphitheatro derepente aqua impleto, introduxit & homines in navibus, qui in Corcyrenſes & Corinthios (his enim nominibus diviſi) prælio navali certaverunt. Extra hunc locum pugnatum eſt ab aliis in luco Caïi & Lucii, quem Auguſtus perfodi ob eandem cauſam juſſerat. Ibi enim primo die ſingulare certamen, cædeſque belluarum facta eſt, lacu, qua parte ſtatuas ſpectat, aſſeribus inædificato, & foris, ac tabulatis undique incluſo. Poſtridie ejus diei ludi circenſes facti ſunt. Tertio die navale prælium factum eſt hominum trium millium.*

29. Vetere, quod ab Auguſto eſſet, nam Caligula præliorum ſimulacra iſta luſerat illo loco, quem indicat Dio lix. p. 647. D. Ἐποίησε δὲ τοὺς ἀγῶνας τούτους τὰ μὲν πρῶτα ἐν τοῖς Σέπτοις, πᾶν τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐξορύξας, καὶ ὕδατος πληρώσας, ἵνα μίαν ναῦν ἐσαγάγῃ: ἔπειτα δὲ καὶ ἑτέρωθι. πλεῖστά τε καὶ μέγιστα οἰκοδομήματα καθελὼν, καὶ ἰκρία πηξάμενος. *Exhibuit autem ſpectacula iſta primum in Septis effoſſo omni eo loco, & aqua repleto, ut unam navim introducere poſſet: poſt alibi etiam, maxima ædificia demolitus, tabulata fixit.* V. & *Kipping. A. R.* 11. 6.

30. Quinque millia *ferarum* dediſſe Titum in amphitheatri dedicatione, dixerunt quoque Eutropius & Euſebius ſupr. §. 24. Quibus quatuor millia forte pecorum addit Xiphil. lxvi. p. 757. A. Γέρανοί τε γὰρ ἀλλήλοις ἐμαχέσαντο, καὶ ἐλέφαντες τέσσαρες: ἄλλά τε ἐς ἐννακισχίλια καὶ βοτὰ καὶ θηρία ἐσφάγη. *Grues enim certaverunt inter ſe, & quatuor elephanti: ac pecorum, ferarumque millia novem interfecta ſunt.*

CAPUT VIII.

ARG. *Præterita beneficia uno edicto confirmat, neminem ſine ſpe dimittit, diem, quo nihil cuiquam præſtitiſſet, ſe perdidiſſe conqueritur, populum univerſum comiter tractat, in thermis una cum plebe lavat, Veſevi montis conflagratione, & urbis Romæ incendio, peſtilentiaque afflictis, nunc conſolando, nunc opitulando, nunc divinam, humanamque opem adhibendo, parentis affectum præſtat, & delatores, mandatoreſque.... veniro, & in inſulas avehi imperat Titus Flavius Veſpaſianus Auguſtus.*

1 Natura autem benevolentiſſimus * cum ex inſtituto Tiberii omnes dehinc Cæſares
beneficia a ſuperioribus conceſſa principibus, aliter rata non haberent, quam ſi
eadem iiſdem & ipſi dediſſent: primus præterita omnia uno confirmavit edicto [2], nec
2 a ſe peti paſſus eſt. In cæteris vero deſideriis [3] omnium hominum obſtinatiſſime te-
3 nuit, ne quem ſine ſpe dimitteret [4]. Quin & admonentibus domeſticis, *quaſi plura polliceretur*

* Natura benevolentissimus eſt qui valde benefica erga omnes eſt voluntate. Dicitur hæc Cicer. de Offic. 11. 9. voluntas benefica: *Secundo loco benefica voluntate benevolentia movetur.* Et amica Senec. de Benef. 11. 5. *Ita duas res maximas perdidit, & tempus, & argumentum amicæ voluntatis.* Græv. in Ciceronem.

2. Edicto *præterita beneficia confirmaſſe* Titum dicunt etiam Xiphil. p. 754. C. Zonar. Ann. 11. p. 195. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα πρός τε τὸ ἀσφαλὲς, καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον τῶν ἀνθρώπων κατεστήσατο: καὶ γὰρ γράμματα ἐξέθηκε, βεβαιῶν πάντα τὰ ὑπὸ τῶν προτέρων αὐτοκρατόρων δεδομένα τισὶν, ὥστε μὴ καθ' ἑκάστους σφᾶς αἰτοῦντας αὐτῶν πράγματα ἔχειν. *Multa quoque conſtituit ad ſecuritatem & tranquillitatem omnium, propoſitis edictis, quibus omnia beneficia, quæ ſuperiores principes aliquibus dederant, confirmabantur, ne dum ea quemque pro ſe poſtulare oporteret, ipſi negotia exhiberent.* Quando *confirmaverit*, Aurel. Vict. Epit. 10. 8. *Dehinc cum donata conceſſave a prioribus principibus firmare inſequentes ſolerent, ſimul ut imperium cepit, talia poſſidentibus edicto ſponte cavit, vel conceſſit.* Ejuſdem argumenti *edictum* eſt Nervæ apud Plin. Epiſt. x. 59. *Quædam ſine dubio, Quirites, ipſa felicitas temporum edicit, nec ſpectandus eſt in iis bonus princeps, quibus illum intelligi ſatis eſt, cum hoc ſibi quiſque civium meorum ſpondere poſſit, me ſecuritatem omnium quieti meæ prætuliſſe, ut & libenter nova beneficia conferrem, & ante me conceſſa ſervarem. Ne tamen aliquam gaudiis publicis adferat hæſitationem, vel eorum, qui impetraverunt, diffidentia, vel ejus memoria qui præſtitit, neceſſarium pariter credidi, ac lætum, obviam dubitantibus indulgentiam meam mittere. Nolo exiſtimet quiſquam, quæ alio principe, vel privatim, vel publice, conſecutus, ideo ſaltem a me reſcindi, ut potius mihi debeat, ſi illa rata, & certa fecero. Nec gratulatio ullius inſtauratis eget precibus, & qui non habent, me quem fortuna imperii vultu meliore reſpexit, novis beneficiis vacare patiantur, & ea demum ſciant roganda eſſe, quæ non habent.*

3. De-

polliceretur quam præſtare poſſet [5]: *non oportere*, ait, *quemquam a ſermone principis triſtem diſcedere* [6]. Atque etiam recordatus quondam ſuper cœnam, quod [7] nihil cui- 4
quam toto die præſtitiſſet, memorabilem illam, meritoque laudatam vocem [8] edidit:
Amici [9], *diem perdidi* [10]. Populum in primis univerſum tanta per omnes occaſiones 5
comitate tractavit, ut propoſito gladiatorio munere, *non ad ſuum, ſed ad ſpectantium*
arbitrium editurum ſe profeſſus ſit. Et plane ita fecit. Nam neque negavit quid- 6
quam petentibus [11]: & ut, quæ vellent, peterent, ultro adhortatus [12] eſt. Quin & 7
ſtudium armaturæ Threcum præ ſe ferens [13], ſæpe cum populo, & voce & geſtu, ut fautor,

3. Desideriis i. precibus. V. ſupr. Aug. 17. 7. §. 30.

4. Ne quem sine spe dimitteret. Imo *πάντας τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐτῷ, αἰτουμένους τι, συνετίθετο ὅτι καὶ ἐβούλοντο. Omnium, qui ipſum compellabant, petitionibus annuebat.* Cedren. p. 178.

5. Quasi plura polliceretur.... Quod ita interpretatur, ſi modo ea Suetonii mens, quaſi re vera plura *polliceretur*, *quam præſtaret* Titus, modo laudatus Cedrenus. *Καὶ τινος τῶν συνήθων ἐρωτήσαντος, ὅτου χάριν τοῦτο ποιεῖ, πολλάκις μὴ ἐκπληρῶν τὰς ὑποσχέσεις. Et cum quidam familiarium percontaretur, cur id faceret, cum tamen ſæpe promiſſa non impleret.* * *Præſtare* verbum eſt uſitatum in re beneficiorum. Salvian. de Gubern. Dei iv. p. 69. *Majoris pretii beneficium eſt quod præſtatur indignis.* Senec. de Clem. i. 10. *Hoc eſt ignoſcere, non dare tantum ſalutem, ſed præſtare.* Plura ad Salvianum *Ritterhuſius.*

6. Non oportere quemquam.... Quæ ſic vertit Cedrenus. *Ἀπὸ βασιλέως δεῖ σκυθρωπὸν μὴ ἀποπέμπεσθαι.* Et hoc de Micaele Paphlagone Conſtantinus Manaſſes, *neminem ab eo triſtem diſceſſiſſe.* Marcilius.

7. Quod particula locum non habet, quando objectum aliquod exprimendum eſt, ſed oratio infinitiva, ſive quæ fit per infinita ſubjecta. Eſt tamen, ubi in hac parte Latini ſuum *quod* ad exemplum *τοῦ ὅτι* Græcorum uſurparunt. Hujuſmodi exempla ſcire, imitari vix debent ſtudioſi. Nimio enim ſtudio Græcarum literarum ejuſmodi locutiones interdum auctoribus, credo, exciderunt. Plaut. Aſin. i. 1. 37.

Equidem ſcio, jam filius quod amet meus
Iſthanc meretricem e proximo Philenium.

Cicer. de Offic. i. 12. *Illud etiam animadverte, quod qui proprio nomine perduellis eſſet, is hoſtis vocaretur.* Vechner. Hellen, i. 2. 37. Alia exempla, & quidem plurima collegit *Voſſ. de Latin. falſ. ſuſp. c.* 24.

8. Vocem *memorabilem, & merito laudatam* Titi dicit in grat. act. p. 250. Auſonius *celebre dictum*, & ideo *celebre, quia Veſpaſiani ſucceſſor dixerat: cujus nimia parſimonia, & auſteritas vix ferenda, miram fecerat filii lenitatem.* *Λαμπρὸν καὶ μέγα ῥῆμα* Themiſt. orat. 6. *Τίτος ὁ γενναῖος, οὗ τὸ λαμπρὸν καὶ μέγα ἐκεῖνο ῥῆμα, ὅτι τήμερον οὐκ ἐβασίλευσα· οὐδένα γὰρ εὖ ἐποίησα. Egregius Titus, cujus inſignis illa, atque magna vox exſtat: hodie non imperavi, nihil enim boni cuiquam feci.* Imo *venerandum & cæleſte dictum* Victor. §. 9. *Quodam etiam die, recordans veſperi, nihil ſe cuiquam præſtitiſſe, venerando, cæleſtique dicto: amici, ait, perdidimus diem: quia erat magnificæ liberalitatis.*

9. Amici formula eſt caritate & benevolentia ſuos complectentis. Petron. c. 34. *Convertit ad hanc ſcenam vultum Trimalchio, & amici, ait, pavonis ova gallinæ juſſi ſupponi.* Et, *Amici nondum mihi ſuave erat in triclinium venire.* Senec. ſupr. Tib. 34. 2. §. 9. Exempla congeſſerunt *Pigner. de ſerv. p.* 440. & *Fr. Pithœus in Petronium.*

10. Diem perdidi *hodie*, ut hæc leguntur apud Eutrop. vii. 21. *O amici, hodie diem perdidi.* Euſebium in Chronicis. *Titus tanta fuit bonitatis, ut cum quadam die recordatus fuiſſet in cœna, nihil ſe in illo die cuiquam præſtitiſſe, dixerit: amici, hodie diem perdidi.* Zonaram. *Τοῦτό ἐστι καὶ ἡ ἀοίδιμος ἐκείνου φωνή, εἰπόντος· σήμερον οὐκ ἐβασίλευσα, ἐπεὶ οὐδένα εὐηργέτησα.* Themiſtium ſupr. §. 8. Ut vero nullum ferme *diem*, ſic nullum momentum *diei* a beneficio vacuum habuerunt & alii imperatores. Trajanus apud Plin. Paneg. 56. 2. *Quid eſt enim in principatu tuo, quod cujuſquam prædicatio vel tranſilire, vel prætervehi debeat? quod momentum, quod imo temporis punctum, aut beneficio ſterile, aut vacuum laude?* Gratianus apud Auſonium. *Neque vero unam aliquod bonum uno die præſtas: ſed indulgentias ſeculares per ſingula horarum momenta multiplicas.* * *Perdere* rem eſt, ut bene monet Barth. Adv. xviii. 9. rei uſu fruſtrari. Ita Mart. ii. 42.

Zoile, quid ſolium ſubluto podice perdis?
Spurius ut fiat, Zoile, merge caput.

Apud quem hoc eſt, non ſatis uteris ſolio, quo poteras melius, ſi ſordidiſſimum caput eo mergeres.

11. Non negavit quidquam petentibus. Titum imitatus eſt Conſtantinus Magnus. De illo enim Euſeb. de vit. Conſtant. iv. 1. *Οὐκ ἦν σκοποῦ διαμαρτεῖν, παρὰ τῇ βασιλέως χάριν αἰτοῦντα. Nec quiſquam fruſtra erat, qui beneficium a principe peteret.*

12. Ultro adhortatus eſt, *ut, quæ vellent, peterent.* Titum imitatus eſt Trajanus apud Plin. Paneg. 33. 2. *Impetratum eſt, quod poſtulabatur, oblatum, quod non poſtulabatur: inſtitiſti ultro, &, ut concupiſceremus, admonuiſti.*

13. Pra

8 fautor, cavillatus [14] eſt; verum majeſtate ſalva [15], nec minus æquitate [16]. Ne quid popularitatis prætermitteret, nonnunquam in thermis ſuis, admiſſa plebe, lavit [17].
9 Quædam ſub eo fortuita [18] ac triſtia acciderunt, ut conflagratio [19] Veſevi [20] montis in Campania, & incendium Romæ [21] per triduum, totidemque noctes [22]: item peſtilentia

13. PRÆ SE FERENS *ſtudium*.... i. aperte oſtendens, ſe *ſtudere* i. favere iſti armaturæ gladiatorum, quæ a *Threcibus* ſive *Thracibus*, de quibus Cal. 35. 5. §. 18. nomen induerat. Ludorum ſpectatores in partes deducebantur, & huic, aut illi pugnantium generi inſano ſtudio favebant. In circo alius in Venetum, alius in Praſinum pannum pronus: in amphitheatro alius in Threcum, alius in Mirmillonum armaturam. Plin. Paneg. 33. 3. *Quam libera ſpectantium ſtudia, quam ſecurus favor? Nemini impietas, ut ſolebat, objecta, quod odiſſet gladiatorem.* Tacit. Hiſt. II. 91. 2. *Sed comitia conſulum cum candidatis civiliter celebrans, omnem infimæ plebis rumorem, in theatro, ut ſpectator, in circo, ut fautor, affectavit.* Studium hoc ſuum geſtu, exultatione, clamore, ſponſione etiam indicabant ſpectatores: & prout huic, aut illi generi gladiatorum *ſtudebant*, illoſque, vel hos vincere volebant, eo fraude, vel imperio rem trahebant. Unde ab hac fraude quam alienus eſſet Trajanus, docet, cum dicit Plin. n. 2. *Quam deinde in edendo liberalitatem, quam juſtitiam exhibuit? omni affectione, aut intactus, aut major.* V. etiam *Lipſ. Saturn.* II. 24.

14. CAVILLARI quid ſit, dictum ſupr. Tib. 57. 4. §. 18. *Cavillatus* eſt, ut bene monet eruditiſſimus Grævius, diverſæ factionis gladiatores, illoſque falſe riſit Titus.

15. VERUM MAJESTATE SALVA. Sed hunc modum ſupergreſſus male Claudius ſupr. 21. 10. & Veſpaſianus Titi pater ſupr. 22. 2. Sapienter apud Stobæum ſerm. 125. admonet principes, ut ſcommatis, ſive dicteriis temperent, quia τὸ γελωτοποιεῖν καθαιρεῖ τὸ σεμνὸν τῆς ἀρχῆς: *ſcurrari, ſive ſcurrilitas imperii majeſtatem minuit.* Neque M. Cato injuria olim Cæcilio ſenatori vitio vertit, quod *ridicularia funderet, jocos diceret*, apud *Macrob. Sat.* II. 10. *Marcilius.*

16. NEC MINUS ÆQUITATE i. *æquus* eſſet judex, & *ex æquitate* victori palmam daret. *Beroaldus.*

17. ADMISSA PLEBE LAVIT etiam Alexander Severus apud Lamprid. c. 42. *Thermis, & ſuis, & veterum frequenter cum populo uſus eſt, & æſtate maxime balneari veſte ad Palatium revertens.*

* 18. FORTUITA i. infortunia. Tacit. Hiſt. IV. 5. 3. *Firmior adverſus fortuita Rempublicam capeſſeret.*

19. CONFLAGRATIONEM *Veſevi montis*, de qua noſter, ſic deſcribunt Xiphil. LXVI. p. 755. Zonar. Ann. II. p. 196. Τότε κτύπος ἐξαίσιος ἐξαπίνης ὡς τῶν ὀρῶν συμπιπτόντων, ἐξηκούσθη, καὶ ἀνέθορον πρῶτον μὲν λίθοι ὑπερμεγέθεις, ἔπειτα πῦρ πολὺ, καὶ καπνὸς ἄπλετος, ὡς καὶ τὸν ἥλιον συγκρυφθῆναι, καὶ σκότος, ἐκ φωτὸς γενέσθαι. Καὶ τέφρα δὲ ἀνεφυσήθη ἀμύθητος, ὡς καὶ τε γῆς καὶ τῆς θαλάσσης, καὶ τοῦ ἀέρος κατασκεδασθῆναι πάντας, καὶ τοὺς ἰχθύας, τά τε ὄρνεα διαφθαρῆναι. καὶ δύο πόλεις τάς τε Ἑρκουλάνεον καὶ τὰς Πομπηίους, ἐν θεάτρῳ τοῦ ὁμίλου αὐτῶν καθημένου, καταχωσθῆναι. Τοσαύτη δ' οὖν ἡ τέφρα, ὥστε τι αὐτῆς καὶ ἐς Ἀφρικὴν ἐλθεῖν, καὶ ἐς Συρίαν, καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἐς τὴν Ῥώμην. *Immani tumultu, quaſi montes inter ſe colliderentur, ſubito exaudito, primum ingentia ſaxa exſilierunt, deinde magnus ignis, & fumus immenſus, ut ſol occultaretur, & lux in tenebras converteretur. Eſt & cineris vis ineffabilis effuſa, quo in aere, terra, & mari diſſipato, piſces & volucres perierunt: & duo oppida, Herculaneum & Pompeji, populo in theatro conſidente, ſunt oppreſſa. Tantum porro cineris fuit, ut aliquantum etiam in Africam, in Ægyptum, & Syriam, ipſamque Romam perferretur.* De hac *Veſevi conflagratione* V. quoque *Aurel. Vict. Epit.* 10. 12. *Oroſ.* VII. 9. *Plin. Epiſt.* VI. 16. & 20. *Euſebium in Chronicis, Stat. Sylv.* IV. 8. 5. *Mart.* IV. 33. 7. *Tertull. Apolog.* c. 48.

20. VESEVUS mons eſt Campaniæ, Pompejis, Herculaneoque urbibus imminens. Dicitur auctoribus *Veſuvius*, Βέσβιος, ſive *Veſvius*, Βέβιος, ſive *Bebius*, *Phlegræus*, *Lesbius*, *Mævius*, & hodie *Monte di Somma*, ab oppidulo radicibus adſito, ut docent *Cluver. Ital. ant.* IV. 3. 13. & *Merul. Coſmog.* II. 4. 5. Deſcribitur Xiphilino & Zonaræ. Τὸ ὄρος τὸ Βέσβιον κατὰ Νέαν πόλιν, ἔχον πυρὸς ἀφθόνους πηγὰς, μέσον δέ γε μόνον πεπύρωται, τὰ δ' ἔξω ταύτῃ τισὶν ἄπυρα. Τῶν γὰρ ἐν τῷ μέσῳ περικαιομένων καὶ τεφρουμένων, αἱ μὲν πέριξ κορυφαὶ τὸ ἀρχαῖον σώζουσαι ὕψος: δαπανηθὲν τῷ χρόνῳ κοῖλον ἐκ τοῦ συνιζάνειν γέγονεν, ὥστε κυνηγετικῷ τινι θεάτρῳ τὸ ὄρος σύμπαν ἐοικέναι. Καὶ αὐτοῦ τὰ μὲν ἄκρα καὶ δένδρα, καὶ ἀμπέλους πολλὰς ἔχει. ὁ δὲ δὴ κύκλος ἀνεῖται τῷ πυρὶ, καὶ ἀναδίδοται ἐξ αὐτοῦ τῆς μὲν νυκτὸς φλὸξ, τῆς δ' ἡμέρας καπνὸς, καὶ ποτὲ μὲν μᾶλλον, ἐνίοτε δ' ἔλαττον: ἄλλοτε καὶ τέφραν ἀναβάλλει, ὅταν ἀθρόον ὑφιζάνῃ, καὶ λίθους ἀναπέμπει, ὅταν ὑπὸ πνεύματος ἀρθῇ, ἠχεῖ τε καὶ βοᾷ, μὴ συμπεπιλημένας, ἀλλ' ἀραιὰς καὶ ἐλευθέρας τὰς ἀναπνοὰς ἔχον. *Veſuvius mons juxta Neapolin, copioſos ignis fontes continens in medio duntaxat ardet, exteriora carent igni. Proinde cacumina in circuitu veterem altitudinem obtinent, medietate exuſta, & depreſſa: quidquid ignem concepit, diuturnitate temporis abſumptum concavum e ſubſidendo factum eſt: ita ut totus mons formam habeat amphitheatri. Culmina montis ejus multas arbores habent, & vites, ſed ambitus igni expoſitus eſt: unde noctu flamma, interdiu fumus, alias major, alias minor erumpit: aliquando etiam ſubito dehiſcens, cineres & ſaxa, ſi vis venti impellat, ejaculatur, & cum murmure reſonat, ob ſpiracula non denſa, ſed rara, & libera.* Etiam *Strab.* V. *p.* 170. *Diodor.* IV. *p.* 228. *Caſſiod. Var.* IV. 50. *Sibyll. Orac.*

IV.

ſtilentia [23] quanta non temere alias. In his tot adverſis ac talibus, non modo prin- 10
cipis ſolicitudinem [24]; ſed & parentis affectum unicum præſtitit: nunc conſolando
per edicta [25], nunc opitulando [26], quatenus ſuppeteret facultas [27]. Curatores [28] re- 11
ſtituendæ Campaniæ [29] e conſularium numero [30] ſorte duxit. Bona oppreſſorum [31]
in Veſevo, quorum hæredes non exſtabant, reſtitutioni afflictarum civitatum attri-
buit. Urbis incendio nihil, niſi ſibi, publice periiſſe [32] teſtatus, cuncta prætorio- 12
rum ſuorum ornamenta [33] operibus ac templis deſtinavit: præpoſuitque complures ex
equeſtri ordine, quo quæque maturius peragerentur. Medendæ valetudini, lenien- 13
diſque morbis, nullam divinam humanamque opem non adhibuit [34], inquiſito omni
ſacrificio-

IV. 127.... *Procop. de bell. Gothic.* II. 4. *Leand. Ital. p.* 288.

21. INCENDIUM ROMÆ hoc fuit anno ſecundo Titi. Cedren. p. 179. Τῷ δευτέρῳ ἔτει, τότε μέγας ἐμπρησμὸς ἐν Ῥώμῃ ἐγένετο. *Illo plurimæ ædes publicæ concrematæ ſunt.* Oroſ. VII. 9. & Euſeb. in Chronicis. Et ita de illo, qui illud latius deſcribit, Xiphil. p. 756. D. Πῦρ δὲ δὴ ἕτερον ἐπίγειον τῷ ἑξῆς ἔτει πολλὰ πάνυ τῆς Ῥώμης, τοῦ Τίτου πρὸς τὸ πάθημα τὸ ἐν τῇ Καμπανίᾳ γενόμενον ἐκδημήσαντος, ἐπενείματο· καὶ γὰρ τὸ Σεραπεῖον, καὶ τὸ Ἰσεῖον, τά τε Σέπτα, καὶ τὸ Ποσειδώνιον, τό τε βαλανεῖον τὸ τοῦ Ἀγρίππου, καὶ τὸ Πάνθειον, τό τε διριβιτώριον, καὶ τὸ τοῦ Βάλβου θέατρον, καὶ τὴν τοῦ Πομπηΐου σκηνὴν, καὶ τὰ Ὀκταουΐα οἰκήματα καὶ μετὰ τῶν βιβλίων, τόν τε νεὼν τοῦ Διὸς τοῦ Καπιτωλίου μετὰ τῶν συννάων αὐτοῦ κατέκαυσεν. Οὕτω τε τὸ κακὸν οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ δαιμόνιον ἐγένετο. Πάρεστι γὰρ ἐκ τῶν τούτων ὧν κατέλεξα, παντὶ τοῦ τεκμήρασθαι καὶ τἆλλα τὰ ἀπολλύμενα. *Ignis autem alius ſupra terram exortus anno inſequenti, magnam admodum Romæ partem abſumpſit, interea dum Titus ad viſendum Campaniæ calamitatem profectus abeſſet. Nam Serapidis, ac Iſidis fana, Septa, templum Neptuni, balneum Agrippæ, diribitorium, theatrum Balbi, ſcena Pompeji, Octaviana ædificia una cum libris, templum Jovis Capitolini cum proximis templis igni conſumpta ſunt. Ita id malum divinum potius, quam humanum fuit. Licet enim cuilibet ex iis, quæ commemoravi, cætera, quæ eo incendio perierant, conjicere.*

22. PER TRIDUUM, TOTIDEMQUE NOCTES. Unde Aurel. Vict. Epit. 10. 12. *Hujus tempore incendium Romæ ſine nocturna requie per triduum fuit.*

23. PESTILENTIA.... Unde Victor. *Lues quoque, quanta vix unquam antea fuit.* Et, ſed in Veſpaſiani rebus, Euſebius Chronicis. *Lues ingens Romæ facta, ita ut per multos dies in ephemeridem decem millia ferme mortuorum hominum referrentur.*

24. PRINCIPIS SOLICITUDO *adverſorum* remedium eſt illi ſubjectis. Plin. Paneg. 30. 5. *Tam velox Cæſar tua potentia eſt, tamque in omnia pariter intenta bonitas, & accincta: ut triſtius aliquid ſeculo tuo paſſis ad remedium, ſalutemque ſufficiat.* Ammian. XV. p. 8. *Communiumque ærumnarum remedium in ejus locabat adventu, ſalutarem quendam genium affulſiſſe conclamans.*

25. CONSOLANDO PER EDICTA, quia *edictis* non tantum jubere, aut vetare, ſed & monere, ſuadere, docere, *conſolari* ſoliti ſunt principes. Cajus ſupr. 30. 9. Claudius ſupr. 16. 9: 25. 6. *Marcilius.*

26. OPITULANDO.... Aurel. Vict. Epit. 10. 14. *Quibus malis nonnullis vexatis pecunia propria ſubvenit, cunctis remediorum generibus.*

27. QUATENUS SUPPETERET FACULTAS. Et ita apud Spartianum c. 21. Adrianus. *Fuerunt ejus temporibus, fames, peſtilentia, & terræ motus: quæ omnia, quantum potuit, procuravit; multiſque civitatibus vaſtatis per iſta ſubvenit.*

28. CURATORES ſine imperio, ſed cum poteſtate. *Cum poteſtate* enim *eſſe dicebatur de eo, qui a populo alicui negotio præficiebatur.* Feſtus. *Et curatores extra magiſtratus* agnoſcit Cicer. de LL. III. 4. *At ſi quid erit, quod extra magiſtratus curatore uſus ſit,* (œ pro u uſurparunt Latini) *qui curet populus creato, eique jus curandi dato.* Marcilius.

29. RESTITUIT CAMPANIAM Titus coloniis eo deductis. Xiphil. infr. §. 30.

30. E CONSULARIUM NUMERO miſiſſe duos Titum dicit Xiphilinus. Ὁ δ' οὖν Τίτος τοῖς μὲν Καμπανοῖς δύο ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατευκότων οἰκιστὰς ἔπεμψε. *Cæterum Titus Campanis duos e conſularibus inſtauratores ædificiorum miſit.*

31. BONA OPPRESSORUM.... tanquam de ſuo, caduca nempe, & fiſco debita: imo & aliam pecuniam Campanis attribuit Titus. Xiphilinus. Καὶ χρήματα ἄλλα τε, καὶ τὰ τῶν ἄνευ κληρονόμων τεθνηκότων ἐδωρήσατο. *Et tum alias eis pecunias, tum ab illis, qui abſque heredibus deceſſiſſent, relictas donavit.*

32. NIHIL NISI SIBI PUBLICE PERIISSE, quia quæ *publice perierant*, reſtituere deſtinaverat. *Perierant* autem *publice* plurima, quæ recenſuit Xiphil. ſupr. §. 21. Unde ſubjungit: *cuncta prætoriorum...* Marcilius.

33. ORNAMENTA *prætoriorum*, utpote *voluptati tantum deſervientium*, ut dicunt *ICti de V. S. leg.* 198. *Prætoria* ipſa V. ſupr. Aug. 72. 6. §. 31. Quæ quam inſano luxu *ornaverint* veteres, ſuo docet exemplo M. Scaurus apud Plin. XXXVI. 15. *Sed & reliquus apparatus tantus Attalica veſte, tabulis pictis, cæteroque choragio fuit, ut in Tuſculanam villam reportatis, quæ ſuperfuerant quotidiani uſus deliciis, incenſa villa ab iratis ſervis concremaretur ad HS millies.*

34. OPEM ADHIBUIT, *nunc ægrotantes per ſemetipſum*

14 ſacrificiorum remediorumque genere. Inter adverſa temporum & delatores mandatoreſque [35] erant ex licentia veteri [36]. Hos aſſidue in foro flagellis ac fuſtibus [37] cæſos, ac noviſſime traductos [38] per amphitheatri arenam, partim ſubjici [39] ac veni-
15 re imperavit [40]: partim in aſperrimas [41] inſularum avehi [42]. Utque etiam ſimilia quan-

reficiens, nunc conſolans ſuorum mortibus afflictos. Aurel. Vict. Epit. 10. 14.

35. MANDARE eſt gerendum aliquid alicui committere. Hinc *mandatores* dupliciter fere accipiuntur apud Ictos: & hi videlicet, quorum *mandato* pecunia alicui creditur, (nec quidquam a fidejuſſoribus differunt, niſi quod illi tanquam auctores præcedunt, fidejuſſores vero ſequuntur) & hi, qui delatores inſtruunt, ſubornantque ad accuſandum. Delatoribus *mandatores* jungit noſter, quia delatores compellebantur edere *mandatorem*. Calliſtr. Digeſt. XLIX. 14. 2. §. 5. *D. Pius Cæcilio Maximo reſcripſit conſtitutionem patris ſui, qua compelleretur delator edere mandatorem, ac niſi edidiſſet, ut in vincula deduceretur, eo pertinere, non ut delator pœnæ ſubduceretur, ſi mandatorem haberet, ſed ut mandator quoque perinde atque ſi ipſe detuliſſet, puniretur.* V. *Terentium, Turneb. Adv.* XXII. 16. *Gutber. Offic. dom. Aug.* III. 31. *Pollet. For. Rom.* IV. 4.

36. LICENTIA VETERI, n. a. temporibus Tiberii ſupr. 61. 8. De illa Tacit. Ann. VI. 7. 4. *Tiberius præcipuos ad ſcelera increpans, admonuit C. Ceſtium patrem dicere ſenatui quæ ſibi ſcripſiſſet, ſuſcepitque Ceſtius accuſationem. Quod maxime exitiabile tulere illa tempora, cum primores ſenatus infimas etiam delationes exercerent, alii propalam, multi per occultum: neque diſcerneres alienos a conjunctis, amicos ab ignotis, quid repens, aut vetuſtate obſcurum: perinde in foro, in convivio, quaqua de re locuti incuſabantur.*

37. FLAGELLIS AC FUSTIBUS, quia liberi, ſed mox ſervi futuri, & venum ituri. *Flagellis* ſervi, *fuſtibus* liberi cædebantur. Ulpian. Digeſt. XLVIII. 19. 10. *Ex quibus cauſis liber fuſtibus cæditur, ex his ſervus flagellis cædi, & domino reddi jubetur: & ex quibus liber fuſtibus cæſus in opus publicum damnatur, ex his ſervus ſub pœna vinculorum, ad ejus temporis ſpatium, flagellis cæſus domino reddi jubetur.* Marcilius.

38. TRADUCI dicebantur, qui oſtentui duntaxat per ora populi *ducebantur*, & ſæpe alibi puniendi. De delatoribus, deque hac pœna illis ſtatuta Mart. de Spectac. 4.

Turba gravis paci, placidæque inimica quieti,
Quæ ſemper miſeras ſolicitabat opes:
Traducta eſt titulis, nec cepit arena nocentes,
Et delator habet, quod dabat, exſilium.
Exſulat Auſonia profugus delator ab urbe:
Impenſis vitam principis annumeres.

Titulis traductos delatores vult poeta, quia additum, quos & quam illuſtres quiſque detuliſſet. Exempli cauſa: *hic eſt Titius, qui Camerinum detulit, hic, qui Lateranum.* Lipſ. not. ad lib. de cruce II. II. Ita hiſtrio omnibus factus notus, & quaſi monſtratus, *ſcenæ oſtentatione traductus* dicitur Petron. c. 86. Et *populo ut ad inſigne ſpectaculum vocato* Cataracti regis *phaleræ, torqueſque, quæque externis bellis quæſierat, traducta* dicuntur Tacit. Ann. XII. 36. 4. *Induci* dicuntur Plin. Paneg. 34. 1. *At tu Cæſar, quam pulcrum ſpectaculum pro illo nobis exſecrabili reddidiſti? vidimus delatorum agmen inductum, quaſi graſſatorum, quaſi latronum.* Quomodo *traducti*, ſive *inducti* in theatra fuerint hi nebulones, dixit Plinius ſupr. Vitel. 17. 2. §. 16. V. & ſupr. Aug. 45. 11. §. 42.

39. SUBJICI beſtiis vinctos, ſic ut reſiſtere beſtiis corporibus inſidentibus non poſſent.

40. IMPERAVIT, & ideo laudatur Plin. Paneg. 35. 4. *Ingenti animo divus Titus ſecuritati noſtræ, ultionique proſpexerat, ideoque numinibus æquatus eſt.*

41. IN ASPERRIMAS *inſularum*, ut Gyarum. Unde apud Martialem §. 38. laudatum vulgo legitur,

Traducta eſt Gyaris.

1. dum *traduceretur*, tradita eſt *Gyaris*, vel ducenda in *Gyares* exſilii cauſa. *Aſperrimam* eſſe hanc, & in hanc reos interdum avehi ſolitos, docet Flacci hiſtoria apud Philon. p. 987. A. Μετὰ δὲ τὴν ἀφαίρεσιν τῆς οὐσίας κατέγνωστο αὐτοῦ φυγή, καὶ ἐξ ἁπάσης μὲν ἠλαύνετο τῆς ἠπείρου, τὸ δ' ἐστὶ μεῖζον καὶ ἄμεινον τμῆμα τῆς οἰκουμένης, ἐξ ἁπάσης δὲ νήσου τῶν εὐδαιμόνων. Ἐμέλλησε γὰρ εἰς τὴν λυπροτάτην τῶν ἐν Αἰγαίῳ, Γύαρα καλοῦσι, διώκεσθαι, μὴ παρακλήτῳ χρησάμενος Λεπίδῳ, δι' ὃν ἀνθυπηλλάξατο Γυάρων Ἄνδρον ἐγγυτάτω κειμένην. *Ademptis bonis actus eſt in exſilium procul ab omnibus continentis provinciis, hoc eſt a majore potioreque parte orbis habitabilis, imo & ab omnibus fortunatis inſulis. Nam in omnium ſteriliſſimam Gyarum, in Ægeo ſitam deportatus fuiſſet, ni deprecante Lepido pro Gyaro Andrum propinquam permutare illi permiſſum fuiſſet.*

42. AVECTOS fuiſſe noxios in quaſcunque terras, aut inſulas, dixi ſupr. Cæſ. 66. 2. §. 14. Quam miſerum hoc ſit, docet apud Philonem querela Flacci. D. Ἣν πόρρωθεν ἰδὼν ὁ κακοδαίμων, δακρύων τινὰ φορὰν ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς ἐξέχει κατὰ τῶν παρειῶν, καὶ τὰ στέρνα πλήξας, πικρότατον ἀνοιμώξας: ἄνδρες, εἶπεν, οἱ φύλακές μου καὶ προπομποί, καλήν γε χώραν Ἄνδρον οὐκ εὐτυχῆ νῆσον τῆς εὐδαίμονος Ἰταλίας ἀνθυπαλλάττομαι, Φλάκκος ὁ γεννηθεὶς μὲν, καὶ τραφεὶς, καὶ παιδευθεὶς ἐν τῇ ἡγεμονίδι Ῥώμῃ, συμφοιτητὴς δὲ καὶ συμβιωτὴς γενόμενος τῶν θυγατριδῶν τοῦ Σεβαστοῦ, κριθεὶς δὲ τῶν πρώτων φίλων παρὰ Τιβερίῳ Καίσαρι, καὶ τὸ μέγιστον αὐτοῦ τῶν κτημάτων Αἴγυπτον ἐπὶ ἑξαετίαν ἐπιτραπείς. Τίς ἡ τοσαύτη μεταβολή? νὺξ ἐν ἡμέρᾳ, καθάπερ ἐκλείψεως γενομένης, τὸν ἐμὸν ἐπέσχηκε βίον. Τὴν νησῖδα ταύτην τί φῶ, πότερον φυγαδευτήριον ἐμὸν, ἢ πατρίδα καινὴν, ὑποδρομὴν καὶ καταφυγὴν ἀτυχῆ? τάφος ἂν εἴη τὸ κυριώτατον ὄνομα.

quandoque auſuros perpetuo coerceret, vetuit inter cætera de eadem re pluribus legibus agi [43], quærive de cujuſquam defunctorum ſtatu [44] ultra certos annos [45].

μα. Στέλλομαι γὰρ ὁ κακοδαίμων ἐγὼ τρόπον τινὰ νεκροφορῶν ἐμαυτὸν ὥσπερ ἐς ἠρίον..... *Eam*, Andrum, *procul conſpicatus miſer, lacrymis tanquam e fonte per genas manantibus cum planctu, amaroque gemitu hac verba protulit: viri cuſtodes, & deductores, pulcrum ſane locum, non fortunatam inſulam Andrum accipio pro beata Italia Flaccus, natus, educatus, & eruditus in imperatrice Roma, nepotum Auguſti ſodalis & condiſcipulus, Tiberii quoque Cæſaris inter præcipuos amicos habitus, & ejus primariæ poſſeſſioni Ægypto procurator datus per ſexennium. Quænam eſt hæc tanta mutatio? nox interdiu, quaſi per ſolis deliquium, meam vitam occupat. Quomodo vocabo hanc inſulam? exſiliumne, an novam patriam? an portum & refugium miſerum, ſepulcri nomen ei maxime convenit. Siquidem infelix ego me ipſe quodammodo in monumentum infero.*

43. De eadem re.... vetuit Titus, quia multa ſunt inventa *legum* diverticula & vafritiæ: ut ſi actionem intendero adverſario ſecundum formulam *legis* Aquiliæ, & ille abſolvatur, tunc alterius *legis* actionem mihi competere dicam, ut ita infelix reus divexetur. Ad hæc vaframenta, calumniaſque tollendas noluit Titus, ut *de eadem re actio* fieret *pluribus legibus*, ſed una tantum lege competeret. *Beroaldus.*

44. Status eſt hominum conditio, & fortuna. Cicer. ad Fam. iv. 9. *Quod honeſto otio tenueris & ſtatum, & famam dignitatis tuæ.* Secundum illam alii ingenui, alii libertini, alii ſervi erant. Defunctis movebant quoque *ſtatus* controverſiam delatores. Et quia *ſtatus* mutatus mutabat etiam hæreditatem, liberos in ſervitutem, ingenuos in libertinitatem, ſuo, & fiſci bono trahebant.

45. Certos annos, n. quinquennium. Hoc enim quærendi ſpatium ad exemplum Titi deinde & imperatores alii præſcripſiſſe videntur. Nerva apud Calliſtratum Digeſt. xl. 15. 4. *Primus omnium D. Nerva edicto vetuit, poſt quinquennium mortis cujuſque de ſtatu quæri.* Nerva enim Titi edicta a Domitiano laudibus ejus obtrectante abrogata retuliſſe videtur. M. Antoninus philoſophus apud Capitol. c. 10. *De ſtatu etiam defunctorum intra quinquennium quæri juſſit.* Marcilius.

CAPUT IX.

ARG. *Cædis cujuſdam nec auctor, nec conſcius eſt, in imperii affectatione duos convictos, ut deſiſtant, monet, familiari cœnæ adhibet, ornamenta pugnantium ſibi oblata inſpicere jubet, & fratrem ſibi inſidiantem non occidit, neque ſeponit, ſed conſortem ſucceſſoremque imperii teſtari perſeverat Titus Flavius Veſpaſianus Auguſtus.*

Pontificatum maximum [1] ideo ſe profeſſus [2] accipere, ut puras [3] ſervaret manus, 1
fidem præſtitit: nec auctor poſthac cujuſquam necis, nec conſcius [4], quamvis
interdum ulciſcendi cauſa non deeſſet [5], ſed *periturum ſe potius, quam perditurum* adjurans. 2
Duos patricii generis convictos in affectatione imperii, nihil amplius, quam
ut deſiſterent monuit [6], dicens *principatum fato dari* [7]: ſi quid præterea deſiderarent,
promittens ſe tributurum: & confeſtim quidem ad alterius matrem, quæ procul aberat

Pontificatum maximum V. ſupr. Cæſ. 13. 1. §. 2.

2. Professus, non quod jus publicum id eſſet, quod fuiſſe vult Baron. An. Eccleſ. a. 34. n. 76. nam Veſtales & alios qui religiones violaſſent, a Pontificibus ſæpe legimus condemnatos: & priores Imperatores Pontificatum eundem acceperant, nec ad talem aliquam tamen neceſſitatem ſeſe adſtrinxerant, ſed impulſus propria bonitate, &, ut Græci dicerent, ὑπὸ τῆς ἐμφύτου χρηστότητος. *Caſaub. ad Baronium Exerc.* 16. 72. *Boſ. de Pont. Max.* 6. 7.

3. Puras a cæde, & ſanguine. Horat. Sat. 1. 4. 67.

Magnus uterque timor latronibus: at bene ſi quis,
Et puris vivat manibus, contemnat utrumque.

4. Necis nec auctor, nec conscius. Xiphil. lxvi. p. 753. D. Ὁ δὲ δὴ Τίτος οὐδὲν ὅτι φονικὸν μοναρχήσας ἔπραξεν, ἀλλὰ χρηστὸς, καὶ περ ἐπιβουλευθείς. *Titus ex quo tempore principatum ſolus obtinuit, cædes non fecit, ſed comis fuit, quamvis inſidiis peteretur.* Cauſas addit Zonar. Ann. 11. p. 195. Ὃς μοναρχήσας φονικὸν οὐκ ἔπραξεν, ἢ ὅτι μετεβάλετο, ἢ ὅτι ἐπὶ βραχύτατον, ὥς γε ἐς ἡγεμονίαν εἰπεῖν, ἐβίω. *Qui,* Titus, *quo tempore ſolus principatum obtinuit, nihil crudeliter fecit, ſive ob mutatos mores, ſive ob exiguum, quo imperavit, tempus.*

5. Ulciscendi causa non deesset, quomodo concordent cum præcedentibus, lectori judicandum eſt. Nam qui adeſt *ulciſcendi cauſa*, non is punit? *Glareanus.*

6. Quam ut desisterent, monuit. Victor Epit. 10. 10. *Clementiam uſque eo produxit, ut ampliſſimi ordinis duo cum adverſus eum conjuraſſent, neque*

3 erat, curſores ſuos [8] miſit, qui anxiæ [9] filium ſalvum nuntiarent. Cæterum ipſos non ſolum familiari cœnæ adhibuit, ſed & inſequenti die gladiatorum ſpectaculo circa ſe ex induſtria collocatis, oblata [10] ſibi ornamenta pugnantium [11] inſpicienda porrexit [12]. Dicitur etiam cognita utriuſque genitura [13], *imminere ambobus periculum*
4 affirmaſſe, verum *quandoque & ab alio*, ſicut evenit. Fratrem inſidiari ſibi non de-
5 ſinentem, ſed pæne ex profeſſo [14] ſolicitantem exercitus, meditantem fugam, nec occidere,

que abnuere cogitatum ſcelus quirent, *monuerit primo.*

7. PRINCIPATUM FATO DARI dixi ſupr. Aug. 19. 3. §. 20.

8. CURSORES. V. illos ſupr. Ner. 30. 10. §. 29. *Curſores ſui* erant imperatori, neque imperatori tantum, ſed & proceribus ſui ante carrucam, aut equum. Mart. XII. 21. al. 24. 7.

Succinctus neque curſor antecedit.

III. 36. al. 47. 13.

Nec feriatus ibat ante carrucam,
Sed tuta feno curſor ova portabat.

Marcilius.

9. ANXIÆ I. ſolicitæ de eventu filii in conjuratione convicti. *Beroaldus.*

10. OBLATA, quæ *ex induſtria petita* dicit Victor de Cæſ. 10. 3. * Sed melius noſter *oblata*. Nam arma, quibus erant pugnaturi gladiatores, editori, ſive muncrario, qui tunc ipſe erat Titus, explorandi cauſa, & an ſatis eſſent acuti, oſtendere ſolebant. Dio LXVIII. p. 770. C. Παρεκαθίσατό τε αὐτοὺς ἐν τῇ θέᾳ, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ξίφη, λόγῳ μὲν, ἵν᾽ ἐπισκέψωνται αὐτὰ (ὥσπερ εἰώθει γίνεσθαι) εἰ ὀξέα εἴη, ἔργῳ δὲ ἐπιδεικνύμενος, ὅτι οὐδὲν αὐτῷ μέλει, κἂν αὐτῷ παραχρῆμα ἀποθάνῃ. *Illos*, Calpurnium Craſſum, alioſque nonnullos, qui contra ſe conſpiraverant, *in ſpectaculo quodam juxta ſe collocavit, iiſque gladios tradidit in manus, ut, ſicuti dicebat, an ſatis acuti eſſent, inſpicerent (quemadmodum fieri ſolet:) revera autem id fecit, ut eis oſtenderet, ſibi nequaquam curæ eſſe, ſi vel in eodem loco ſtatim necaretur.* Et gladiis acutiſſimis a Druſo Tiberii filio, extremæ ſævitiæ homine, nomen, ut Druſiani vocarentur, inditum fuiſſe idem refert LVII. p. 610. C. Ὥστε καὶ τὰ ὀξύτατα τῶν ξιφῶν Δρουσιανὰ ἀπ᾽ αὐτοῦ κληθῆναι. Illos non alios cenſet Lipſ. Tacit. Ann. III. Exc. G. & Saturn. II. 17. quam quibus uſi fuerunt gladiatores, quos ille, quia crudelis & cruentus editor, acutiſſimos ſemper exegerit.

11. ORNAMENTA PUGNANTIUM I. *mirmillonum, quorum pugna viſebantur, gladios.* Victor. Epit. c. 10. §. 10. *Ornare* eleganter veteres pro inſtruere dixerunt, ut dictum ſupr. Cæſ. 18. 1. §. 7. * Hinc pugnantium arma proprie *ornamenta* appellabantur antiquis. Et Senec. N. Q. Præf. IV. *per ornamenta feriri*, & Epiſt. 14. *per ornamenta percuti* eſt per ipſa arma feriri, percuti. Et recte. Nam de gladiatoribus ad hunc modum Feſtus. *Ornatus dicitur bene aptus, ut miles, aut gladiator, aut acturus fabulas.* V. etiam *Lipſ. Epiſt. Quæſt.* II. 10. *Saturn.* II. 17. & *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 26. *b. A.* Et *ornare* eſt armare. Liv. XXIX. 1. *Diem iis, qua equis armiſque inſtructi ornatique adeſſent, edicit.* Tacit. Hiſt. III. 63. 2. *Flavianus exercitus, ut ad prælium intentus ornatuſque adſtiterat.* Codices Viterbienſis & Cujacianus, Caſaubono monente, apud Suetonium exhibent *ferramenta*. Sed male, licet ſic malit legere in Fabri Theſauro Buchnerus: & aliud *arma*, aliud *tela* eſſe, de *telis* autem Suetonium loqui contendat, & tum demum, ubi pro præſenti materia alius apparatus intelligi non poteſt, *ornamenta* pro *armis* accipienda eſſe aſſerat. Nam hoc quidquid eſt verbi etiam de telis dixerunt veteres. Tacit. Germ. 13. 3. *Tum in ipſo concilio ſcuto frameaque juvenem ornant.* Cicer. pro Cæcin. c. 21. *Armatos, ſi Latine loqui volumus, quos appellare vere poſſumus? opinor eos, qui ſcutis teliſque parati ornatique ſunt.*

12. INSPICIENDA PORREXIT, imo *ad explorandam aciem uni, atque alteri commiſit*, ut dicit Victor. Simile exemplum de Dario Hyſtaſpis filio narrat Ælian. V. H. VI. 14. Ἀρίβαζος ὁ Ὑρκάνιος ἐπεβούλευσεν αὐτῷ μετὰ καὶ ἄλλων ἀνδρῶν οὐκ ἀφανῶν τῶν ἐν Πέρσαις· ἦν δὲ ἡ ἐπιβουλὴ ἐν κυνηγεσίῳ. Ἅπερ προμαθὼν ὁ Δαρεῖος οὐκ ἔπτηξεν, ἀλλὰ προστάξας αὐτοῖς λαβεῖν τὰ ὅπλα, καὶ τοὺς ἵππους· ἐκέλευσεν αὐτοῖς διατείνασθαι τὰ ὅπλα, καὶ δριμὺ ἐνιδών. Τί οὖν οὐ δρᾶτε τοῦτο, εἶπεν, ἐφ᾽ ὃ καὶ ὡρμήκατε; οἱ δὲ ἰδόντες ἄτρεπτον ἀνδρὸς βλέμμα, ἀνεστάλησαν τῆς ὁρμῆς· τὸ δέος δὲ αὐτοὺς κατέσχεν οὕτως, ὡς καὶ ἐκβαλεῖν τὰς αἰχμὰς, καὶ ἀφαλέσθαι τῶν ἵππων, καὶ προσκυνῆσαι Δαρεῖον, καὶ ἑαυτοὺς παραδοῦναι, ὅ τι καὶ βούλοιτο πράττειν. *Aribazus Hyrcanus inſidias illi*, Dario, *ſtruxerat una cum aliis non obſcura fama in Perſide viris, idque inter venandum. Quod ille quum reſciſſet, non correptus metu eſt, ſed juſſit eos arma ſumere & equos: atque deinde mandavit, ut intenderent arma: torvumque adſpiciens eos: quid igitur non exſequimini, inquit, id, cujus gratia veniſtis? At illi quum intrepidum hominis vultum adſpicerent, non ſolum impetum amiſerunt, verum etiam atque adeo terrore perculſi ſunt, ut haſtas abjicerent, & deſilientes ab equis Darium adorarent, ejuſque arbitrio prorſus ſe dederent.*

13. GENITURA verbum eſt matheſeos. V. ſupr. Aug. 94. 22. §. 73.

14. EX PROFESSO I. palam. Flor. III. 1. 7. *Sequi ex profeſſo incendium ſuum reſtincturum ruina minaretur*, ut doctiſſimus *Grævius*, cujus omnia ſunt doctiſſima, corruptum Flori locum emendat. Sic *profeſſus Græciæ dux* eſt, qui palam Græciæ ducatum ſuſcepit apud Juſtin. VIII. 4. 4. quem laudat laudatus vir clariſſimus.

15. Se-

Digitized by Google

occidere, neque ſeponere [15], ac ne in minore quidem honore habere ſuſtinuit: ſed, ut a primo imperii die, conſortem ſucceſſoremque teſtari perſeveravit: nonnunquam ſecreto lacrymis, & precibus orans, *ut tandem mutuo erga ſe animo vellet eſſe* [16].

15. Seponere quid ſit V. ſupr. Aug. 65. 5. §. 17.

16. Mutuo erga se animo..... Aurel. Victor. *Ne parricidio adſequi cuperet, quod & ſe volente eſſet obventurum ei, & jam haberet, cum ſit particeps poteſtatis.*

CAPUT X.

ARG. *Sabinos triſtis petit, ad primam manſionem febrim nanciſcitur, inde lectica tranſlatus cœlum ſuſpicit, & ſibi immerenti vitam eripi, conqueritur Titus Flavius Veſpaſianus Auguſtus.*

Inter hæc morte præventus eſt, majore hominum damno quam ſuo [1]. Spectaculis 1.2
abſolutis, in quorum fine [2] populo coram ubertim fleverat, Sabinos [3] petit a-
liquanto triſtior: quod ſacrificanti hoſtia aufugerat [4], quodque tempeſtate ſerena to-
nuerat [5]. Deinde ad primam ſtatim manſionem [6] febrim nactus [7] cum inde lectica [8] 3
transferretur, ſuſpexiſſe dicitur dimotis plagulis [9] cœlum, multumque conqueſtus,
Eripi ſibi vitam immerenti: neque enim exſtare ullum ſuum factum [10] *pœnitendum* [11], *excepto*
duntaxat uno. Id quale fuerit, neque ipſe tunc prodidit, neque cuiquam facile ſuc- 4
currit. Quidam opinantur [12] conſuetudinem recordatum, quam cum fratris uxore 5
habue-

Majore hominum.... quia mors boni principis publica jactura eſt. *Beroaldus.*

2. Fine ultimo, ſive centeſimo die. Nam ſpectacula Titi fuere per centum dies. Xiphil. LXVI. p. 757. C. *Ταῦτα μὲν ἐς ὄψιν ἥκοντα καὶ ἐφ' ἑκατὸν ἡμέρας ἐγένετο.*

3. Sabinos i. aquas Cutylias, & Reatinum ſuum in Sabinis. *Exceſſit* enim *in eadem, qua pater, villa,* infr. II. 1. Sed pater exceſſit in Reatino ſuo ſupr. 24. 1.

4. Hostia si aufugisset, dirum erat omen. V. ſupr. Cæſ. 59. 2. §. 4.

5. Tempestate serena tonitrua quæ fiunt, non omnia diri ſunt ominis. Nam Q. Ennius dixit apud Cicer. de Divin. II. 39.

Cum tonuit lævum bene tempeſtate ſerena.

Et Xenoph. Græc. rer. VII. 7. *Ἐξ αἰθρίας ἀστραπὰς καὶ βροντὰς λέγουσιν αἰσίους φανῆναι. Cœlo ſereno fulmina & tonitrua ei proſpera ferunt oblata fuiſſe.* * (*Et fulgur cœlo ſereno ſine noxa in ejus* (Antonini Pii) *domum venit.* Capitol. c. 3. Id enim naturali rationi tribuit Senec. Nat. Quæſt. I. 1: *Sereno quoque cœlo aliquando tonat, ex eadem cauſa qua nubilo, aere inter ſe colliſo.* Habebantur tamen pleraque talia. Lucanus inter belli civilis prodigia illa ponit I. 530.

Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno.

n. 533.

—— *Tacitum ſine nubibus ullis*

Fulmen.)

Qui illa dirum omen arbitrati, his ratio illa. Quia plerumque tonitrua cœlo nubilo, ſereno autem rariſſima. Quæ autem rarenter ita eveniunt, ea loco prodigii. Rariſſima vero ejuſmodi tonitrua. Lucretius quidem ulla unquam cœlo *ſereno* tonitrua exſiſtere negat VI. 246.

—— *nam cœlo nulla ſereno,*

Nec leviter denſis mittuntur nubibus unquam.

n. 98.

Nec fit enim ſonitus cœli de parte ſerena.

Marcilius, Buleng. de Fulmin. §. 9. Tiraq. in Alex. Gen. V. 13.

* 6. Ad primam mansionem i. ubi in itinere primo pernoctavit. V. ſupr. Cæſ. 39. 11. §. 48.

* 7. Febrim nactus, id eſt, cum *febri* laborare incepiſſet. Ita *nactus eſt morbum.* Nep. Att. 21. 2. *quod ſum nactus mali.* Terent. Andr. V. 6. 3.

8. Lectica quid fuerit, dixi ad Curt. VIII. 9. 24. §. 97.

9. Plagulis i. velis, ut Aufidius Baſſus de morte Ciceronis apud Senec. Suaſor. 7. *Cicero paullum remoto velo, poſtquam armatos vidit: ego vero conſiſto, ait:* Scheff. R. V. II. 5. V. tamen, ſi vis, *Torrentium, Marcilium, Turneb. Adv.* I. 25. XXII. 16. *Lipſ. Elect.* I. 19. *Barth. Adv.* XLIII. 1.

* 10. Factum ob pœnitendum, & peculiare periiſſe, qui immaturo ævo moriebantur, opinabantur veteres. Eam ſuſpicionem, quantum poſſunt, a ſe amoliuntur, Cornelia apud Prop. IV. 12. 17.

Immatura licet, tamen huc non noxia veni.

Et illa in lapide Romano ad Minervam apud Porcarios apud Gruter. Inſcript. p. 820. n. 1. PROCOPE MANUS LEBO CONTRA DEUM, QUI ME INNOCENTEM SUSTULIT, QUÆ VIXI ANN. XX. *Barth. Adv.* XLIV. 26. *Broukh. in Propertium.*

* 11. Poenitendum i. cujus *pœnitudine* duceretur. Auſon. Grat. Act. p. 250. *Emendatiſſimi viri eſt pœnitenda non facere.*

12. Quosdam opinatos eſſe hoc, quod narrat noſter,

habuerit; ſed nullam habuiſſe perſancte Domitia jurabat, haud negatura ſi qua omnino fuiſſet: imo etiam gloriatura, quod illi promptiſſimum erat in omnibus probris.

noſter, admittunt etiam Xiphilinus & Zonaras. Sed addunt & hanc aliorum *opinionem*. Οἱ δ' ἕτεροι, ὅτι τὸν Δομιτιανὸν σαφῶς ἐπιβουλεύοντά οἱ λαβὼν, οὐκ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' αὐτός τι ὑπ' ἐκείνου παθεῖν τοῦτο μᾶλλον εἵλετο, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀνδρὶ τοιούτῳ ἐξέδωκεν. *Alii putant, quod Domitianum manifeſte deprehenſum in apparatu inſidiarum non interfeciſſet, ſed id ab eo pati maluiſſet: & quod traderet imperium Romanum tali viro.*

CAPUT XI.

ARG. *Moritur, & lugetur Titus Flavius Veſpaſianus Auguſtus.*

1 Exceſſit [1] in eadem, qua pater, villa [2], Idibus Septembris, poſt biennium [3], ac menſes duos [4], dieſque viginti [5], quam ſucceſſerat patri, altero & quadrageſi-
2 mo ætatis anno. Quod ut palam factum [6] eſt, non ſecus atque in domeſtico luctu mœrentibus publice cunctis [7], Senatus prius, quam edicto convocaretur [8], ad curiam

EXCESSISSE conſumptum *morbo* dicunt Victor, Eutropius, Oroſius, Euſebius, & quidem *febri* noſter ſupr. 10. 3. *balnei* uſu in febri Plutarch. de tuend. ſanit. p. 123. D. Πολλοὺς δὲ καὶ λουτρὸν ἀπώλεσεν, οὐδὲν ἐν ἀρχῇ μέγα κακὸν ἔχοντας, ἀλλ' ἢ τὸ μὴ δύνασθαι, μηδὲ ὑπομένειν γεύσασθαι τροφῆς ἀλούτους. Ὧν καὶ Τίτος ἦν ὁ αὐτοκράτωρ, ὥς φασιν οἱ νοσηλεύσαντες. *Multos etiam lavacra perdiderunt, cum ab initio malum non fuiſſet magnum, tantum eo quod non poſſent, neque ſuſtinerent cibum capere non loti, e quorum numero etiam Titus fuit imperator, ut affirmant, qui ægrotum curaverunt. Leporis marini veneno* a Domitiano fratre præbito Philoſtr. Apollog. VI. 14. Δυοῖν δὲ ἔτοιν μετὰ τὸν πατέρα τὴν ἀρχὴν κατασχόντα, ὑπὸ τοῦ θαλαττίου λαγὼ ἀποθανεῖν. Τὸν δὲ ἰχθὺν τοῦτον παρέχεσθαι χυμὸν ἀπορρήτως, ὑπὲρ πάντα τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ, καὶ γῇ, ἀνδροφόνα. Καὶ Νέρωνα μὲν ἐμπάσαι τοῖς ἑαυτοῦ ὄψοις τὸν λαγὼν τοῦτον ἐπὶ τοὺς πολεμιωτάτους, Δομιτιανὸν δὲ ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν Τίτον, οὐ τὸ ξὺν ἀδελφῷ ἄρχειν δεινὸν ἡγούμενον, ἀλλὰ τὸ ξὺν πρᾴῳ τε καὶ χρηστῷ. *Titum autem, cum poſt mortem patris annos duos regnaſſet, a marino lepore interfectum dicunt. Is autem piſcis humores quoſdam occultos habet mortiferos ſupra omnia venena, quæ mari, terrave naſcuntur. Et Neronem hunc ipſum piſcem epulis miſcuiſſe quandoque tradunt adverſus homines ſibi inimiciſſimos. Domitianus quoque hoc eodem contra Titum fratrem uſus fuiſſe putatur: non quia grave putaret, quod frater conſors ſibi eſſet imperii, ſed quod tam lenis, & vir bonus eſſet.* Tzetzes Chil. 6. Hiſt. 43.

Τίτος δὲ θνήσκει βεβρωκὼς λαγὼν τὸν θαλάσσιον.
Titus comeſto mortuus eſt lepore marino.

Euagr. Hiſt. Eccl. III. 41. Τίτον δὲ βασιλεύσαντα, οὐ Δομετιανὸς φαρμάκοις ἀδελφὸν ὄντα γε αὐτοῦ, ἀνεῖλεν. *Titum vero imperatorem, annon Domitianus veneno, & quidem fratrem ſuum ſuſtulit?* Licet ab his diverſus, & in alia omnia diſcedat Cedren. p. 179. Οὗτος ὁ Τίτος ὥρᾳ θέρους πανήμερον ὁδοιπορήσας καὶ αἱμορραγήσας διὰ τῶν μυκτήρων ὑπὸ ἡλίου πεφλεχθεὶς καὶ πάνυ λειποθυμήσας, ἔτι ἐμπνέοντος αὐτοῦ ἐνέβαλεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δομετιανὸς εἰς λάρνακα ξυλίνην χιόνος γέμουσαν, ὡς δῆθεν θεραπεύσων, καὶ ἀπέκτεινεν. *Titus hic æſtivo tempore cum die toto iter feciſſet, ſoliſque radiis ictus, copioſum e naribus ſanguinem flueret, animique deliquium pateretur, Domitianus frater adhuc ſpirantem eum in ciſtam nive plenam conjecit, quaſi curaturus eum, atque ita interfecit.* Philoſtrato, quia Apollonius Tito fuit coævus, & amicus, fidem habendam putat *Marcilius*.

2. IN EADEM.... VILLA. V. illam ſupr. Veſp. 24. 1.

3. BIENNIUM regnaſſe Titum dicunt etiam Xiphilinus, Zonaras, Epiphanius, Clemens Alexandrinus ex nonnullorum opinione, Eutropius, & Aurelius Victor. Sed *triennium* ex ſuo computo Clemens, & Auſon. de Cæſ. carm. 2. 11.

Ter dominante Tito cingit nova laurea Janum.

Imo Euſebii chronicon in nonnullis exemplaribus, *annos tres & duos menſes.* Et ita Proſp. Aquit. Chron. p. 287.

4. MENSES DUOS Titum regnaſſe dicunt etiam Xiphilinus, Zonaras, Clemens ex nonnullorum opinione. Sed *menſes octo* Eutropius: imo *menſes fere novem* Victor.

5. DIES VIGINTI ultra hos annos & menſes regnaſſe dicunt etiam Xiphilinus; & Zonaras. Ἦρξε δὲ δύο ἔτη, καὶ μῆνας δύο, ἡμέρας τε εἴκοσι. Et veriſſima hæc de Titi imperio computatio, ſi vere annotatum eſt a noſtro ſupr. 24. 3. Veſpaſianum obiiſſe *conſulatu ſuo nono 8. Kalend. Julii.* V. quoque *Ruben. Elect.* II. 23.

6. PALAM FACERE i. divulgare. V. ſupr. Tib. 22. 1. §. 1.

7. IN DOMESTICO LUCTU MOERENTIBUS CUNCTIS. Eutropius. *Tantus luctus eo mortuo publicus fuit, ut omnes tanquam in propria doluerint orbitate.* Victor. *Hujus mors credi vix poteſt, quantum luctus Urbi, provinciiſque*

Digitized by Google

riam [9] cucurrit, obſeratiſque adhuc foribus, deinde apertis, tantas mortuo gratias egit, laudeſque [10] congeſſit, quantas ne vivo quidem unquam atque præſenti.

vinciiſque intulerit, adeo ut quaſi perpetuo cuſtode orbatum terrarum orbem deflerent. Cedrenus. Τοσῦτος δὲ θρῆνος ἐπὶ τῇ τελευτῇ αὐτοῦ κατέσχε τὴν Ῥώμην, ὡς ἐν χρόνῳ πολλῷ τοῦτον ἀπομνημονεύοντες, καὶ τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἀναλογιζόμενοι, δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους κλαίειν, ὥσπερ οἰκείῳ πάθει κατεχόμενος ἕκαστος. *Tantus autem ejus morte luctus obortus fuit, ut multo tempore virtutes ejus commemorantes, atque reputantes, publice, & privatim, per domos, tanquam ſuo quiſque infortunio accepto plorarent.*

8. PRIUS QUAM EDICTO CONVOCARETUR. Simile huic eſt, quod de populo Romano, audita morte Germanici, ultro ſibi indixiſſe juſtitium, obſervat Tacit. Ann. II. 83. 4. *Hos vulgi ſermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum magiſtratuum, ante ſenatuſconſultum, ſumpto judicio desererentur fora, clauderentur domus.* Caſaubonus.


9. IN CURIAM *nocte irrupit, obitu ipſius circa veſperam nuntiato.* Eutropius.

10. GRATIAS EGIT, LAUDESQUE... exquiſitiore ſermone dicit noſter, quam noſtri verba repetens Eutropius. *Tantas ei mortuo gratias, laudeſque congeſſit, quantas nec vivo....* Ita loquuntur idonei ſcriptores. Liv. XXVI. 84. *Primum immortalibus laudeſque & grates agit.* Plaut. Trin. IV. I. I.

Salſipotenti & multipotenti Jovis fratri, & Nerei Neptuni,
Lætus, lubens, laudes ago, & grates, gratiaſque habeo.



A. Pool Sculp



TITUS FLAVIUS DOMITIANUS.

CAPUT I.

ARG. *Naſcitur, pubertatis, ac prima adoleſcentiæ tempus anguſta inopia gerit, bello Vitelliano latet, poſt victoriam progreſſus honores ſuſcipit, illorumque vim licenter exercet, Domitiam Longinam in matrimonium abducit, & multa officia urbana & peregrina diſtribuit Titus Flavius Domitianus.*

1 Domitianus [1] natus eſt IX. Kalen. Novembris, patre conſule deſignato [2] inituroque menſe inſequenti honorem, regione Urbis ſexta, ad Malum Punicum [3], domo,

DOMITIANI ingenium & mores in brevi quaſi tabella exhibent Cedren. p. 201. Xiphil. LXVIII. p. 759. Zonar. Ann. II. p. 196. Suidas, & Eutrop. VII. 17. Δομετιανὸς οὐ τὴν πατρικὴν καὶ ἀδελφικὴν ἐζήλωσεν ἀρίστην πολιτείαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ Τιβερίου καὶ Νέρωνος ἀνοσιουργίαν ἐκ διαμέτρου: ἦν δὲ καὶ θρασὺς, καὶ ὀργίλος, ἦν δὲ καὶ ἐπίβουλος, καὶ κρυψίνους. Καὶ δὴ πᾶν εἶδος κακίας ἐπελθὼν, μιαιφονίας τε καὶ γυναικομανίας ἅμα καὶ ἀνδρομανίας ἀνάπλεως γενόμενος, ἑαυτὸν ὁ ἄθεος τελευταῖον ἀπεθέωσε. Κἀντεῦθεν ὢν ἔχθιστος ἅπασι καὶ ἀπόβλητος διὰ τὸ φονικόν τε καὶ θηριῶδες τῆς μιαρᾶς γνώμης, ἑαυτὸν ὁ τάλας ἀποφήνας, εἰκότως μάλα τὰ ἐπίχειρα τῆς οἰκείας δυσμενείας κομισάμενος, αἰσχίστῳ μόρῳ τὸν μυσαρὸν καὶ βέβηλον κατέστρεψε βίον. *Domitianus neque patris, neque fratris ſectatus eſt mores: ſed contra Tiberii ac Neronis ſcelera imitatus eſt: erat homo audax, & iracundus: præterea inſidiator, & vafer. Cum ſe omni genere flagitiorum, homicidiorumque, & libidine in mares, feminaſque effuſa polluiſſet, tandem atheus deum ſeipſum appellavit. Indeque cum ſe ob truculentiam, immanitatem, ac flagitioſa conſilia omnibus inviſum, & contemptum reddidiſſet, miſer meritas domeſticis inimicitiis pœnas dedit, turpiſſimaque morte ſceleratam clauſit vitam.*

2. PATRE CONSULE DESIGNATO. Anno itaque ab U. C. 803. V. ſupr. Veſp. 4. 3. §. 7. Quis *conſul deſignatus* V. ſupr. Cæſ. 9. 1. §. 4.

3. MALUM PUNICUM vicus eſt in ſexta Urbis regione apud S. Rufum, & P. Victorem. *Nardin. Rom. Vet.* IV. 7. *Donat. de Urb. Rom.* III. 15. Videtur ita appellatus ab arbore, quam *malum Punicum* vocamus, quæ illic ſpecioſa ſuccreverat, eodem modo, quo alter dictus eſt *ad Pyrum*, de quo Mart. I. 118. 6.

Longum eſt, ſi velit ad Pyrum venire.

Beroaldus. Vel a pomo *Punico*, ex ære, aut marmore



Digitized by Google

Digitized by Google

domo, quam poſtea in templum gentis Flaviæ [4] convertit [5]. Pubertatis ac primæ 2
adoleſcentiæ tempora tanta inopia, tantaque infamia geſſiſſe [6] fertur, ut nullum vas
argenteum [7] in uſu haberet. Satiſque conſtat [8], Clodium Pollionem prætorium vi- 3
rum, in quem eſt poema Neronis [9], quod inſcribitur *Luſcio* [10], chirographum [11]
ejus conſervaſſe, & nonnunquam protuliſſe, noctem [12] ſibi pollicentis: nec defue-
runt, qui affirmarent corruptum [13] Domitianum & [14] a Nerva ſucceſſore mox ſuo.
Bello Vitelliano confugit [15] in Capitolium [16] cum patruo Sabino, ac parte præſenti- 4
um

more effecto, ut putat Pancirol. de quatuordecim region. Urbis p. 9. * Ab alterutro dici potuiſſe putat Nardinus. Magnus tamen Grævius Ant. Rom. Tom. III. Prol. * 3. aſſerit fuiſſe domum, quæ propter natale Domitiani ſolum celebris, cujus inſigne fuit *pomum Punicum*, ſive id pictum fuerit, ſive fictum. Et.... eſt domo, quæ ab inſigni hoc fuit appellata ad *malum Punicum*. Quo modo etiam Martialis modo laudatur, *ad Pyrum*.

4. TEMPLUM GENTIS FLAVIÆ, de quo P. Victor. *Malum Punicum, ad quod Domitianus dedicavit templum Minervæ Flavianæ, alias templum gentis Flaviæ, & erat domus ejus.* De illo Mart. IX. 4. 12.

Addita quid Latio Flavia templa polo?

25. al. 35. 2.

Dum videt Auguſti Flavia templa poli.

Illudque *decus Flaviæ gentis* vocat IX. 2. 8.

Manebit altum Flaviæ decus gentis.

Stat. Sylv. IV. 3. 18.

Qui genti patriæ futura ſemper
Sancit limina Flaviumque culmen.

Noſt. infr. 15. 3: 17. 6: 5. 3. * Ubi hæc domus, ſeu templum fuerit, haud liquido dici poſſit: verum inter S. Suſannæ & quatuor fontes fuiſſe conjicitur e marmore antiquo, quod illic inventum hac inſcriptione: INTER DUOS PARIETES AMBITUS PRIVAT. FLAVI SABINI. Flavius hic Sabinus Veſpaſiani Imperatoris frater fuit: eoſque paternam domum inter ſe diviſiſſe, aut ſaltem ædes contiguas habuiſſe admodum mihi probabile videtur. *Nardin. Rom. Vet.* IV. 7.

5. CONVERTIT *in templum domum* illam, forte quia in illa natus erat, ut *pars domus conſecrata eſt, cujus ſolum primum Auguſtus naſcens attigerat* ſupr. 5. 2.

6. GERERE *tempus* pro agere Latinum eſt. Ita & Apul. Metam. XI. p. 260. *Hic incinctus balteo militem gerebat.* I. p. 113. *Annonam curamus, ait, & ædilem gerimus.*

7. NULLUM VAS ARGENTEUM, quod pertinet ad inopiam declarandam, cum in uſu, & ſupellectile vel privatorum *vaſa* habeantur *argentea*. Plaut. Aul. II. 5. 16.

Hic apud nos magna turba, ac magna familia eſt,
Supellex, aurum, veſtes, vaſa argentea.

Beroaldus, Willich. de Art. magir. c. 4.

8. SATISQUE CONSTET legendum eſſe, & a ſuperioribus diſtrahenda non eſſe merito contendit *Marcilius*. Exemplo enim inopiæ infamiæ exemplum ſtatim addere voluit: & ut inopiam & infamiam, ſic de argento & chirographo conjunxit noſter.

9. POEMA NERO in *Claudium Pollionem*, ut in *Afranium Quinctianum* ſcripſerat. Tacit. Ann. XV. 49. 4. *Quinctianus mollitia corporis infamis, & a Nerone probroſo carmine diffamatus.* Hinc Juven. Sat. IV. 106.

Et tamen improbior ſatyram ſcribente cinædo.

Neronem ſignificat, qui molles, ipſe mollior, & nequior, carminibus ſuis perſtrinxerat, & *in aliis ſua vitia reprehenderat*, ut addit Scholiaſtes. V. etiam *Torrentium*.

10. LUSCIO, ut *Lucrio*, *Felicio*, & id genus alia. Fortean, quia *luſcus*, ſive unoculus, ſive cocles Clodius ille, ipſa inſcriptio ſatyræ *Luſcio* ex contumelia, & non ſine morſu ſatyrico. Fortaſſis ad iſtud Neronis carmen reſpicit Perſ. Sat. I. 127.

Non hic, qui in crepidas Graiorum ludere geſtit
Sordidus, & luſco qui poſſit dicere, luſce.

V. *Marcilium*, & *Caſaubonum*.

11. CHIROGRAPHUM quid ſit, dixi ſupr. Cæſ. 17. 2. §. 8. Pertinet hoc loco ad infamiam Domitiani ſignificandam.

12. NOCTEM i. concubitum *nocturnum*. Inde *ducere noctes* eſt impetrare ab aliquo, ut cum illo cubes, apud Plautum Pœn. prol. n. 108.

Dat aurum, ducit noctem.

Truc. I. I. 28.

Si raras noctes ducit, ab animo perit.

Et *ſpurca nox* de concubitu dicitur Plaut. Aſin. IV. I. 62.

Tot noctes reddat ſpurcas, quot puras habuerit.

i. toties tecum cubet, quoties a te ſeorſim cubuerit.

13. CORRUPTUM i. ſtupratum V. ſupr. Cæſ. 50. 1. §. 4.

* 14. ET non ſolum a Clodio illo, ſed *etiam* a Nerva. *Marcilius.*

15. CONFUGIT *Capitolium acitus a Sabino patruo.* Tacit. Hiſt. III. 69. 6. *Vitellianus miles cuſtodia ſocordi clauſos circumdedit, eoque, concubia nocte, ſuos liberos Sabinus, & Domitianum fratris filium in Capitolium accivit.*

16. CAPITOLIUM, quod, Domitiano dum adulatur, illum defendiſſe dicit Martial. IX. 82. al. 104. 13.

Aſſeruit poſſeſſa malis Palatia regnis,
Prima ſuo geſſit pro Jove bella puer.

Et ad Domitiani equum Stat. Sylv. I. I. 79.

um copiarum: ſed irrumpentibus adverſariis, & ardente [17] templo [18], apud ædi-
tuum [19] clam pernoctavit: ac mane Iſiaci [20] celatus [21] habitu, interque ſacrificulos
vanæ ſuperſtitionis, cum ſe trans Tiberim [22] ad condiſcipuli [23] ſui matrem comite
uno contuliſſet, ita latuit, ut ſcrutantibus [24] qui veſtigia ſubſecuti erant, deprehen-
5 di non potuerit. Poſt victoriam demum progreſſus [25], & Cæſar conſalutatus [26],
honorem præturæ [27] urbanæ conſulari poteſtate [28] ſuſcepit titulo tenus, quam juriſ-
6 dictionem ad collegam proximum tranſtulit. Cæterum omnem vim dominationis
7 tam licenter exercuit, ut jam tum qualis futurus eſſet, oſtenderet. Ne exſequar
ſingula, contrectatis [29] multorum uxoribus, Domitiam Longinam [30], Ælio Lamiæ [31]
nuptam, etiam in matrimonium abduxit [32]: atque uno die ſuper viginti urbana offi-
cia

——— *tu bella Jovis, tu prælia Rheni.*
Theb. I. 21.

Aut defenſa prius vix pubeſcentibus annis
Bella Jovis.

Cum potius illic captivus hæſerit. Euſeb. in Hieroclem confut. 8. Καὶ εἰ μὲν ἠγάπων, κολακευτικὸν εἶπον ἄν, καὶ τάδε ἐντεθυμῆσθαι, ὅτι ἀπείληπτο μὲν ὑπὸ Βιτελλίου, κατεμπέπρηστο δὲ ὁ ναὸς τοῦ Διὸς περὶ τὰς ὀφρῦς τοῦ ἄστεος. Ὁ δ' εὖ κείσεσθαι τὰ ἑαυτοῦ ἔφασκεν, εἰ μὴ διαφύγοις αὐτόν. Καί τοι μειράκιον ἱκανῶς ἤδη, καὶ οὔπω ὤν. I. Zenobio Acciolo interprete, *quod ſi adulandi ſtudio detinerer: dicerem utique jam tum inde futurum te Cæſarem præſenſiſſe, cum te captum Vitellius detineret, templumque Jovis optimi in ſupercilio Urbis conflagraret. Ille vero ſe rem bene geſturum diceret, niſi tu ejus manus evaſiſſes. Atque adoleſcens tunc plane eras: neque dum talis, ut in te ulla imperii veſtigia apparerent.* * *Capitolium* vero tumultuantibus ſollenne fuit refugium. Tacit. Ann. III. 6. 3. *Neque quemquam in Capitolium perfugere, ut eo ſubſidio ad flagitia utatur.*

17. Arserit quomodo templum hoc, narravit Tacit. ſupr. Vitel. 15. 5. §. 31.

18. Templo Jovis, de quo ſupr. Vitell. 15. 5. §. 32.

19. Æditous quis ſit, dixi ſupr. Aug. 5. 2. §. 13. De latente apud *æditum* Domitiano Tacit. Hiſt. III. 74. I. *Domitianus, prima irruptione apud æditum occultatus, ſolertia liberti, lineo amictu turbæ ſacricolarum immixtus, ignoratuſque, apud Cornelium Primum paternum clientem, juxta Velabrum delituit.*

* 20. Isiaci qui appellabantur, erant ſacerdotes Iſidis, ſeu potius *Iſiacis* ſacris initiati. Val. Max. VII. 3. *Marcus Voluſius ædilis plebis proſcriptus, aſſumpto Iſiaci habitu....* Sicut *Iſiacum* quoque pro templo Iſidis ſumebatur. Tertull. carm. ad ſenator n. 25.

Si quis ab Iſiaco conſul procedas in urbem.

Van Dale Diſſert. VII. p. 85. Habitum *Iſiaci* §. 19. *lineum amictum* vocavit Tacitus. V. tu illum ſupr. Oth. 12. 5. §. 10.

21. Celatus, ut M. Voluſius ſupr. Oth. 12. 5. §. 10.

22. Trans Tiberim, ſed *juxta Velabrum* Tacit. §. 19. niſi forte poſtea Tranſtiberanam petierit regionem, ut ſuſpicatur *Babelonius.*

23. Condiscipuli, quem *paternum clientem* vocat Tacit. §. 19.

24. Scrutantibus *Vitellianis.* Quid *ſcrutari*, dixi ad Curt. III. 4. 13. §. 62.

25. Progressus *poſt victoriam.* Tacit. n. 2. *Ac potiente rerum patre, disjecto ædilui contubernio.*

26. Cæsar consalutatus. Tacit. 86. 6. *Domitianum, poſtquam nihil hoſtile metuebatur, ad duces partium progreſſum, & Cæſarem conſalutatum, miles frequens utque erat in armis, in paternos penates deduxit.*

27. Præturam urbanam quomodo *ſuſceperit* Domitianus, prodit Tacit. Hiſt. IV. 39. 3. *Ejurante Frontino, Cæſar Domitianus præturam cepit.*

28. Consulari potestate. Et ita quoque Tacit. 3. 6. *Prætura Domitiano, & conſulare imperium decernuntur.* V. *Pagi* Critic-Hiſtor-Chronol. in *Annal. Baronii ad ann. D. Jeſu* 69. §. 6. & 7. & *Grævium.*

29. Contrectatis I. adulteratis, ſtupratis. Cicer. N. D. I. 27. *An putas ullam eſſe terra marique belluam, quæ non ſui generis bellua maxime delectetur? quod ni ita eſſet, cur non geſtiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ?* Hinc Tacit. 2. I. *Domitianus ſtupris, & adulteriis filium principis agebat.* *Attrectare* mulierem dicit noſter ſupr. Ner. 26. 5.

30. Domitiam Longinam, *filiam Corbulonis* infr. §. 32.

31. Ælio Lamiæ, quem *Lucium Lamium Æmilianum* ex Dione vocat Xiphil. infr. §. 32. *Æliæ* gentis antiquitatem laudat Horat. Od. III. 17. I.

Æli vetuſto nobilis ab Lamo:
(Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominates, & nepotum
Per memores genus omne faſtos)
Auctore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Litteribus tenuiſſe Lyrin
Late tyrannus.

Unde ob antiquitatem gentis *Lamias* pro nobilibus dicit Juven. VI. 385.

Quædam de numero Lamiarum, ac nominis alti.

IV. 153.

——— *hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.*

Hunc interfecit Domitianus infr. 10. 5.

32. Ab-

cia atque peregrina diſtribuit [33]; mirari ſe Veſpaſiano dictitante [34], *quod ſucceſſorem non & ſibi mitteret* [35].

32. Abduxerit *in matrimonium* quomodo Domitiam Domitianus, narrat Xiphilin. LXVI. p. 746. A. Καὶ τῷ ἔρωτι τῆς Δομιτίας τῆς Κορβούλωνος θυγατρὸς προσέχων ἐτύγχανε· ταύτην γὰρ Λουκίου Λαμίου Αἰμιλιανοῦ τοῦ ταύτης ἀνδρὸς ἀποσπάσας, τότε μὲν ἐν ταῖς ἐρωμέναις ἐποιήσατο, ὕστερον δὲ καὶ ἔγημεν. *Et animum ad amorem Domitiæ, filiæ Corbulonis, applicaverat, eamque a Lucio Lamio Æmiliano, viro ejus, abductam ſecum habebat in numero amicarum, eandemque poſtea uxorem duxit.*

33. Officia.... distribuit. Tacit. Hiſt. IV. 39. 3. *Vis penes Mucianum erat, niſi quod pleraque Domitianus, inſtigantibus amicis, aut propria libidine, audebat: ex paterna fortuna tantam licentiam uſurpans*, ut dicit Agricola apud Tacit. 7. 3. quem tiam *ad delectus agendos miſſum viceſima legioni tarde ad ſacramentum tranſgreſſæ præpoſuit* Domitianus apud eundem n. 4.

34. Mirari se dictitante, imo per literas filio gratias agente. Xiphil. p. 745. B. Τό τε σύμπαν, οὕτως πάντα αὐτοὶ ὡς αὐταρχοῦντες ἐποίουν, ὥς τε τὸν Οὐεσπασιανὸν ἐπιστεῖλαί ποτε τῷ Δομετιανῷ ὅ τι, χάριν ἔχω σοι τέκνον, ὅτι με ἐᾷς ἄρχειν, καὶ οὐδέπω με καταλέλυκας. *Eo igitur tempore omnia nutu horum, Muciani, & Domitiani, quaſi ipſi imperatores eſſent, ita gerebantur, ut Veſpaſianus ad Domitianum ſic ſcripſerit: ago tibi gratias fili, quod me ſinas principatum tenere, quodque me ex eo nondum expuleris.*

35. Quod successorem.... Hoc dicto pater taxavit filium, tanquam immodicum, & parum in principatu temperatum, qui officia ex arbitrio ſuo diſtribuebat, & ſucceſſores mittebat rectoribus provinciarum. *Beroaldus.*

CAPUT II.

ARG. *In Galliam, Germaniaſque expeditionem inchoat, correptus cum patre una habitat, ejuſque prodeuntis ſellam lectica ſequitur, unum conſulatum ordinarium gerit, modeſtiam, poeticeſque ſtudium ſimulat, in orientem ut dux mitteretur omni ope contendit, patre defuncto, fraudem teſtamento eſſe factam jactat, fratri inſidias ſtruit, & defunctum conſecratione tantum dignatur Titus Flavius Domitianus.*

Expeditionem quoque in Galliam [1], Germaniaſque [2], neque neceſſariam [3], & diſ- 1
ſuadentibus

1. Galli Germanis deficientibus conſpirantes magnam ſpem contulerant, quod etiam Romanorum dominio liberarentur. Joſeph. de Bell. Jud. VII. 11. al. 23. Οἷς καὶ Γαλατῶν οἱ πλησίον συμφρονήσαντες, κοινῇ μεγάλας ἐλπίδας αὐτοῖς συνέθεσαν, ὡς καὶ τῆς Ῥωμαίων ἀπαλλαξόμενοι δεσποτείας. Quid illic præſtiterit, narrat Zonar. Ann. II. p. 196. Καὶ μετὰ ταῦτα εἰς Γαλατίαν ἐξορμήσας, καὶ λεηλατήσας τινὰ τῶν πέραν Ῥήνου τῶν ἐνσπόνδων, ὠγκοῦτο ὥς τι μέγα κατωρθωκὼς, καὶ τοῖς στρατιώταις ἐπηύξησε τὴν μισθοφορὰν, τάχα διὰ τὴν νίκην. *In Galliam profectus, & agros eorum, cum quibus pax intercedebat, trans Rhenum populatus, quaſi re præclare geſta ſuperbiebat, aucto militibus ſtipendio ob victoriam ſcilicet.*

2. Germanias in plurali dicit noſter, quia & inferior, & ſuperior erat, ut dictum ſupr. Galb. 16. 4. §. 9. *Germanos* ad defectionem quid impulerit, tradit Joſephus. Ἐπῆρε δ' αὐτοὺς Γερμανοὺς ἅψασθαι τῆς ἀποστάσεως, καὶ τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν, πρώτη μὲν ἡ φύσις, οὖσα λογισμῶν ἔρημος ἀγαθῶν, καὶ κατὰ μικρᾶς ἐλπίδος ἑτοίμως ῥιψοκίνδυνος· ἔπειτα δὲ καὶ μῖσος τὸ πρὸς τοὺς κρατοῦντας, ἐπεὶ μόνοις ἴσασι Ῥωμαίοις τὸ γένος αὐτῶν δουλεύειν βιασαμένοις. D. Ἐνῆγον δὲ τὸ βούλευμα, καὶ ταύταις αὐτοὺς ταῖς ἐλπίσιν ἐτύφουν Κλασσικός τις καὶ Βίτιλλος τῶν παρ' αὐτοῖς ὄντες ἡγεμόνων. *Germanos autem deficere velle, bellumque inferre, ſuſtulit primo natura bonis conſiliis vacua, parva ſpe appetens periculorum: deinde odium principum, quoniam ſolis Romanis ſciunt gentem ſuam coactam ſervire. Id autem conſilium dabant, & hac ſpe eos decipiebant Claſſicus quidam & Civilis ex eorum potentiſſimis.* Et expeditionem Domitiani in illos valde crepat. F. Ἡνίκα πρῶτον ἡ περὶ τῆς ἀποστάσεως αὐτῶν ἀγγελία τῇ Ῥώμῃ προσέπεσε, Δομετιανὸς Καῖσαρ πυθόμενος, οὐχ' ὡς ἂν ἕτερος ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας, νέος γὰρ ἦν ἔτι παντάπασι, τηλικοῦτον ἄρασθαι μέγεθος, πραγμάτων ὤκνησεν· ἔχων δὲ πατρόθεν ἔμφυτον τὴν ἀνδραγαθίαν, καὶ τελειοτέραν τὴν ἄσκησιν τῆς ἡλικίας πεποιημένος, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους εὐθὺς ἤλαυνεν. Οἱ δὲ πρὸς τὴν φήμην τῆς ἐφόδου καταπτήξαντες, ἐπ' αὐτῷ σφᾶς αὐτοὺς ἐποιήσαντο. *Ut primum defectionis eorum nuntius allatus eſt Romam, Domitianus Cæſar hoc audito, non ſicut alter in illa ætate feciſſet, erat enim admodum adoleſcens, tantam rei magnitudinem ſuſcipere non detrectavit: ſed a patre habens ingenitam fortitudinem, & ſupra ætatem exercitatus, illico tendebat in barbaros. Illi autem expeditionis fama perculſi, ei ſe permiſerunt.* V. quoque Tacit. Hiſt. IV. 68. 6.

3. Non necessariam hoſtibus a Petilio Cereale ad obſequium jam redactis, ut ipſe fatetur Joſephus. D. Πολὺ μέρος ἤδη τῶν Γερμανῶν τὸ ἀποστὰν ὡμολογηκότος, καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ἐν δίκῃ φρονησάντων, ὥσπερ ἐκ δαιμονίας προνοίας Οὐεσπασιανὸς πέμπει γράμ-

ſuadentibus paternis amicis, inchoavit: tantum ut fratri [4] ſe & operibus [5], & dignatione adæquaret.
2 Ob hæc correptus, quo magis ætatis [6] & conditionis [7] admoneretur, habitabat cum patre una, ſellamque [8] ejus ac fratris, quoties prodirent, lecti-
3 ca [9] ſequebatur, ac triumphum utriuſque Judaicum equo [10] albo comitatus eſt. In
4 ſex conſulatibus non niſi unum ordinarium [11] geſſit, eumque cedente & ſuffragante fratre. Simulavit & ipſe mire modeſtiam [12]: in primiſque poeticæ ſtudium [13], tam inſuetum antea ſibi, quam poſtea ſpretum & abjectum: recitavitque etiam publice.
5 Nec tamen eo ſecius, cum Vologeſus Parthorum rex auxilia [14] adverſus Alanos [15], ducem-

μετα Πετιλίῳ Κεριαλίῳ τὸ πρότερον ἡγεμόνι Γερμανίας γενομένῳ, τὴν ὕπατον δοὺς τιμὴν, καὶ κελεύσας ἄρξοντα Βρεττανίας ἀπιέναι. Πορευόμενος ἐν ἐκεῖνος ὅποι προσετέτακτο, καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπόστασιν τῶν Γερμανῶν πυθόμενος, ἤδη συνειλεγμένοις αὐτοῖς ἐπιπεσὼν, καὶ παραταξάμενος, πολύ τε πλῆθος αὐτῶν ἀναιρεῖ κατὰ τὴν μάχην, καὶ τῆς ἀνοίας πεπαυμένους ἠνάγκασε φρονεῖν. *Maxima parte Germanorum defectionem pollicita, & ceteris fortaſſe non diſſentientibus, veluti quadam divina providentia, Veſpaſianus ad Petilium Cerealem, qui pridem Germaniam rexerat, literas mittit, quibus eum conſulem declaravit, juſſitque ad Britannias adminiſtrandas proficiſci. Igitur ille, quo juſſus erat, aliens, audita rebellione Germanorum, eos jam congregates aggreſſus magna clade affecit, depoſitaque amentia ad ſobrietatem coegit.* Unde Xiphil. LXVII. p. 760. B. Ἐκστρατεύσας δὲ ἐς τὴν Γερμανίαν, καὶ μηδ᾽ ἐμπλακεὶς τῳ πολεμίῳ, ἐπανῆκε. Domitianus *profectus in Germaniam cum exercitu, hoſte nuſquam viſo, revertit.*

4. FRATRI, adverſus quem exercitum, & imperium petiiſſe a Ceriale videtur. Tacit. Hiſt. IV. 86. 2. *Unde creditur Domitianus, occultis ad Cerialem nuntiis, fidem ejus tentaviſſe, an præſenti ſibi exercitum, imperiumque traditurus foret: qua cogitatione bellum adverſus patrem agitaverit; an opes, vireſque adverſus fratrem in incerto fuit.*

5. OPERIBUS i. rebus geſtis. Val. Max. III. 2. 23. *C. Cæſar non contentus opera ſua oceani claudere littoribus.* IX. 2. 4. *Quæ auditu etiam intolerabilia, Romano juſſu, Luſitanis manibus adminiſtrata ſunt: cujus gentis præſidio Flaccus vallatus, divinis operibus vecordi pertinacia reſiſtebat.*

6. ÆTATIS *puerilis*, qua bella temere gerebat. Tacit. n. 3. *Cerialis ſalubri temperamento eluſit, ut vana pueriliter cupientem. Domitianus ſperni a ſenioribus juventam ſuam cernens, modica quoque & uſurpata antea munia imperii omittebat.*

7. CONDITIONIS *privatæ*, qua officia temere diſtribuebat.

8. SELLA & vulgus portabatur, ut ſupr. Ner. 26. 7. §. 23. curuli vero, qui in dignitate publica erant conſtituti. Domitianus admoneri debuit & ætatis ſuæ, & conditionis i. ut modo dictum, & puerum eſſe, & privatum ſorte. Quod fieri non potuiſſet, ſi *ſellæ* præcedentium, patris, fratriſque fuiſſent vulgares. Fuerit ergo hæc curulis, de qua ſupr. Aug. 26. 6. §. 24. V. *Martilium*, *Scheffer. R. V.* II. 5. Et, ſi ſuave tibi fuerit, *Lipſ. Elect.* I. 19. *Chimentell. de Biſel. c.* 24.

9. LECTICA, quia *lecticis* præter viros mulieres vehebantur pueri ætatis necdum adultæ, etiam poſt introductum uſum ſellarum, quarum uſus eis non permittebatur, antequam adoleviſſent. Ideo & apud Tacit. Hiſt. III. 67. 4. *Simul ferebatur lecticula parvulus filius, velut in funebrem pompam.* Schefferus. Qualis fuerit, dixi ad Curt. VIII. 9. 24. §. 97.

10. EQUO. ἐπὶ κέλητος. Zonar. Ann. II. p. 194. Τὰ ἐπινίκια αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ ἐφ᾽ ἅρματος ἔπεμψαν, συνέπεμψε δὲ σφίσιν αὐτὰ καὶ ὁ Δομιτιανὸς ὑπατεύων ἐπὶ κέλητος. *Triumphum ipſe & pater curru duxerunt, cui Domitianus quoque conſul equo ſingulari interfuit.*

11. ORDINARIUM conſulatum V. ſupr. Galb. 6. 1. §. 8.

12. MODESTIAM *ſimulavit*, & inde *ſimplicitatis, ac modeſtiæ imagine, in altitudinem conditus* dicitur Tacit. Hiſt. IV. 86. 4.

13. POETICÆ STUDIUM *ſimulaſſe*, & quare *ſimulaverit* juxta cum modeſtia, docet Tacitus. *Studiumque literarum, & amorem carminum ſimulans, quo velaret animum, & fratris æmulationi ſubduceretur, cujus diſparem, mitioremque naturam contra interpretabatur.* Bonum *Poetam* fuiſſe dicunt Valer. Flacc. I. 12.

——— verſam tua proles pandet Idumen,
(Namque poteſt) & Solymo nigrantem pulvere fratrem,
Spargentemque faces, & in omni turre furentem.

Proles enim hæc Veſpaſiani Domitianus eſt, everſam Hieroſolymam cantaturus. Quintilianus, cui, ut ipſe Inſtit. Orat. procem. IV. *Domitianus Auguſtus ſororis ſuæ nepotum delegaverat curam*, earundem X. 1. *Hos nominavimus, quia Germanicum Auguſtum ab inſtitutis ſtudiis deflexit cura terrarum, parumque diis viſum eſt eſſe eum maximum poetarum. Quid tamen iis ipſis ejus operibus, in quæ donatus imperio juvenis ſucceſſerat, ſublimius, doctius, omnibus denique numeris præſtantius? Quis enim caneret bella melius, quam qui ſic gerit? Quem præſidentes ſtudiis deæ propius audirent? Cui magis artes ſuas aperiret familiare numen Minervæ? Dicent hæc plenius futura ſecula. Nunc enim ceterarum fulgore virtutum laus iſta præſtringitur. Nos tamen ſacra literarum colentes feras Cæſar.* Plinium, Silium, Martialem idem dicentes exhibet *Beroaldus.*

14. Auxi-

ducemque alterum [16] ex Veſpaſiani liberis depopoſciſſet, omni ope contendit, ut 6
ipſe potiſſimum mitteretur. Et quia diſcuſſa [17] res eſt, alios orientis reges, ut idem
poſtularent, donis ac pollicitationibus ſolicitare tentavit. Patre defuncto, diu cun- 7
ctatus, an duplum [18] donativum [19] militi offerret, nunquam jactare dubitavit, *relictum*
ſe participem imperii [20], *ſed fraudem teſtamento adhibitam.* Neque ceſſavit ex eo inſi- 8
dias ſtruere fratri clam palamque: quoad correptum gravi valetudine, prius quam
plane efflaret animam, pro mortuo deferi [21] juſſit: defunctumque nullo, præter
quam conſecrationis, honore [22] dignatus, ſæpe etiam carpſit obliquis [23] orationibus
& edictis.

14. AUXILIA *depopoſcerit* Vologeſus, cum Alani Mediam & Armeniam vaſtarent, quas vaſtaſſe narrant Joſeph. Bell. Jud. VII. 27. & Egeſipp. Exſcid. Hieroſ. V. 50. Τὸ δὲ τῶν Ἀλανῶν ἔθνος, ὅτι μὲν ἐσὶ Σκύθαι περὶ τὸν Τάναϊν καὶ τὴν Μαιώτιν λίμνην κατοικοῦντες, πρότερον δήπου δεδηλώκαμεν. Κατὰ τούτους δὲ τοὺς χρόνους διανοηθέντες εἰς τὴν Μηδίαν, καὶ προσωτέρω ταύτης ἔτι κατ' ἁρπαγὴν ἐμβαλεῖν, τῷ βασιλεῖ τῶν Ὑρκανῶν διαλέγονται: τῆς παρόδου γὰρ οὗτος δεσπότης ἐστίν. Κἀκείνου τὴν εἴσοδον αὐτοῖς παρασχόντος, ἀθρόοι καὶ μηδὲν προσκοπτιώσασι τοῖς Μήδοις ἐπιπεσόντες, χώραν πολυάνθρωπον, καὶ παντοίων ἀνάμεστον βοσκημάτων διήρπαζον, μηδενὸς αὐτοῖς τολμῶντος ἀντίστασθαι.... Μετὰ πολλῆς οὖν ῥᾳστώνης ἀμαχεὶ ποιούμενοι τὰς ἁρπαγὰς, μέχρι τῆς Ἀρμενίας προῆλθον. *Alanorum autem natio, quod quidem Scythæ ſint, juxta flumen Tanaim & Mæotidis paludes ſedes habentes, jam quodam loco memoravimus. His vero temporibus inito conſilio, ut terram Mediam, & ulterius prædandi cauſa pervaderent, cum rege Hyrcanorum colloquuntur: namque is eſt illius tranſitus dominus. Aditu autem ſibi præbito, univerſi nihil ſuſpicantibus Medis incumbentes, eorum fines populoſos, omnigenumque pecorum plenos diripiebant, cum reſiſtere nullus auderet.... Summa ergo facultate ſine pugna prædabundi, uſque ad Armeniam vaſtantes omnia proceſſere.*

15. ALANI Scythis ſunt vicini. Ammian. XXIII. 6. *Circa defectus, & crepidines montium, quos Imavos, & Tapurios vocant, Scythæ ſunt intra Perſicos fines, Aſiani contermini Sarmatis, Alanorumque latus tangentes extremum.* Supra Iſtrum, ut idem XXXI. 2. *Hoc,* Iſtro, *tranſito in immenſum extentas Scythiæ ſolitudines Alani inhabitant, ex montium appellatione cognominati.* Circa paludem Mæotin, ut rurſus idem XXII. 8. *Prope palus eſt Mæotis ampliſſimi circumgreſſus.... Circa hæc ſtagna ultima extimaque plures habitant gentes, ſermonum, inſtitutorumque varietate diſpariles, Jaxamatæ, & Mæotæ, & Jazyges, Roxolanique, & Alani.* V. etiam de *Alanis* ſcribentes Plin. IV. 12. Oroſ. I. 2.

16. ALTERUM i. alterutrum. Juſtin. XI. 12. 10. *Offert deinde, alteram filiam uxorem.* XVI. 5. 15. *Dum alterum priorem dicentem intentus audit tyrannus, ab altero obtruncatur.*

17. DISCUSSA i. tranſacta, compoſita inter Vologeſum & Alanos. Quid proprie *diſcutere*, dixi ſupr. Cæſ. 79. 2. §. 9.

18. DUPLUM ejus, quod frater Titus promiſerat, ut duplicata liberalitate favorabilior fieret apud milites, quam frater ad imperium adipiſcendum. *Beroaldus.*

19. DONATIVUM quid V. ſupr. Gal. 46. 2. §. 11.

20. PARTICEPS IMPERII Domitianus relictus non erat. *Conſortem imperii* illum dicit Titus ſupr. 9. 5. Sed hoc voluntarium erat, non ex teſtamento debitum. *Torrentius.*

21. PRO MORTUO DESERI, imo in ciſtam nive plenam, ut eo citius moreretur, conjici, ſi vera, quæ narravit Cedrenus ſupr. Tit. 11. 1. §. 1. Illo adhuc ſpirante Romam abiiſſe, & in caſtra introiiſſe, & nomen, & potentiam imperatoris accepiſſe, & militibus, quantum ejus frater dederat, dediſſe dicit Xiphil. LXVI. p. 758. A. Ἔτι γὰρ ζῶντος αὐτοῦ ἔς τε τὴν Ῥώμην ἀφίκνεῖτο, καὶ ἐς τὸ στρατόπεδον ἐσῆλθε, τήν τε ἐπίκλησιν, καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ αὐτοκράτορος ἔλαβε, δοὺς αὐτοῖς ὅσον περ καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ δεδώκει.

22. CONSECRATIONIS HONORE i. ut inter deos referretur. Id vero non ſtatim, ſed altero poſt obitum anno, ſi legitimo loco poſita eſt hæc Euſebii nota in Chronico: *Decreto ſenatus Titus inter deos refertur.* Caſaubonus.

23. OBLIQUIS i. alio tendentibus, quam præ ſe ferrent. Fortunat. Rhet. I. p. 41. *Obliquus orationis ductus eſt, quum periculum prohibet aperte agere. Ita obliquum carmen,* quo Aſterida decantabat, cum Violantillam in animo haberet Stella, dicit Stat. Sylv. I. 2. 26.

Ceſſent mendaces obliqui carminis aſtus.

Et de Polynice, qui bellum, quod animo optabat, verbis diſſuadebat, Thebaid. III. 381.

——— *ſic variis prætentat pectora dictis,*
Obliquatque preces.

V. *Parrhaſ. Epiſt.* 57. & ex Parrhaſio *Bernart.* & *Gevart. ad* Statii *Sylvas,* nec non *Barth. ad eaſdem.*

Digitized by Google

CAPUT III.

ARG. *Secretum horarium ſumit, uxorem Domitiam repudiatam reducit, & circa imperii adminiſtrationem ſe varium præſtat Titus Flavius Domitianus.*

1 Inter initia principatus [1], quotidie ſecretum ſibi horarium [2] ſumere [3] ſolebat: nec quidquam amplius, quam muſcas captare [4], ac ſtylo præacuto configere: ut cuidam interroganti, *eſſetne quis intus cum Cæſare*, non abſurde reſponſum ſit a Vibio
2 Criſpo [5], *ne muſca quidem* [6]. Deinde uxorem ſuam Domitiam, ex qua in ſecundo ſuo conſulatu [7] filium [8] tulerat, alteroque anno [9] conſalutaverat ut Auguſtam [10], eandem

INTER INITIA PRINCIPATUS & imperator factus, ut dicit Xiphil. LXVI. p. 749. C. Ἐν γοῦν τῷ Ἀλβανῷ χωρίῳ τὰ πλεῖστα διάγων, ἄλλά τε πολλὰ καὶ γελοῖα ἔπραττε, καὶ τὰς μυίας γραφείοις κατεκέντει. Τοῦτο γὰρ εἰ καὶ ἀνάξιον τοῦ τῆς ἱστορίας ὄγκου ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι γε ἱκανῶς τὸν τρόπον αὐτοῦ ἐνδείκνυται, ἀναγκαίως ἔγραψα: καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ μοναρχήσας ὁμοίως αὐτὸ ἐποίει. *Nam quum magnam vitæ partem degeret in Albano, faceretque multa ridicule, tum muſcas ſtylo transfigebat. Quod etſi indignum eſt gravitate hiſtoriæ, tamen quod abunde ejus mores oſtendit, neceſſario ſcribendum putavi: potiſſimum, quum factus imperator idem fecerit.* * Plin. Paneg. 48. 5. *ſemper tenebras, ſecretumque captaſſe* ſcribit. Sed, ut monet Caſaubonus, illud ſecretum, de quo Plinius, diverſum eſt ab iſto horario, de quo noſter. Ille ἁπλῶς de moribus Domitiani loquitur, hic de primis illius geſtis poſt aſſumptum imperium. Clarum hoc vel ex voce *deinde* quæ ſequitur n. 2. Aurel. Vict. de Cæſ. 11. 5. ſed Suetonio repugnat, *ridicule remotis procul omnibus, muſcarum agmina perſequebatur, poſtquam ad libidinem minus virium erat, cujus fœdum exercitium Græcorum lingua* κλινοπάλην *vocabat.*

2. HORARIUM, non quod unius tantum *horæ*, ſed ad tempus aliquod fuerit, aut certa diei parte ut *hora* matutina, meridiana, veſpera apud Plin. XIX. 12. *His horæ rigandi matutina atque veſpera, ne infervescat aqua ſole. Ocimo tamen & meridiana.* Torrentius. * Imo unius *horæ*, ut ſupr. Ner. 37. 3. Aliud eſt *hora* matutina, veſpertina, quod eſt tempus matutinum, veſpertinum, ut *hora verna* pro tempore verno. Sed cum *horaria* dicitur res aliqua, non poteſt aliter Latine loquentibus intelligi quam res unius *horæ*. Grævius.

3. SUMERE *ſecretum*, ut *deſiderare* ſupr. Claud. 10. 2. *captare* ſupr. Oth. 10. 4.

4. MUSCAS CAPTARE. Cicer. de Orat. II. 60. *Temporis igitur ratio, & ipſius dicacitatis moderatio, & temperantia, & raritas dictorum, diſtinguet oratorem a ſcurra: & quod nos cum cauſa dicimus, non ut ridiculi videamur, ſed ut proficiamus aliquid, illi totum diem, & ſine cauſa. Quid enim Vargula aſſecutus, cum eum candidatus A. Sempronius cum Marco ſuo fratre complexus eſſet? puer abige muſcas. Riſum quæſivit, qui eſt mea ſententia vel tenuiſſimus, ingenii fructus.*

5. VIBIUS CRISPUS, de quo Quintil. Inſtit. X. 1. *Vibius Criſpus, compoſitus, & jucundus, & delectationi natus.* Et Juven. IV. 81.

> —— *Venit & Criſpi jucunda ſenectus,*
> *Cujus erant mores, qualis facundia, mite*
> *Ingenium.*

Hujus ſimilem jocum de Vitellio refert Xiphil. LXV. p. 734. D. Ὅθεν χαριέστατον λόγον εἷς τις αὐτῶν Οὐίβιος Κρίσπος ἀπεφθέγξατο, καὶ διὰ τοῦτο ἡμέρας τινὰς ἀπολειφθεὶς τοῦ συσσιτίου, εἶπεν ὅτι, εἰ μὴ ἐπενόσησα, πάντως ἂν ἀπολώλειν. *Ex quibus Vibius Criſpus, quum incidiſſet in morbum, & ob eam cauſam per multos dies non interfuiſſet convivio, facete dixit: ſe, niſi ægrotaviſſet, omnino fuiſſe periturum.* V. etiam *Torrentium.*

6. NE MUSCA QUIDEM, illud etiam legitur apud Plaut. Truc. II. 2. 29.

> —— *Quas tu mulieres*
> *Mihi narras? ubi muſca nulla eſt in ædibus.*

niſi forte apud palæſtram, addit Aurel. Vict. n. 6. Nam *palæſtra*, ubi exercebant juvenes, infeſtabantur a *muſcis*, propter oleum & unctiones. Hic vero, ſi vera Aurelii narratio, jocus eſt ex ambiguo a *palæſtra* fœda Domitiani in *palæſtram* γυμναστικήν. Proverbium tamen eſt de loco deſerto, & vacuæ ſolitudinis, ibi *ne muſcam quidem* eſſe. *Scalig. Animad. in Euſeb. p. 185. b.*

7. SECUNDO CONSULATU, quem geſſit cum Valerio Meſſalino an. Chriſti 73. patre ſuperſtite, quomodo potuit filium tollere, cum is natus ſit poſt mortem Titi, ut conſtat ex Martiale, qui laudatur infr. §. 8. Numeris credo notatum fuiſſe annum a Suetonio, qui ſunt vitiati ſcribarum culpa, ſcribendumque VIII. *ſuo conſulatu.* Grævius.

8. FILIUM, cujus genethliacon ſcripſit Martial. VI. 2.

> *Naſcere Dardanio promiſſum nomen Iulo,*
> *Vera deum ſuboles, naſcere magne puer.*
> *Cui pater æternas poſt ſecula tradat habenas;*
> *Quique regas orbem cum ſeniore ſenex.*
> *Ipſa tibi niveo trahet aurea pollice fila,*
> *Et totam Phryxi Julia nebit ovem.*

Hunc infantulum mortuum, in divos relatum, & immortalitate donatum fuiſſe ex argenteo Domitiæ denario intelligimus, in cujus altera parte puerulus

Digitized by Google

dem [11] Paridis hiſtrionis [12] amore deperditam [13], repudiavit [14]: intraque breve tempus impatiens diſcidii [15], quaſi efflagitante populo reduxit [16]. Circa adminiſtrationem imperii aliquamdiu ſe varium præſtitit: mixtura quoque inæquabili vitiorum atque virtutum, donec virtutes quoque in vitia deflexit: quantum conjectare licet ſuper ingenii naturam, inopia rapax, metu ſævus. 3

rulus nudus, quaſi ſupra cœlum collocatus videtur. *Urſinus.*

* 9. ALTERO ANNO, ſive inſequenti Domitia a Domitiano Auguſta dici non potuit: nam ipſemet tunc nondum Auguſtus erat, ſed tantum Cæſar. Sed Suetonius de ſecundo Domitiani conſulatu ordinario hoc anno geſto loquitur, & ſuffectorum conſulatuum nullam habuit rationem. Hoc recte vidit Euſeb. ad an. 2097. rem iſtam hoc anno narrans: *Domitiani uxor Auguſta appellatur.* Rupert. Epiſt. 48. ad Reineſ. p. 446. Pagi Critic. Hiſtorico-Chronol. in Annal. Baron. ad an. D. Jeſu 833. §. 2. Noriſ. Epiſt. Conſul. Theſ. Antiq. Roman. Græv. Tom. XI. p. 425. D. Dauſquej. in Sil. Ital. III. p. 153. Sed non eſt credibile, cum infr. 13. 7. commemoret conſulatum XVII. qui commemorari non poterat, niſi ordinariis ſuffectos accenſeat, hic tantum ordinarios numerari. Fores ad veram hujus loci lectionem nobis pandunt veteres codices. Salmaſianus: *alteroque anno conſulatu filiam, Auguſtam eandem.* Ad oram adſcriptum, deeſt aliquid, in alio vetuſto codice legitur; *alteroque anno conſulatus filiam.* Scribendum forte: *alteroque anno ab hoc conſulatu filiam: Auguſtam eandem....* Eandem Domitiam *altero* ab hoc conſulatu *anno*, quo filiam ſuſceperat, & cum jam Auguſta eſſet, repudiavit. *Gravius.*

10. AUGUSTAS uxores Principum eſſe dictas, dictum ſupr. Ner. 28. 5. §. 10.

11. EANDEM eleganter repeti hoc loco dictum ſupr. Aug. 67. 5. §. 10.

12. PARIDIS HISTRIONIS, quem ſaltatorem, & a Domitiano occiſum dicit Xiphil. LXVII. p. 759. B. Τὸν Πάριν τὸν ὀρχηστὴν ἐν μέσῃ τῇ ὁδῷ δι' αὐτὴν φονεύσας. Illi epitaphium ſcripſit Mart. VI. 11. al. 14.

Quiſquis Flaminiam teris viator,
Noli nobile præterire marmor;
Urbis deliciæ, ſaleſque Nili,
Ars & gratia, luſus & voluptas;
Romani decus, & dolor theatri,
Atque omnes Veneres, Cupidineſque
Hoc ſunt condita, quo Paris, ſepulcro.

13. AMORE DEPERDITAM i. *perdite*, valde illum amantem. Prop. II. 23. 19.

Ut Semele eſt combuſtus, ut eſt deperditus Io.

14. REPUDIAVIT ab Urſo impulſus. Xiphilinus. Τὴν δὲ γυναῖκα τὴν Δομιτίαν ἐβουλεύσατο μὲν σφάξαι ἐπὶ μοιχείᾳ, παρακληθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ Οὔρσου, ἀπεπέμψατο. *Quum autem de cæde Domitiæ uxoris ſuæ conſultaret, propter admiſſum adulterium, rogatus ab Urſo, eam dimiſit.* V. ſupr. Cæſ. 1. 1. §. 17.

15. DISCIDII i. divortii. *Tib.* I. 5. 1.

Aſper eram, & bene diſcidium me ferre loquebar.

Beroaldus.

16. REDUXIT, non ergo interfici juſſit, ut juſſiſſe dixit Xiphil. p. 760. A. Ἐκέλευσε τούτους σφάττεσθαι. *Reductam* autem docent nummi in ejus gratiam excuſſi. DOMITIA. AVGVSTA. IMP. DOMIT. CONCORDIA. AVGVST. Item: ΔΟΜΙΤΙΑ ΛΟΝΓΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ. Exhibet illos *Scaliger in Euſebium. p.* 185. *b.*

CAPUT IV.

ARG. *Spectacula magnifica, & ſumptuoſa edit, ſeculares ludos facit, certaminibus præſidet, Minervæ quinquatria celebrat, populo congiarium, & epulum dat, & Septimontiali ſacro ſenatui, equitique panaria, plebi ſportellas cum obſonio diſtribuit, atque omne genus miſſilia ſpargit Titus Flavius Domitianus.*

Spectacula aſſidue magnifica, & ſumptuoſa edidit: non in amphitheatro [1] modo, 1 verum & in circo [2]: ubi præter ſollennes [3] bigarum quadrigarumque curſus, prælium duplex [4] etiam equeſtre, ac pedeſtre commiſit: atque in amphitheatro navale [5] quoque.

1. AMPHITHEATRUM V. ſupr. Aug. 29. 13. §. 46.

2. CIRCUM V. ſupr. Cæſ. 39. 5. §. 25.

3. SOLLENNES vocat, ſine quibus circenſes nulli peragerentur. *Torrentius.*

4. PRÆLIUM DUPLEX, de quo etiam Xiphil. LXVII. p. 762. D. Μετὰ δὲ ταῦτα ἑορτάς τινας, νικητηρίους δῆθεν ἐπιτελῶν, ἀγῶνας συχνοὺς ἐποίησε: τοῦτο μὲν γὰρ, ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ μάχας καὶ πεζῶν πρὸς ἀλλήλους καὶ ἱππέων ἂν συνέβαλε: τοῦτο δὲ καὶ ἐν καινῷ τινι χωρίῳ ναυμαχίαν ἐπετέλεσε. *Poſt hæc quoſdam dies feſtos egit, videlicet triumphales: exhibuit crebra certamina, præliis peditum, ac deinde equitum commiſſis in circo, tum etiam in novo quodam loco, bello navali facto.*

5. IN AMPHITHEATRO NAVALE *prælium commiſſum* quomodo fuerit, docuit Xiphil. ſupr. Tit. 7. 11. §. 28. *Theatrum* enim apud illum pro *amphitheatro* acci-

2 quoque. Nam venationes [6] gladiatoresque, & noctibus ad lychnuchos [7]: nec viro-
3 rum modo pugnas, ſed & feminarum [8]. Præterea quæſtoriis muneribus, quæ olim
omiſſa revocaverat, ita ſemper interfuit, ut populo poteſtatem faceret bina paria [9] e
4 ſuo ludo [10] poſtulandi [11], quæ noviſſima aulico [12] apparatu induceret. Ac per omne
gladiatorum ſpectaculum ante pedes ejus ſtabat puerulus [13] coccinatus, parvo porten-
5 toſoque capite, cum quo plurimum fabulabatur [14], nonnunquam ſerio. Auditus eſt [15]
certe, dum ex eo quærit, *ecquid ſciret, cur ſibi viſum eſſet ordinatione* [16] *proxima Æ-*
6 *gypto præficere Metium Rufum.* Edidit navales pugnas [17] pæne juſtarum claſſium [18], ef-
foſſo

accipiendum. Pro illo enim ſæpiuſcule accipitur. Mart. v. 8. 4. Laudamus illum infr. 8. 6. §. 15. Et *amphitheatro dedicato navale hoc prælium* exhibitum fuiſſe docent Xiphil. ſupr. Tit. 7. 11. §. 28. & noſter in Tito.

6. Venationes V. ſupr. Cæſ. 39. 7. §. 34.

7. Ad lychnuchos, quos V. ſupr. Cæſ. 37. 3. §. 21. ſive noctu ludos eſſe factos dixi ſupr. Cal. 18. 3. §. 7. Ad illos & convivia & ſpectacula exhibuit Domitianus. Xiphil. p. 763. D. Δεῖπνον σφίσι δημοσίᾳ διὰ πάσης τῆς νυκτὸς παρέσχε· πολλάκις δὲ καὶ τοὺς ἀγῶνας νύκτωρ ἐποίει. *Epulum illis nocturnum publice dedit: noctu ſæpe exhibebat certamina.* 760. D. Καί ποτε καὶ ἰδιώτευσε θεωμένοις, κατὰ χώρας καθημένοις, οἷά τε σφίσι πολλαχῇ ῥέοντα νυκτὸς παρέσχεν. *Nonnunquam convivium faciebat ſpectatoribus in eodem loco ſedentibus, præbebatque ſæpenumero vinum fluens nocturno tempore.*

8. Feminas in arena ſub Domitiano pugnaſſe teſtantur Stat. Sylv. 1. 6. 53.

Stat ſexus rudis, inſciuſque ferri,
Et pugnas capit improbus viriles.
Credas ad Tanain, ferumque Phaſin,
Thermodontiacas calere turmas.

Juven. Sat. 1. 22.

——— *Mævia Tuſcum*
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.

Tacitus ſupr. Ner. 12. 3. §. 7. Sub Severo illis arena interdicta eſt. Xiphil. LXXV. 858. B. Ἐγένετο δ' ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις καὶ ἀγὼν γυμνικός· ἐν ᾧ τοσοῦτον πλῆθος ἀθλητῶν ἀναγκαστῶς συνῆλθεν, ὥσθ' ἡμᾶς θαυμάσαι πῶς αὐτοὺς τὸ στάδιον ἐχώρησε. Καὶ γυναῖκες δὲ ἐν τῷ ἀγῶνι τούτῳ ἀγριώτατα ἀλλήλαις ἐμαχέσαντο, ὥστε καὶ ἐς τὰς ἄλλας πάνυ ἐπιφανεῖς ἀπ' αὐτῶν ἀποσκώπτεσθαι· καὶ διὰ τοῦτ' ἐκωλύθη μηκέτι μηδεμίαν γυναῖκα μηδαμόθεν μονομαχεῖν. *Per id tempus factum eſt mulierum certamen, in quo coacta tanta convenerat multitudo athletarum, ut miraremur omnes, quemadmodum eos ſtadium caperet. In hoc certamine quum mulieres poſt agreſtes ſaltationes ita pugnaſſent, ut etiam in ceteras matronas illuſtres ab eis deſumpta ſcommata jacerentur; prohibitum fuit, ne amplius ulla mulier, undecunque orta more gladiatorio certaret.* De hiſce etiam agunt *Lipſ. Saturn.* 11. 4. *in Tacit. Ann. p.* 180. *Onuphr. L. C.* 15. *p.* 77. & in illum *Argol. p.* 79. *Laz. Comm. R. R.* x. 13. *Fab. Semeſt.* II. 10. *Tiraq. Alex.* VI. 19. *Scriver. in Mart. Spect.* 6. *Van Dale Diſſert.* VII. c. 2.

9. Paria gladiatorum V. ſupr. Cæſ. 10. 4. §. 24.

10. E suo ludo i. gladiatorio imperatoris *ludo*, ubi familiæ gladiatoriæ erudiebantur. Plin. XI. 37. *Thraci ſtudioſo in C. Cæſaris ludo notum eſt, dextram fuiſſe prolixiorem.* Beroaldus & Lipſ. Saturn. 11. 16.

11. Postulatitii gladiatores quinam, dictum ſupr. Aug. 44. 8. §. 26.

12. Aulico *apparatu* i. non vulgari, quo alii a laniſtis arceſſiti, ſed aliquanto exquiſitiore, ut ex *aula* principis producti videri poſſent. Illum *pompalem* dicit Treb. Poll. Gallien. c. 8. *Mille ducenti gladiatores pompaliter ornati.* Forte auro ornati fuerint. Videtur hoc dicere Spartian. Adrian. c. 17. *Trecentos noxios cum auratis chlamydibus in arenam miſit ad ejus munera deridenda.* Sabellicus & Lipſius.

13. Puerulos procaces ſibi conquiſiviſſe veteres, dixi ſupr. Aug. 83. 2. §. 11. Non diſſimiliter admodum huic apud Nicetam Iſacio Comneno principi Logotheta ſecretorum παιδίον μικρὸν τὴν τῶν κοινῶν διοίκησιν ἀναζώννυται, ὑπὸ τέρψιν ἀφῃρημένον δονακίσκου καὶ μέλανος, ὃς εἰ τὸν κρατοῦντα μόνον αὐτόν, ὡς τὸ κῆτος ὁ λεγόμενος προπομπὸς μετῆγεν ὡς ἐβούλετο, καὶ περιέφερεν, ἀλλὰ μετῄει καὶ ὅσα τῶν στρατιωτικῶν ἐστὶ καταλόγων. *Parvus puerulus non ita pridem relicto calamo, & atramento,* ſive ludo, & magiſtro, *accinxit ſe adminiſtratione totius reipublicæ, & non ipſum modo imperatorem, tanquam ingens cete, piſciculus parvus, qui Propompeus dicitur, ducebat, & circumagebat, quo vellet, verum etiam tractabat numeros militares.* Marcilius.

14. Fabulabatur. Ita *Antero poſt ſe in curru locato, ita triumphavit, ut eum ſæpius cervice reflexa publice oſcularetur* Commodus: *etiam in orcheſtra hoc idem fecit* apud Lamprid. c. 3.

15. Auditus est a circumſtantibus.

16. Ordinatione i. creatione, electione, ut ſupr. Cæſ. 76. 6. §. 41.

17. Navales pugnas, de quibus Mart. de ſpectac. 28. al. 26.

Auguſti laudes fuerant committere claſſes,
Et freta navali ſolicitare tuba:
Cæſaris hæc noſtri pars eſt quota? vidit in undis
Et Thetis ignotas, & Galatea feras.
Vidit in æquoreo ferventes pulvere currus,
Et domini Triton ipſe putavit equos.
Dumque parat ſævis ratibus fera prælia Nereus,
Abnuit in liquidis ire pedeſter aquis.

Quid-

foſſo [19] & circumſtructo [20] juxta [21] Tiberim lacu: atque inter maximos imbres perſpectavit. Fecit & ludos ſeculares [22]: computata ratione temporum ab anno, non 7
quo Claudius proxime, ſed quo olim Auguſtus [23] ediderat. In his circenſium die, 8
quo facilius centum miſſus peragerentur [24], ſingulos a ſeptenis ſpatiis [25] ad quina corripuit.

Quidquid & in circo ſpectatur & amphitheatro,
Dives Cæſarea præſtitit unda tibi.
Fucinus, & pigri taceantur ſtagna Neronis:
Hanc norint unam ſecula naumachiam.

18. JUSTARUM CLASSIUM i. quæ tantum aquæ, adeoque alterum fere mare deſiderant, quantum *juſtæ claſſes*. Mart. de ſpectac. 23. 3.

Non te decipiat ratibus navalis Enyo,
Et par unda fretis, hic modo terra fuit.

19. EFFOSSO in terra. V. ſupr. Aug. 43. 2. §. 18.

*20. CIRCUMSTRUCTO. Lacus ille primum ſine cura, ſine ullo ornatu defodiebatur prope Tiberim, qualem fieri quoque præcepit Auguſtus 43. 2. Poſtea, ut fit, res in delicias converſa; nam & lateribus *exſtrui*, trabibuſque ligneis circummuniri, & tabulis ac ſedilibus in modum theatrorum excoli lacus iſti cœpere, quos idcirco naumachias vocaverunt. Xiphil. LX. p. 687. A. Τεῖχός τε περὶ αὐτὴν ξύλινον κατεσκεύασε, καὶ ἰκρία ἔπηξε. *Ligna & tabulas undique defixit, & trabibus munivit.* LXVI. p. 757. C. Κατεσκεύασε σανίσι τῆς κατὰ πρόσωπον τῶν ἐκείνων λιμνῆς, καὶ ἰκρία πέριξ λαβούσης. *Inædificavit locum tabulatis, qua ſpectabat ſtatuas, & circumquaque trabes infixit.* Hinc noſt. h. l. & ſupr. 5. 3. *Scheffer. Mil. Nav.* III. 2.

*21. JUXTA i. circa, vel prope. Quod parum diſtat, *juxta* dici poteſt. *Blond. Inſtaur. Rom.* II. §. 13. *Nardin. Rom. Vet.* VI. 10.

22. LUDOS SECULARES, de quibus Stat. Sylv. I. 4. 17.

Nec tamen induerint fatis nova ſecula crimen,
Aut inſtaurati peccaverit ara Terenti,

fecit Domitianus ſe XIV. *& L. Minucio Ruſo conſulibus anno* 841. Cenſor. D. N. c. 17. ſive juxta *faſtos Capitolinos*, quorum tabulas anno uno a Cenſorino diſcrepare, monui ſupr. Claud. 14. 3. §. 4. ſæpius allatos, 840. Intercefferunt itaque inter *ſeculares* Auguſti & Domitiani, cum ille ſuos fecerit anno ab U. C. 736. ſupr. 31. 4. §. 29. anni centum & quatuor. Deerant quidem juſto ſeculo ſex anni: ſingulis enim centum decem annis hi ludi inſtaurabantur, ut docui ſupr. Claud. 21. 3. §. 14. Domitianus tamen magis ingenio ſuo obſequens, & libidini hos *ſeculares ludos* edendi, quam accuratum calculum chronologicum ſequens, quia centeſimum annum exceſſerat intervallum illud temporis, quo Auguſtus eos celebraverat, ad illum Auguſti annum *temporum rationem computavit*. V. & multi nominis viros *J. G. Grævium* & *Scalig. Emend. Temp.* p. 486.

23. NON QUO CLAUDIUS, SED QUO AUGUSTUS. Zozim. Hiſt. II. 4. Μετὰ δὲ τὸν Σεβαστὸν Κλαύδιος ἤγαγε τὴν ἑορτὴν, οὐ φυλάξας τὸν τῶν ὡρισμένων ἐτῶν ἀριθμόν. Μεθ' ὃν Δομετιανὸς τὸν Κλαύδιον παραπεμψάμενος, καὶ τὴν περίοδον τῶν ἐτῶν, ἀφ' ἧς τὴν ἑορτὴν ὁ Σεβαστὸς ἐπετέλεσεν, ἀριθμήσας, ἔδοξε τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδοθέντα φυλάττειν θεσμόν. *Poſt Auguſtum Claudius ludos celebravit, numero præſtitutorum annorum neglecto. Poſt eum Domitianus, Claudio valere juſſo, numeratoque ambitu annorum, ex quo ludos Auguſtus feciſſet, traditam initio legem ſervare viſus eſt.* Tacit. Ann. XI. 11. 2. *Utriuſque principis rationes prætermitto, ſatis narratas libris, quibus res imperatoris Domitiani compoſui. Nam is quoque edidit ludos ſeculares: iiſque intentius affui ſacerdotio Quindecimvirali præditus, ac tum prætor. Quod non jactantia refero, ſed quia collegio Quindecimvirum antiquitus ea cura, & magiſtratus potiſſimum exſequebantur officia ceremoniarum.*

24. CENTUM MISSUS PERAGERENTUR i. centum currus agitarentur. Virg. Georg. III. 18.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.

Ubi Servius. *Id eſt, unius diei exhibebo circenſes: quia, ut Varro dicit in libris de gente populi Romani, olim viginti quinque miſſus fiebant, ſed vigeſimus quintus dicebatur ærarius, eo quod de collatione populi exhibebatur: qui deſiit eſſe, poſtquam conferendæ pecuniæ eſt conſuetudo ſublata: unde hodieque permanſit, ut ultimus miſſus appelletur ærarius. Ergo centum currus ſecundum antiquitatem dixit.* Quatuor portis quatuor currus ſingulis *miſſibus* mittebantur, & currus ſinguli ſemel tantum currebant. Unde apparet *centum* currus viginti quinque *miſſibus* agitatos eſſe. V. *Buleng. de circ.* c. 15. *Panvin. de lud. circ.* I. 14. *Turneb. Adv.* V. 4. *Lacerd. in Virgilium*. Et, ſi hi non ſufficiunt, *Alexand. Gen.* V. 8.

*25. SPATIUM non eſt diſcurſio ipſa, quæ fiebat per totum circum, ſed ſpeciatim flexio circa metas, quæ ſepties debebat fieri. Cedrenus. Οὐ πλέον δὲ τῶν ἑπτὰ κύκλων, οὓς σπάτια ὠνόμαζον, καὶ μίσσους, ἀντὶ τοῦ ἄθλους περὶ τὴν πυραμίδα, ἣν νῦν ὀβελὸν καλοῦσι, διηπληκτίζοντο οἱ ἀγωνισταί, διὰ τὸ τοσούτους εἶναι πλανητῶν πόλους. *Non amplius quam ſeptem circuitus, quos ſpatia, velut ſtadia, & miſſus circum metam, quæ nunc obeliſcus dicitur, conficiebant aurigæ, quod totidem eſſent errones cœli.* Senec. Epiſt. 30. *Manifeſtior notari ſolet agitatorum lætitia, cum ſeptimo ſpatio palmæ appropinquant.* Palma enim, curru ſepties circa metam agitato obtinebatur. Ovid Halieut. n. 68.

Seu ſeptem ſpatiis circo meruere coronam.

Prop. II. 19. 65.

Aut prius infecto depoſcit præmia curſu,
Septima quam metam triverit arte rota.

V. *Buleng. de Lud. circenſ.* c. 15. *Turneb. Adv.* V. 4. *Lacerd. in Virg. Georg.* I. 513. *Fabr. Agon.* I. 18. *Kipping. Ant. Rom.* II. 6. §. 3. *Paſſer. ad Propertium.*

9 ripuit [26]. Inſtituit [27] & quinquennale [28], certamen, Capitolino [29] Jovi triplex, muſicum [30], equeſtre, gymnicum [31], & aliquanto plurium, quam nunc eſt, coro-
10 narum. Certabant etiam & proſa oratione [32] Græce Latineque, ac præter citharœdos chorocithariſtæ [33] quoque & pſilocithariſtæ [34], in ſtadio [35] vero curſu etiam [36] virgi-
11 nes [37]. Certamini [38] præſedit [39] crepidatus, purpureaque amictus toga Græcanica [40], capite geſtans coronam [41] auream [42] cum effigie [43] Jovis, ac Junonis, Minervæque:

26. AD QUINA CORRIPUIT I. metam *quinquies* modo flecti, & circumagi, quo facilius centum currus uno die currerent, voluit. *Buleng. de circo* 15. & 28.

27. INSTITUIT ſe XII. & Sergio Cornelio Dolabella conſulibus, ſive anno ab U. C. 839. ut cenſent *Lindenbr. ad Cenſor. p.* 140. & ad hunc locum *Caſaubonus*. Cenſor. c. 18. *Rurſus tamen annus idem magnus per Capitolinos agonas cœptus eſt diligentius ſervari: quorum agonum primus a Domitiano inſtitutus fuit, duodecimo ejus, & Ser. Cornelii Dolabellæ conſulatu.*

28. QUINQUENNALE, quia *quinto quoque anno redeunte celebrabatur*. Cenſor. c. 18. V. ſupr. Ner. 12. 8. §. 25.

29. CAPITOLINUS agon a Græcis paſſim vocatur Καπιτώλια, & Καπιτώλιοι. In nummo Domitiani legimus: ΚΑΠΕΤΩΛΙΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ. Celebratus eſt primus anno periodi Julianæ 4799. Vocatur *luſtrum* in veteribus inſcriptionibus, ut in hac, quam exhibui ſupr. Ner. 12. 10. §. 35. In ea manifeſto *luſtrum* eſt agon *Capitolinus*: celebratumque eſt illud anno a Chriſto nato 106. In illo omne genus artifices certabant. *Citharœdi* Juven. VI. 387.

An Capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare.

Hiſtriones, ut patet ex hac inſcriptione:

L. SVRREDI L. F. CLV.
FELICIS
PROCVRATORI. AB
SCAEN. THEAT. IMP.
CAESAR. DOMITIAN.
PRINCIPI
CORONATO. CONTRA
OMNES. SCAENICOS.

Et *poetæ*. Mart. VI. 41. al. 54. 1.

O cui Tarpejas licuit contingere quercus.

Statius quoque Thebaidem ſuam recitavit in eo, ſed non placuit, & contra eum alii coronati fuerunt. Id quod ipſe non uno loco in Sylvis conqueritur, ſed imprimis V. 3. *Scalig. de Emend. temp.* V. *p.* 480. 481. *Lection. Auſon.* I. 10. *Argol. in Onuphr. de Lud. circenſ. p.* 54. *Wouwer. in Petron. p.* 427. & *ex Scaligero Roſin. Ant. Rom.* V. 18.

30. MUSICUM certamen V. ſupr. Ner. 12. 8. §. 28.

31. GYMNICUM certamen V. ſupr. Aug. 99. 5. §. 13.

32. PROSAM ORATIONEM V. ſupr. Aug. 85. 1. §. 1.

33. CITHARISTÆ quinam, dixi ſupr. Ner. 20. 1. §. 3. Inde *chorocithariſtæ*, qui plures una fidibus modulate concinunt. *Turneb. Adv.* XX. 16.

34. PSILOCITHARISTÆ, qui ſolo, nudoque *citharæ cantu* pſallunt, ſua ipſi voce non accinentes, nec in choro canentes. Athen. VIII. p. 352. C. Στρατόνικός φησιν ὁ Ἀθηναῖος δοκεῖ τὴν πολυχορδίαν εἰς τὴν ψιλὴν κιθάρισιν πρῶτος εἰσενεγκεῖν. *Stratonicum Athenienſem ſcribit* Phanias Peripateticus, *exiſtimari primum omnium nudis citharæ ſonis multas fides adjeciſſe.* V. *Caſaubonum*, *Turneb. Adv.* XX. 16. *Leopard. Emend.* XII. 3. Et ab his diſſentientes, ſi hæc te juvant, *Torrentium*, *Bochart. Chan.* I. 42. *M. Donat. in Liv.* XXXXIX. 7.

35. STADIUM V. ſupr. Cæſ. 39. 9. §. 40.

36. ETIAM dixit, notans inſolentiam ſpectaculi, ut ſi diceret, non virorum tantum & puerorum, ſed *etiam* virginum. *Marcilius.*

37. VIRGINES *etiam curſu certaſſe* ſub Domitiano legitur etiam apud Xiphil. LXVII. p. 762. D. Ἐποίησε δὲ καὶ θέας πολυτελῆ, ἐν ᾗ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐς ἱστορίαν ἄξιον μνήμης παρελάβομεν, πλὴν ὅτι καὶ παρθένοι τῷ δρομικῷ ἠγωνίσαντο. *Edidit ſumptuoſum ſpectaculum, ex quo nihil dignum hiſtoria accepimus, præterquam quod virgines curſu certaverint.*

* 38. CERTAMEN id inſtitutum anno ab U. C. 839. Domitiano XII. & Ser. Cornelio Dolabella coſſ. Cenſor. de Die nat. c. 18. *Capitolinorum agonum primus a Domitiano inſtitutus fuit duodecimo ejus & Serg. Cornelii Dolabellæ conſulatu.* Voſſ. de Inſtit. Poet. II. 10. 14. Scalig. de Emend. tempor. V. p. 481. Lect. Auſon. I. 10. Panvin. Faſtor. II. p. 211. Salmuth. in Pancirol. de Reb. deperd. & inv. p. 287.

39. PRÆSEDISSE certaminibus Imperatores oppreſſa Republica docui ſupr. Aug. 45. 2. §. 9.

40. TOGAM GRÆCANICAM dixit noſter pro pallio *Græco*. *Toga* nihil aliud erat quam pallium rotundum ſupr. Cæſ. 9. 5. §. 22. & pallium *Græcanicum* aliud nihil quam *toga* quadrata. *Salmaſ. in Tertull. pall. p.* 125. *Ferrar. de Re veſt.* I. 2. 11. & *Græviusin Suetonium*. Compoſuit ſe Domitianus ad morem agonothetarum in ludis ſacris, qui veſte utebantur purpurea, & corona. Notavi illum ſupr. Ner. 25. 3. §. 10.

41. CORONAS inter operandum geſtabant ſacerdotes. Plin. XXXV. 10. *Item ſacerdotem adſtante puero cum acerra & corona.* Philoſtr. Icon. I. p. 770. D. Κελεύει δὲ ἡ γραφὴ βλέπειν ἐς μέσον τὸν Ἀμφιάρεων φεύγοντα κατὰ τῆς γῆς αὐτοῖς στέμμασι, καὶ αὐτῇ δάφνῃ. *Jubet autem pictura in unum reſpicere Amphiaraum, cum ipſis coronis, ac lauro fugientem.* Illam *ſacerdotalem*

que [44]: aſſidentibus Diali ſacerdote [45] & collegio Flavialium [46] pari habitu, niſi quod illorum coronis inerat & ipſius imago [47]. Celebrabat & in Albano [48] quotannis Quin- 12
quatria [49] Minervæ [50], cui collegium inſtituerat: ex quo ſorte ducti magiſterio [51] fungerentur, redderentque [52] eximias venationes [53], & ſcenicos ludos [54], ſuperque oratorum [55] ac poetarum certamina. Congiarium [56] populo nummorum trecento- 13
rum

talem vocat Ammian. XXIX. 5. *Biduoque poſt Icoſium oppidum militaria ſigna, & coronam ſacerdotalem, cum cæteris, quæ interceperat, nihil cunctatus reſtituit.* Braun. de Veſtit. Sacerd. Hebr. II. 22. §. 23. Paſchal. de Coron. IV. 13.

42. Aureas *coronas* inter operandum geſtabant ſacerdotes. Prudent. Periſteph. 14. 1011.

Summus ſacerdos nempe ſub terram ſcrobe
Acta in profundum conſecrandus mergitur,
Mire inſulatus, feſta vittis tempora
Nexus: corona tum replexus aurea.

Plura *Paſchalius.*

43. Effigies, & imagines coronis appingebant veteres. Athen. V. p. 211. B. Καὶ αἰτησαμένου αὐτοῦ φιλοσοφίας ἀλλοτρίαν αἴτησιν, ὅπως πορφυροῦν τι χιτωνίσκον φορῇ καὶ χρυσοῦν στέφανον, ἔχοντα πρόσωπον ἀρετῆς κατὰ μέσον, ἧς ἱερεὺς ἠξίου προσαγορεύεσθαι, συνεχώρησε καὶ τὸν στέφανον προσεχαρίσατο. *A rege,* Alexandro *Diogenes aliquando petivit, quod ſane philoſophum dedecebat, ſibi ut liceret purpuream tuniculam induere, & auream coronam geſtare, cum virtutis imagine in ejus medio poſita, cujus ſacerdotem ſe appellari cupiebat. Utrumque rex conceſſit, coronamque, & tuniculam inſuper largitus eſt.* V. & eundem, quem modo laudabam, celeberrimum *Braun. de Veſtit. Sacerd. Hebr.* II. 22. §. 15.

44. Jovis, Junonis, Minervæ, utpote deorum Capitolinorum. *Jovi* vero Capitolino hæc ſpectacula erant dicata. Et ideo *Palladium aurum* corona hæc Domitiani vocatur Statio ſupr. Ner. 12. 10. §. 38. V. *Beroaldum.*

45. Dialem sacerdotem V. ſupr. Cæſ. 1. 1. §. 8.

46. Collegio Flavialium i. gentis *Flaviæ* ſacerdotibus, quos una cum templo patri ac fratri ſacraverat Domitianus. Ex illo fuerit *Flamina Flavialis,* qualis vocatur in inſcriptione veteri antea inedita, quam diſſert. ſeptima de præſt. num. p. 611. exhibet ampliſſimus Spanhemius.

F. FLAVIO AVG. LIB. FLAMEN
DIVI TITI ANN. III. VIXIT. AN. LII.
M. VIII. D. VIII. HOR. VI.
FLAVIA FLAMINA FLAVIAL.
ET IVLIA AMISSA LIB. FLAMI
NIA HER. EX TESTAM. P. CVR.
IN FR. PED. XIII. IN AGR. P. XVII.

47. Ipsius imago, *Domitiani,* quem flamen Dialis & Flaviales ſacerdotes, illi adulantes, ſuo more, etiam pro Deo habebant. *Braunius.*

48. Albano monte, de quo ſupr. Claud. 4. 8. §. 20.

49. Quinquatria deſcripſi ſupr. Aug. 71. 6. §. 27.

Hæc Minervæ inſtituiſſe Domitianum docet etiam Xiphil. LXVII. p. 759. A. Θεὸν μὲν γὰρ τὴν Ἀθηνᾶν ἐς τὰ μάλιστα ἤγαλλε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ Παναθήναια μεγάλως ἑώρταζε, καὶ ἐν αὐτοῖς ἀγῶνας καὶ ποιητῶν, καὶ λογογράφων, μονομάχων τε κατ' ἔτος, ὡς εἰπεῖν, ἐν τῷ Ἀλβανῷ ἐποίει. *Minervam præcipue ex omnibus diis coluit, atque ob eam cauſam Quinquatria magnifice celebravit: in quibus certamina poetarum, oratorum, gladiatorumque quotannis fere exhibebat in Albano.*

50. Minervam coluiſſe Domitianum dixit §. 49. Xiphilinus, & dicet noſt. infr. 15. 6. Coluit illam, quia *Minervæ* voluit haberi filius. Unde in Domitianum Apollonii luſus apud Philoſtr. VII. 12. Ἑτέρου δ' αὖ φεύγοντος γραφὴν φαύλην, ἐπειδὴ θύων ἐν Τάραντι, οὗ ἦρχε, μὴ προσέθηκε ταῖς δημοσίαις εὐχαῖς, ὅτι Δομετιανὸς Ἀθηνᾶς εἴη παῖς, σὺ μὲν ᾤου, ἔφη, μὴ ἂν τὴν Ἀθηνᾶν τεκεῖν, παρθένον οὖσαν τὸν ἀεὶ χρόνον: ἠγνόεις δ' οἶμαι, ὅτι ἡ θεὸς αὕτη Ἀθηναίοις ποτὲ δράκοντα ἔτεκε. *Cum vero alius propterea ſe accuſatum quereretur, quod Tarenti, ubi dominabatur, ſacrificans publicis precibus non addiderat, Domitianum Palladis filium eſſe: at enim, inquit, arbitrabaris fortaſſe Palladem non peperiſſe, cum ſemper habita ſit virgo: ignorabas autem, ut opinor, deam ipſam draconem quandoque Athenienſibus peperiſſe.* Et, Οὐδ' ἑκὼν σὺ τῷ μὲν πρὸς Ἀθηνᾶς δοκεῖν ἀφῄρησθαι τὸν ἄρχοντα. *Neque tu conſulte feciſſe dices, ut principi auferres, quin Palladis filius haberetur.*

51. Magisterium hoc V. ſupr. Cal. 22. 8. §. 37.

52. Reddere *ludos* dicuntur editores. Terent. Andr. III. 1. 20.

Hiccine me ſi imparatum in veris nuptiis
Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet?

Reddere pro dare, vel edere, poſitum haud admodum inſolenter. Celſ. de V. S. l. 94. *Verbum reddendi quamquam ſignificatum habeat retro dandi, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem.* Gronov. Obſ. IV. 13.

53. Venationes quid ſint, dixi ſupr. Cæſ. 39. 7. §. 34. Has exhibuit in Albano Domitianus. Juven. Sat. IV. 99.

Profuit ergo nihil miſero, quod cominus urſos
Figebat Numidas, Albana nudus arena
Venator.

54. Scenicos ludos V. ſupr. Cal. 26. 8. §. 25.

*55. Oratorum... certamina Quinquatriis fuiſſe reddita, docet etiam Juven. X. 114.

Eloquium ac famam Demoſthenis, aut Ciceronis
Incipit optare, & totis Quinquatribus optat.

& Xiphil. ſupr. §. 49.

 56. Con-

14 rum ter dedit : atque inter ſpectacula muneris [57] largiſſimum epulum [58]. Septimontiali [59] ſacro quidem ſenatui equitique panariis [60]: plebi ſportellis [61] cum obſonio [62] diſtributis, initium veſcendi primus fecit [61]: dieque proximo omne genus miſſilia [94] ſparſit: & quia pars major intra popularia [61] deciderat, quinquagenas teſſeras [66] in ſingulos cuneos [67] equeſtris ac ſenatorii ordinis pronuntiavit.

56. CONGIARIUM V. ſupr. Cæſ. 27. 2. §. 13.

57. MUNERIS, *gladiatorii*, quod addit noſter ſupr. Cæſ. 10. 4. ubi quid, & quare ſic fuerit dictum, docui §. 22. Interea dum pugnarent gladiatores, populo epulum dediſſe Domitianum, jam ſupr. §. 7. dixit Xiphilinus.

58. EPULUM ludis populo Imperatores dediſſe dixi ſupr. Cal. 18. 4. §. 12.

59. SEPTIMONTIUM *dies feſtus appellatur menſe Decembri, qui dicitur in Faſtis Agonalia, quod in ſeptem montibus fiunt ſacra, Palatio, Velia, Fagutali, Subura, Cermalo, Cælio, Oppio, Ciſpio.* Feſtus. Quare hoc feſtum inſtituerint Romani, docet Plutarch. Quæſt. Rom. 68. Τὸ δὲ Σεπτιμόντιον ἄγουσιν ἐπὶ τῷ τὸν ἕβδομον λόφον τῇ πόλει προσκατανεμηθῆναι, καὶ τὴν Ῥώμην ἑπτάλοφον γενέσθαι. *Feriæ autem iſtæ ſunt inſtitutæ propter adjectum ſeptimum Romæ collem, quo facta eſt ſepticollis.* De illo etiam Tertull. de Idolol. c. 10. *Etiam ſtrenæ captandæ, & Septimontium, & brumæ, & caræ cognationis honoraria exigenda omnia.* V. *Scalig. in Feſtum*, & *Rycq. de Capit. c. 1.*

60. PANARIA V. ſupr. Cal. 18. 4. §. 11. Domitiani *panaria* deſcribit Stat. Sylv. 1. 6. 28.

> *Ecce autem caveas ſubit per omnes*
> *Inſignis ſpecie, decora cultu,*
> *Plebes altera, non minor ſedente.*
> *Hi panaria, candidaſque mappas*
> *Subvectant, epulaſque lautiores,*
> *Illi Maſſica vina largiuntur.*

Illa ſenatui, equitique diſtribui voluit Domitianus, ut digniora ſportellis, 1. quod hæ ex ligno; illa ex viminibus fierent. 2. quod hæ capaciores, quia ex iis interdum plures ſumerent; illa minora, quod unus tantum ex iis cibum caperet.

61. SPORTELLAS V. ſupr. Ner. 16. 3. §. 10.

62. OBSONIUM V. ſupr. Cæſ. 43. 6. §. 23.

63. INITIUM VESCENDI.... Unde Statius, qui conviva fuit, Sylv. 1. 6. 43.

> *Una veſcitur omnis ordo menſa,*
> *Parvi, femina, plebs, Eques, Senatus;*
> *Libertas reverentiam remiſit.*
> *Et tu quin etiam (quis hoc vocare?*
> *Quis promittere poſſit hoc deorum?)*
> *Nobiſcum ſocias dapes iniſti.*
> *Jam ſe, (quiſquis is eſt) inops, beatus,*
> *Convivam ducis eſſe gloriatur.*

Et Mart. VIII. 48. al. 50. 7.

> *Veſcitur omnis eques tecum, populuſque, patreſque,*
> *Et capit ambroſias cum duce Roma dapes.*

*64. MISSILIA qui interdum ſparſerint, & per teſſeras dederint Imperatores, Neronis & Titi exemplis Xiphilinus, Auguſti & Caligulæ exemplis Dio docent ſupr. Ner. 11. 7. §. 22.

65. INTRA POPULARIA 1. inter plebejos, quorum illa erant gradus theatrales, ut ex illis ludos ſpectarent, ut dictum ſupr. Claud. 25. 13. §. 46.

66. TESSERAS V. ſupr. Aug. 40. 3. §. 10.

67. CUNEOS, quibus & ſenatorum loca diſtinguebantur. Virg. Georg. II. 508.

> ——— *hunc plauſus hiantem*
> *Per cuneos (geminatur enim) plebiſque, patrumque*
> *Corripuit.*

Torrentius. *Cuneum* V. ſupr. Aug. 44. 5. §. 13.

CAPUT V.

ARG. *Capitolium rurſus incenſum ſub titulo ſuo reſtituit, Jovi cuſtodi in Capitolio ædem, forum, Flaviæ gentis templum, ſtadium, odeum, & naumachiam exſtruit Titus Flavius Domitianus.*

1 Plurima & ampliſſima opera [1] incendio abſumpta reſtituit: in queis & Capitolium [2], quod

PLURIMA ET AMPLISSIMA OPERA, quæ adulatorio hoc carmine laudat Mart. IX. 4. al. 3.

> *Quantum jam ſuperis, Cæſar, cæloque dediſti,*
> *Si repetas, & ſi creditor eſſe velis:*
> *Grandis in ætherio licet auctio fiat Olympo,*
> *Coganturque dei vendere quidquid habent:*
> *Conturbabit Atlas, & non erit uncia tota,*
> *Decidat tecum qua pater ipſe deum.*
> *Pro Capitolinis quid enim tibi ſolvere templis,*
> *Quid pro Tarpejæ frondis honore poteſt?*
> *Quid pro culminibus geminis matrona Tonantis?*
> *Pallada prætereo: res agit illa tuas.*
> *Quid loquar Alciden, Phœbumque, pioſque Laconas?*
> *Addita quid Latio Flavia templa polo?*
> *Exſpectes, & ſuſtineas, Auguſte, neceſſe eſt:*
> *Nam tibi quod ſolvat, non habet arca Jovis.*

Sed jure vituperat Plutarch. Poplic. p. 105. B. Ὁ μέν τοι θαυμάσας τοῦ Καπιτωλίου τὴν πολυτέλειαν, εἰ μίαν εἶδεν ἐν οἰκίᾳ Δομετιανοῦ στοὰν, ἢ βασιλικὴν, ἢ βαλανεῖον

quod rurſus arſerat [3] ſed omnia ſub titulo tantum ſuo [4], ac ſine ulla priſtini auctoris memoria. Novam autem excitavit ædem in Capitolio cuſtodi Jovi [5], & *forum*, 2
quod nunc *Nervæ* vocatur [6]. Item Flaviæ templum [7] gentis, & ſtadium [8], & 3
odeum,

νεῖον, ἢ παλλακίδων δίαιταν, οἷόν ἐστι τὸ λεγόμενον Ἐπιχάρμου πρὸς τὸν ἄσωτον,

> Οὐ φιλάνθρωπος τύ γ᾽ ἐσσί· ἔχεις νόσον,
> Χαίρεις διδούς,

τοιοῦτον ἄν τι πρὸς Δομετιανὸν εἰπεῖν προήχθη. Οὐκ εὐσεβὴς, οὐδὲ φιλότιμος τύ γ᾽ ἐσσί· ἔχεις νόσον, χαίρεις κατοικοδομῶν· ὥσπερ ὁ Μίδας ἐκεῖνος, ἅπαντά σοι χρυσᾶ καὶ λίθινα βουλόμενος γίνεσθαι. *At quibus facit Capitolii magnificentia admirationem, hi unam ſi in Domitiani domo videant porticum, vel baſilicam, vel balneum, vel pellicum diætam: cujuſcemodi eſt Epicharmi ad gurgitem dictum,*

> *Non benignus es, habes morbum,*
> *Profuſione gaudens,*

conſimile quid ad Domitianum cogatur dicere: Non tu quidem religioſus, nec magnificus es: morbo teneris, gaudes, quum in ædificia omnia profundas: qui, ut Midas ille, omnia tibi aurea fieri, & gemmea cupis.

2. CAPITOLIUM *reſtituerit* quomodo Domitianus, narrat Plutarch. Poplic. p. 105. A. Ὁ δὲ τέταρτος, ὑπὸ Δομετιανοῦ, καὶ συνετελέσθη, καὶ καθιερώθη. Λέγεται δὲ Ταρκύνιον εἰς τοὺς θεμελίους ἀναλῶσαι λίτρας ἀργυρίου τετρακισμυρίας. Τούτου δὲ τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς τὸν μέγιστον ἐν Ῥώμῃ τῶν ἰδιωτικῶν πλοῦτον ἐκλογισθέντα, τὸ τῆς χρυσώσεως μὴ τελέσαι ἀνάλωμα, πλέον ἢ δισχιλίων καὶ μυρίων ταλάντων γενόμενον. Οἱ δὲ κίονες ἐκ τοῦ Πεντέλησιν ἐτμήθησαν λίθου, κάλλιστα τῷ πάχει πρὸς τὸ μῆκος ἔχοντες· εἴδομεν γὰρ αὐτοὺς Ἀθήνησιν. Ἐν δὲ Ῥώμῃ πληγέντες αὖθις καὶ ἀναξυσθέντες, οὐ τοσοῦτον ἔσχον γλαφυρίας, ὅσον ἀπώλεσαν συμμετρίας, τοῦ καλοῦ διάκενοι καὶ λαγαροὶ φανέντες. *Quartum hoc a Domitiano, & expletum eſt, & dedicatum. Dicitur in fundamenta impendiſſe Tarquinius quadraginta millia pondo argenti. At hujus, quod nunc exſtat, vel maximas unius privati Romani reputatas opes non ſuppeditaſſe in deaurationem, in quam plus duodecim millia talentum exhauſta. Columnæ ſunt ex marmore Pentelico exciſæ quadrato, quarum elegantiſſime reſpondebat craſſitudini longitudo: eas enim vidimus Athenis. Nec Romæ dejectis denuo, expolitiſque, tantum acceſſit venuſtatis, quantum deceſſit ſymmetriæ, apparuitque exilibus redditis exhauſtus decor.*

3. RURSUS ARSIT *Capitolium* ſtatim ab exceſſu Veſpaſiani. Plutarch. Poplic. p. 104. F. Ἅμα γὰρ τῷ τελευτῆσαι Οὐεσπασιανὸν, ἐνεπρήσθη τὸ Καπιτώλιον. *Simul enim atque deceſſit Veſpaſianus, Capitolium hauſtum incendio eſt.*

* 4. TITULUS eſt inſcriptio, quæ nomen auctoris, vel qualitatem operis, aut tempus indicat, & quaſi tuetur. *Nicquet. Titul. S. Cruc.* I. 6. *Steuch. in Veges.* II. 8. Suo tantum *titulo* Capitolium reſtituiſſe Domitianum nemo miretur, quia ejus animus totus ad immanitatem, atque ambitionem incubuerat. *Rycq. de Capitol. c.* 11. V. ſupr. Aug. 31. 8. §. 38.

— * 5. CUSTOS JUPITER eſt appellatus, & in primis cultus a Romanis. Senec. Nat. Quæſt. II. 45. *Eundem, quem nos Jovem, intelligunt cuſtodem, rectoremque univerſi.* Apul. de Mund. p. 752. *Multi vocant Urbis cuſtodem.* Huic Domitianus excitavit ædem, quia bello Viteliano periculum ſibi imminens effugerat. Ejus fugam cum narraſſet, pergit Tacit. Hiſt. III. 74. 2. *At potiente rerum patre, disjecto æditui contubernio, modicum ſacellum Jovi conſervatori, aramque poſuit, caſuſque ſuos in marmore expreſſit. Mox imperium adeptus, Jovi cuſtodi templum ingens, ſeque in ſinu dei ſacravit.*

6. FORUM, QUOD NUNC NERVÆ VOCATUR, quia a Domitiano inchoatum *Nerva* perfecit, & agnominavit. Aurel. Victor. de Cæſ. 12. 2. *Ideo, imperio, ſe abdicavit* Nerva, *dedicato prius foro, quod appellatur Pervium: quo ædes Minervæ eminentior, & magnificentior.* De hoc *Nervæ foro* loqui Pauſaniam putat Lipſ. Admir. III. 7. Ita enim ille Φωκικ. p. 321. Ῥωμαίοις δὲ ἡ ἀγορὰ, μεγέθους εἵνεκα, καὶ κατασκευῆς τῆς ἄλλης θαῦμα οὖσα, παρέχεται τὸν ὄροφον χαλκοῦν. *Romanis forum, quod & magnitudine, & alio apparatu omni inſtar miraculi eſt, exhibet tectum, & camerationem æream.* Dicebatur & *Tranſitorium.* V. Lamprid. ſupr. Cal. 35. 4. §. 16. * (quod Jani templum habebat, cui quatuor inerant portæ ſive arcus. Jani autem ejuſmodi quadrolateri tranſitiones dicebantur, quod ſemper tranſeuntibus paterent. Nam Nerva Janum quadrifrontem ex humiliori delubro ſuum in *forum* tranſtulit.) Mart. X. 27. 3.

> *Pervius exiguos habitabas ante Penates,*
> *Plurima qua medium Roma terebat iter:*
> *Nunc tua Cæſareis cinguntur limina donis,*
> *Et fora tot numeras, Jane, quot ora geris.*

Dicit enim in anguſto olim quadrifariam pervium hunc Janum fuiſſe; nunc in *foro Nervæ* cingi porticibus, & quæ alia ipſe ſtruxit; ſed & ab eo iter & adſpectus ad alia fora eſſe. *(Serv. Æn. VII. 607. *Poſtea captis Phaleris civitate Tuſciæ inventum eſt ſimulacrum Jani cum frontibus quatuor, propter quod in foro tranſitorio conſtitutum eſt illi ſacrarium aliud, quod novimus quatuor portas habere. Martis forum* prius fuiſſe dictum docemur, ut putat Barth. ad Stat. Sylv. IV. I. 15. collatis duobus locis Schol. Juv. X. 24. & XIV. 261. quorum priori *forum Trajani*, poſteriori *forum Martis* vocatur.) Fuit ſitum inter Capitolinum & Quirinalem colles. Præter *Lipſium* V. *Pancirol. de* 14. *reg. Urb. p.* 8. *Pollet. For. Rom.* I. 3. *Donat. de Urb. Rom.* II. 29. *Nardin. Rom. Vet.* III. 14. *Borrich. Ant. Urb. Fac. c.* 10. §. 5.

7. TEMPLUM hoc V. ſupr. I. I. §. 4.

* 8. STADIUM V. ſupr. Cæſ. 39. 9. §. 40. Hoc

odeum [9], & naumachiam [10], e cujus poſtea lapide [11] maximus [12] circus, deuſtis [13] utrimque lateribus, exſtructus eſt [14].

prope naumachiam fortaſſe exſtruxit, in quo præter curſum certamine gymnico exercerentur pugiles. Huic ſpectaculo præſediſſe Domitianum tradidit Suet. c. 4. n. 10. *Donat. de Urb. Rom.* III. 16. *Fabric. Deſcr. Urb. Rom. c.* 12. Nos quadratos lateres ampliſſimos ex ruinis, quæ eccleſiam S. Sylveſtri monialium, nunc celebre monaſterium ſepiunt, extractos vidimus, quorum pars literas habet a figulo, priuſquam cæmentum exſiccaretur, impreſſas in hæc verba: DOMITIANA MAJOR PARS. DOMITIANA MINOR. *Blond. Inſtaur. Rom.* II. §. 13. Sed ex his mihi potius colligi poſſe videtur, Domitianum partes ejus quaſdam ampliaſſe, quarum hæc fuerit in lateribus diſtinctio. *Nardin. Rom. Vet.* VI. 10.

9. ODEUM Athenis locus fuit, theatri ſpeciem habens, in quo certamina muſica ſpectabantur. Dicebatur a cantu. Struxerat illum Pericles. Suidas. Ὠιδεῖον Ἀθήνησι ὥσπερ θέατρον, ὃ πεποίηκεν, ὥς φασι, Περικλῆς, εἰς τὸ ἐπιδείκνυσθαι τοὺς μουσικούς. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ᾠδεῖον ἐκλήθη ἀπὸ τῆς ᾠδῆς. *Odeum Athenis tanquam theatrum erat, quod, ut ajunt, Pericles exſtruxit, ut muſicos oſtentaret. Propterea enim etiam vocatum eſt* ᾠδεῖον ἀπὸ τῆς ᾠδῆς. * (*Cantilenarium* Latine dici poſſe ſcribit *Rittersh. in Salvian. p.* 57. & *cantatorium* ad *Suidam Æmylius Portus.*) Deſcribitur Plutarch. Pericl. p. 160. A. Τὸ δ' ᾠδεῖον, τῇ μὲν ἐντὸς διαθέσει πολύεδρον καὶ πολύστυλον, τῇ δ' ἐρέψει περικλινὲς καὶ κάταντες ἐκ μιᾶς κορυφῆς πεποιημένον, εἰκόνα λέγουσι γενέσθαι καὶ μίμημα τῆς βασιλέως σκηνῆς. *Odeum, cujus interior deſcriptio habet multa ſedilia, multaſque columnas, tectum autem ſubvexum & acclive, in unum aſſurgens faſtigium, imaginem ferunt eſſe, & ſimulacrum tabernaculi regis.* *(Et Ariſtophanis Scholiaſtæ p. 510. Τόπος ἐστὶ θεατροειδής, ἐν ᾧ εἰώθασι τὰ ποιήματα ἀπαγγέλλειν, πρὶν τῆς εἰς τὸ θέατρον ἀπαγγελίας. *Locus erat in theatri ſpeciem, in quo de more poemata oſtendebantur, antequam theatro publicarentur.*) Ejus meminerunt Pauſan. Ἀττικ. p. 7. & 13. Vitruv. v. 9. Romæ quatuor *odea* fuerunt: unum in Aventino, alterum inter Palatium & Cœlium ad metam ſudantem, tertium prope theatrum Pompeji. * (Hoc videtur innuere Ammian. XVI. 10. ubi jungit *Pompeji theatrum, & odeum.*) quartum hoc Domitiani. Hoc ubi poſuerit, non conſtat ut monet Donat. Rom. III. 16. Hujus meminerunt Eutropius, Euſebius. Trajani opus fuiſſe vult, ſi non erraverit, Xiphil. LXIX. p. 789. C. Τὸν Ἀπολλόδωρον τὸν ἀρχιτέκτονα τὸν τὴν ἀγορὰν, καὶ τὸ ᾠδεῖον, τό τε γυμνάσιον, τὰ τοῦ Τραϊανοῦ ποιήματα, ἐν τῇ Ῥώμῃ κατασκευάσαντα, τὸ μὲν πρῶτον ἐφυγάδευσε, ἔπειτα δὲ καὶ ἀπέκτεινε. *Apollodorum vero architectum, qui forum, & odeum, & gymnaſium, opera Trajani, Romæ fecerat, primum exſilio, deinde etiam morte multavit.* De odeo ex recentioribus ſcripſerunt quoque *Marcilius, Onuphr. de lud. circ.* II. I. & in illum *Argol. p.* 55. *Pinell. p.* 117. *Mercur. Gymn.* III. 7. *Buleng. de theat.* I. 26. *Philand.* & *Dan. Barbar. in Vitruvium, Baldus in vocib. Vitruv. Voſſ. Lex. Nardin. Rom. vet.* VI. 10.

10. NAUMACHIA quid fuerit, dixi ſupr. Cæſ. 39. 2. §. 9. Hujus adhuc aliqua creduntur exſtare veſtigia poſt Sylveſtri fanum, inter Flaminiam viam, & Pincianum collem, vinetis cooperta. *Sabellicus.* * *Donat. de Rom. vet.* III. 16. *Blond. Inſtaur. Rom.* II. §. 13. Sed quæ ſigna, aut veſtigia ejus ſupereſſe poſt tot ſecula potuere, quum paullo poſt Domitiani principatum diruta fuerit, ut teſtatur noſt. h. l. Nihilominus ſub ædem S. Trinitatis in montibus ætate etiam Fulvii & Marliani cavitas quædam terræ, quod certum puto *naumachiæ* indicium cum veſtigiis ſpectaculorum, id eſt, parietum marmore & lapide Tiburtino ſpoliatorum viſa fuit, ut illi ipſi ſcriptores teſtantur; quæ nunc a nobis fruſtra requiruntur. Repugnat nonnihil quod *juxta Tiberim* legatur ſupr. c. 4. n. 6. Sed V. locum. *Nardin. Rom. Vet.* VI. 10.

* 11. LAPIDE, quo naumachiæ lacus circumſtruebatur, ut dictum ſupr. 4. 6. §. 20.

12. CIRCUM MAXIMUM V. ſupr. Cæſ. 39. 5. §. 25.

13. DEUSTIS imperante Tiberio. Tacit. Ann. VI. 45. I. *Idem annus*, ab U. C. 788. fuerunt enim conſules Q. Plautius, Sex. Papinius, *gravi igne Urbem adfecit, deuſta parte circi, quæ Aventino eſt contigua, ipſoque Aventino.* Et deinde Nerone. Tacitus ſupr. Ner. 38. 2. §. 6.

14. EXSTRUXIT circum maximum Tarquinius, ampliavit Cæſar dictator, ut docui ſupr. Cæſ. 39. 5. §. 25. Inſtauravit Trajanus Xiphil. LXVIII. p. 772. B. Ὥστε καὶ τῷ ἱπποδρόμῳ ἐπιγράψαι, ὅτι ἐξαρκοῦντα αὐτὸν τῷ τῶν Ῥωμαίων δήμῳ ἐποίησεν, ἐπειδὰν συμπεσόντα πη, καὶ μείζω, καὶ περικαλλέστερον ἐξειργάσατο. *Itaque poſtquam circum collapſum reſtituit, majoremque reddidit, atque pulcriorem, inſcripſit in eo; perfeciſſe ſe, ut populo Romano ſufficeret.* Plin. Paneg. 51. 3. *Hic immenſum latus circi templorum pulcritudinem provocat, digna populo victore gentium ſedes.*

CAPUT VI.

ARG. *In Cattos, Sarmatas, Dacos expeditionem ſuſcipit, de Cattis, Dacisque triumphum agit, de Sarmatis Capitolino Jovi lauream refert, & a L. Antonio bellum civile motum feliciter abſens conficit Titus Flavius Domitianus.*

Expe-

Digitized by Google

Expeditiones partim ſponte ſuſcepit, partim neceſſario. Sponte in Cattos [1], ne- 1. 2
ceſſario unam in Sarmatas [2], legione cum legato ſimul cæſa. In Dacos [3] duas, 3
primam Appio Sabino [4] conſulari [5] oppreſſo, ſecundam [6] Cornelio Fuſco [7] præfecto
cohortium prætorianarum, cui belli ſummam commiſerat. De Cattis [8] Daciſque [9] 4
poſt

CATTORUM ſedes deſcribit Tacit. Germ. 30. 1. *Ultra hos*, Gallos Alemannos, *Catti initium ſedis ab Hercynio ſaltu inchoant, non ita effuſis, ac paluſtribus locis, ut cætera civitates, in quas Germania pateſcit: durant ſiquidem colles, paullatimque rareſcunt: Cattos ſuos ſaltus Hercynius proſequitur ſimul atque deponit. Catti* nunc *Haſſi* dicuntur. *Cattorum* finibus nunc comprehenduntur iſtæ regiones: Thuringia & Haſſia totæ: omnis item Grubbenhagenſis ducatus: epiſcopatus Paderbornenſis dimidia pars Viſurgi adfixa: abbatia Fuldenſis: Franconiæ, Coburgienſiſque ducatuum portiones. *Cluver. Germ.* III. 5. In *Cattos* movendorum armorum, ſi modo in illos moverit Domitianus, cauſam indicat Dio LXVII. p. 760. E. Χαριόμηρος δὲ ὁ τῶν Χερούσκων βασιλεὺς, ὑπὸ Χάττων ἐκ τῆς ἀρχῆς διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν ἐκπεσὼν, τὸ μὲν πρῶτον ἑταίρους τινὰς παρέλαβε, καὶ κρείττων ἐν τῇ καθόδῳ ἐγένετο. Ἔπειτα ἐγκαταλειφθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἐπειδὴ ὁμήρους τοῖς Ῥωμαίοις ἔπεμψε, καὶ τὸν Δομιτιανὸν ἱκέτευσε: καὶ συμμαχίας μὲν οὐκ ἔτυχε, χρήματα δὲ ἔλαβε. *Chariomerus autem, rex Cheruſcorum, a Chattis imperio ſuo propter amicitiam, quam cum Romanis colebat, ejectus; primum ſocios ſibi quoſdam adjunxit, & in recuperando regno ſuperior evaſit. Poſtea deſertus ab eis, quum Romanis obſides miſiſſet, ac Domitianum ſupplex oraſſet, non impetratis auxiliis, pecuniam tamen accepit.*

2. SARMATÆ, *Græcis Sauromatæ* dicuntur Plin. IV. 12. Νοτιώτεροι δὲ τούτων καὶ ὑπὲρ τῆς Μαιώτιδος. *Ab his*, Roxolanis, qui ideo *Sarmatica gens* dicuntur Tacit. Hiſt. I. 79. 1. *verſus meridiem ſunt.* Strab. II. p. 78. In Scythia. Stephanus. Σαρμάται, ἔθνος Σκυθικόν. Ἡ χώρα αὐτῶν Σαρματία. *Sarmatæ, gens Scythica. Eorum regio Sarmatia. Sobolem Medorum* eſſe dicit Plin. VI. 7. *Amazonum* Herodot. IV. p. 249. Erat duplex, Europæa, quæ occaſum ſpectabat, nam huic bellum fecerit Domitianus, complectitur hodie Moldaviæ partem, inter Tyram, Iſtrum, & Hieraſum amnes: Hungariæ partem inter Patiſſum & Iſtrum: Poloniæ regnum ultra Viſtulam, Boruſſiam, Livoniam, Lithuaniam, Ruſſiam, hoc eſt magni ducis Muſcoviæ imperium, & minoris Tartariæ partem, quæ Cremea dicitur, uti docet *Cluver. Introd. Geogr.* IV. 21. Et Aſiatica, quæ Orientem.

3. DACOS V. ſupr. Aug. 21. 2. §. 11. Bellum cum illis geſtum deſcribit Xiphil. LXVII. p. 761. C. Μέγιστος δὲ δὴ πόλεμος Ῥωμαίοις τότε πρὸς τοὺς Δάκους ἐγένετο, ὧν τότε Δεκέβαλος ἐβασίλευε. Ὁ Δομιτιανὸς μὲν οὖν ἐξεστρατεύσατο μὲν ἐπ' αὐτοὺς, οὐ μέντοι καὶ τοῦ πολέμου προσήψατο, ἄλλους δὲ πέμψας εἰς τὸν πόλεμον στρατηγοὺς, τὰ πλείω κακῶς ἀπήλλασσεν: ἐς δὲ τὴν Ῥώμην ὡς καὶ κεκρατηκὼς ἐπέστειλε. *Per id tempus maximum bellum fuit populo Romano cum Dacis, apud quos Decebalus regnum obtinebat. Domitianus ducto in eos exercitu, quamquam ipſe bellum nulla ex parte attigit, miſſis ad bellum ducibus, plerumque rem male geſſit, ac nihilominus ut victor Romam literas miſit.*

4. APPIUM SABINUM *cum magno exercitu occiſum eſſe* dicit Eutrop. VII. 17.

5. CONSULARI de quo ſupr. Tib. 32. 1. §. 1.

6. SECUNDAM *expeditionem* in Dacos quanta reipublicæ pernicie ſuſceperit Domitianus, reticent auctores. Oroſ. VII. 10. *Nam quanta fuerint Diurpanei* (*Decebalus* dicitur Xiphil. ſupr. §. 3. infr. §. 10.) *Dacorum regis cum Fuſco duce prælia, quantaque Romanorum clades, longo textu evolverem, niſi C. Tacitus, qui hanc hiſtoriam diligentiſſimo contexuit, de reticendo interfectorum numero, & Salluſtium Criſpum, & alios auctores quam plurimos ſanxiſſe, & ſeipſum idem potiſſimum elegiſſe dixiſſet.*

7. CORNELIUS FUSCUS, *vigens ætate, claris natalibus, prima juventa, quietis cupidine, ſenatorium ordinem exuerat. Idem pro Galba dux coloniæ ſuæ, eaque opera procurationem adeptus, ſuſceptis Veſpaſiani partibus, acerrimam bello facem prætulit: non tam præmiis periculorum, quam ipſis periculis lætus, pro certis, & olim partis, nova, ambigua, ancipitia malebat*, ut deſcribitur Tacit. Hiſt. II, 86. 6. Et illum *cum magno exercitu occiſum eſſe* dicit Eutropius. Dicit etiam Juven. IV. 111.

Et, qui vulturibus ſervabat viſcera Dacis,
Fuſcus, marmorea meditatus prælia villa.

Ejus epitaphium hoc ſcripſit Mart. VI. 52. al. 76.

Ille ſacri lateris cuſtos, Martiſque togati,
Credita cui ſummi caſtra fuere ducis:
Hic ſitus eſt Fuſcus, licet hoc, Fortuna, fateri,
Non timet hoſtiles jam lapis iſte minas.
Grande jugum domita Dacus cervice recepit,
Et famulum victrix poſſidet umbra nemus.

8. DE CATTIS *triumphum egiſſe* Domitianum dicunt etiam Stat. Sylv. I. 1. 27.

Das Cattis, Daciſque fidem.

Mart. III. 2. 6.

Quæ datur ex Cattis, laurea tota tua eſt.

Ex triumpho de *Cattis Germaniæ* populis *Germanici* cognomentum Domitiano fuiſſe putat *Marcilius.*

9. DE DACIS *triumphum egiſſe* Domitianum dixit etiam Statius ſupr. §. 8. Unde *Dacicus* dictus Juven. VI. 205.

—— cum lance beata
Dacicus, & ſcripto radiat Germanicus auro.

Et

5 poſt varia prælia duplicem triumphum [10] egit. De Sarmatis lauream modo [11] Capi-
6 tolino Jovi [12] retulit. Bellum civile [13] motum a L. Antonio ſuperioris Germaniæ
præſide confecit abſens felicitate mira: cum ipſa dimicationis hora reſolutus repente
7 Rhenus [14] tranſituras ad Antonium copias Barbarorum inhibuiſſet. De qua victoria
8 prius præſagiis, quam nuntiis comperit. Siquidem ipſo, quo dimicatum erat, die,
ſtatuam [15] ejus Romæ inſignis aquila circumplexa pennis, clangores lætiſſimos edidit:

Et Martialis procem. VIII. *Imperatori Domitiano, Cæſari Auguſto, Germanico, Dacico, Valerius Martialis ſalutem.*

10. TRIUMPHOS de Cattis Daciſque egit Domitianus, ſed pecunia emptos. Tacit. Agric. c. 39. n. 2. *Inerat conſcientia, deriſui fuiſſe nuper falſum e Germania triumphum, emptis per commercia, quorum habitus & crines in captivorum ſpeciem formarentur.* Xiphil. p. 762. A. Ὁ αὐτὸς Δομιτιανὸς ἡττηθεὶς ὑπὸ Μαρκομάνων, καὶ φυγὼν ἔπεμψε διὰ ταχέων πρὸς τὸν Δεκέβαλον τῶν Δακῶν βασιλέα, καὶ ἐς σπονδὰς αὐτὸν ὑπηγάγετο, ἃς πολλάκις αἰτήσαντι αὐτῷ πρότερον οὐκ ἐδεδώκει. Καὶ ὃς ἐδέξατο μὲν τὴν σύμβασιν (δεινῶς γὰρ ἐταλαιπώρητο) οὐ μέντοι καὶ αὐτὸς ἠθέλησεν ἐς λόγους αὐτῷ ἐλθεῖν, ἀλλ' ἔπεμψε τὸν Διῆγιν μετὰ τῶν ἀνδρῶν, τάτε ὅπλα, καὶ αἰχμαλώτους τινὰς, ὡς καὶ μόνους ἐκείνους ἔχων, δώσοντα. Γενομένου δὲ τούτου, ὁ Δομιτιανὸς τῷ Διήγιδι διάδημα ἐπέθηκε, καθάπερ ὡς ἀληθῶς κεκρατηκὼς, καὶ βασιλέα τινὰ τοῖς Δακοῖς δοῦναι δυνάμενος: καὶ τοῖς στρατιώταις καὶ τιμὰς, καὶ ἀργύριον ἐχαρίσατο: καὶ ἐς τὴν Ῥώμην, ὡς νενικηκὼς, ἀπέστειλε τάτε ἄλλα, καὶ πρέσβεις παρὰ τοῦ Δεκεβάλου, ἐπιστολήν τε, ὥσγε ἔφασκεν, ἣν ἐλέγετο πεπλακέναι, καὶ πολλοῖς τὴν ἑορτὴν πομπείοις ἐκόσμησεν, οὐκ ἐξ ὧν εἷλε, (πᾶν γὰρ τοὐναντίον) καὶ προσανάλωσε ταῖς σπονδαῖς, συχνὰ μὲν καὶ αὐτίκα χρήματα, καὶ δημιουργοὺς παντοίας τέχνης, καὶ εἰρηνικῆς, καὶ πολεμικῆς, τῷ Δεκεβάλῳ δούς. *Idem Domitianus a Marcomannis victus, & in fugam conjectus, celeres ad Decebalum Dacorum regem nuntios miſit, & ad pacem ineundam eum invitavit, quam ſæpius ante petenti non dederat. Decebalus autem, quod gravibus malis conflictaretur, admiſit quidem oblatam paciſcendi commoditatem, non tamen ipſe cum Domitiano in colloquium venire voluit, ſed Diegim cum comitatu miſit, qui arma cum captivis quibuſdam, quos ſolos ſe habere præferebat, traderet. Id ubi factum eſſet, diadema Diegidi Domitianus impoſuit, quaſi reapſe victoria potitus fuiſſet, ac regem Dacis dandi poteſtatem haberet: Inde militibus ſuis, & honores, & argentum donavit, ac Romam, ceu victor, cum alia miſit, tum legatos a Decebalo, & epiſtolam ejus, ut ipſe quidem ajebat, (nam confictam perhibebant) multiſque triumphum ferculis ornavit, non iis, quæ cepiſſet ab hoſtibus; (erant enim omnia potius e contrario comparata) ſed ad pacem obtinendam de ſuo quoque fecit impenſas, quum magnam mox pecuniæ vim, & opifices peritos variorum artificiorum, tam pace, quam bello utilium Decebalo daret.*

11. MODO. Victis enim Sarmatis triumphum recuſavit. Stat. Sylv. III. 3. 170.

Quæ modo Marcomanos poſt horrida bella, vageſque
Sauromatas Latio, non eſt dignata triumpho.

12. CAPITOLINO JOVI *lauream referre* I. in ejus gremium deponere interdum ſolebant imperatores victores. Plin. XV. 30. *Faſces imperatorum* laurea *decorat. Ex his in gremio Jovis Optimi Maximi deponitur, quoties lætitiam nova victoria attulit.* Sil. Ital. XV. 120.

——— laurumque ſuperbam
In gremio Jovis exciſis deponere Pœnis.

Noſt. Ner. 13. 4. V. exempla congerentes, *Buleng. de triumph. c. 16. Lipſ. in Plin. Paneg. c. 8. Laz. Comm. R. R.* II. 4: IX. 20. Hæc *lauri* depoſitio habebat triumphi ſpeciem, & imaginem quaſi aliquam, ſed non erat triumphus. Unde de Pannonici, ſive Sarmatici belli gloria dum agit Martialis, *ſecretum* appellat hunc *triumphum* VIII. 15. 5.

Hos quoque ſecretos memoravit Roma triumphos.

Cauſa vero *triumphis ſecretis* fuit, ſi ex cive parta victoria, qualis *laurea* C. Antonii ex bello Catilinario: aut ex bello, non acie, ſed pace, & pactione, qualis hæc Domitiani *laurea* de Sarmatis: aut non ex bello, ſed actis urbanis, cujuſmodi *laurea* Neronis, de qua modo: aut ex rebus geſtis, ſed non dignis juſto triumpho, qualis *laurea* Ciceronis. V. quoque *Marcilium* & *Caſaubonum*.

13. BELLUM CIVILE *movit* L. Antonius, vel quia ſe M. Antonio triumviro ſimilem fore ſperavit. Mart. IV. 9. al. 11. quod in Antonium Saturninum ſcripſit.

Dum nimium vano tumefactus nomine gaudes,
Et Saturninum te pudet eſſe miſer:
Impia Parrhaſia moviſti bella ſub urſa,
Qualia qui Pharia conjugis arma tulit.

Vel quia Domitiani verborum injuriam ferre non potuit. Aurel. Vict. Epit. 11. 9. *His ejus ſævitiis, ac maxime injuria verborum, qua ſe ſcortum vocari dolebat, accenſus Antonius curans Germaniam ſuperiorem, imperium corripuit.*

* 14. RHENUS gelu duratus pontem & tranſitum præſtabat barbarorum Germanorum incurſibus, Mart. X. 7. 3. ad Rhenum.

Sic ſemper liquidis fruaris undis,
Nec te barbara contumelioſi
Calcatum rota conterat bubulci.

15. STATUÆ victoriarum omina etiam dederunt. Exemplum & aliud exhibeo ſupr. Aug. 92. 4. §. 7.

16. Oc-

dit: paulloque poſt occiſum [16] Antonium adeo vulgatum eſt, ut caput ejus quoque apportatum vidiſſe ſe plerique contenderent.

16. OCCIDIT *Antonium* Lucius Maximus, Xiphil. p. 764. B. Ὁ καὶ ἐγένετο Ἀντώνιος δέ τις ἐν Γερμανίᾳ ἄρχων κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον, τῷ Δομετιανῷ ἐπανέστη. Ὃν Λούκιος Μάξιμος κατηγωνίσατο, καὶ καθεῖλεν. *Per id tempus Antonius, qui Germaniæ præerat, inſurgere contra Domitianum eſt auſus. Contra hunc Lucius Maximus bello certavit, illumque ſuſtulit.* * Qui & inde in lapide, ut monet Reineſ. Inſcr. Claſſ. 1. 14. *Confector belli Germanici* dicitur.

17. VULGATUM EST Romæ occiſum Antonium eodem die, quo pugnatum fuerat. Plutarch. Paull. Æmil. p. 268. D. Ὅτε γὰρ Ἀντώνιος ἀπέστη Δομετιανοῦ, καὶ πολὺς πόλεμος ἀπὸ Γερμανίας προσεδοκᾶτο τῆς Ῥώμης ταραττομένης, ἄφνω καὶ αὐτομάτως ὁ δῆμος ἐξ αὐτοῦ φήμην ἀνέδωκε νίκης, καὶ τὴν Ῥώμην ἐπέδραμε λόγος αὐτόν τε τὸν Ἀντώνιον ἀνῃρῆσθαι, καὶ τοῦ σὺν αὐτῷ στρατεύματος ἡττημένου μηδὲν μέρος λελεῖφθαι. Τοσαύτην δὲ λαμπρότητα καὶ ῥύμην ἡ πίστις ἔσχεν, ὥστε καὶ θῦσαι τῶν ἐν τέλει πολλούς. Ζητουμένου δὲ τοῦ πρώτου φράσαντος, ὡς οὐδεὶς ἦν, ἀλλ' ὁ λόγος ἄλλον ἐξ ἄλλου διωκόμενος ἀνέφευγε, καὶ τέλος καταδὺς, ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς, τὸν ἄπειρον ὄχλον, ἐφάνη μηδεμίαν ἀρχὴν ἔχων βέβαιον, αὕτη μὲν ἡ φήμη ταχὺ τῆς πόλεως ἐξεῤῥύη. Πορευομένῳ δὲ τῷ Δομετιανῷ μετὰ δυνάμεως ἐπὶ τὸν πόλεμον, ἤδη καθ' ὁδὸν ἀγγελία καὶ γράμματα φράζοντα τὴν νίκην ἀπήντησεν. Ἡ δ' αὐτὴ τοῦ κατορθώματος ἡμέρα, καὶ τῆς φήμης ἐγεγόνει, ἐπιπλέον ἢ δισμυρίους σταδίους τῶν τόπων διεστώτων. *Quum a Domitiano Antonius deſciviſſet, atque ingens bellum in exſpectatione eſſet a Germania, Urbe conſternata, repente & ſine auctore populus ex ſeſe famam diſtulit victoriæ, ac ſermo Romam pervagatus eſt, interfectum eſſe Antonium, exercitusque ejus ſtrati nullam partem ſupereſſe. Fuit autem tam certa fides, & flagrans, ut magna pars magiſtratuum ſacrificaret. Cum vero auctor rumoris quæreretur, nec exſtaret ullus, ſed ab alio ad alium rejectus refugeret ſermo, & demerſum denique in multitudinem immenſam velut in vaſtum pelagus ex nulla certa proceſſiſſe origine apparuit, hæc quidem fama propere effluxit Urbe. Cæterum educenti legiones ad bellum Domitiano, nuntius & literæ jam in itinere victoriam ſignificantes occurrere. Rei hujus feliciter geſtæ, & famæ unus fuit dies, locis plus duo millia quingenta milliaria diſtantibus....*

CAPUT VII.

ARG. *Sportulas tollit, circenſibus duas factiones addit, hiſtrionibus ſcenam interdicit, caſtrari mares vetat, ſpadonum pretia moderatur, ne quis in Italia novellares, edicit, officia maxima inter libertinos, equiteſque communicat, geminari legionum caſtra prohibet, & militi quartum ſtipendium addit Titus Flavius Domitianus.*

Multa etiam in communi rerum uſu novavit [1]. Sportulas [2] publicas ſuſtulit, re- 1. 2
vocata cœnarum rectarum [3] conſuetudine. Duas circenſibus [4] gregum factio- 3
nes [5] aurati purpureique panni [6] ad quatuor priſtinas addidit. Interdixit hiſtrioni- 4
bus [7] ſcenam [8], intra domum quidem exercendi artem jure conceſſo. Caſtrari ma- 5
res vetuit [9]. Spadonum, qui reſidui apud mangones [10] erant, pretia moderatus eſt [11].
Ad

* NOVAVIT 1. mutavit. Tertull. de pall. c. 2. *Multa & alia hujuſmodi detrimenta habitum orbis novavere.* Cicer. L. L. III. 5. *Nihil habui, quod putarem novandum in legibus.*

2. SPORTULAS V. ſupr. Ner. 16. 3. §. 10.

3. COENAS RECTAS V. ſupr. Aug. 74. 1. §. 2.

4. CIRCENSES V. ſupr. Cæſ. 39. 1. §. 7.

5. FACTIONES V. ſupr. Cal. 55. 6. §. 13.

6. AURATI PURPUREIQUE PANNI *factiones* circenſibus addidiſſe Domitianum dicit noſter, *aurati, & argentei* Xiphil. p. 760. C. Τοῖς δὲ ἁρματηλάταις δύο γένη ἕτερα, τὸ μὲν χρυσοῦν, τὸ δὲ ἀργυροῦν ὀνομάσας, προσκατέστησε. *Aurigarum duo genera adjunxit, quorum unum aureum, alterum argenteum appellavit.* Quid ſi πορφυροῦν apud Xiphilinum reponere auderemus. Certe res unius ſyllabæ mutatione confieret. Si id religioni habemus, dicendum eſt, inſignem fuiſſe errorem, aut ſupinitatem in exſcribendo Xiphilino. Nam argenteus color albus, atque jam ante factio albata ſupr. Cal. 55. 6. §. 13. *Ruben. Elector.* II. 27. V. etiam *Buleng. de circo c.* 46. *Panvin. de lud. circ.* 1. 10.

7. HISTRIONES V. ſupr. Cæſ. 39. 1. §. 6.

8. SCENAM non privatam, aut *domeſticam*, ut dicitur Tacit. Ann. XV. 39. 3. *Iniſſe eum domeſticam ſcenam*; ſed publicam, & *promiſcuam*, ut eam vocat Tacit. ibid. 33. 1. *Acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiſcuas ſcenas frequentandi.* De hac enim & Tacit. Ann. XIV. 14. 5. *Ratus dedecus amoliri, ſi plures fœdaſſet, nobilium familiarum poſteros, egeſtate venales, in ſcenam deduxit.* V. quoque *Fabr. Semeſt.* 1. 20. & *ſupr. Ner.* 16. 3. §. 20.

9. CASTRARI MARES VETUISSE Domitianum tradit etiam Philoſtr. Apollon. vit. VI. 17. Δομετιανοῦ δὲ βασιλέως ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκτομάς τε μὴ ποιεῖν νομοθετήσαντος. *Per ea tempora Domitianus imperator*

legem

6 Ad ſummam quandam ubertatem vini, frumenti vero inopiam, exiſtimans nimio vinearum ſtudio negligi arva [12], edixit, ne quis in Italia [13] novellaret [14]: utque in provinciis vineta ſucciderentur [15], relicta, ubi plurimum, dimidia parte: nec exſe-
7 qui rem perſeveravit [16]. Quædam ex maximis officiis inter libertinos equiteſque Ro-
8 manos communicavit. Geminari legionum caſtra [17] prohibuit: nec plus, quam mille nummos a quoquam ad ſigna [18] deponi: quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna res novas moliens, fiduciam cepiſſe etiam ex depoſitorum ſumma videbatur.

legem tulerat, ne quis homines faceret eunuchos. Ea de re laudatur non tantum a Martiale & Statio, illi niſi palpare neſciis, ſed etiam ab Ammian. XVIII. 4. *Horum & ſimilium tædio juvat veterem laudare Domitianum, qui licet patris fratriſque diſſimilis memoriam nominis ſui inexpiabili deteſtatione perfudit, tamen receptiſſima inclaruit lege, qua minaciter interdixerat, ne intra terminos juriſdictionis Romanæ caſtraret quiſquam puerum.* Et rurſus Mart. VI. 3. 5.

Plus debet tibi Roma, quod pudica eſt.

Quamvis, ut fratri obtrectaret, hoc vetuerit. Xiphil. LXVII. p. 759. D. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς Ἐαρίνου τινὸς εὐνούχου ἐρῶν, ὅμως ἐπειδὴ καὶ ὁ Τίτος ἰσχυρῶς περὶ τοὺς ἐκτομίας ἐσπουδάκει, ἀπηγόρευσεν ἐπὶ ἐκείνου ὕβρει, μηδένα ἔτι ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐκτέμνεσθαι. *Quas ob res, etſi Earinum eunuchum amabat, tamen quod Titus exſectos quoque plurimum dilexerat, vetuit in ejus contumeliam, ne quis in poſterum intra fines imperii Romani caſtraretur.*

10. MANGONES V. ſupr. Aug. 69. 2. §. 13.

11. MODERATUS EST i. *moderatiora*, & minora fecit, cum alias ſpadones immenſo pretio venditarentur. *Beroaldus.*

12. VINEARUM STUDIO NEGLIGI ARVA. Cujus legis latæ cauſam & aliam adfert Philoſtr. de vit. ſoph. p. 520. D. Ἐδόκει τῷ βασιλεῖ μὴ εἶναι τῇ Ἀσίᾳ ἀμπέλους, ἐπειδὴ ἐν οἴνῳ στασιάζειν ἔδοξαν, ἀλλ' ἐξῃρῆσθαι μὲν τὰς ἤδη πεφυτευμένας, ἄλλας δὲ μὴ φυτεύειν ἔτι. *Vineas in Aſia non eſſe habendas imperatori placuerat: quin etiam quæ plantatæ erant, evellendas eſſe, neque in poſterum de vitibus quidquam eſſe plantandum ſtatuerat, quod in vino ſeditionem agitare viſi fuerant.*

13. IN ITALIA, ita ut perperam dicat Euſeb. ad a. 2108. *Domitianus prohibuit vites in urbibus ſeri.*

14. NOVELLARET i. *novas* vites plantaret. Illas *novellas* vocat Virg. Ecl. III. 11.

Atque mala vites incidere falce novellas.

Hinc *novelletum*, vinea ex *novellis* vitibus conſita. Paull. Digeſt. XXV. 1. 6. *Si novelletum in fundo factum ſit.* Beroaldus.

15. IN PROVINCIIS VINETA SUCCIDERENTUR. Philoſtr. Apollon. VI. 17. Δομετιανοῦ δὲ βασιλέως ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον νομοθετήσαντος, ἀμπέλους τε μὴ φυτεύειν ἔτι, καὶ τὰς πεφυτευμένας δὲ αὐτῶν ἐκκόπτειν, παρελθὼν ἐς τοὺς Ἴωνας ὁ Ἀπολλώνιος, τὰ μὲν προστάγματα οὐ πρὸς ἐμὲ ἔφη, ταῦτα: μόνος γὰρ ἴσως ἀνθρώπων οὔτε αἰδοίων δέομαι, οὔτε οἴνου: λέληθε δὲ ὁ θαυμασιώτατος τῶν μὲν ἀνθρώπων φειδόμενος, τὴν δὲ γῆν εὐνουχίζων. Ὅθεν ἐς θάρσος ἡ Ἰωνία ἦλθε πρεσβεύσασθαι πρὸς τὸν βασιλέα ὑπὲρ ἀμπέλων, καὶ παραιτήσασθαι νόμον. *Per ea tempora Domitianus imperator legem tulerat, ne quis ulterius plantare vites auderet, & quæ ſuo tempore plantatæ fuiſſent, jubebat amputari: veniens itaque ad Iones Apollonius, hæc, inquit, præcepta ad me non attinent: ſolus enim fortaſſis hominum omnium, neque pudendis egeo, neque vino utor: oblitus tamen eſt admirabilis imperator, quod hominibus parcens terram ipſam fecit eunucham. Quamobrem auſi ſunt Iones ad imperatorem legatos pro vitibus mittere, & vacationem legis ab ipſo petere.* Qui etiam pro Aſianis legationem ea de re ſuſcepiſſe Scopelianum docet de vit. ſophiſt. p. 521. A. Ὁ δ' οὕτω τι ἐκ περιουσίας ἐκράτει τῆς πρεσβείας, ὡς μὴ μόνον τὸ ἐξεῖναι φυτεύειν ἐπανελθεῖν ἔχων, ἀλλὰ καὶ ἐπιτίμια κατὰ τῶν μὴ φυτευόντων. *Hic,* Scopelianus, *autem ita ex ſuperabundantia legationis munus exſequutus eſt, ut rediret non hoc ſolum impetrato, quo vites plantare liceret, ſed ut mulcta quoque non plantantibus imponeretur.* * Probus quoque *Gallis omnibus & Hiſpanis ac Pannoniis permiſit, ut vites haberent, vinumque conficerent.* Narrant hoc in Probo *Vopiſc. c. 18. Aurel. Vict. de Cæſ.* 37. 3. *Epit.* 37. 3. *Eutrop.* IX. 11. 4.

16. EXSEQUI REM NON PERSEVERAVIT ob rationem, quam adfert noſter infr. 14. 5.

17. GEMINANTUR LEGIONUM CASTRA, cum duæ legiones coeunt in unum locum, & *caſtra* una, quod ſemper uſus docuit eſſe periculoſum: fere enim *ſecuta exercitus ſeditio, qui plerumque contemplatus frequentiam ſuam, a diſciplina deſciſcit,* ut ait Vellej. II. 81. 1. & milites πρὸς τὴν ὄψιν τοῦ πλήθους σφῶν θρασύνονται, *multitudine ſua efferuntur,* ut inquit Dio XLIX. p. 399. D. V. *Caſaubonum.*

18. AD SIGNA *deponere* ſolebant milites pecunias ſuas. Veget. II. 20. *Illud vero ab antiquis divinitus inſtitutum eſt, ut ex donativo, quod milites conſequuntur, dimidia pars ſequeſtraretur apud ſigna, & ibidem ipſis militibus ſervaretur, ne per luxum, aut inanium rerum comparationem a contubernalibus poſſet abſumi. Miles deinde, qui ſumptus ſuos ſcit apud ſigna depoſitos, de deſerendo nihil cogitat, magis diligit ſigna, pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus ſuam videt poſitam eſſe ſubſtantiam.* V. etiam *Valtrin. de mil.* VI. 3. *Lipſ. in Tacit. p.* 22.

19. QUAR-

Digitized by Google

tur. Addidit & quartum ſtipendium militi, aureos ternos [19]. 9

19. QUARTUM STIPENDIUM.... i. ad tres aureos, ſive ſeptuagenos quinos denarios, quos accipiebant quarto quoque menſe milites, adjecit aureum unum, ſive quinque ac viginti denarios. Zonar. Ann. 11. p. 196. Πέντε καὶ ἑβδομήκοντα δραχμὰς ἑκάστε λαμβάνοντος, ἑκατὸν ἐκέλευσε δίδοσθαι. *Cum eis ſeptuagena quina drachma ſolverentur, centenas dari juſſit*. Hoc *ſtipendium* non fuit menſtruum, nec potuit eſſe annuum, ſed fuit quadrimeſtre. Deni in diem enim aſſes faciunt in menſem triginta dierum aſſes trecenos, denarios (quos non intelligimus niſi ſedecim aſſium) octodecim, & denarii dodrantem, ſeu duodecim aſſes. Binis menſibus fiebant triginta ſeptem denarii, octo aſſes: ternis quinquaginta ſex denarii, quatuor aſſes: quaternis igitur ſeptuaginta quinque denarii ipſi, tres aurei: duodenis ducenti viginti quinque denarii, aurei novem. Septuaginta itaque illi quinque denarii tertia ſunt pars ſummæ hujus, aureorum novem, & illa ſumma tribus penſionibus eſt ſoluta. Hoc non poteſt intelligi aliter factum, quam ut quarto quoque menſe unam acceperint penſionem, tres aureos: neque enim annus in tres partes niſi quatuor menſium ſingulas tribui poteſt. Atque ita apparet ſeptuaginta illos quinque denarios fuiſſe ſtipendium quadrimeſtre. Illud autem quod addidit Domitianus, Zonaræ viginti quinque drachmas, vel denarios, aureum complentes unum, ſi ſingulis penſionibus ſua pars addita putetur, Suetonius vocat *quartum ſtipendium*. Intelligit ergo militem accepiſſe antea tria ſtipendia, quæ nihil aliud ſunt, quam tres penſiones quadrimeſtres unius anni: ſignificat etiam hoc ipſo loquendi genere, non modo penſionibus illis tribus addidiſſe aureos ſingulos Domitianum, ſed etiam pro tribus articulis & penſionibus numerandi militibus annui ſtipendii inſtituiſſe penſiones quatuor: quas oportet neceſſario fuiſſe trimeſtres: neque enim annus in quatuor æquas partes niſi trium menſium dividitur. Sic igitur miles ſub Domitiano *quartum* accepit *ſtipendium*, ſeu quater in anno accepit *ſtipendium* ſingulis vicibus trium aureorum. Plura adhuc *Gronovius*, ex quo hæc tranſtulimus, de *Pecun. vet.* 111. 2. & ante illum *Putean. de Stipend. mil. c.* 10. 11. 12. De hoc *ſtipendio* poteris quoque evolvere ſcribentes *Lipſ. Elect.* 1. 2. *de mil. Rom.* v. 16. *Valtrin. de Milit.* 111. 15. *Schel.* in *Polybii caſtram. c.* 3. *Salmaſ. in Vopiſc. Prob. c.* 4. *Hugon. de mil. equeſt.* 11. 6.

CAPUT VIII.

ARG. *Jus dicit, centumvirorum ſententias reſcindit, recuperatores, ne.... admonet, ædilem ſordidum repetundarum accuſari jubet, magiſtratus urbicos coercet, licentiam theatralem inhibet, ſcripta famoſa abolet, quæſtorium.... ſenatu movet, probroſis feminis.... uſum & jus adimit, equitem Romanum.... judicum albo eradit, Veſtalium virginum inceſta coercet, ac ne qua religio deûm impune contaminaretur, curat Titus Flavius Domitianus.*

Jus diligenter & induſtrie [1] dixit. Plerumque & in foro [2] pro tribunali [3] extra 1
ordinem [4] ambitioſas [5] centumvirorum ſententias reſcidit [6]. Recuperatores [7], ne 2
ſe perfuſoriis [8] aſſertionibus accommodarent, identidem admonuit. Nummarios 3
[9] judices cum ſuo quemque conſilio notavit. Auctor & tribunis plebis fuit ædilem 4

DILIGENTER ET INDUSTRIE, quia *diligentia* in diſcernendo: *induſtria* verſatur in agendo; alterum eſt ingenii, & judicii, alterum laboris, atque operæ. Cicer. Verr. 1. 6. *Quo in negotio induſtriam meam celeritas reditionis, & diligentiam multitudo literarum, & teſtium declaravit.* V. *Popm. de diff. verb.* 11. *p.* 65.

2. IN FORO tribunal poſitum fuiſſe dixi ſupr. Cæſ. 84. 5. §. 39.

3. TRIBUNAL deſcripſi ſupr. Aug. 27. 6. §. 21.

* 4. EXTRA ORDINEM i. quia *ordinarie* non licuerit. V. *Siccam de Centumv. judic.* 1. 6. ſupr. Veſp. 10. 2. §. 8. vel non ſtatis, aut ſollennibus diebus, ſed quibuſcunque. Ita.... explicat ipſe Suetonius Aug. 43. 11.... *Citra ſpectaculorum dies.* Et Tib. 32. 5. eſt illi alio quam ſabbati die. V. *Perizon. Huber. de prætorio. reſp. c.* 20.

* 5. AMBITIOSAS, quod non ea, qua decet, libertate; ſed favore, & gratia fierent. Ulpian. Digeſt. L. 9. 4. *Siccam. de Centumv. judic.* 1. 6. V. etiam ſupr. Aug. 25. 1. §. 4.

6. RESCIDIT i. irritas fecit. *Reſcindendas* eſſe *ſententias ambitioſas* dicit etiam Ulpian. Digeſt. L. 9. 4. *Ambitioſa decreta decurionum reſcindi debent.*

7. RECUPERATORES quinam docui ſupr. Ner. 17. 3. §. 14.

8. PERFUSORIÆ *aſſertiones* dicuntur, ter quaterve dicis cauſa repetitæ in liberalibus cauſis, quibus ſervi in libertatem vindicabantur. Illi vero, quia ſervi, & judicio liberali pro ſe experiri non poterant, *aſſertorem* quærebant. *Cujac. ad tit. Pandect. de excuſ. l.* 13. *Tom.* 11. *p.* 199. *Turneb. Adv.* v. 10. Ab his diſſentientes V. *Torrentium*, *Marcilium* & *Pollet. For. Rom.* 111. 15.

9. NUMMARIOS i. *nummis*, & pecunia corruptos. Cicer. ad Attic. I. 13. *Inſectandis, exagitandiſque num-*

lem ſordidum [10] repetundarum [11] accuſandi, judiceſque in eum a ſenatu petendi [12].
5 Magiſtratibus quoque urbicis, provinciarumque præſidibus coercendis, tantum
curæ adhibuit, ut neque modeſtiores umquam, neque juſtiores exſtiterint: e
quibus pleroſque poſt illum reos omnium criminum vidimus. Suſcepta morum
6 correctione [13], licentiam theatralem promiſcue [14] in equite [15] ſpectandi inhibuit [16].
7 Scripta famoſa, vulgoque edita, quibus primores viri, ac feminæ notabantur,
8 abolevit [17] non ſine auctorum ignominia [18]. Quæſtorium virum [19], quod ge-
9 ſticulandi [20] ſaltandique ſtudio teneretur, movit ſenatu. Probroſis [21] feminis le-
cticæ

mariis judicibus. pro Cluent. c. 27. *Varia judicum genera: nummarii pauci.* Beroaldus, Torrentius, Pollet. For. Rom. v. 9.

10. SORDIDUM i. pecunia corruptum. Plin. Epiſt. III. 9. *Cecilius Claſſicus, homo fœdus, & aperte malus, proconſulatum in ea, non minus violenter, quam ſordide geſſit.* Ita per avaritiam qui pupillum defraudaverat, *ſordide egiſſe* dicitur tutor ab Ulpian. Digeſt. XXVI. 10. 3. §. 5. *Ob dolum in tutela admiſſum ſuſpectum licere poſtulare, ſi forte graſſatus in tutela eſt, aut ſordide egit.* Noſt. infr. 9. 3. *Sordes* etiam pro pecuniaria corruptione accipiunt Icti. Ulpian. Digeſt. IV. 8. 9. §. 3. *Sunt & alii, qui non coguntur ſententiam dicere: ut puta ſi ſordes, aut turpitudo arbitri manifeſta ſit.* V. I. 15. *Dolo malo autem hoc videtur facere, ſi evidens arguatur ejus, vel gratia, vel inimicitia, vel etiam ſordes.* Torrentius, & Polletus.

11. REPETUNDARUM crimen V. ſupr. Cæſ. 4. 1. §. 5.

12. A SENATU PETERE *judices* ſolebant rei. Plin. Epiſt. II. 11. *Marius Priſcus accuſantibus Afris, quibus proconſul præfuit, omiſſa defenſione judices petiit.* Et illos in rebus tenuioribus dare ſolebat *ſenatus.* Plinius. *Ego & Cornelius Tacitus adeſſe provincialibus juſſi, exiſtimavimus fidei noſtræ convenire, notum ſenatui facere, exceſſiſſe Priſcum immanitate, & ſævitia, crimina, quibus dari judices poſſent.* Et, *Noviſſime conſul deſignatus Julius ferox, vir rectus, & ſanctus, Mario quidem judices interim cenſuit dandos.* Etiam hæc *Beroaldus & Pollet. For. Rom.* III. 11.

13. MORUM CORRECTIONEM dixit noſter etiam ſupr. Tib. 42. 3. Hanc perpetuam ſumpſit Domitianus. Xiphil. LXVII. p. 760. C. Τιμητὴς διὰ βίου. Unde Mart. VI. 3. 1.

Cenſor maxime, principumque princeps.

Et, qui æque ſerviliter illi blanditur, Quintil. Inſtit. proœm. IV. *Cum vero mihi Domitianus Auguſtus ſororis ſuæ nepotum delegaverit curam, non ſatis honorem judiciorum cœleſtium intelligam, niſi ex hoc quoque oneris magnitudinem metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi ſit modus, ut eos non immerito probaverit ſanctiſſimus cenſor.* Suſcepit illam octavo conſulatu, ſi omnes ſuffecti, quos antea geſſerat, computentur; ſed quarto tantum, ſi ex ſuffectis duo duntaxat, ut facit Dio, numerentur. Ludit tamen ejus cenſuram Juven. Sat. IV. 11.

Sed nunc de factis levioribus, & tamen alter
Si feciſſet idem, caderet ſub judice morum.

14. PROMISCUE i. indifferenter, ſine diſcrimine, ita ut plebeji etiam equeſtria occuparent.

15. IN EQUITE i. in *equeſtribus*, quæ deſcripſi ſupr. Cal. 26. 8. §. 27. Ita *equeſtribus* qui arcebantur, *equite* arceri dicit Tertull. de ſpectac. c. 22. *Arcentes curia, roſtris, ſenatu, equite.* V. etiam *Fabrum Semeſt.* II. 6.

16. INHIBUIT *licentiam theatralem* i. non novam de ſpectaculis legem tulit; ſed Roſciam, quæ ſenſim elanguerat, reſtituit. Roſciam V. ſupr. Ner. 11. 3. §. 8. V. etiam Claud. 21. 6. §. 27. *Inhibuiſſe* illam *licentiam* Domitianum teſtis eſt Mart. V. 8. 1.

Edictum domini, deique noſtri,
Quo ſubſellia certiora fiunt,
Et puros eques ordines recepit:
Dum laudat modo Phaſis in theatro,
Phaſis purpureis ruber lacernis,
Et jactat tumido ſuperbus ore;
Tandem commodius licet ſedere,
Nunc eſt reddita dignitas equeſtris,
Turba non premimur, nec inquinamur:
Hæc & talia dum refert ſupinus,
Illas purpureas, & arrogantes
Juſſit ſurgere Lectius lacernas,

24. 1.

Herbarum fueras indutus, Baſſe, colores,
Jura theatralis dum ſiluere loci:
Quæ poſtquam placidi cenſoris cura renaſci
Juſſit, & oceanum certior audit eques:
Non niſi vel cocco madida, vel murice tincta
Veſte nites: & te ſic dare verba putas.
Quadringentorum nullæ ſunt, Baſſe, lacernæ:
Aut meus ante omnes Codrus haberet equum.

V. quoque *Fabrum Semeſtr.* II. 6. *Merul. LL. c.* 24. §. 7.

17. ABOLEVIT i. abrogavit. Quid ſit proprie, docui ſupr. Aug. 32. 5. §. 24.

18. IGNOMINIA quid ſit V. Curt. VII. 2. 37. §. 75.

19. QUÆSTORIUM VIRUM, *Cæcilium Rufinum.* Xiphil. LXVII. p. 765. C. Κικίλιον Ῥουφῖνον ἀπήλασεν ἐκ τοῦ συνεδρίου, ὅτι ὠρχεῖτο.

20. GESTICULANDI i. hiſtrioniam exercendi. V. ſupr. Ner. 42. 5. §. 14.

21. PROBROSIS i. quæ in ſe admiſerunt *probrum* i. adulterium. V. ſupr. Cæſ. 43. 3. §. 10.

22. Jus

ſticæ uſum ademit; juſque capiendi legata [22], hæreditateſque. Equitem Romanum ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimiſſæ adulterii crimen intenderat, eraſit judicum albo [23]. Quoſdam ex utroque ordine lege Scatinia [24] condemnavit [25]. Inceſta [26] Veſtalium virginum, a patre ſuo quoque & fratre neglecta, varie ac ſevere coercuit [27], priora [28] capitali ſupplicio, poſteriora [29] more veteri [30]. Nam cum Occella-

22. JUS CAPIENDI LEGATA *ademit* 1. feminas probroſas ſpoliavit poteſtate *legatorum capiendorum* 1. ne legatariæ in teſtamento cujuſpiam ſcribi poſſent. Hinc videtur illud ſatyrice ſcriptum a Juven. I. 55.

Cum leno accipiat mœchi bona, ſi capiendi
Jus nullum uxori.

Beroaldus.

23. ERASIT JUDICUM ALBO 1. ſuſtulit ex ordine *judicum*, quorum nomina in *albo* ſcribebantur. Jure illum albo eraſit Domitianus, quia ejus uxor vel impudica fuit, vel pudica. Si impudica, cur eam in matrimonium reduxit: ſi pudica, cur illam dimiſit. Ulpian. Digeſt. XLVIII. 5. §. 29. *Mariti lenocinium lex coercuit, qui deprehenſam uxorem in adulterio retinuit, adulterumque dimiſit: debuit enim uxori quoque iraſci, quæ matrimonium ejus violavit: tunc autem puniendus eſt maritus, cum excuſare ignorantiam ſuam non poteſt, vel adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis. Idcirco enim lex ita locuta eſt: adulterum in domo deprehenſum dimiſerit: quod voluerit in ipſa turpitudine deprehendentem maritum coercere.*

24. LEGE SCATINIA, quæ *Scantinia* Cicer. ad Fam. VIII. 12. *Poſtulandum me lege Scantinia curant.* Tertull. de Monog. c. 12. *Sicut ille veſter Utbinenſis nec Scantiniam timuit.* & Juvenali mox laudando. Dicta fuit vel a *Scatinio Aricino*. Cicer. Phil. III. 6. *Quod autem non municipium contemnit is, qui Aricinum tantopere deſpicit? Hinc Voconia, hinc Scatinia leges.* Vel a C. *Scatino* Capitolino tribuno plebis, cui *M. Claudius Marcellus ædilis curulis diem ad populum dixit, quod filium ſuum de ſtupro appellaſſet.* Val. Max. VI. I. 7. Licet enim leges ab iis, qui tulerunt, appellationem plerumque ſumpſerint, non tamen impedit, quo minus hæc ab illo, qui primus damnatus ea fuit, Græcorum exemplo vocata fuerit. Ita enim ejuſdem cum *Scatinia* formulæ Laja dicta eſt a Lajo Oedipi patre, cum is Chryſippo Pelopis filio omnium primus inter homines ſtuprum intuliſſet. Quod etiam monet Parrhaſ. Epiſt. Quæſt. 23. Lata itaque erat in illos, qui pudicitiam vel alterius ſollicitaſſent, vel ſuam proſtituiſſent. Unde cum quidam *legem Juliam*, quæ etiam impudicitiam coercebat, ut nos docuit Juſtinianus ſupr. Aug. 34. I. §. 3. *dormire* adulteræ dixiſſet, illa facete reſpondet apud Juven. II. 38.

Atque ita ſubridens: felicia tempora: quæ te
Moribus opponunt. Habeat jam Roma pudorem.
Tertius e cœlo cecidit Cato. Sed tamen unde
Hæc emis, hirſuto ſpoliant opobalſama collo
Quæ tibi? ne pudeat dominum monſtrare tabernæ.
Quod ſi vexantur leges ac jura; citari
Ante omnes debet Scantinia.

De *lege Scatinia* ſcribunt quoque *Beroaldus*, *Torrentius*, *Auguſtin. de LL. p.* 133. *Grang. in Juvenalem*, *Argol. in Panvin. lud. circ. p.* 88. *Vinet. in Auſon. Epigr.* 88. *Manut. de Leg. c.* 29.

25. CONDEMNAVIT. Legis hujus pœna primum pecuniaria fuit. Quintil. Inſtit. Orat. IV. 2: VII. 4. *Ingenuum ſtupravit, & ſtupratus ſe ſuſpendit: non tamen ideo ſtuprator capite, ut mortis cauſa, punietur; ſed decem millia, quæ pœna ſtupratori conſtituta eſt, dabit.* Poſtea ob ſceleris atrocitatem gladii pœna a Chriſtianis imperatoribus eſt conſtituta. Ita enim Conſtantius & Conſtans Cod. IX. 9. *Cum vir nubit, in feminam viris porrecturam, quid cupiatur, ubi ſexus perdidit locum? ubi ſcelus eſt id quod non proficit ſcire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quæritur, nec videtur? jubemus inſurgere leges, armari jura gladio ultore, ut exquiſitis pœnis ſubdantur infames qui ſunt, vel qui futuri ſunt rei.*

26. INCESTA *virginum Veſtalium* quia puniverat, laudabatur Domitianus. Philoſtr. Apollon. VII. 3. Καὶ μὴν καὶ λόγου ἀφικομένου, ὡς λαμπρὰν κάθαρσιν ἐπὶ Δομετιανὸς πεποιημένος τῆς Ῥωμαίων Ἑστίας, ἐπειδὴ τρεῖς τῶν Ἑστιάδων ἀπέκτεινεν ἐπ' αἰτίᾳ τῆς ζώνης, καὶ τῷ μὴ καθαρεῦσαι γάμων: ἃς ἁγνὰς τὴν Ἰλιάδα Ἀθηνᾶν, καὶ τὸ ἐκεῖ πῦρ θεραπεύειν ἔδει. *Iterum quoque cum Domitianum memorari cogitaſſet, atque ipſum nonnulli laudarent, quod Romæ templum Veſtæ purgaſſet virginibus tribus ob zonam ſolutam crimen interemptis, & quia rem cum viris habuiſſe culparentur: cum oporteret eas caſtas, atque intactas, Ilienſem Palladem, & ignem perpetuum cuſtodire.* Stat. Sylv. I. I. 36.

Atque exploratas jam laudet Veſta miniſtras.

Beroaldus. Sed tanquam crudelis vituperatur a Xiphil. LXVII. p. 760. A. Οὐδὲ τῶν ἀειπαρθένων ἐφείσατο, ἀλλ' ὡς καὶ ἠνδρωμένας ἐτιμωρήσατο: ὅτι καὶ λέγεται, σκληρᾶς καὶ τραχείας τῆς περὶ αὐτὰς ἐξετάσεως γενομένης, καὶ πολλῶν αἰτιαθέντων καὶ κολαζομένων, οὐκ ἐνεγκών τις τῶν ποντιφίκων Ἕλβιος Ἀγρίππας, ἀλλ' ἐκπλαγεὶς, αὐτοῦ ἐν τῷ συνεδρίῳ, ὥσπερ εἶχεν, ἀποψύξαι. *Sed neque Veſtalibus pepercit, in quas animadvertit, quaſi cum viris conſuetudinem habuiſſent: de quibus quum eſſet aſpere quæſitum, ac multi, qui accuſati fuerant, ſupplicio afficerentur, id unus e pontificibus Helvius Agrippa non ferens, atque eo perterritus, in ſenatu, ubi tunc erat, exſtinctus eſt.*

* 27. COERCUIT ut pontifex maximus. Is enim τῶν ἱερῶν παρθένων ἐπίσκοπος, *Virginum Veſtalium cuſtos* dicitur Plutarch. Num. p. 66. B. Et ad hujus tribunal cauſam dicebant Veſtales criminis compertæ, & ab hoc puniebantur. Plutarch. p. 67. A. Κό-

 λασις

Ocellatis ſororibus, item Varonillæ [31] liberum mortis permiſiſſet arbitrium [32], corruptoreſque earum relegaſſet: mox [33] Corneliam virginem maximam, abſolutam olim, dehinc longo intervallo repetitam atque convictam, defodi [34] imperavit [35].
14 Stupratoreſque [36] virgis in comitio [37] ad necem [38] cædi, excepto prætorio viro [39], cui dubia etiamnum cauſa [40], & incertis quæſtionibus atque tormentis, de ſemet pro-
15 feſſo [41], exſilium [42] indulſit. Ac ne qua religio deûm impune contaminaretur, monumentum,

λαττις τῶν μὲν ἄλλων ἁμαρτημάτων πληγαῖς ταῖς παρθένοις, τοῦ μεγίστου ποντίφικος κολάζοντος. *Ob alia peccata virgines Veſtales caduntur a Pontifice maximo.* Quod inveniſſe Tarquinium Priſcum prodit Dionyſ. III. p. 200. Δοκεῖ καὶ τὰς τιμωρίας, αἷς κολάζονται πρὸς τῶν ἱεροφαντῶν αἱ μὴ φυλάττουσαι παρθενίαν, ἐκεῖνος ἐξευρεῖν πρῶτος. *Quin & ſupplicium, quo in eas ſtupri convictas animadvertunt Pontifices, ipſe videtur inveniſſe primus.* Ita *Pinariam* apud Dionyſ. l. l. *Opimiam* apud Dionyſ. VIII. p. 556. *Poſtumiam* apud Liv. IV. 44. *Corneliam Veſtalem maximam* apud Plin. Epiſt. IV. II. condemnaverunt vel abſolverunt Pontifices maximi.

28. PRIORA. A librariis hæc πρωθυστερία eſt: nam noſter quidem ipſe voluit: *poſteriora capitali ſupplicio. Poſteriora* intelligi vult ipſius tempore commiſſa, quæ leviore ſupplicio coercuit, ut *ſororum Ocellatarum & Varonillæ.* Marcilius.

29. POSTERIORA, ex dictis legendum eſt *priora*, quæ *a patre & fratre neglecta fuerant*, quæ graviore ſupplicio punivit, ut *Cornelia.*

30. MORE VETERI, quem deſcribit Dionyſ. II. p. 127. Ζῶσαι γὰρ ἔτι πομπεύουσιν ἐπὶ κλίνης φερόμεναι τὴν ἀποδεδειγμένην τοῖς νεκροῖς ἐκφορὰν, ἀνακλαιομένων αὐτὰς καὶ προπεμπόντων φίλων τε καὶ συγγενῶν· κομισθεῖσαι δὲ μέχρι τῆς Κολλίνης πύλης, ἐντὸς τοῦ τείχους εἰς σηκὸν ὑπὸ γῆν κατεσκευασμένον ἅμα τοῖς ἐνταφίοις κόσμοις τίθενται. *Viva enim funebri pompa efferuntur, amicis ac cognatis cum lacrymis lecticam proſequentibus: delataque ad Collinam portam, intra muros in ſubterranea cella cum ſepulcralibus ornamentis inhumantur.* Et multo fuſius Plutarch. Num. p. 67. A. A quo etiam Quæſt. Rom. 94. ſupplicii hujus cauſas potes petere.

31. OCELLATIS SORORIBUS ET VARONILLÆ, forte illis tribus, de quibus Euſeb. Chron. ad a. 2099. *Tres virgines Veſta ob ſtuprum damnata.* Et Philoſtr. ſupr. n. 12. §. 26.

32. LIBERUM MORTIS ARBITRIUM I. ut genus *mortis* poſſent eligere, atque ſuo *arbitrio* ſubire. Illud reis interdum permittere ſolebant principes. Dio LX. p. 685. B. Ὁ Βιτέλλιος τῇ Μεσσαλίνῃ χαριζόμενος, παρακεκλῆσθαι ἔφη ὑπ' αὐτοῦ, ἵν' ὅπως ἂν ἐθελήσῃ ἀποθάνῃ. *Vitellius Meſſalina gratificans, oratum ait ſe ab illo,* Valerio Aſiatico, *ut liceret ſibi, qua vellet, morte perire.* Noſt. infr. II. 5. Plura *Faber Semeſt.* I. 4.

33. MOX. Euſeb. Chron. ad a. 2107. *Maxima virginum Veſtalium Cornelia convicta ſtupri juxta legem viva defoſſa eſt.*

34. DEFOSSA quomodo fuerit Cornelia, narrat Plin. Epiſt. IV. II. *Nec minore ſcelere, quam quod ulciſci videbatur, abſentem, inauditamque, damnavis inceſti. Miſſi ſtatim pontifices, qui defodiendam, necandamque curarent. Illa nunc ad Veſtam, nunc ad cateros deos manus tendens, multa, ſed hoc frequentiſſime clamitabat, me Caſar inceſtam putat: qua ſacra faciente, vicis, triumphavit. Blandiens hac, an irridens, ex fiducia ſui, an ex contemptu principis dixerit, dubium eſt. Quin etiam quum in illud ſubterraneum cubiculum demitteretur, haſiſſetque deſcendenti ſtola, vertit ſe, ac recollegit. Cumque ei carnifex manum daret, averſata eſt, & reſiluit: fœdumque contactum, quaſi plane a caſto, puroque corpore noviſſima ſanctitate rejecit: omnibuſque numeris pudoris,* πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν.

35. IMPERAVERIT quare defodi Corneliam, docet Plinius. *Cum Corneliam Veſtalium maximam defodere vivam concupiſſet, ut qui illuſtrari ſeculum ſuum ejuſmodi exemplo arbitraretur, pontificis maximi jure, ſeu potius immanitate tyranni, licentia domini, reliquos pontifices non in regiam, ſed in Albanam villam convocavit.* Quibus & hoc addit Marcilius: Corneliam *imperaſſe* defodi, ut patris, fratriſque ſui laudibus obtrectaret, eoſque nota neglectæ diſciplinæ adſpergeret. V. etiam ſupr. 7. 4. §. 9.

36. STUPRATORES, quorum unus fuit *Celer*, *eques Romanus.* Plinius ſupr. Cæſ. 10. I. §. 2.

* 37. COMITIUM in foro fuiſſe, & in illo ſupplicia de ſontibus fuiſſe ſumpta, monui ſupr. Cæſ. 10. I. §. 2.

38. AD NECEM VIRGIS CÆDEBANTUR *ſtupratores* Veſtalium. Dionyſ. VIII. p. 556. Δύο δὲ τοὺς ἐξελεγχθέντας διαπράξασθαι τὴν φθορὰν, μαστιγώσαντες ἐν φανερῷ, παραχρῆμα ἀπέκτειναν. *Duos vero, a quibus eam corruptam fuiſſe conſtabat, in omnium conſpectu virgis caſos confeſtim necarunt.* IX. p. 597. Τῶν διαπραξαμένων τὴν ἀνοσίαν φθορὰν ὁ μὲν ἕτερος ἑαυτὸν διεχειρίσατο, τὸν δὲ ἕτερον οἱ τῶν ἱερῶν ἐπίσκοποι συλλαβόντες ἐν ἀγορᾷ, μάστιξιν αἰκισάμενοι, καθάπερ ἀνδράποδον, ἀπέκτειναν. *Illorum vero, qui nefarium ſtuprum commiſerant, alter ſibi manus intulit: alterum pontifices comprehenſum in foro virgis caſum, velut mancipium, interfecerunt.*

39. PRÆTORIO VIRO, forte Valerio Liciniano; de quo Plinius. *Arripit Licinianum, quod in agris ſuis occultaſſet Corneliæ libertatem.*

40. DUBIA ETIAMNUM CAUSA. Plinius. *Confeſſus eſt quidem inceſtum: ſed incertum, utrum quia verum erat, an quia graviora metuebat, ſi negaſſet.*

41. DE SEMET PROFESSUS eſt Valerius, *ab iis, quibus cura erat, præmonitus, ſi comitium, & virgas pati*

Digitized by Google

numentum, quod libertus ejus e lapidibus templo Capitolini Jovis [43] deſtinatis filio conſtruxerat, diruit per milites; oſſaque & reliquias, quæ inerant, mari merſit [44].

pati nollet, ad confeſſionem confugeret, quaſi ad veniam. Fecit. Locutus eſt pro abſente Herennius Senecio tale quiddam quale eſt illud, κεῖται Πάτροκλος. Plinius.

42. Exsilium *Valerii* deſcribit Plinius. *Receſſit Licinianus. Gratum hoc Domitiano, adeo quidem, ut gaudio proderetur, diceretque: abſolvit nos Licinianus. Adjecit etiam, non eſſe verecundia ejus inſtandum: ipſi vero permiſit, ſi qua poſſet, ex rebus ſuis raperet, antequam bona publicarentur, exſiliumque molle, velut præmium dedit.*

43. Templum Capitolini Jovis V. ſupr. Vit. 15. 5. §. 30.

44. Mari mersit, tanquam nefas foret in lapidibus ſacratis prophanum ſepeliri. *Beroaldus.*

CAPUT IX.

ARG. *Ad tempus a cæde abhorret, avaritiæ ſuſpicionem ullam, ſed abſtinentiæ, imo liberalitatis experimenta dat, reos diſcrimine liberat, ſcribas quæſtorios negotiantes.... venia donat, ſubſeciva veteribus poſſeſſoribus concedit, & fiſcales calumnias reprimit Titus Flavius Domitianus.*

Inter initia uſque adeo ab omni cæde abhorrebat, ut abſente adhuc patre, recordatus Virgilii verſum, 1

Impia quam cæſis gens eſt epulata juvencis [1],

edicere deſtinaverit, *ne boves immolarentur* [2]. Cupiditatis quoque atque avaritiæ 2
vix ſuſpicionem ullam, aut privatus umquam, aut princeps aliquandiu dedit: imo e
diverſo magna ſæpe non abſtinentiæ modo, ſed etiam liberalitatis experimenta. O- 3
mnes circa ſe [3] largiſſime proſecutus [4], nihil prius aut acrius monuit, quam ne quid
ſordide facerent. Relictas ſibi hæreditates ab iis, quibus liberi erant, non recepit [5]. 4
Legatum etiam ex teſtamento Ruſcii Cæpionis, qui caverat, *ne quotannis ingredien-* 5
tibus

Impia quam cæsis.... Virgilii eſt carmen Georg. II. 537. Ad illud Servius. *Arati eſt hoc, qui dicit, quod majores bovem comeſſe nefas putabant.* Dicit enim, dum deſcribit ætatem æneam Φαινομ. n. 134.

—— πρῶτοι δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων.
—— *primi etiam boves edere cœperunt operarios.*

2. Ne boves immolarentur, idque ex doctrina Pythagoræ, qui apud Ovid. Metam. XV. 120.

Quid meruere boves, animal ſine fraude, doloque,
Innocuum, ſimplex, natum tolerare labores?
Immemor eſt demum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit, curvi dempto modo pondere aratri,
Ruricolam mactare ſuum, qui trita labore
Illa, quibus toties durum renovaverat annum,
Tot dederat meſſes, percuſſit colla ſecuri.

Unde, ut Colum. præf. VI. *bovis tanta fuit apud antiquos veneratio, ut tam capitale eſſet bovem necaſſe, quam canem.* Et Plin. VIII. 45. *Hoc animal tanta apud priores cura, ut ſit inter exempla damnatus a populo Romano, die dicta, qui concubino procaci rure omaſum ediſſe ſe negante, occiderat bovem, actuſque in exſilium, tanquam colono ſuo interempto.* Legem Athenienſium de *bobus* non cædendis habet Ælian. V. H. V. 14. Καὶ τοῦτο δὲ ἦν φυλαττόμενον παρ' αὐτοῖς: βοῦν ἀρότην, καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν: ὅτι καὶ οὗτος εἴη ἂν γεωργὸς, καὶ ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. *Hoc etiam ſervatum eſt apud ipſos,* Athenienſes: *bovem aratorem, qui jugum trahit, vel cum aratro, vel cum plauſtro, ne mactes: quoniam ille etiam agricola eſt, & humano generi laborum ſocius.* V. *Dalechamp. in Plinium, Bochart. Hieroz.* I. 2. 32. *Voſſ. de Idolol.* III. 66.

3. Circa se i. amicos, proximos. V. ſupr. Cæſ. 27. 2. §. 9.

4. Prosecutus beneficiis, donis. Abſque caſu, quem tamen addit ſupr. Cæſ. 27. 2. Tib. 46. 1. Claud. 4. 13: 6. 6. De ejus liberalitate Mart. VI. 6. 8.

Noſti tempora tu Jovis ſereni,
Cum fulget placidus, ſuoque vultu,
Quo nil ſupplicibus ſolet negare.

5.... Non recepit, tanquam juſtius ſit, *hereditates* ad filios pertinere, quam ad principem. *Beroaldus.* Maxime cum *a bono patre non ſcribatur hæres, niſi malus princeps.* Tacit. Agric. 43. 8. Domitianum imitati ſunt Adrianus apud Spartian. c. 18. *Ignotorum hæreditates repudiavit: nec notorum accepit, ſi filios haberent.* Antonius Pius apud Capitol. c. 8. *Hæreditates eorum, qui filios habebant, repudiavit.* Pertinax apud eundem c. 7. *Ipſeque profeſſus eſt, nullius ſe aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicujus delata eſſet, aut lite perplexa, aut legitimi hæredes, & neceſſarii privarentur.*

6. Præ-

tibus curiam ſenatoribus, certam ſummam viritim præſtaret[6] *hæres ſuus*, irritum fecit.
6 Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependiſſent[7], univerſos
diſcrimine liberavit: nec repeti[8], niſi intra annum, eaque conditione permiſit, ut
7 accuſatori, qui cauſam non teneret[9], exſilium pœna eſſet. Scribas quæſtorios[10]
negotiantes ex conſuetudine, ſed contra Clodiam legem[11], venia in præteritum
8 donavit. Subceſiva[12], quæ diviſis per veteranos agris carptim ſuperfuerunt, vete-
9 ribus poſſeſſoribus[13], ut uſucapta[14] conceſſit[15]. Fiſcales calumnias[16] magna calu-
mniantium

6. PRÆSTARET I. exhiberet, daret. Lactant. de mort. perſec. §. 31. *Unde igitur hoc præſtabo, cum omnes fructus auferas.* Cicer. ad Brut. 18. *Vix videor, quod promiſi, præſtare poſſe.* Inde *præſtatio*, & *legatorum præſtatio* in jure. *Cuper. in Lactant. p.* 200.

7. PENDERE qui dicantur rei, dixi ſupr. Aug. 32. 5. §. 24.

8. REPETERE reos quid ſit, dictum ſupr. Aug. 32. 5. §. 25.

9. CAUSAM NON TENERET I. non obtineret reum damnari. Cicer. pro Cæcin. c. 24. *Et hoc loco Scævolam dixiſti cauſam apud centumviros non tenuiſſe.* Horat. Epiſt. I. 16. 43.

Quo reſponſore, & quo cauſæ teſte tenentur.

Ita *non tenere gratiam* noſt. ſupr. Aug. 13. 5. Quod a ſylvis, ubi qui venantur aſſecuti feram, eam *tenere* dicuntur, dictum eſſe putat *Poilet. For. Rom.* IV. 5.

10. SCRIBA QUÆSTORIUS quis fuerit V. ſupr. Claud. 38. 4. §. 10.

11. CLODIAM LEGEM *Q. Claudius tribunus plebis adverſus ſenatum, uno patrum adjuvante C. Flaminio, tulerat; ne quis ſenator, quive ſenatoris pater fuiſſet, maritimam navem, quæ plus quam trecentarum amphorarum eſſet, haberet. Id ſatis habitum ad fructus ex agris vectandos: quæſtus omnis patribus indecorus viſus eſt.* Liv. XXI. 63. De illa Cicer. Verr. V. 18. *Noli metuere Hortenſi, ne quæram, qui licuerit ædificare navem ſenatori: antiquæ ſunt iſtæ leges, & mortuæ, quemadmodum tu ſoles dicere.* Lata eſt hæc lex P. Cornelio Scipione, T. Sempronio conſulibus, ſive anno ab U. C. 535. Hac forte aliquid etiam de *ſcribis quæſtoriis*, nam *legis Clodiæ de ſcribis* nemo præter noſtrum meminit, quod etiam admittunt Torrentius, & Auguſtin. de LL. p. 51. cautum fuerit. Certe publicis rationibus non convenit, quæſtorum ærarii ſcribas negotiari.

12. SUBCESIVA noſtro ſunt agri, ſive agrorum portiunculæ, quæ velut reliquiæ poſt diviſionem ſuperfuerant ipſo interprete Aggen. Urbic. de controv. agr. p. 68. *Subceſivorum genera ſunt duo: unum, quod extremis adſignatorum agrorum finibus centuriam non explet: aliud etiam integris centuriis intervenit, de quo maxime controverſia agitantur. Cum autem adſignatio in agro adſignato fieret, non potuit omnis modus intra quatuor limites veteranis adſignari, in ea remanſit aliquid, quod a ſubſecante linea nomen accipit ſubceſivum. In his ſubceſivis quidam iterum miſerunt, quibus agri adſignarentur. Quidam & ſubceſiva coloniis conceſſerunt: ideoque ſemper hoc genus controverſiæ a Rebuspublicis exercetur.* Inde *ſubceſivum* pro reliquo. Apul. Metam. VIII. p. 212. *At me relictum ſolum ac ſubceſivum cum faſtidio plerique præteribant.* Et hinc *ſubceſivum ſtudium* Gell. N. A. XIII. 24. *ſubceſiva opera* Cicer. de Orat. II. 89. *ſubceſiva tempora* eidem de LL. I. 3. de horis iſtis, quas operi quotidiano, & aſſiduo ſubducimus, & raptim ad alia accommodamus. Vetus auctor de limitibus. *Subceſiva ſunt proprie, quæ ſutor de materia præcidens, quaſi ſupervacua abjicit: inde & ſubceſivi agri, quos in pertica diviſos recuſant, quaſi ſteriles, aut paluſtres.*

13. VETERI POSSESSORI agro ex hoſte manu capto plerumque vel totus ager, aut pars aliqua reddebatur, & relinquebatur honoris cauſa. Siculus Flaccus de condit. agror. p. 16. *Nec tamen omnibus perſonis victis ablati ſunt agri: nam quorundam dignitas, aut gratia, aut amicitia victorem ducem movit, ut eis concederet agros ſuos.* Reddita *veteri poſſeſſori* apud Valerium Probum in legibus & plebiſcitis invenio his notis ſignari, *V. P. R.* Cujac. Obſerv. II. 9. X. 2. Duplex vero *vetuſtatis* in quæſtionibus rerum longo uſu acquirendarum erat conſideratio. Uno modo per *vetuſtatem* longam certumque tempus intelligebant: altero ad naturæ legem, tempuſque incertum, quod memoriam excedebat, trahebant. Ut id jure poſſideam, cujus acquiſitio memoriam excedit, non tam lex efficit conſtituta, quam humanis mentibus, velut tabellis æneis, inſculpta naturalis conſtitutio. Quod noſter intellexit. *Ravard. Tribon.* §. 9.

14. USUCAPIO *eſt adjectio dominii per continuationem poſſeſſionis anni vel biennii.* Modeſtin. Digeſt. XLI. 3. §. 3. Ita pro *temporis lege definiti* legendum eſſe vult in *Lexico Calvinus*: n. rerum mobilium anni, immobilium biennii. *Uſucapionis* tempus produxit Juſtinian. Cod. VII. 31. prolixa conſtitutione, qua cavetur: ut res quidem mobiles per triennium, immobiles vero per longi temporis poſſeſſionem I. inter præſentes decennio, inter abſentes viginti annis uſucapiantur. V. etiam *Beroaldum.* De *uſucapione* multa *Guther. de jur. man.* III. 11. *Sigon. de Ant. jur. civ. Roman.* I. 11. *ad Leg.* XII. *tabul.* §. 18. *Auguſtinus* & *c.* 17. *Ravardus.*

15. CONCESSISSE hæc certatim docent rei agrariæ ſcriptores. Siculus Flaccus de condit. agror. p. 23. *Non enim omnis ager centuriatus in aſſignationem cecidit,*

Digitized by Google

mniantium pœna repreſſit 17 : ferebaturque vox ejus : **PRINCEPS QUI DELATORES NON CASTIGAT , IRRITAT.**

cecidit, ſed & multa vacua relicta ſunt, quorum ea conditio eſt, quæ ſubſecivorum : de quibus Domitianus finem ſtatuit, id eſt, poſſeſſoribus ea conceſſit. Aggen. de contr. agror. p. 68. *Æque & Titus imperator aliqua ſubceſiva in Italia recollegit. Præſtantiſſimus poſtea Domitianus ad hoc beneficium procurrit, & uno edicto totius Italiæ metum liberavit.* Simplicius p. 87. *quæ cum vel communis juris, aut publici eſſent, poſſeſſionibus vicinis tunc Domitianus imperator præſudit.*

16. FISCALES CALUMNIAS i. delationes falſas, adverſus cives pro *fiſco* intentas. Ita Marcus *omnia ſimul fiſcalium negotiorum calumnioſa monimenta congeſta in foro juſſit incendi* apud Oroſ. VII. 15. *Et calumnia fiſci Judaici ſublata* in Nervæ nummo, de quo Ampliſſ. *Spanhem. de numiſm. differt.* IX. p. 811.

17. REPRESSIT, & ideo illi gratulatur Martialis carmine, quod exhibui ſupr. Tit. 8. 14. §. 38.

CAPUT X.

ARG. *Ad ſævitiam deſciſcit, plures leviſſima de cauſa, & poſt belli civilis victoriam pleroſque partis adverſæ interimit Titus Flavius Domitianus.*

Sed neque in clementiæ, neque in abſtinentiæ tenore 1 permanſit, & tamen ali- 1
quanto celerius ad ſævitiam deſcivit, quam ad cupiditatem 2. Diſcipulum Pari- 2
dis 3 pantomimi 4, impuberem adhuc 5, & cum maxime 6 ægrum, quod arte for-
maque non abſimilis magiſtro videbatur, occidit : item Hermogenem Tarſenſem,
propter quaſdam in hiſtoria figuras 7, librariis etiam, qui eam deſcripſerant, cruci
affixis 8. Patremfamilias 9, quod *Threcem* 10 *mirmilloni parem* 11, *munerario* 12 *im-* 3
parem dixerat, detractum ſpectaculis in arenam, canibus 13 objecit, cum hoc titulo:

TENOR eſt ſeries non interrupta. Claudian. Paneg. Prob. & Olybr. n. 16.

——— *& prolem fata ſequuntur*
Continuum ſimili ſervantia lege tenorem.

Barth. Adv. XIX. 1.

2. SÆVITIAM ET CUPIDITATEM *Domitiani* notat quoque Zoſim. Hiſt. I. 6. *Δομιτιανὸς ὠμότητι, καὶ ἀσελγείᾳ, καὶ πλεονεξίᾳ πάντας ὑπερῆρε. Domitianus crudelitate, luxuria, & avaritia cunctis ſuperior.*

3. PARIDEM V. ſupr. Ner. 54. 2. §. 7.

4. PANTOMIMUM V. ſupr. Aug. 45. 11. §. 44.

5. IMPUBEREM ADHUC, non enim ætas obſtitit, quo minus ob magiſtri odium diſcipulum perderet. Paridem enim ante necaverat. V. ſupr. 3. 2. §. 12. Nec vero miretur quiſpiam puerum adhuc adeo excellere potuiſſe. Exſtat enim hæc inſcriptio : D. M. PVERI SEPTEMTRIONIS QVI ANNORVM XII ANTIPOLI IN THEATRO BIDVO SALTAVIT ET PLACVIT. *Torrentius.* V. tamen, licet a *Torrentio* diſſentientem, etiam *Marcilium.*

6. CUM MAXIME i. illo tempore. V. Curt. III. 4. 14. §. 66.

7. FIGURAS i. *figuratum* ſcribendi modum ſupr. Veſp. 13. 1. §. 3.

8. CRUCI AFFIXIS i. crucifixis, ut vulgus, ſed minus Latine. * (Ita quidem Grævius ad hunc locum, qui hoc a Chriſtianis inculcatum aſſerit. Uſi tamen præter Hyginum Plinius, Quintilianus, Seneca minimum ætatis tertiæ ſcriptores. V. illos laudatos ad Curt. VII. 11. 28. §. 45. A Chriſtianis deſcriptoribus eſſe inculcatum dicitur, non probatur.) *Affigebantur* vero *cruci* clavis. Senec. de Vit. Beat. c. 19. *Cum refigere ſe crucibus conentur, in quas unuſquiſque veſtrum clavos ſuos ipſe adigit.* V. *Lipſ. de cruce* II. 8.

* 9. PATRUM FAMILIÆ nomine cenſebantur Romæ laniſtæ, qui gladiatorum, ſive ſervorum, ſive libertinorum ludis muneribuſque exhibendis deſtinatas alebant *familias*, ut etiam ſupr. Cal. 26. 9. *Faber Semeſtr.* II. 10. *Demſter. Paral. ad Roſin. Antiq. Roman.* V. 24. Sed videntur errare. V. quæ dicta ſunt ad Caligulam.

10. THRECEM V. ſupr. Cal. 35. 5. §. 18.

11. MIRMILLONI PAREM i. ſufficientem ad propulſandum *mirmillonem*. Juſtin. VII. 6. 4. *Quoniam omnibus par eſſe non poterat. Mirmillonem* V. *ſupr. Cal.* 32. 7. §. 18.

12. MUNERARIUS quis olim fuerit dixi ſupr. Cæſ. 10. 4. §. 22. Intelligitur autem imperator, qui gladiatorium *munus* dabat : infeſtuſque ita erat armaturæ Threcum, ut pæne cum eis pugnare videretur : quare ei imparem dixit paterfamilias ille Threcem : parem tamen adverſario mirmilloni. *Turneb. Adv.* V. 10.

13. CANIBUS, aliiſque feris objectos ab imperatoribus ſævioribus e ſpectaculis, quæ ſupr. Cal. 31. 2. §. 4. detractos docet exemplum e Dione allatum ſupr. Cal. 27. 3. §. 10. V. etiam Cal. 35. 5. §. 17.

4 lo[14]: *Impie*[15] *locutus parmularius*[16]. Complures ſenatores, in his aliquot conſulares[17] interemit: ex quibus Civicam[18] Cerealem in ipſo Aſiæ proconſulatu, Salvidienum Orfitum[19], Acilium Glabrionem[20] exſilio, quaſi molitores novarum re-
5 rum. Cæteros leviſſima quemque de cauſa: Ælium Lamiam[21], ob ſuſpicioſos quidem, verum & veteres, & innoxios jocos: quod poſt abductam uxorem[22] laudanti vocem ſuam, *heu taceo*[23] dixerat: quodque Tito hortanti ſe ad alterum matrimonium

* 14. TITULUS fortaſſe non fuerit ἡ ἐπιγραφὴ τῆς ἀσεβείας, ut Cal. 32. 5. §. 17. ſed potius ſuperdictum, quod præco pronuntiavit, dum ille paterfamilias ad palum alligatur canibus objiciendus. *Caſaub.* in *Baron. Exercit.* 16. §. 35.

15. IMPIE, quia imperatores pæne pro diis colebantur, & Domitianus, tantos gerebat ſpiritus, ut divino faſtigio parem ſe putaret, *impietatem* interpretatus eſt in patrefamilias, quod a ſtudio, & voluntate ſua diſſentire auſus eſſet. Huc reſpicit Plin. ſupr. Tit. 8. 7. §. 12. Ἀσεβεῖν dicebant Græci. Dio LVII. p. 607. E. Ἐπεὶ τό γε ὑβρίσθαι πρὸς τινὸς, καὶ τὸ ἠσεβῆσθαι πρὸς τινὸς (ἀσέβειάν τι γὰρ ἤδη καὶ τὸ τοιοῦτον ὠνόμαζον, καὶ δίκας ἐπ᾽ αὐτῷ πολλὰς ἐσῆγον) ἥκιστα προσεποιεῖτο. *Injurias aliorum impietatemve in ſe (jam enim impietatis nomen id generis peccatis tribuebatur, multiſque ob eam dies dicebatur) penitus diſſimulabat.* V. quoque *Turneb. Adv.* v. 10. *Buleng. de Imperat.* 1. 34.

16. PARMULARIUS hic eſt, qui Threcum armaturæ favet. Threces enim *parmam* gerebant. V. ſupr. Cal. 35. 5. §. 18. Antoninus de rebus ſuis 1. 5. Τὸ μήτε πρασινιανὸς, μήτε βενετιανὸς, μήτε παλμουλάριος, ἢ σκουτάριος γενέσθαι. *Ne in certamine equeſtri praſina aut Veneta factioni, neve in gladiatorio Thraci aut ſecutori fautor fierem.* Hic praſinianus eſt, qui praſinæ factioni favet, venetianus qui venetæ, *parmularius*, qui Threcum armaturæ. *Turneb. Adv.* v. 10: XXVI. 11. & in *Antoninum Gatakerus*.

17. ALIQUOT CONSULARES, adde etiam aliquot triumphales. vel certe triumphalibus ornamentis donatos: in his Julium Agricolam Taciti ſocerum. Xiphil. LXVI. p. 755. A. Ὁ δὲ Ἀγρικόλας ἔν τε ἀτιμίᾳ τὸ λοιπὸν τοῦ βίου καὶ ἐνδείᾳ, ἅτε καὶ μείζονα, ἢ κατὰ στρατηγὸν κατaπράξας, ἔζησε· καὶ τέλος ἐσφάγη διὰ ταῦτα ὑπὸ Δομιτιανοῦ, καίπερ τὰς ἐπινικίους τιμὰς παρ᾽ αὐτοῦ τούτου λαβὼν, ut legendum pro παρὰ τοῦ Τίτου cenſet Caſaubonus. *Agricola reliquum vitæ tempus in ignominia & paupertate tranſegit; ſcilicet quod majora, quam prætori par eſſet, effecerat: ob eaſque cauſas a Domitiano tandem interfectus eſt, quamvis ille ipſe ei honores triumphales conceſſiſſet.*

18. CIVICÆ nomen ſuſpicari licet a corona civica eſſe. Quare, diximus ſupr. Vit. 15. 7. §. 40. De ejus interitu Tacit. Agric. 42. 1. *Aderat jam annus, quo proconſulatum Aſiæ & Africæ ſortiretur, & occiſo Civica nuper, nec Agricolæ conſilium deerat, nec Domitiano exemplum.*

19. SALVIDIENUM ORFITUM defendere conatur Apollonius apud Philoſtr. VII. 14. Οἱ δὲ ἀμφ᾽ αὐτὸν, Ῥοῦφον γάρ που λέγεις, καὶ Ὄρφιτον, σώφρονες μὲν καὶ οἱ δὲ οἱ ἄνδρες, ὅπόσα οἶδα, καὶ διαβεβλημένοι πρὸς πλοῦτον· νωθροὶ δὲ πράττειν ὁπόσα ἔξεστι. Νεώτερα δὲ οὔτ᾽ ἂν αὐτοὶ ἐνθυμηθεῖεν, οὔτ᾽ ἂν ἑτέρῳ ἐνθυμηθέντι ξυνάραιντο. *Ejus, Nervæ, quoque familiares, de quibus dicere te puto, Rufus & Orphitus modeſti quidem & ipſi, ac divitiarum contemptores, & ad res agendas tardiores eſſe videntur. Res autem novas contra te moliri, nec unquam ipſi cogitaverunt, nec alteri cogitanti aſſenſiſſent.* VIII. 3. Τὸν δὲ Ὄρφιτον, καὶ τὸν Ῥοῦφον, τοὺς δικαίους μὲν, καὶ σώφρονας, νωθροὺς δὲ ἄνδρας, ὡς ἐγὼ οἶδα, ἐς μὲν τὸ τυραννεύσοντας, διαβεβλῆσθαί φασιν, οὐκ οἶδ᾽ εἴ τε τούτων πλέον διημαρτάνουσιν, εἴ τε Νερούα. *Orphitum autem, ac Rufum viros juſtos, ac temperatos, ad res autem agendas ſegniores, ut percepi, ſi quis imperium occupaturos calumniaretur: neſcio an magis quam in Nerva aberret.* Orphitum, ſi modo hic eſt, conſulem fuiſſe cum Trajano ſive anno ab U. C. 852. dicit *Caſſiodorus*.

20. ACILII GLABRIONIS interitum deſcribit Xiphil. LXVII. p. 766. B. Τὸν δὲ δὴ Γλαβρίωνα τὸν μετὰ τοῦ Τραϊανοῦ ἄρξαντα, κατηγορηθέντα τά τε ἄλλα, καὶ οἷα οἱ πολλοὶ, καὶ ὅτι καὶ θηρίοις ἐμάχετο, ἀπέκτεινεν: ἐφ᾽ ᾧ που καὶ τὰ μάλιστα ὀργὴν αὐτῷ ὑπὸ φθόνου ἔσχεν, ὅτι ὑπατεύοντα αὐτὸν ἐς τὸ Ἀλβανὸν ἐπὶ τὰ νεανισκεύματα ὀνομαζόμενα καλέσας, λέοντα ἀποκτεῖναι μέγαν ἠνάγκασε· καὶ ὃς οὐ μόνον οὐδὲν ἐλυμάνθη, ἀλλὰ καὶ εὐστοχώτατα αὐτὸν κατειργάσατο. *Glabrionem quoque, qui cum Trajano magiſtratum gesſerat, accuſatum cum de aliis, tum de illis, ob quæ plerique deferebantur, & quod cum beſtiis pugnaviſſet, interfecit: cui præſertim propter invidiam infenſus erat; nam cum eum conſulem in Albanum vocaſſet ad Juvenalia, coegiſſetque immanem leonem occidere, ille,* Glabrio, *non ſolum a leone læſus non eſt, ſed cum directis graviter ictibus confecit.* Interitum *Glabrionis* prodigia docuerunt. Xiphil. p. 765. A. Τραϊανῷ δὲ ἐν τῷ Οὐλπίῳ καὶ Ἀκιλίῳ Γλαβρίωνι ὑπατεύουσι τότε, τὰ αὐτὰ σημεῖα λέγεται γενέσθαι· καὶ ἀπ᾽ αὐτῶν τῷ μὲν Γλαβρίωνι ὄλεθρος, τῷ δὲ Τραϊανῷ ἡ τῆς αὐτοκρατορίας ἀρχὴ προεσημάνθη. *Ulpio vero Trajano, & Acilio Glabrioni, qui tum una conſulatum gerebant, eadem prodigia dicuntur eveniſſe, ex quibus Glabrioni interitus, Trajano ſummum imperium prædictum eſt.* Conſulem Glabrionem cum Trajano fuiſſe anno 841. dicit *Caſſiodorus*, ſed 844. in indice libri *Xiphilinus*.

21. ÆLIUM LAMIAM. Hinc Juven. IV. 154.

Hoc nocuit Lamiarum cæde madenti.

V. illum ſupr. 1. 7. §. 30.

22. ABDUCTAM UXOREM ſupr. 1. 7. §. 30.

23. HEU

nium reſponderat, μὴ καὶ σὺ γαμῆσαι θέλεις [24]? Salvium Coccejanum [25], quod Othonis imperatoris patrui ſui diem natalem [26] celebraverat: Metium Pompoſianum, quod habere imperatoriam geneſim [27] vulgo ferebatur, & quod depictum orbem terræ [28] in membrana, concioneſque regum ac ducum [29] ex Tito Livio circumferret, quodque ſervis nomina Magonis & Annibalis [30] indidiſſet [31], Salluſtium Lucullum Britanniæ legatum, quod lanceas novæ formæ appellare *Lucculleas*, paſſus eſſet, Junium Ruſticum [32], quod Pæti Traſeæ [33] & Helvidii Priſci [34] laudes edidiſſet [35], appellaſ-

ſetque

23. Heu taceo perplacet Caſaubono, ſed diſplicet Marcilio, quia perridicula illa commiſeratio, *heu*, & nullo idoneo ſenſu, *taceo*. Veræ lectionis veſtigium indicant codices, qui exhibent *eutacto*. Dixerit enim Lamia, εὐτακτῶ, *diſpenſo recte*, videlicet ὑποκοριζόμενος ille hoc, & laudem vocis ſibi a Domitiano datam extenuans modeſte, & dicens, ſe non excellere voce, verum diſpenſare, ita ut non lædat eam clamore, aut cibis voci noxiis. Ita clamore illam læſerat præco, qui ideo *diruptis faucibus*, *& rauca voce ſaucius* dicitur apud Apul. Metam. VIII. p. 212. Illamque conſauciare noluit Pallas Claudii libertus, qui, *ſi plura demonſtranda eſſent*, *ſcripto* eſt *uſus*, *ne vocem conſauciaret*, ut apud Tacit. Ann. VIII. 23. 3. pro *conſociaret* legit idem Marcilius. Vult ergo Lamia hic intelligi ſolitum ſe εὐτακτεῖν τὴν φωνήν. Sed Domitianus intellexit figuram, & ſe taxari quaſi ἀτακτοῦντα in Republica, quaſi dicente Lamia: ἐγὼ μὲν εὐτακτῶ τὴν φωνήν, σὺ δὲ ἀτακτεῖς τὰ κοινά. Hoc tam acerbe dictum, quidni dominum, deumque ureret.

24. Μὴ καὶ σὺ γαμῆσαι θέλεις, *num & tute vis uxorem ducere?* ex qua n. filiam ſuſcipias, quam frater tuus violet? ut tuam violavit Juliam ſupr. 22. 3. *Marcilius.*

25. Salvium Coccejanum V. ſupr. Oth. 10. 4. §. 14.

26. Diem natalem majorum *celebraſſe* minores dixi ſupr. Claud. 11. 8. §. 24. Ejus *celebratio* ſub Imperatoribus tyrannis admodum periculoſa erat. Valuiſſe certe ad evertendos Thraſeam, & Helvidium videtur. Juven. Sat. v. 36:

Quale coronati Thraſea, Helvidiuſque bibebant,
Brutorum & Caſſi natalibus.

27. Imperatoriam geneſin V. ſupr. Veſp. 14. 3. §. 12.

28. Depictum orbem terræ habuit Metius Pompoſianus in parietibus cubiculi, quod narrat, de ejus interitu dum ſcribit Xiphil. LXVII. p. 765. B. Μέττιος δὲ πρότερον μὲν ἐς Κύρνον ἐξώριστο, τότε δὲ καὶ ἐφονεύθη, ἐγκληθεὶς ἄλλα τε, καὶ ὅτι τὴν οἰκουμένην ἐν τοῖς τοῦ κοιτῶνος τοίχοις εἶχεν ἐγγεγραμμένην, καὶ τὰς δημηγορίας τὰς τῶν βασιλέων τῶν τε ἄλλων ἀνδρῶν τῶν πρώτων τὰς παρὰ τῷ Λιβίῳ γεγραμμένας, ἐξειλόχει τε καὶ ἀνεγίνωσκε. *Hunc Domitianus ante in Cyrnum relegavit, at tum interfecit, accuſatum præter cætera, quod haberet orbem terræ pictum in parietibus cubiculi, quodque conciones regum, & cæterorum principum, quæ ſunt apud Livium ſcripta, excerperet & recitaret.*

* Hunc quia *depictum* in membrana habebat, *orbis dominus* poterat velle videri.

29. Concionari reges et duces dicebantur, quando milites e ſuggeſtu, aut aggere alloquebantur. Et hæc erat peculiaris illa Auguſtorum prærogativa, non autem inferiorum poteſtatum. Docet hoc Ammian. XVI. 12. ubi narrat Julianum Cæſarem e tribunali alloqui milites noluiſſe, quia *vitabat gravioris invidiæ pondus, ne videretur id affectaſſe, quod ſibi ſoli deberi Auguſtus exiſtimabat.* Unde Tacit. Hiſt. I. 55. 5. *Non tamen quiſquam in modum concionis, aut ſuggeſtu locutus: neque enim erat adhuc, cui imputaretur.* Plura *Spanhem. de numiſm. diſſert.* IX. *p.* 841. Illas itaque dum circumtulit, imperii affectati ſuſpicionem Domitiano fecit Metius.

30. Magonis et Annibalis, maximorum Pœnorum ducum; maximorumque Romanorum hoſtium, illorumque nomini infeſtiſſimorum. Quorum nomina, non ſervilia, ſed imperatoria ſervis ſuis dum indidit, imperii affectati ſuſpicionem Domitiano fecit Metius. V. etiam *Beroaldum.* Neronianis temporibus fere ſimili calumnia circumventus eſt *Torquatus Silanus mori adactus, quia ſuper Juniæ familiæ claritudinem D. Auguſtum atavum ferebat. Juſſi id accuſatores objicere; prodigum largitionibus; neque aliam ſpem quam in novis rebus eſſe: quin eum nobiles habere, quos ab epiſtolis, & libellis, & rationibus appellet, nomina ſummæ curæ, & meditamenta.* Tacit. Ann. XV. 35. 1.

31. Indere *ſervis*, depoſito proprio, nomen ſolebant veteres. Schol. Theocr. Idyll. v. 2. Λάκων ὄνομα κύριον· εἰώθασι δὲ οἱ παλαιοὶ τοῖς δούλοις ὀνόματα τιθέναι ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, Σύρον, Καρίωνα, ὥσπερ καὶ τὸν Λάκωνα. Inde Davi & Getæ apud Comicos. V. & *Argol. in Onuph. lud. circ. p.* 82. *a.*

32. Junium Ruſticum *Arulenum*, de cujus interitu Tacit. Agric. 45. 3. *Nos Maurici, Ruſticique viſus, nos innocenti ſanguine Senecio perfudit.* Ejus accuſationem adjuverat M. Regulus cauſidicus. Plin. Epiſt. I. 5. *Ruſtici Aruleni periculum foverat, exſultaverat morte, adeo ut librum recitaret, publicaretque, in quo Ruſticum inſectatur, atque etiam Stoicorum ſimiam appellat.*

33. Pætum Thraſeam interfecit Nero ſupr. 37. 2. §. 9. Ejus laudes quia ediderat, Ruſticum interfectum eſſe a Domitiano præter noſtrum dicunt Tacit. Agric. 2. 1. *Legimus cum Aruleno Ruſtico Pætus Thraſea laudatus eſſet, capitale fuiſſe.* Xiphil. LXVII. p. 765. C. Τὸν γὰρ δὴ Ῥούστικον τὸν Ἀρουλῆνον

Digitized by Google

ſetque *eos ſanctiſſimos viros*: cujus criminis occaſione philoſophos omnes Urbe Ita-
6 liaque ſummovit [36]. Occidit & Helvidium filium [37], quaſi ſcenico exodio [38] ſub perſona Paridis & Oenones [39] divortium ſuum cum uxore taxaſſet [40]: Flavium Sabinum [41] alterum e patruelibus [42], quod eum comitiorum conſularium die deſtinatum [43], per-

ἀπέκτεινεν, ὅτι ἐφιλοσόφει, καὶ ὅτι τὸν Θρασέαν ἱερὸν ὠνόμαζε. *Nam Ruſticum Arulinum interfici juſſit, propterea quod philoſophabatur, quodque Thraſeam ſacrum nominabat.* Plutarchus autem aliam cædis dat rationem de curioſit. p. 522. D. Ἐμοῦ ποτε ἐν Ῥώμῃ διαλεγομένου, Ῥουστικὸς ἐκεῖνος, ὃν ὕστερον ἀπέκτεινε Δομετιανὸς τῇ δόξῃ φθονήσας, ἠκροᾶτο, καὶ διὰ μέσου στρατιώτης παρελθὼν ἐπιστολὴν αὐτῷ Καίσαρος ἐπέδωκε. *Ego cum aliquando Romæ diſſererem, Ruſtico, quem poſtea Domitianus invidia gloriæ ejus impulſus interfecit, me audienti interveniens miles epiſtolam a Cæſare miſſam tradidit.*

34. Helvidius Priscus ſub Veſpaſiano interfici juſſus eſt ſupr. 15. 3. Ejus laudes non Ruſticus, ſed Herennius Senecio ob eadem etiam cæſus, ediderit, ut quidem prodidere, Tacitus ſupr. §. 33. Xiphilinus. Καὶ Ἑρέννιον Σενεκίωνα, ὅτι τε οὐδεμίαν ἀρχὴν ἐν πολλῷ βίῳ μετὰ τὴν ταμιείαν ᾐτήκει, καὶ ὅτι τοῦ Πρίσκου τοῦ Ἑλουιδίου τὸν βίον συνέγραψεν. *Et Herennium Senecionem* interfecit Domitianus, *quod quum vixiſſet diutiſſime poſt quæſturam, nullum magiſtratum petiviſſet, & quod Helvidii Priſci vitam conſcripſiſſet.*

35. Laudes edunt qui bonorum virorum ſub principibus malis,

Periculoſæ plenum opus aleæ
Tractant, & incedunt per ignes
Suppoſitos cineri doloſo.

Ut ait Horat. Od. II. 1. 6. dum *pericula veritati ſæpe ſunt contigua*, ut Ammian. XXVI. 1. Ita ſub Tiberio, quod in hiſtoriis a ſe *editis* Brutum & Caſſium laudaſſet, periit Cordus Cremutius, ſupr. 61. 9. quod illic §. 14. & 16. præter noſtrum tradunt Tacitus, & Dio.

36. Philosophos.... summovisse conqueruntur etiam Gell. N. A. XV. 11. *Neque illis ſolum temporibus nimis rudibus, necdum Græca doctrina expolitis, philoſophi ex urbe Roma pulſi ſunt: verum etiam Domitiano imperante ſenatuſconſulto ejecti, atque Urbe & Italia interdicti ſunt: qua tempeſtate Epictetus quoque philoſophus propter id ſenatuſconſultum Nicopolin Roma deceſſit.* Philoſtr. Apollon. vit. VII. 2. Φιλοσοφία δὲ οὕτω τι ἔπτηξεν, ὡς ἀπολαβόντες τὸ σχῆμα, οἱ μὲν ἀπεδίδρασαν σφῶν ἐς τὸ Κελτῶν Ἑσπέριον, οἱ δὲ ἐς τὰ ἔρημα Λιβύης τε, καὶ Σκυθίας: ἔνιοι δ᾽ ἐς λόγους ἀπενεχθῆναι ξυμβούλους τῶν ἁμαρτημάτων. *Philoſophia autem adeo perterrita eſt, ut habitu mutato philoſophi partim in Hiſpaniam, partim in Libyæ, Scythiæve deſerta confugerent: quidam etiam vivendi ratione mutata ſcelerum conſiliarios illi ſe adjungerent.* Euſebius ad a. 2104. *Domitianus mathematicos & philoſophos Romana urbe pepulit.* ad a. 2111. *Domitianus rurſum philoſophos & mathematicos Roma per edictum extrudit.* Nota etiam eſt Sulpiciæ poetriæ ſatyra de edicto Domitiani, quo philoſophos Urbe exegit. V. quoque *Cuſpinian. in Caſſiodori conſules p.* 411. *Scalig. in Euſeb. p.* 186. & *Oiſel. in Gellium.* Imo nonnullos interemiſſe Xiphil. LXVII. p. 765. D. Ἄλλοι τε ἐκ τῆς αὐτῆς ταύτης τῆς κατὰ τὴν φιλοσοφίαν αἰτίας συχνοὶ διώλοντο. *Complureſque alii ex eadem cauſa, quod ſtudio philoſophiæ operam darent, occiſi fuerunt.*

37. Helvidium filium, de quo Tacit. Agric. 45. 2. *Mox noſtræ duxere Helvidium in carcerem manus.* Et Plin. Epiſt. III. 11. *Atque hoc feci cum ſeptem amicis meis aut occiſis: aut relegatis: occiſis Senecione, Ruſtico, Helvidio....*

38. Quasi scenico exodio, quia non fuit *ſcenicum exodium* proprie. Hoc ridiculum eſſe ſolet. V. ſupr. Tib. 45. 2. §. 9. At illud de Domitiani cum uxore Domitia divortio *exodium* rei triſtis: & perſonas habens *quaſi* heroicas & tragicas, neque tam Atellanæ *exodium*, quam tragicum. *Marcilius.*

39. Paris Oenonem quomodo duxerit, & dimiſerit, narrant Parthen. Nicaenſ. Erot. c. 4. Apollod. Bibl. III. 11. §. 6. Nicand. de poetis. Ἀλέξανδρος ὁ Πριάμου, βουκολῶν κατὰ τὴν Ἴδην, ἠράσθη τῆς Κεβρῆνος τοῦ ποταμοῦ θυγατρὸς Οἰνώνης.... Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος αὐτὴν ἀγαγόμενος παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν Ἴδην, ὅπου αὐτῷ οἱ σταθμοὶ ἦσαν, εἶχε γυναῖκα. χρόνου δὲ προϊόντος, ἐπειδὴ Ἑλένην ἔγημεν, ἡ μὲν Οἰνώνη μεμφομένη τῶν πραχθέντων τὸν Ἀλέξανδρον, εἰς Κεβρῆνα, ὅθεν περ ἦν γένος, ἀπεχώρησεν. *Alexander Priami filius in Ida paſtor Cebrenis amnis filiam amabat Oenonem.... Alexander igitur abductam eam a parente in Idam, ubi ſtativa ſua poſuerat, habuit pro uxore. Temporis autem progreſſu, cum Helenam uxorem duxiſſet, Oenone indignata ob ea quæ fecerat Alexander, ad Cebrenen, unde genus duxit, reverſa eſt.* Adde his querulam Oenones ad *Paridem* epiſtolam deſcriptam Ovid. Heroid. 5.

40. Tractasset i. totum hoc negotium figuraſſet. *Tractare* enim eſt σχηματίζειν, aut figurate agere. Hinc illud Afranii emancipato apud Soſipatrum: Inſtit. Gramm. II. p. 183. Edit. Putſch.

Quam lente tractat me atque inludit.

Sic itaque *tractatum* ſcenico exodio Domitiani cum uxore divortium. *Marcilius.*

41. Flavium Sabinum, filium *Flavii Sabini*, Veſpaſiani fratris ætate prioris, Urbis præfecti, ſupr. Vit. 15. 4. §. 15. De hoc exſtat inſcriptio vetus, quam exhibet Urſinus ex lapide Tiburtino, his verbis concepta.

perperam præco non *conſulem* ad populum, ſed *imperatorem* pronuntiaſſet [44]. Verum 7
aliquanto poſt civilis belli [45] victoriam ſævior, pleroſque partis adverſæ, dum etiam
latentes conſcios [46] inveſtigat [47], novo quæſtionis genere diſtorſit, immiſſo per ob-
ſcœna igne [48]. Nonnullis & manus amputavit. Satiſque conſtat duos ſolos e notio- 8
ribus venia donatos, tribunum laticlavium [49], & centurionem: qui ſe, quo facilius
expertes culpæ [50] oſtenderent, impudicos [51] probaverant: & ob id neque apud du-
cem, nec apud milites ullius momenti eſſe [52] potuiſſe.

EX AVCTORITATE
IMP. CAESARIS
TITI. VESPASIANI. AVG.
IN. LOCO. QVI.
DESIGNATVS. ERAT. PER.
FLAVIVM. SABINVM
OPERVM. PVBLICORVM
CVRATOREM. TEMPLVM
EXSTRVXERVNT
NEGOTIATORES FRVMENTARI.

42. E PATRUELIBUS. Unde Plin. Paneg. 48. 3. *Qua nuper illa immaniſſima bellua.... nunc propinquorum ſanguinem lamberet.* Quinam patrueles, dixi ſupr. Cæſ. 29. 2. §. 8. Fuit quoque Flavius hic Titi, cujus filiam Juliam duxerat uxorem, gener. Philoſtr. Apollon. VII. 3. Ἐπεὶ δὲ Σαβῖνον ἀπεκτονὼς ἦν τῶν ἑαυτοῦ ξυγγενῶν Ἰουλίαν ἤγετο· ἡ δὲ Ἰουλία γυνὴ μὲν ἦν τοῦ πεφονευμένου, Δομετιανοῦ δὲ ἀδελφιδῆ, μία τῶν Τίτου θυγατέρων.... *Cum* Domitianus *agnato ſuo Sabino interfecto Juliam duxiſſet uxorem: erat autem Julia quidem interfecti uxor, Titi Domitiani fratris filia.*

43. DESTINATUM conſulem, qui quare *deſtinatus*, dixi ſupr. Cæſ. 1. 1. §. 9.

* 44. PRONUNTIARE I. edere nomen illius, cui juniorum ſeniorumque centuriis magiſtratus mandabatur, & qui plura ſuffragiorum puncta tulerat, ſolebat præco. Cicer. Verr. v. 5. *Tu cum eſſes prætor renuntiatus, non ipſa præconis voce excitatus es, qui te toties ſeniorum, juniorumque centuriis illo honore affici pronuntiavit.*

45. CIVILIS BELLI moti ab Antonio Saturnino ſupr. 6. 6.

46. LATENTES CONSCII ſunt, qui in Cæſarem conſpiraverant, & qui ignorabantur. Hos ut proderent qui jam deprehenſi erant, & convicti conjurationis diro illo quæſtionis genere diſtorſit. V. Celeberr. Grævium.

47. INVESTIGAT I. quærendo invenit. Tranſlatum a venatoribus, qui feras per *veſtigia* quærendo inveniunt. Senec. Thyeſt. n. 497.

Sic cum feras veſtigat, & longo ſagax
Loro tenetur Umber.

48. IMMISSO PER OBSCOENA IGNE. Simile quid accidit Apulejo in aſinum mutato Metam. VII. p. 200. *Tunc de brachiorum ſuorum cita fatigatione conqueſta, procurrit ad focum, ardentemque titionem gerens, mediis inguinibus obtrudit; donec ſolo, quod reſtabat, præſidio meo, liquido ſtercore ſtrictim egeſto faciem, atque oculos ejus confœdaſſem: qua cæcitate, atque fœtore tandem fugata eſt a me pernicies.*

49. TRIBUNUM LATICLAVIUM *Julium* Calvaſtrum, ut dicitur Dioni ſupr. Aug. 38. 2. §. 13. Ubi etiam quis *tribunus laticlavius*, dictum.

50. CULPÆ, *conjurationis* in principem infr. §. 51.

51. IMPUDICUS quis ſit, docui ſupr. Cæſ. 52. 6. §. 20. *Impudicum ſe probavit* Julius Calvaſter. Xiphil. p. 764. D. Ἐπειδὴ γὰρ πολλάκις κατὰ μόνας συμμεμιχὼς ἠλέγχετο, καὶ οὐκ εἶχεν ὅπως ἄλλως τὴν αἰτίαν τῆς συνωμοσίας ἀπολύσηται, ἔφη κατ' ἐρωτικὴν χρείαν αὐτῷ συγγεγονέναι· καὶ γὰρ ἦν οἷος ἐρᾶσθαι δύνασθαι· καὶ ὁ μὲν οὕτως ἀφείθη. *Nam quum ſæpenumero ſolus cum eo ſermones contuliſſe convictus fuiſſet, nec poſſet alio pacto cauſam conjurationis eluere, cum eo ſe congreſſum ex amatoria neceſſitudine dixit: erat enim talis, ut amari poſſet: & ita liberatus eſt.* Et ita ſæpius ſub impudicis principibus inſtantem necem effugerunt *impudici*. Tacit. Ann. XI. 36. 4. *Suilio Cæſonino, & Plautio Laterano mors remittitur: huic ob patrui egregium meritum; Cæſoninus vitiis protectus eſt, tanquam in illo fœdiſſimo cœtu paſſus muliebria.* Noſt. ſupr. Ner. 29. 2.

52. NULLIUS MOMENTI ESSE I. nihil valere. Impudici enim infames ſunt, & ob id ad magna molienda *nullius ſunt momenti*. V. quæ dixi ad Curt. v. 13. 14. §. 37.

CAPUT XI.

ARG. *Capite condemnandis blanditur, triſtiorem ſententiam ſine præfatione clementiæ non pronuntiat; & atrocitate pœnæ quorundam conterritus ad leniendam invidiam intercedit Titus Flavius Domitianus.*

Erat autem non ſolum magnæ, ſed & callidæ inopinatæque ſævitiæ [1]. Aucto- 1. 2.
rem

SÆVITIAM *Domitiani*, quam hoc capite deſcribit noſter, Mamertin. Paneg. ad Julianum videtur vocare *cachinnantem* his verbis. *Quis neſcit aliorum imperatorum hilarem diritatem, cachinnantemque ſævitiam, a quibus ingenita crudelitas figmento lætitiæ tegebatur.* De illa etiam Plin. Paneg. 65. 3. *Quod enim*

rem [2] ſummarum pridie quam cruci ſuffigeret, in cubiculum vocavit: aſſidere [3] in toro juxta coegit [4], ſecurum hilaremque dimiſit, partibus etiam de cœna [5] dignatus eſt.
3 Arretinum Clementem conſularem [6] virum, e familiaribus & emiſſariis [7] ſuis, capitis condemnaturus, in eadem, vel etiam in majore gratia habuit, quoad noviſſime ſimul geſtanti [8], conſpecto delatore [9] ejus. *Vis*, inquit, *hunc nequiſſimum ſervum cras audiamus* [10]? Et quo contemptius abuteretur patientia hominum, nunquam triſtiorem [11] ſenten-

nim tam infidum mare: quam blanditiæ principum illorum, quibus tanta levitas, tanta fraus, ut facilius (*felicius* legit Lipſius) *eſſes iratos, quam propitios habere.* Pius Annot. poſter. c. 45.

2. AUCTOREM omnes MSC etiam Palatini, & Salmaſianus exhibent. Legendum tamen *actorem.* Quem vocat noſter, qui reditus domini a colonis exigebat, peculio præerat, & rationes conſcribebat. Ulpian. Digeſt. XI. 3. 1. §. 5. *Is quoque deteriorem facit* ſervum, qui *actori ſuaſit verbis, ſive pretio, ut rationes dominicas intercideret, adulteraret, vel etiam ut rationem ſibi commiſſam turbaret. Actores* ſervi, quibus præcipua rerum domini incumbebat cura, atque in magna familia aliis ſub ſe ſervis, quos vicarios vocabant, in ſua quiſque functione imperabant. Interdum abſolute *actores* appellantur, interdum adjuncto aliquo, ut *actores rerum, actores bonorum, actores prædiorum, fundorumque.* Et ſimili ratione *actor ſummarum* noſtro. V. *Torrentium, &* *Reineſ. Epiſt. ad Rupert.* 35. *Guther. de offic. dom. Aug.* III. 18. *Buleng. de imper.* III. 25. *Laz. Comm. R. R.* II. 13. *Barth. Adv.* LIV. 2.

3. ASSIDERE IN TORO *intra cubiculum* moris erat, ut fit hodie in ſcamnis: non ſolum cum ad cibum ſumendum diſcumberent, ſed in omni otio, aut negotio, quod quieſcere non prohiberet. Galenus in libro de præcognoſcendo, loquens de matre, quæ puero ægro aſſidebat, ἐν τῷ οἰκήματι ἦν κλίνη, καθ' ἣν ἡ μήτηρ τοῦ παιδὸς ἐκαθέζετο. *Caſaubonus.*

4. COHORT. Nam aliter impietas, & perduellionis crimen, aſſidere in toro principis, aut ſedili, ſive ſella, quæ de more juxta principis torum poſita. Spartian. Adrian. c. 23. *Tunc libere Servianum, quaſi affectatorem imperii, quod ſervis regis cœnam miſiſſet: quod in ſedili regio juxta lectum poſito ſediſſet.* Sever. c. 1. *Sedit & in ſella imperatoria temere a miniſtro poſita, ignarus quod non liceret.* Marcellin. Comes Chronic. Indict. 15. Leone Aug. II. ſolo cos. *Jacobus natione Achajus, religione paganus, medicinæ artis peritia, tam ingenio, quam literatura claruit. Hic ob medendum Leonem Aug. febre defatigatum, ſacrum Palatii cubiculum intravit: ſtatimque regia in ſella juxta torum imperialem poſita, ſine ullo Auguſti nutu conſedit, ſicque medicas adhibuit manus. Porro meridie ad eundem reverſus, ſacrum pulvinar ſublatum ſibi propter ſolum, in quo matutinus reſederat, ſpendamque tori regiam intrepidus ſuperſedit, veterum ſtudii juriſperitorum receptionibus monitum id ſeſe geſſiſſe, non temere præſumpſiſſe ægrotantem docuit principem.* V. quoque *Marcilium & Caſaubonum in Spartianum.*

5. PARTES DE COENA amicis miſiſſe veteres, dixi ſupr. Cal. 18. 5. §. 15. Inde conjectabat, ſe principi eſſe cariſſimum. Parum memor, morte damnandis *partes de cœna* mittere ſolitos eſſe tyrannos. Plutarch. Cleom. p. 822. B. Ἐπεὶ δὲ ἔδοξε ταῦτα, καὶ κατὰ τύχην ὁ Πτολεμαῖος εἰς Κάνωβον ἐξώρμησε, πρῶτον μὲν ἐξέδωκαν λόγον ὡς παραλύοιτο τῆς φυλακῆς ὑπὸ τοῦ βασιλέως· ἔπειτα, ἐν τοῖς ἔθος βασιλικοῦ, τοῖς μέλλουσιν ἐξ εἱρκτῆς ἀπολύεσθαι, δεῖπνόν τε πέμπειν καὶ ξένια, οἱ φίλοι πολλὰ τοιαῦτα τῷ Κλεομένει παρασκευάσαντες ἔξωθεν εἰσέπεμψαν, ἐξαπατῶντες τοὺς φύλακας, ὁμοίως ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀπεστάλθαι. *Poſtquam itum eſt in eam ſententiam, Cleomenem eſſe obtruncandum, Ptolemæo forte Canopum profecto, primo vulgaverunt rumorem liberari eum a rege cuſtodia: deinde, quod in more regi eſſet, ut quos erat carcere ſoluturus, cœnam his & munera mitteret: amici multa talia apparata miſerunt foris in urbem Cleomeni, quo circumvenirent cuſtodes, qui iſta miſſa putabant a rege.* Alex. Gen. III. 5. *Ægyptiis fuit in more, ut hi, de quibus ſumendum erat ſupplicium, pridie quam darentur neci, munuſcula, & cœnam ex regis menſa acciperent. Quem uſum Cæſarum temporibus invaluiſſe legimus: ut quos morte afficere volebant, illis exquiſita obſonia, & partem cœnæ mitterent.* V. & *Roa Singul.* II. 2. 12. & *Curt.* VI. 8. 16. §. 31.

6. CONSUL fuit Clemens cum L. Nonio Aſprenate Domitiani imperii anno nono ab U. C. 844. apud *Caſſiodorum*, ſed apud *Xiphilinum in indice* ejus imperii anno tertio & decimo ab U. C. 847. ſi bene calculi ſunt poſiti.

7. EMISSARIUS quis ſit V. ſupr. Galb. 15. 4. §. 11.

8. SIMUL GESTANTI i. in eadem ſella *geſtatoria* iter facienti. *Geſtans* pro *geſtato.* Ita *ſinuans* pro *ſinuato* Manil. v. 14.

Fluminaque errantis late ſinuantia flexus.

Et *prætervehens* pro *prætervecto* noſt. ſupr. Cæſ. 37. 3. Quæ ad imitationem Græcorum dicuntur. De *geſtatione* dixi ſupr. Claud. 33. 6. §. 15.

9. DELATORE. Unde Xiphil. p. 765. C. Συνεγίνετο δὲ καὶ αὐτὸς τοῖς κατηγοροῦσι καὶ τοῖς καταμαρτυροῦσι· καὶ συνέπλαττε, καὶ συνετίθει πάνθ' ὅσα λεχθῆναι ἔδει. *Colloquebatur ipſe cum accuſaturis aliquos, & teſtimonia contra quoſdam dicturis: unaque cum iis confingebat, & comminiſcebatur omnia, quæ dici ab iis oporteret.* Huc reſpicit Plin. Paneg. 42. 4. *Grata ſunt recordantibus principem illum in capita dominorum ſervos ſubornantem, monſtrantemque crimina tanquam delata puniret.*

10. Au-

ſententiam ſine præfatione clementiæ [12] pronuntiavit: ut non aliud jam certius atrocis exitus ſignum eſſet quam principii lenitas. Quoſdam majeſtatis reos in curiam 3
induxerat: & cum prædixiſſet *experturum ſe illa die quam carus ſenatui eſſet*, facile perfecerat ut etiam more majorum [13] puniendi condemnarentur: deinde atrocitate pœnæ conterritus, ad leniendam invidiam interceſſit his verbis: neque enim ab re [14] fuerit ipſa cognoſcere: *Permittite patres conſcripti, a pietate veſtra impetrari (quod ſcio me difficulter impetraturum [15]) ut damnatis liberum mortis arbitrium [16] indulgeatis. Nam & parcetis oculis veſtris [17], & intelligent me omnes ſenatui interfuiſſe [18].*

* 10. AUDIAMUS n. cauſam agere. Quotieſcunque enim *audire aliquem* legimus, intelligere debemus verbum rei, de qua agitur, accommodatum. Terent. Phorm. II. 3. 61.

Potius quam lites ſecter, aut quam te audiam.

n. cauſam contra me orare. Plura *Clariſſ. Perizon. Anim. Hiſtor. c. 7.*

11. TRISTIOREM i. graviorem, crudeliorem, capitalem. Petron. c. 20. *Domina, ſi quid triſtius paras* i. ſi vis nos occidere. c. 19. *Sed ne quid triſtius exſpectarem, comitatus faciebat.*

12. SINE PRÆFATIONE CLEMENTIÆ, quæ ea de re crudelior. Marcellin. XXVIII. *Animadverſum eſt recte hoc definitum. Nullam eſſe crudeliorem ſententiam ea, quæ eſt, cum parcere videtur, aſperior.*

13. MOREM hunc majorum V. ſupr. Ner. 49. 3.

14. AB RE i. extra propoſitum, ut ſupr. Aug. 94. 1. §. 1.

15. DIFFICULTER IMPETRATURUM, tanquam ſenatus omnino vellet, ut majeſtatis rei atrocioribus pœnis punirentur. *Beroaldus.*

16. LIBERUM MORTIS ARBITRIUM V. ſupr. Aug. 8. 14. §. 11.

17. PARCETIS OCULIS VESTRIS, ne cogamini ſupplicia horroris plena videre. * (Rebus enim improbis, dum eas aſpiciunt temerantur oculi. Senec. Epiſt. 119. *Hoc parum decens, illud parum laudatum, oculos hoc meos lædit.* Unde Brutus, quia tragicum erat ſpectaculum, contemplari non ſuſtinuit, ubi nuntiatum ei eſſet, conſpectam urbe Xantho incendio abſumpta mulierem dependentem ex laqueo, mortuum puerum ex collo ſuſpenſam habentem, & ardenti face domum inflammantem. Plutarch. p. 998. E. Ὤφθη δὲ, τῆς πόλεως διαφθαρείσης, γυνὴ κρεμαμένη μὲν ἐξ ἀγχόνης, παιδίον δὲ νεκρὸν ἐξηρτημένη τοῦ τραχήλου, λαμπάδι δὲ καιομένη τὴν οἰκίαν ὑφάπτουσα. Καὶ τοῦ θεάματος τραγικοῦ φανέντος, ἰδεῖν μὲν οὐχ ὑπέμεινεν ὁ Βροῦτος.) Ipſe tamen, utpote crudeliſſimus, ſanguine damnatorum oculos paſcebat. Docuit hoc jam Tacitus ſupr. Claud. 34. 2. §. 4.

18. ME SENATUI INTERFUISSE i. me perſuaſiſſe ſenatoribus, liberum mortis arbitrium eſſe indulgendum majeſtatis reis. *Beroaldus.*

CAPUT XII.

ARG. *Vivorum, & mortuorum bona, quolibet & accuſatore, & crimine corripit, Judaicum fiſcum acerbiſſime agit, Canidi oſculum efferenti manum præbet, & fratris generum albatos habere miniſtros indigne fert Titus Flavius Domitianus.*

Exhauſtus [1] operum ac munerum impenſis, ſtipendioque [2] quod adjecerat: tentavit quidem ad relevandos caſtrenſes ſumptus, militum numerum diminuere. Sed 1
cum & obnoxium [3] ſe barbaris per hoc animadverteret, neque eo ſecius in explicandis 2
oneribus hæreret [4]; nihil penſi habuit [5], quin prædaretur omni modo. Bona vivorum 3

EXHAUSTUS quis V. ſupr. Cal. 38. 1. §. 1.

2. STIPENDIUM.... V. ſupr. 7. 9. §. 19.

3. OBNOXIUM SE BARBARIS i. expoſitum ſe barbarorum incurſionibus. Zonar. Ann. II. p. 196. Μεταμεληθεὶς δὲ τὴν μὲν ποσότητα οὐκ ἐμείωσε, τὸ δὲ πλῆθος τῶν στρατευομένων συνέτεμε, καὶ ἑκατέρωθεν μεγάλα τὸ δημόσιον ἔβλαψε, μήθ' ἱκανοὺς τοὺς ἀμύνοντας αὐτῷ, καὶ τούτους μεγαλομίσθους ποιήσας. *Cujus largitionis cum pœnituiſſet, ſtipendiis non imminutis, ſed numero militum contracto, utraque re Reipublica multum incommodavit: quod nec ſatis erant, qui eam defenderent, & magna ſtipendia accipiebant.*

* 4. IN EXPLICANDIS ONERIBUS HÆRERET i. ſumptibus & impenſis, (Onera ſunt ſumptus & impenſæ etiam ſupr. Cal. 42. 1.) quæ neceſſario erant faciendæ, ſe expedire non poterat, curare ut præſto eſſent & expeditæ, non poterat, cum per prodigalitatem exhauſto ad conficiendam ſummam ſemper aliquid deeſſet. Ita *explicare pecuniam*, pro curare, ut eam in promptu habeas, dicit Calliſtr. Digeſt. XLII. 1. 31. *Si qui tamen per contumaciam magis, quam quia non poſſunt explicare pecuniam, differant ſolutionem.* Et *explicare rem frumentariam* pro illam faciliorem habere Cæſ. B. G. VIII. 4. 3. *Legionem*

Digitized by Google

rum ac mortuorum uſquequaque, quolibet & accuſatore & crimine [6] corripiebantur.
4 ſatis erat objici qualecunque factum dictumque adverſus majeſtatem principis. Con-
fiſcabantur alieniſſimæ [7] hæreditates, vel exiſtente uno qui diceret, audiſſe ſe ex de-
5 functo cum viveret, *hæredem ſibi Cæſarem eſſe*. Præter cæteros Judaicus fiſcus [8] a-
cerbiſſime actus eſt: ad quem deferebantur, qui vel improfeſſi [9], Judaicam intra
Urbem viverent vitam, vel diſſimulata origine [10] impoſita genti tributa non pepen-
6 diſſent. Interfuiſſe me adoleſcentulum memini, cum a procuratore, frequentiſſimo-
7 que conſilio inſpiceretur nonagenarius ſenex, an circumſectus [11] eſſet. Ab juventa
8 minime civilis, animi confidens etiam, & tum verbis, tum rebus immodicus. Cæ-
nidi patris concubinæ ex Iſtria [12] reverſæ, oſculumque, ut aſſueverat, offerenti,
9 manum [13] præbuit. Generum fratris [14] indigne ferens [15], albatos [16] & ipſum mini-
ſtros habere, proclamavit: οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη [17].

giones ibi collocatæ: explicandæ rei frumentariæ cauſa educit.

5. Nihil pensi habuit i. nihili fecit. Gell. N. A. XIII. 12. *Rarum tamen, penſumque nihil haberet .... niſi quod juſtum, ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet.* Noſt. Ner. 34. 2.

6. Crimine i. facto, dictoque, ut ſtatim noſter.

7. Alienissimæ i. ad fiſcum nullo modo pertinentes. Plin. Paneg. 34. 1. *Vidimus delatorum agmen inductum, quaſi graſſatorum, quaſi latronum: non ſolitudinem illi, non iter, ſed templum, ſed forum inſederant: nulla jam teſtamenta ſecura, nullius ſtatus certus, non orbitas, non liberi proderant.*

8. Judaicus fiscus i. tributum, quod Judæi omnes, qui in imperio Romano erant, ſolvere debebant. Appian. Syr. p. 119. Καὶ διὰ ταῦτ' ἐστὶν Ἰουδαίοις ἅπασιν ὁ φόρος τῶν σωμάτων βαρύτερος τῆς ἄλλης περιουσίας. *Quamobrem graviora ſunt Judæis tributa, quæ in ſingula capita; quam quæ pro cenſu conferunt.* Xiphil. LXVI. p. 748. C. Καὶ ἀπ' ἐκείνου δίδραχμον ἐτάχθη τοὺς τὰ πάτρια αὐτῶν ἔθη περιστέλλοντας, τῷ Καπιτωλίῳ Διῒ κατ' ἔτος ἀποφέρειν. *Ex eo conſtitutum eſt, ut Judæi, qui patrios ritus ſervare vellent, didrachmum quotannis Jovi Capitolino inferrent.* Tertull. Apolog. c. 18. *Sed & Judæi Hebraicas* literas *palam lectitant, vectigalis libertas vulgo aditur ſabbatis omnibus.* V. quoque Caſaubonum, Turneb. Adv. XXII. 16. Baron. Ann. ad. a. Chriſt. 94. De hoc in numiſmate Nervæ ſic habetur. IVDAICI FISCI CALVMNIA SVBLATA. *Urſinus.*

9. Improfessi ſunt illi, qui Judæorum cultui, & ceremoniis erant addicti, neque id diſſimulabant interrogati; ſive Judaicæ originis eſſent, ſive προσήλυτοι; ſed tamen non erant *profeſſi* hanc ſuam ſectam apud fiſcum. Et ita *improfeſſum* dicunt Quintil. declam. 241. *Res furtiva improfeſſa apud publicanos improfeſſum tranſtuleris, commiſſum ſit.* Martian. Digeſt. XXIX. 4. 16. §. 1. *Si quis improfeſſus ſervus fuerit, & probabitur in commiſſum cecidiſſe.* V. multi nominis viros, *Gronovium*, & *Grævium*.

10. Dissimulata origine i. qui, Judæi cum eſſent nati, pro non Judæis ſe gerebant.

11. Circumsectus i. circumciſus. De Judæorum *circumciſione* Tacit. Hiſt. V. 5. 4. *Circumcidere genitalia inſtituere, ut diverſitate noſcantur. Tranſgreſſi in morem eorum, idem uſurpant.* Ab illa *verpus, recutitus, curtus, apella*, Judæorum epitheta.

12. Ἰστρία, χώρα κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον. *Iſtria, regio juxta Ionium ſinum.* Stephanus. De *Iſtria* plura qui voluerit, evolvat *Diodor.* IV. *p.* 260. *Strab.* I. *p.* 39: V. *p.* 149. *Ptolem.* III. 1. *Plin.* III. 18. & 19. *Mel.* II. 3. *Iſidor.* II. 2: XIV. 4. *Juſtin.* XXXII. 3. 15. & ex recentioribus *Cluver. Ital. Ant.* I. 21.

13. Manus, ſed potentiorum *oſculabantur* veteres, ut dixi ſupr. Tib. 72. 8. §. 29. Suam Cænidi *oſculandam* præbuit Domitianus per contemptum, ut Chæreæ Cajus ſupr. 56. 4. *Oſculari* enim *manum* ſervilis honor. Arrian. in Epictet. I. 19. Ἠξίωταί τις δημαρχίας; πάντες οἱ ἀπαντῶντες συνήδονται· ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς καταφιλεῖ, ἄλλος τὸν τράχηλον, οἱ δοῦλοι τὰς χεῖρας. *Contigit alicui tribunatus? omnes obvii ei gratulantur: alius oculos ejus deoſculatur, alius collum, ſervi manus.* Senec. Epiſt. 47. *Hos ego eoſdem deprehendam, alienorum ſervorum oſculantes manum.* Quin etiam jam olim Homerus Eumæum oſculantem fecit Telemachi heri ſui manus Odyſſ. XVI. 15.

Κύσσε δέ μιν κεφαλήν τε καὶ ἄμφω φάεα καλὰ,
Χεῖράς τ' ἀμφοτέρας.
Oſculatus eſt autem ipſum, capiteque, & ambobus luminibus pulcris,
Manibus ambabus.

V. etiam *Marcilium*, *Lipſ. Elect.* II. 6. *Kemp. de Oſcul. diſſert.* II. §. 11.

14. Generum fratris *Flavium Sabinum* ſupr. 10. 6. §. 42.

15. Indigne ferens, quia color ille principum miniſtris præcipuo jure conceſſus erat, ut docet §. 16.

16. Albatos i. *albis* tunicis indutos. Regiorum vero miniſtrorum, tunicæ *albatæ* fuerint i. candidatæ, quales petitorum togæ, & creta candefactæ, cum reliquorum *albæ* tantum eſſent. Vel ſi hoc, quia hujus moris non aliud exſtat veſtigium, minus forte placeret, non tantum *albæ*, ſed & auro diſtinctæ. Unde & *auratæ* dicebantur. Lamprid. Alex. c. 34. *Auratam veſtem* i. *albam auro* diſtinctam *miniſtro-*

Digitized by Google

miniſtrorum nullus vel in publico convivio habuit. Albatos vero tantum, non *auratos* habuit miniſtros Alexander. Miniſtrantium tunicis additum fuiſſe aurum docet Senec. de tranq. c. 1. *Praſtringit animum apparatus alicujus pædagogii, diligentius quam in tralatu veſtita, & auro culta mancipia, & agmen ſervorum nitentium.* Fuerunt vero loris auratis prætextæ, quæ poſtea *paragaudæ* ſunt dictæ. Cod. XI. 8. 2. *Nemo vir auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis paragaudas, niſi hi tantummodo, quibus hoc propter imperiale miniſterium conceſſum eſt.* V. *Ferrar.* R. V. 1. 3. 4. *Salmaſ.* in *Lamprid. Alex. Sever.* c. 67. *Lipſ. Elect.* 1. 25. *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. 1.

17. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη hemiſtichium eſt Homeri explicitum ſupr. Cal. 22. 2. §. 8.

CAPUT XIII.

ARG. *Patri & fratri imperium ſe dediſſe jactat, dominus & deus appellari vult, precantes.... reſponſo non dignatur, ſtatuas non niſi aureas & argenteas ſibi poni permittit, janos.... multos exſtruit, conſulatus ſeptemdecim capit, Germanici cognomen aſſumit; & menſes ex appellationibus ſuis tranſnominat Titus Flavius Domitianus.*

1 Principatum vero adeptus, neque in ſenatu jactare dubitavit, *& patri ſe & fratri imperium dediſſe; illos ſibi reddidiſſe* [1]: neque in reducenda poſt divortium uxore edicere, *revocatam eam in pulvinar ſuum* [2]. Acclamari etiam in amphitheatro [3] epulari die [4] libenter audiit, *Domino & Dominæ feliciter* [5]. Sed & Capitolino certamine [6] cunctos ingenti conſenſu precantes, ut Palfurium Suram [7] reſtitueret, pulſum olim ſenatu, ac tunc de oratoribus coronatum [8], nullo reſponſo dignatus [9], tacere tantummodo juſſit voce præconis [10]. Pari arrogantia, cum procuratorum ſuorum nomine 2 3 4

PATRI ET FRATRI.... quia illis abſentibus omnia nutu ſuo geſſerat. Xiphil. LXVI. p. 745. B. Τό τε σύμπαν, ὥστε πάντα αὐτοὺς ὡς αὐταρχοῦντας ποιεῖν, ὥστε τὸν Οὐεσπασιανὸν ἐπιστεῖλαί ποτε τῷ Δομιτιανῷ ὅτι, χάριν ἔχω σοι τέκνον, ὅτι με ἐᾷς ἄρχειν, καὶ οὐδέπω με καταλέλυκας. *Igitur eo tempore omnia nutu horum, Domitiani & Muciani, quaſi ipſi imperatores eſſent, ita gerebantur, ut Veſpaſianus ad Domitianum ſic ſcripſerit: ago tibi gratias fili, quod me ſinas principatum tenere, quodque me ex eo nondum expuleris.*

2. IN PULVINAR SUUM *revocatam* uxorem dicit Domitianus, ſuperbe ſe deum faciens: *pulvinaria* enim diis ſternebantur, ut dictum ſupr. Cæſ. 76. 2. §. 23. Hinc *ad omnia pulvinaria ſupplicare* Cicer. Catil. III. 10. & Liv. XL. 19: XLI. 9: XLV. 16. Et eleganter de Meſſalina e proſtibulo ad ſacrum cubiculum redeunte Juven. VI. 131.

— fumoque lucernæ
Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.

V. *Torrentium*, & *Turneb. Adv.* V. 10.

3. AMPHITHEATRUM V. ſupr. Aug. 29. 13. §. 46.

4. EPULARI DIE I. quo inter muneris ſpectacula populo *epulum* dedit. V. Xiphil. ſupr. 4. 2. §. 7. Statium & Martialem ibid. 14. §. 63.

* 5. FELICITER nuptialibus acclamationibus familiaris vox fuit. Juven. Sat. II. 119.

Signatæ tabulæ: dictum feliciter.

* 6. CAPITOLINUM CERTAMEN forte dictum quinquennale Jovi *Capitolino* a Domitiano inſtitutum. *Beroaldus.*

7. PALFURIUS SURA *conſularis in agone cum virgine Lacedæmonia ſub Nerone luctatus eſt. Poſt inde a Veſpaſiano ſenatu motus, tranſivit ad Stoicam ſectam, in qua cum prævaleret & eloquentia, & artis poeticæ gloria, abuſus familiaritate Domitiani acerbiſſime partes delationis exercuit: quo interfecto, ſenatu accuſante damnatus eſt.* Scholiaſtes ad Juven. IV. 53.

Si quid Palfurio, ſi credimus Armillato.

Ejus meminit etiam Mart. VI. 44. al. 64. 13.

Laudat Aventinæ vicinus Sura Dianæ.

8. CORONAM capite geſtabant, ſi quando in publicum prodibant dicturi rhetores. Praxagora mulier apud Ariſtoph. Ἐκκλησ. n. 122.

Ἐγὼ δὲ θεῖσα τὸν στέφανον περιδήσομαι
Καὐτὴ μεθ' ὑμῶν, ἤν τι μοι δόξῃ λέγειν.
Ego vero impoſitis coronis redimibor
Et ipſa cum vobis, ſi quid mihi viſum fuerit dicere.

Ubi Scholiaſtes. Τὸ περιδήσομαι, ὅτι οἱ δημαγόροι ἐστέφοντο, *quoniam populares oratores coronabantur.* Plura *Paſchal. de coron.* V. 5. *Borrem. V. L.* c. 18.

9. NULLO RESPONSO DIGNATUS, quod ſpecimen maximæ erat arrogantiæ: & ex eo ſuperbi dicti, qui *reſpondere dignantur.* Cicer. Fam. I. 10. *Qui iſtinc veniunt, te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas.* Beroaldus.

10. TACERE JUSSIT VOCE PRÆCONIS. Et Domitianum imitatus eſt Adrianus. Xiphil. LXIX. p. 790. B. Ἦγε δὲ καὶ τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων ἐμβριθῶς μᾶλλον, ἢ θωπευτικῶς: καί ποτε ἰσχυρῶς αἰτοῦντι ἐν μονομαχίᾳ, οὐκ ἔδωκε, καὶ προσέτι ἐκέλευσε τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Δομιτιανοῦ κηρυχθῆναι, σιωπήσατε. *Populum vero Romanum ſevere magis, quam blande tractabat: cui roganti aliquid vehementius iis ludis, in quibus armis dimicabatur, non modo non conceſſit, ſed etiam juſſit imperari illud Domitiani, ſilete.*

 11. FOR-

nomine formalem [11] dictaret epiſtolam, ſic cœpit: *Dominus & Deus* [12] *noſter ſic fieri*
jubet: unde inſtitutum poſthac, ut ne ſcripto quidem ac ſermone cujuſquam appel-
5 laretur aliter. Statuas ſibi in Capitolio nonniſi aureas & argenteas [13] poni permiſit,
6 ac ponderis [14] certi. Janos [15], arcuſque cum quadrigis [16] & inſignibus triumphorum
per regiones Urbis, tantos ac tot [17] exſtruxit, ut cuidam Græce inſcriptum arcui
7 ſit, 'ΑΡΚΕΙ [18]. Conſulatus XVII. cepit [19], quod ante eum nemo. Ex quibus ſeptem
medios continuavit [20]: omnes autem pæne titulo tenus geſſit: nec quemquam ultra
8 Kalend. Maji, plures ad Idus uſque Januarias [21]. Poſt autem duos triumphos [22],
Germanici cognomine [23] aſſumpto, Septembrem menſem & Octobrem [24], ex appel-
lationibus

11. FORMALEM, quia tanquam *forma eſſet*, quam procuratores ejus ſequerentur. *Marcilius.* V. tamen, ſi lubet, *Turneb. Adv.* V. 10. *Savar. in Sidon. Epiſt.* VI. 8. *Buleng. de Imp.* III. 12. *Guther. de Off. dom. Aug.* I. 33. *Hug. de prim. ſcrib. orig.* c. 13.

12. DOMINUM ET DEUM *ſe primus appellari juſſit Domitianus*, ut quidem volunt Eutrop. VII. 17. & ex Eutropio Hieron. in Euſeb. Chron. ad a. 2101. Sed, ut Aurel. Vict. Epit. 11. 6. *more Caligulæ dominum ſeſe, deumque dici coegit.* Unde Martialis ſupr. 8. 6. §. 15.

13. NONNISI AUREAS ET ARGENTEAS *ſtatuas in Capitolio ſibi poni paſſum eſſe* Domitianum teſtantur etiam Eutropius, & ex Eutropio Hieron. in Euſeb. Chron. ad a. 2107. Imo illi decretas fuiſſe dicit Xiphil. LXVII. p. 762. D. Τοσαῦτα δὲ αὐτῷ ἐψηφίσθη, ὥστε πᾶσαν ὀλίγου δεῖν τὴν οἰκουμένην τὴν ὑπ' αὐτὸν οὖσαν, εἰκόνων αὐτοῦ, καὶ ἀνδριάντων, καὶ ἀργυρῶν, καὶ χρυσῶν ἐμπλησθῆναι. *Tot autem ei & tanta decreta facta ſunt, ut in omni fere orbe terrarum, qui ſub ditione ejus erat, imagines ipſius & ſtatuæ, tam aureæ, quam argenteæ poſitæ ſint.* V. etiam Plinium ſupr. Aug. 52. 2. §. 6.

14. PONDUS hoc exprimere videtur Stat. Sylv. V. I. 189.

Da Capitoliis æternum ſedibus aurum,
Quo niteat ſacri centeno pondere vultus.

De ſtatuarum *pondere* Lipſ. de Magn. Rom. III. 9.

15. JANOS V. ſupr. Aug. 31. 10. §. 47.

16. QUADRIGÆ honeſtiſſimæ fuerunt, ſeu currus *quadrigarum*, quem ſtatua inſidebat triumphalis, inter ornamentorum, aut inſignium genera, cum ipſis pæne Romanarum virtutum certantia generibus; quibus gens illa æqua meritorum æſtimatrix, quin & remuneratrix viros egregios afficere, atque honeſtare ſolebat. Hoc ſenſu Juvenalis vocavit VIII. 3.

——— *ſtantes in curribus Æmilianos.*

Et in veſtibulis i. templorum atriis triumphatoris ſtatuam argenteam depinxit VII. 125.

——— *hujus enim ſtat currus aheneus, alti*
Quadrijuges in veſtibulis, atque ipſe feroci
Bellatore ſedens curvatum haſtile minatur.

Feroci bellatore, ſive equo *ſedere* nihil aliud eſt quam ἡνιοχεῖν i. aurigare, & habenas regere. Ac ferme arcuum molibus, Janis, ædium faſtigiis, operumque inſignibus curvaturis ea ſimulacra impoſita. Prudent. contr. Symm. II. 555.

Fruſtra igitur currus ſumma miramur in arce
Quadrijugos, ſtanteſque duces in curribus altis
Fabricios, Curios, hinc Druſos, inde Camillos.

Et hoc loco noſter. *Chiment. de Hon. Biſell.* c. 41.

17. TANTOS AC TOT, *ingentes exceſſuroſque templorum faſtigium titulos.* Plin. Paneg. 54. 4.

18. 'Αρκεῖ i. ſatis eſt, ſufficit, neque plures janos, aut arcus erigi tibi pati debes. *Turneb. Adv.* V. 10: XXII. 16. *Barth. Adv.* LIV. 17.

19. CONSULATUS XVII. CEPISSE Domitianum dicit etiam Auſon. grat. act. p. 239. *Scis imperator doctiſſime, ſcis, inquam, ſeptem ac decem Domitiani conſulatus, quos ille, invidia alteros provehendi, continuando conſeruit, ita in ejus aviditate deriſos: ut hoc eum pagina Faſtorum ſuorum, imo faſtidierum fecerit inſolentem, nec potuerit præſtare felicem.* Unde Statius Domitiano de ſeptimo & decimo gratulatur Sylv. IV. I. I.

Læta bis octonis accedit purpura faſtis
Cæſaris, inſignemque aperit Germanicus annum.

V. etiam *Beroaldum.* Et, qui ſingulos illos adfert, *Pagi diſſert. hypat.* p. 65. 204. 205. 206.

20. CONTINUAVIT i. ſine temporis intervallo, ſine interruptione geſſit. Noſt. ſupr. Aug. 26. 4. Ner. 14. I. *Continuaſſe* nonnullos conſulatus Domitianum §. 19. dixit Auſonius. Ad *continuos* illos alludit Plin. Paneg. 58. I. *Non te ad exemplar ejus voco, qui continuis conſulatibus fecerat longum quemdam, & ſine diſcrimine annum.* Perpetuum *conſulatum* receperunt Cæſar ſupr. 76. 2. Vitellius ſupr. 11. 3. recuſavit Africanus ſuperior apud Valer. Max. IV. I. 6. *Voluerunt ei continuum per omnes vitæ annos conſulatum, perpetuamque dictaturam tribuere. Quorum ſibi nullum, neque plebiſcito dari, neque ſenatuſconſulto decerni patiendo, pæne tantum in recuſandis honoribus ſe geſſit, quantum geſſerat in emerendis.*

21. ULTRA KALENDAS MAJI. Eo reſpicit Plin. Paneg. 65. 3. *Quam diverſum conſuetudine illorum, qui pauculis diebus geſtum conſulatum, imo non geſtum abjiciebant per edictum.*

22. POST DUOS TRIUMPHOS de *Cattis & Dacis* n. V. ſupr. 6. 4. §. 8. & 9.

23. GER-

Digitized by Google

lationibus ſuis, Germanicum Domitianumque tranſnominavit: quod altero ſuſcepiſſet imperium, altero natus eſſet [25].

23. GERMANICI COGNOMEN a *Germanico* inter titulos imperii fuit, & illo uſi, qui *Germanicum* Cæſarem vel ſanguine, vel adoptione contingebant. Poſtea dictus eſt *Germanicus* a copiis *Germanicianis* Vitellius ſupr. 8. 3. §. 14. Trajanus, *quod Germaniæ præſederit*. Plin. Paneg. 9. 2. Domitianus ſupr. §. 19: 6. 4. §. 8. & 9. V. quoque *Buleng. de Imper.* I. 31.

24. SEPTEMBREM ET OCTOBREM *tranſnominaviſſe* Domitianum dicit etiam Euſeb. Chron. ad a. 2013. *Duo menſes aliter appellati, September Germanicus, & October Domitianus.* Unde Plin. Paneg. 54. 4. *Nunc menſes etiam, nec hos ſingulos, nomini Cæſarum dicabamus.* Sed hæc nomina menſium cum Domitiano interciderunt. Plutarch. Num. p. 72. D. Τὺς δὲ ἐφεξῆς Δομετιανὸς μετεποίησε ταῖς αὑτῦ ἐπωνυμίαις οὐ πολὺν χρόνον· ἀλλὰ τὰς αὑτῶν ἀναλαβόντες πάλιν, ἐκείνου σφαγέντος, ὁ μὲν ἕβδομος, ὁ δὲ ὄγδοος καλῦνται. *Succedentes appellationibus ſuis tranſnominavit Domitianus, verum haud id diu: quo trucidato receperunt ſuas, atque alter September, alter vocatur October.* Macrob. Saturn. I. 12. *Menſis September principalem ſui retinet appellationem: quem Germanici appellatione, Octobrem vero ſuo nomine Domitianus invaſerat: ſed ubi infauſtum vocabulum ex omni ære, vel ſaxo placuit eradi: menſes quoque uſurpatione tyrannica appellationis exuti ſunt.* V. & ſupr. Tib. 26. 5.

25. ALTERO SUSCEPISSET IMPERIUM... Duplex feſtum imperatoris celebrabatur: unum dies *natalis*, alterum coronationis, ſive acquiſiti *imperii*. Erantque tunc ludi in theatro, in circo certamina, & venationes. De *natali* noſt. ſupr. Aug. 57. 3. §. 2. de *imperio* clara teſtimonia. Capitol. Pertin. c. 15. *Circenſes, & imperii natales additi.* Spartian. Adrian. c. 4. *Quando natalem imperii inſtituit celebrandum.* Noſt. Cal. 16. 13. Veſp. 6. 7. Mos, qui obtinuit jam tempore Ciceronis. Ita enim ille de utroque orat. poſt redit. ad Quirit. c. 2. *A parentibus, id quod neceſſe erat, parvus ſum procreatus: a vobis natus ſum conſularis.* Plura *Meurſ. de Lux. Rom. Mant.* c. 16. *Roa Singul.* I. 7. 16. *Buleng. de Imper.* III. 2.

CAPUT XIV.

ARG. *Amicorum, libertorum, uxoris conſpiratione opprimitur, vitæ annum, diemque ultimum, mortis horam, & genus a Chaldæis docetur, & pavidus, atque anxius, minimis ſuſpicionibus commovetur Titus Flavius Domitianus.*

Per hæc terribilis cunctis & inviſus, tandem oppreſſus eſt amicorum libertorum- 1
que [1] intimorum conſpiratione, ſimul & uxoris [2]. Annum diemque ultimum 2
vitæ jam pridem ſuſpectum habebat, horam etiam, nec non & genus mortis. Ado- 3
leſcentulo Chaldæi [3] cuncta prædixerant. Pater quoque ſuper cœnam quondam fun- 4
gis abſtinentem palam irriſerat, ut ignarum ſortis ſuæ, quod non ferrum potius ti-
meret. Quare pavidus ſemper atque anxius, minimis etiam ſuſpicionibus prætermo- 5
dum

AMICORUM, LIBERTORUMQUE, unde *a ſuis interfectum* dicunt Eutrop. VII. 17. & Oroſ. VII. 10. Denarrant illos Xiphil. p. 766. D. & Zonar. Ann. II. p. 197. Ἐπέθεντο δὲ αὐτῷ, καὶ συνεσκευάσαντο τὴν πρᾶξιν, Παρθένιός τε ὁ πρόκοιτος αὐτῦ, καίπερ ὕτω τιμώμενος παρ' αὐτῦ, ὡς καὶ ξιφοφορεῖν, καὶ Σιγηρὸς ἐν τῇ προκοιτίᾳ καὶ αὐτὸς ὤν, Ἔντελλός τε ὁ τὰ τῆς ἀρχῆς βιβλία διέπων, μετὰ Στεφάνου ἀπελευθέρου· καὶ αὐτὸ ὕτε ἡ Δομετία γυνὴ αὐτῦ, ὕτε δὲ ὁ Νορβανὸς ὁ ἔπαρχος οὐδ' ὁ συνάρχος Πετρώνιος Σεκοῦνδος ἠγνόησαν. *Invaſere eum inſidias moliti, Parthenius, ante cubiculum ejus cubare ſolitus, licet eum honorem ab ipſo conſequeretur, ut etiam gladii geſtandi jus haberet, & Sigerus, unus & ipſe procubitorum e numero, & Entellus, cui incumbebat cura libellorum imperii, cum Stephano liberto: ſed neque Domitia uxor ejus, neque Norbanus præfectus prætorio, neque collega ejus Petronius Secundus id dicuntur ignoraſſe.*

2. UXORIS *Domitia.* Xiphilinus, & Zonaras. Καὶ αὐτὸ ὕτε ἡ Δομετία ἡ γυνὴ αὐτῦ ἠγνόησε· ἥ τε γὰρ ἀεὶ ποτε ὑπ' αὐτῦ ἐμισεῖτο, καὶ διὰ τῦτ' ἐφοβεῖτο μὴ καὶ ἀποθάνῃ. Πάντας ἅμα αὐτὺς ὁ Δομετιανὸς ὑποπτεύσας, ἀποκτεῖναι ἠθέλησε, καὶ σφῶν τὰ ὀνόματα ἐς σανίδιον φιλύρινον δίθυρον ἐγγράψας, ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ἐν τῇ κλίνῃ, ἐν ᾗ ἀνεπαύετο, ὑπέθηκε: καὶ αὐτὸ παιδίον τι τῶν γυμνῶν τῶν ψιθύρων, καθεύδοντος αὐτῦ μεθ' ἡμέραν, ἀφελόμενον εἶχεν, οὐκ εἰδὼς ὅ τι φέροι: προστυχοῦσα δὲ αὐτῷ ἡ Δομετία, τά τε γεγραμμένα ἀνέγνω, καὶ ἐμήνυσε καὶ ἐκείνοις κατὰ τῦτο. *Sed neque Domitia uxor id ignoravit. Nam & hæc in odium ejus venerat, timebatque ne ſe interfici juberet. Domitianus enim ſtatuerat eos omnes, quos habebat ſuſpectos interficere, atque eorum nomina in tabulis tiliaceis, iiſque bipatentibus, ſub pulvinari lecti, in quo requieſcebat, abdiderat: quas quum puerulus quidam ex eo genere, qui nudi ſunt & garruli, illo interdiu dormiente, ſurreptas teneret, ignarus* quid

dum commovebatur: ut edicti de excidendis vineis propoſiti gratiam facere [4] non alia magis re compulſus [5] credatur, quam quod ſparſi libelli cum his verſibus erant:

> Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
> Ὅσσον ἐπισπεῖσαι Καίσαρι θυομένῳ [6].

6 Eadem formidine oblatum a ſenatu novum & excogitatum [7] honorem, quamquam omnium talium appetentiſſimus, recuſavit: quo decretum erat, *ut quoties gereret conſulatum, equites Romani, quibus ſors obtigiſſet, trabeati* [8], *& cum haſtis militaribus, præ-*
7 *cederent eum, inter lictores apparitoreſque.* Tempore quoque ſuſpecti periculi [9] appropinquante, ſolicitior in dies, porticuum [10], in quibus ſpatiari conſueverat, parietes phengite lapide [11] diſtinxit: e cujus ſplendore per imagines quidquid a tergo fieret, provideret: nec niſi ſecreto atque ſolus pleraſque cuſtodias [12], receptis quidem in
8 manu catenis [13] audiebat. Utque domeſticis perſuaderet, ne bono quidem exemplo auden-

quid ferret. Domitia forte in hunc incidit, &, quæ ſcripta erant, legit, ac rem omnem illi ſignificavit.

3. CHALDÆOS V. ſupr. Vit. 14. 6. §. 14.

4. GRATIAM FACERE quid ſit docui ſupr. Tib. 35. 2. §. 6.

5. COMPULSUS eſt etiam Ionum legatione, quam narrat Philoſtr. ſupr. 7. 6. §. 15.

6. Κἤν με φάγῃς.... Cæſari minitatur pulcerrima hæc parodia, quam verto: *vel ſi me ad radicem comederis, tantum tamen vini producam, quantum immolando Cæſari poſſit infundi*, quod capro vitis minitatur apud Euenum poetam Anthol. I. 6. I.

> Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
> Ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

Quos ſic vertit illos ex Eueno in Faſtos transferens Ovid. I. 357.

> *Rode caper vitem, tamen hinc cum ſtabis ad aram,*
> *In tua quod ſpargi cornua poſſit erit.*

Mos enim veteribus, uti capitibus ſtantium, ſub ictu, cultroque victimarum vinum infunderetur. Virg. Æn. IV. 60.

> *Ipſa tenens dextra pateram pulcerrima Dido*
> *Candentis vaccæ media inter cornua fundit.*

Igitur neci Domitianum Cæſarem per hos verſiculos libelli deſtinabant. *Politian. Miſcell.* c. 26. *Bochart. Hieroz.* I. 3. 29. *Barth. Adv.* XXXV. 17. *Tiraq. in Alex. Gen.* IV. 17. & *h. l. Beroaldus.*

7. NOVUM ET EXCOGITATUM, δὶς τὸ αὐτὸ, pro *noviter excogitatum.* Marcilius.

8. TRABEA chlamys fuit alba purpura prætexta, & clavis, aut *trabibus* cocco diſtincta. Rotunda non quadrata, a toga prætexta tamen diſtincta. Plin. IX. 39. *Purpuræ uſum Romæ ſemper fuiſſe video, ſed Romulo in trabea: nam toga prætexta, & latiore clavo Tullum Hoſtilium e regibus primum uſum, devictis Hetruſcis, ſatis conſtat.* Brevior quam toga. Virg. Æn. VII. 188.

> —— *parvaque ſedebat*
> *Succinctus trabea.*

Erat equitum. V. ſupr. Aug. 38. 3. §. 15. V. *Ruben. de Re veſt.* I. 5. *Manut. Quæſ. Epiſt.* III. 3. *Lipſ. in Tacit. Ann.* p. 56. *Turneb. Adv.* V. 10. *Bayſ. R. V.* c. 10. *Ferrar. R. V.* I. 2. 5. & 6. *Petav. in Themiſt.* p. 622.

9. SUSPECTI PERICULI i. mortis, cujus *tempus ſuſpectum* habebat, utpote a Chaldæis ante prædictum. *Beroaldus.*

* 10. PORTICUUM domus priſtino palatio a Domitiano additæ meminit etiam Plutarch. Poplic. p. 105. B. Εἰ μίαν ἴδοι ἐν οἰκίᾳ Δομετιανοῦ στοάν. *Si unam in domo Domitiani videat porticum.*

11. PHENGITEM LAPIDEM deſcribit Plin. XXXVI. 22. *Nerone principe in Cappadocia repertus eſt lapis duritia marmoris, candidus, atque tranſlucens, etiam qua parte fulva inciderant venæ, ex argumento phengites appellatus. Hoc conſtruxerat ædem Fortunæ, quam Sejam appellant, a Servio rege ſacratam, aurea domo complexus. Quare etiam foribus opertis interdiu claritas ibi diurna erat, alio* (ita pro *haud alio* ſcribendum eſſe vult Salmaſ. Exercit. Plin. p. 184. a. B.) *quam ſpecularium modo, tanquam incluſa luce, non tranſmiſſa.*

12. CUSTODIAS i. cuſtoditos. V. ſupr. Tib. 61. 16. §. 39.

13. CATENAM manui dextræ alligatam habebat is qui in noxa erat, quæ eadem militis ſiniſtram vinciebat cuſtodiæ ejus præfecti. Senec. de Tranq. c. 10. *Sed quid refert? eadem cuſtodia univerſos circumdedit, alligatique ſunt etiam qui alligaverunt: niſi tu forte leviorem in ſiniſtra catenam putas.* Epiſt. 5. *Quemadmodum eadem catena & cuſtodiam* (i. *cuſtoditum*, ipſum qui *cuſtoditur*. V. ſupr. Tib. 61. 16. §. 39.) *& militem copulat: ſic iſta, quæ tam diſſimilia ſunt, pariter incedunt.* Catenæ ejuſmodi longiuſculæ erant, ut ambulare, incedere pariter non incommode poſſent. Athen. V. p. 213. A. Ῥωμαίων δὲ στρατηγὸς μὲν Παμφυλίας Κόιντος ὁ Ἴππιος χειρωθεὶς ἀκολουθεῖ δέσμιος. Μάλλιος δὲ Ἀκύλλιος ὁ ὑπατευκὼς, ὁ τὸν ἀπὸ Σικελίας καταγαγὼν θρίαμβον, συνδεῖται ἔχων ἁλύσει μακρᾷ Βαστέρνῃ πεντάπηχει πεζὸς ὑπὸ ἱππέως ἕλκεται. *E Romanis prætor Pamphyliæ Q. Oppius*, male in Græcis Ἴππιος, *deditione acceptus, ſequitur in vinculis. Manius autem*, non Μάλλιος, *Aquilius conſularis, qui de*

Digitized by Google

audendam eſſe patroni necem [14]: Epaphroditum a libellis [15] capitali pœna condemnavit [16], quod poſt deſtitutionem Nero [17] in adipiſcenda [18] morte manu ejus adjutus [19] exiſtimabatur.

de Siculis triumphavit, colligatum ſecum habens longa catena Baſtarnam quendam quinque cubitorum, pedes ab equite trahitur. Huc pertinet, quod ſcribit noſter. *Lipſ. in Tacit. Ann. p.* 60. *Mod. Epiſt. Philol.* 2.

14. PATRONI NECEM.... 1. ne liberti in *patroni* cædem conſpirarent: præſagiebat enim ſe manibus libertorum periturum. *Beroaldus.* Xiphil. p. 766. C. Ἵν' ἐκ τῆς τιμωρίας, ἣν ὑπὲρ ἐκείνου ἐποιεῖτο, πόῤῥωθεν τοὺς ἰδίους ἀπελευθέρους ἐκφοβήσῃ μηδὲν τοιοῦτον τολμῆσαι. *Ut per ſupplicium, quod illius,* Neronis, *cauſa de illis ſumebat, libertos ſuos, ne quid tale committere auderent, multo ante deterreret.*

15. A LIBELLIS quis dicatur, dixi ſupr. Ner. 49. 7. §. 19.

16. CAPITALI POENA CONDEMNAVIT, *antea relegatum.* Xiphil. p. 766. C. Καὶ τὸν Ἐπαφρόδιτον δὲ τοῦ Νέρωνος πρότερον μὲν ἐξήλασε, τότε δὲ καὶ ἔσφαξε.

17. NERO, quem Epaphroditi cæde Domitianum vindicaſſe dicit Plin. Paneg. 53. 4. *An excidit dolori noſtro modo vindicatus Nero? permittere credo famam, vitamque ejus carpi, qui mortem ulciſcebatur: nec ut in ſe dicta interpretarentur, quæ de ſimillimo dicerentur.*

* 18. ADIPISCIMUR etiam crimina, mortem.... Ovid. Triſt. II. 92.

At nullum crimen adeptus eram.

1. nullo crimine tenebar, nullum crimen commiſeram. Hygin. Poet. Aſtron. II. 14. *Triopas, mala plurima perpeſſus, aliquando mortem adeptus eſt.* 1. mortuus eſt.

19. MANU EJUS ADJUTUS, imo criminatus eſt, cum opem Neroni non tuliſſe. Xiphilinus. Ἐγκαλέσας αὐτῷ ὅτι μὴ ἤμυνε τῷ Νέρωνι.

CAPUT XV.

ARG. *Flavii Clementis interitu ſuum maturat, eumque certis prodigiis docetur Titus Flavius Domitianus.*

Denique Flavium Clementem [1] patruelem ſuum contemptiſſimæ inertiæ [2], cu- 1
jus filios etiamnum parvulos ſucceſſores palam deſtinaverat; & abolito priore nomine, alterum *Veſpaſianum* appellari juſſerat, alterum *Domitianum*: repente ex tenuiſſima ſuſpicione [3] tantum non ipſo ejus conſulatu [4] interemit: quo maxime facto maturavit ſibi exitium [5]. Continuis octo menſibus tot fulgura facta nuntiataque 2
ſunt

FLAVIUM CLEMENTEM, filium *Flavii* Sabini, & fratrem iſtius *Flavii* Sabini, de quo ſupr. 10. 6. §. 42.

2. CONTEMPTISSIMÆ INERTIÆ hominem cum hunc Flavium vocat noſter, eo ipſo Chriſtianum fuiſſe demonſtrat. De hoc injuriæ in Chriſtianos titulo Tertull. Apolog. c. 42. *Sed alio quoque injuriarum titulo poſtulamur, & infructuoſi in negotiis dicimur.* Torrentius. Ad Chriſtianiſmum forte tranſiit opera Flaviæ Domitillæ. Euſeb. Chron. ad a. 2112. Scribit *Brutius plurimos Chriſtianorum ſub Domitiano feciſſe martyrium, inter quos & Flaviam Domitillam, Flavii Clementis conſulis ex ſorore neptem in inſulam Pontiam relegatam, quia ſe Chriſtianam teſtata ſit.* Hiſt. Eccleſ. III. 18. Ἐν ἔτει πεντεκαιδεκάτῳ Δομετιανοῦ Φλαβίαν Δομετίλλαν, ἐξ ἀδελφῆς γεγονυῖαν Φλαβίου Κλήμεντος, ἑνὸς τῶν τηνικάδε ἐπὶ Ῥώμης ὑπάτων, τῆς εἰς Χριστὸν μαρτυρίας ἕνεκεν, εἰς νῆσον Ποντίαν κατὰ τιμωρίαν δεδόσθαι. *Anno decimo quinto Domitiani Flaviam Domitillam, ex ſorore Flavii Clementis, qui unus ex conſulibus tum Romæ fuit, prognatam, ob Chriſti teſtimonium, in inſulam Pontiam ſupplicii cauſa extruſam.*

3. EX TENUISSIMA SUSPICIONE ἀλόγιστος, quam deſcribit Xiphil. p. 766. A. Κἀν τῷ αὐτῷ ἔτει ἄλλους τε πολλοὺς, καὶ τὸν Φλάβιον Κλήμεντα ὑπατεύοντα κατέσφαξεν, ὁ Δομετιανός· ἐπηνέχθη δὲ ἀμφοῖν ἔγκλημα ἀθεότητος· ὑφ' ἧς καὶ ἄλλοι ἐς τὰ τῶν Ἰουδαίων ἤθη ἐξοκέλλοντες πολλοὶ κατεδικάσθησαν: καὶ οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δὲ τῶν γοῦν οὐσιῶν ἐστερήθησαν. *Eodem anno Domitianus cum alios multos, tum vero Flavium Clementem conſulem morte affecit, illato ambobus,* Clementi, & Domitillæ, *crimine impietatis: quo crimine plures etiam alii, Judaicos ad ritus exorbitantes, damnati fuerunt, quorum pars occiſa eſt, pars ſpoliata facultatibus.* Tenue quid V. ſupr. Cæſ. 46. 3. §. 10.

4. TANTUM NON IPSO EJUS CONSULATU 1. ipſiſſimo *conſulatus* ejus tempore. *Conſulem* Clementem dixerunt Euſeb. ſupr. §. 2. Xiphilinus ſupr. §. 3. & dicet Philoſtratus infr. §. 5. Fuit autem conſul cum Domitiano XVII. V. *Scalig. in Euſeb. p.* 188. *Pagi diſſ. Hypat.* p. 65. & *h. l. Marcilium.*

5. QUO FACTO MATURAVIT.... Philoſtr. Apollon. VIII. 10. Ἤδη δὲ θεοὶ Δομετιανὸν ἦγον τῆς τῶν ἀνθρώπων προεδρίας: ἔτυχε μὲν γὰρ Κλήμεντα ἀπεκτονὼς ἄνδρα ὕπατον. *Jam dii a gubernatione mortalium Domitianum deturbabant, nam occiderat Clementem conſulem.*

6. Fe-

3 ſunt, ut exclamaverit, *Feriat jam quem volet* [6]. Tactum de cœlo [7] Capitolium,
templumque Flaviæ gentis: item domus Palatina, & cubiculum ipſius: atque etiam
e baſi ſtatuæ triumphalis titulus [8] excuſſus vi procellæ in monumentum proximum
4 decidit. Arbor, quæ privato adhuc Veſpaſiano everſa ſurrexerat, tunc rurſus re-
5 pente corruit [9]. Præneſtina [10] Fortuna, toto imperii ſpatio annum novum [11] com-
mendanti, lætam eandemque ſemper ſortem dare aſſueta: extremo triſtiſſimam red-
6 didit: nec ſine ſanguinis mentione. Minervam [12], quam ſuperſtitioſe colebat, ſo-
mniavit excedere ſacrario [13], negantem ultra ſe tueri eum poſſe, quod exarmata [14]
7 eſſet a Jove. Nulla tamen re perinde commotus eſt, quam reſponſo caſuque Aſcle-
8 tarionis mathematici. Hunc delatum, nec inficiantem jactaſſe ſe, quæ providiſſet
ex arte, ſciſcitatus eſt quis ipſum maneret exitus? & affirmantem *fore, ut brevi la-*
9 *ceraretur a canibus* [15], interfici quidem ſine mora [16], ſed ad coarguendam temeritatem
artis, ſepeliri quoque accuratiſſime imperavit. Quod cum fieret, evenit ut repen-
tina tempeſtate dejecto funere ſemiuſtum cadaver diſcerperent canes; idque ei cœ-
nanti

6. FERIAT JAM QUEM VOLET hoc ſuo telo Jupiter, q. d. etiamſi me percutere voluerit. *Beroaldus.*

7. TANGI DE COELO quid ſit, dixi ſupr. Aug. 94. 2. §. 3. Hæc *tacta* exitium Domitiano, a quo utrumque fuerat ædificatum, portendebant. V. *Beroaldum.*

8. TITULOS ſtatuis adſcriptos fuiſſe docui ſupr. Cal. 34. 2. §. 5.

9. REPENTE CORRUIT, & Domitiano *ruinam* denuntiavit, ut *proſtrata viridior, ac firmior reſurgens* Veſpaſiano imperium portenderat ſupr. Veſp. 5. 7. §. 29. & 30.

* 10. PRÆNESTEN Latii urbem deſcripſi ſupr. Aug. 72. 5. §. 25. In illa urbe *Fortunæ fanum fuit pulcerrimum.* Cicer. de Div. II. 41. De quo Strab. v. p. 165. Πραίνεστος δ' ἐστὶν ὅπου τὸ τῆς Τύχης ἱερὸν ἐπίσημον χρηστηριάζον. *Apud Præneſte autem fanum & oraculum Fortunæ celebre eſt.* Hinc *Præneſtina Fortunæ* meminit etiam Lucan. II. 193.

——— *Vidit Fortuna colonos*
Præneſtina ſuos cunctos ſimul enſe reciſos.

Ovid. Faſt. VI. 62.

Et Præneſtinæ mœnia ſacra deæ.

Et Sil. IX. 365. dixit *ſacriſque dicatum*

Fortunæ Præneſte jugis.

In eo ſortibus oracula dabantur. V. ſupr. Tib. 63. 3. §. 8. Illarum originem Cicero nos docuit Tib. 63. 3. §. 9.

11. NOVUM ANNUM qui auſpicati fuerint veteres, dixi ſupr. Ner. 7. 8. §. 28.

12. MINERVÆ *Chalcidicæ* templum poſuit Auguſtus. Dio LI. p. 459. D. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἀντίλαοι τό τε Ἀθηναῖον καὶ ὁ Χαλκιδικὸν ὀνομαζόμενον. ad imitationem templi Minervæ æneі, quod Chalcidenſes inter Tænarum & Lacedæmonem quondam exſtruxerant. Fuit in nona regione, quæ Circus Flaminius, Victor. An Romanum hoc æneum fuerit, an Minervæ ſtatua duntaxat in eo ænea, dubium. V. *Borrich. Ant. Urb. Fac.* II. 6. Hoc vetuſtate corruptum inſtauraſſe Domitianus videtur. Euſeb. Chron. ad a. 2105. *Multa opera Romæ facta, in quibus Minerva Chalcidica.* Scalig. in Euſeb. p. 186. b.

13. EXCEDERE SACRARIO, in quo ab ipſo religioſe colebatur. V. ſupr. 4. 12. §. 50. imo ex curru, qui nigris equis trahebatur, in magnum hiatum deſcendere. Xiphil. LXVII. p. 767. C. Καὶ ἄλλα τέ τινα αὐτῷ σημεῖα ἐγένετο.... καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ὕπνῳ τὴν Ἀθηνᾶν, ἣν ἐν τῷ κοιτῶνι ἱδρυμένην εἶχε, τὰ ὅπλα ἀποβεβληκέναι, καὶ ἐπὶ ἅρματος ἵππων μελάνων ἐς χάσμα ἐμπίπτειν ἔδοξεν.

14. EXARMATAM Minervam. §. 13. dixit etiam Xiphilinus. *Armata* dicitur Minerva exſiliiſſe a capite Jovis. Unde & *armipotens* & *armiſona* vocatur a poetis.

15. LACERARETUR A CANIBUS; horum enim eſt cadavera trahere, *lacerare*, & devorare. Docent hoc exempla impiorum hac pœna multatorum etiam in ſacris, quæ collegit *Bochart. Hieroz.* I. 2. 55.

16. INTERFICI SINE MORA, imo vivum exuri, ut hanc hiſtoriam paullo aliter narrantes produnt Xiphilin. D. & Zonar. Ann. II. p. 197. Ἕτερός τέ τις πρότερόν ποτε εἰπὼν αὐτῷ, καὶ ὁπότε καὶ ὅπως φθαρήσεται, ἔπειτα ἐρωτηθείς, ὁποίῳ αὐτὸς τέλει τῷ βίῳ χρήσεται, καὶ ἀποκρινάμενος ὅτι ὑπὸ κυνῶν διαλαφθήσεται, ἐκελεύσθη μὲν ζῶν κατακαυθῆναι, καὶ τὸ πῦρ αὐτῷ προσήχθη· ὑετοῦ δὲ ἐν τούτῳ πολλοῦ καταῤῥυέντος, ἥ τε πυρὰ ἐσβέσθη, καὶ ἐκεῖνον κύνες ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον, καὶ ἐπικείμενον ἐπ' αὐτῆς εὑρόντες, διεσπάραξαν. *Fuit alius, qui quum illi*, Domitiano, *tempus & genus mortis prædixiſſet, ab eoque viciſſim interrogatus, quem exitum vita ipſe eſſet habiturus, reſpondiſſet fore, ut a canibus abſumeretur, vivus exuri juſſus eſt: quum autem id temporis magnus imber defluxiſſet, exſtinctus fuit ille rogus: & canes hunc, cui vincta a tergo erant manus, ut in rogo jacebat, inventum diſcerpſerunt.*

17. LA-

nanti a mimo Latino [17], qui præteriens forte animadverterat, inter cæteras diei fabulas [18] referretur.

17. LATINI *mimi* meminerunt Mart. I. 4. 5.

Qua Thymelen ſpectas, deriſoremque Latinum.

Juven. I. 36.

——— *& a trepido Thymele ſummiſſa Latino.*

Latini epitaphium, in quo ipſe loquitur, exſtat apud Mart. IX. 21. I.

Dulce decus ſcenæ, ludorum fama Latinus,
Ille ego ſum plauſus, deliciæque tuæ.

V. *Beroaldum.*

18. DIEI FABULÆ ſunt narrationes rerum variarum, quæ illo *die* acciderant. *Fabula* enim & rei geſtæ eſt narratio, ut docui ſupr. Aug. 70. I. §. 2.

CAPUT XVI.

ARG. *Cædis tempus adeſſe ſentit, & occiditur Titus Flavius Domitianus.*

Pridie quam periret, cum oblatos tuberes [1] ſervari juſſiſſet in craſtinum, adjecit; 1
Si modo uti licuerit. Et converſus ad proximos, affirmavit *fore, ut ſequenti die,* 2
Luna ſe in Aquario cruentaret [2]*: factumque aliquod exiſteret, de quo loquerentur homines per terrarum orbem.* Ad mediam noctem [3] ita eſt exterritus, ut ex ſtrato proſiliret [4]; dehinc mane aruſpicem [5] ex Germania miſſum [6], qui conſultus de fulgure mutationem rerum prædixerat, audiit condemnavitque [7]. Ac dum exulceratam in fronte verrucam [8] vehementius ſcalpit, profluente ſanguine [9]. *Utinam*, inquit, *hactenus.* 3

TUBER arbor eſt, de qua Colum. R.R. XI. 2. *Poſſunt etiam his diebus ceraſi, & tuberes, & armeniaca, & amygdala, cæteraque arbores, quæ primæ florent, inſeri commode.* Tranſlata ex Africa in Italiam. Plin. XV. 14. *Æque peregrina ſunt zizipha, & tuberes, quæ & ipſa non pridem venere in Italiam, hæc ex Africa, illa ex Syria. Sext. Papinius, quem conſulem vidimus, primus utraque attulit, divi Auguſti noviſſimis temporibus, in caſtrorum aggeribus ſata.* De hujus arboris fructu Mart. XIII. 41.

Non tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramis,
De Nomentanis ſed damus arboribus.

42.

Lecta ſuburbanis mittantur apyrina ramis,
Et vernæ tuberes, quid tibi cum Libycis?

2. LUNA SE IN AQUARIO CRUENTARET I. ſanguinaria morte periret. *Aquarius* unum eſt ſignum ex duodecim ſignis zodiaci, qui ita figuratur, *ut aquam aliquo infundens. Hunc complures Ganymedem eſſe dixerunt: quem Jupiter propter pulcritudinem corporis ereptum parentibus, deorum miniſtrum feciſſe exiſtimatur.* Hygin. Poet, Aſtron. II. 29. *Aquarius* ſignum eſt humectum & imbricum: & ideo dicit Domitianus *Lunam ſe in Aquario cruentaturam*, quia non aqua, ſed *cruor* effunderetur. *Beroaldus.*

3. AD MEDIAM NOCTEM dicebatur tempus, quod intempeſtam ſequebatur, & mediam noctem præcedebat. Cenſorin. D. N. c. 24. *Exinde intempeſta, id eſt, multa nox, qua nihil agi tempeſtivum eſt: tunc ad mediam noctem dicitur: & ſic media nox.* Sic & *ad meridiem* eſt tempus, quod meridiem antecedebat. Cenſorinus. *Poſt hoc ad meridiem, tunc meridies. Ad* I. circa, ſub. Cæſ. B. C. I. 3. I. *Miſſo ad veſperam ſenatu.* Noſt. infr. 17. 2: 21. 4. Hæc virorum optimus, in omni literarum genere rariſſimus, *J. G. Grævius.*

4. ITA EST EXTERRITUS.... forte cum ſomniavit Junium Ruſticum, quem ab illo occiſum vidimus ſupr. 10. 5. §. 32. ſtricto ad ſe gladio venire. Xiphil. LXVII. p. 767. C. Καὶ ἄλλά τι αὐτῷ σημεῖα ἐγένετο, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ὕπνῳ τόν τε Ῥύστικον ξίφει προσιόντα οἱ ἔδοξεν. *Evenere enim illi,* Domitiano, *prodigia, quod Ruſticum ad ſe cum gladio accedere in ſomnis vidit.*

5. ARUSPICEM *Larginum Proclum*, qui hoc in Germania prædixiſſe dicitur. Xiphilinus & Zonaras. Λαργῖνός τις Πρόκλος δημοσίᾳ εἰπὼν ἐν Γερμανίᾳ, ὅτι τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ἐν ᾗ ἀπέθανε, τελευτήσει.

6. EX GERMANIA MISSUM a provinciæ præſide. Xiphilinus. Ἀνεπέμφθη τε ἐς τὴν Ῥώμην ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος.

7. AUDIIT, CONDEMNAVITQUE. Xiphilinus. Ἐσαχθεὶς πρὸς τὸν Δομιτιανὸν, ἔφη καὶ τότε ταῦθ' οὕτως ἕξειν: καὶ καταδικασθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ, ἀνεβλήθη τε, ὅπως διαφυγόντος αὐτοῦ τὸν κίνδυνον ἀποθάνῃ, κἀν τούτῳ Δομιτιανοῦ σφαγέντος ἐσώθη. *Introductus ad Domitianum, id etiam tunc confirmavit fore: itaque rei capitalis damnatus eſt, ſed dilato ſupplicio, quo tum demum afficeretur, quum ille periculum effugiſſet, tandem necato Domitiano ſalvus evaſit.*

8. VERRUCA eſt tuberculum, & caro dura, & calloſa. Q. Seren. 65. I.

Interdum exiſtit turpi verruca papilla.

Beroaldus.

9. PROFLUENTE SANGUINE. Nam, ut idem Seren. 65. 8.

Si rupta immenſos fundit verruca cruores.

Sabellicus.

10. UTI-

4 ctenus [10]. Tunc horas requirenti, pro quinta, quam metuebat, ſexta ex induſtria
5 nuntiata [11] eſt. His velut tranſacto jam periculo lætum, feſtinantemque ad corporis curam [12], Parthenius cubiculo præpoſitus convertit: nuntians [13] eſſe, qui magnum
6 neſcio [14] quid afferret, nec differendum. Itaque ſummotis omnibus, in cubiculum [15] ſe recepit, atque ibi occiſus eſt.

10. Utinam hactenus n. profluat ſanguis, neque majus in me fiat ſanguinis proluvium: verebatur enim, ne ſanguis ex corpore ſuo per vulnera ingeſta abundanter effuſus proflueret. *Beroaldus.*

11. Nuntiarent qui ſibi *horas*, pueros habuerunt Romani. Docent hoc poetæ. Juven. Sat. x. 215.

—— clamore opus eſt, ut ſentiat auris,
Quem dicat veniſſe puer, quot nunciet horas.

Mart. viii. 68. 1.

Horas quinque puer nondum tibi nuntiat, & tu
Jam conviva mihi Cæciliane venis.

Docent hoc hiſtorici. Plin. vii. 53. *Cn. Bebius Tamphilus prætura & ipſe functus, cum a puero quæſiſſet horas.* V. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 447. *a.* G. Grang. *in Juvenalem*, *Herald. & Rader. ad Martialem.*

12. Curare corpus dicitur quando ornatur ſupr. Cal. 45. 3. §. 12. & quando cibo, potuque reficitur. Liv. iii. 2. *Tum quidem corpora cibo, ſomnoque curant.* Veget. iii. 11. *Veteribus ſeculis mos fuit, parco cibo curatos milites ad certamen educere. Curandi corporis* tempus quando adeſſet nuntiabant ſervi. Sidon. Epiſt. ii. 9. *Ecce & ab archimagiro adventans, qui tempus inſtare curandi corpora moneret.* Senec. de Brev. Vit. c. 13. *Quos quando lavari debeant, quando natare, quando cœnare alius admonet.*

13. Nuntius hic fuit Stephanus Domitillæ libertus, qui in illum à foro, ubi jus dixerat, redeuntem incidit. Philoſtr. Apollon. viii. 10. Ἀπιόντι τοῦ δικαστηρίου προσελθὼν, δέομαί σου, ἔφη, βασιλεῦ, μόνου.

14. Magnum neſcio quid, μεγάλα γὰρ ὑπὲρ ὧν ἂν ἀκροάσῃ. Philoſtratus. Apud quem, quidnam illud fuerit, in porticum ſeductus, ſtatim addit Stephanus. Οὐ τέθνηκεν ὁ πολεμιώτατός σοι Κλήμης, ὡς σὺ οἴει· ἀλλ' ἔστιν, ὃ ἐγὼ οἶδα, καὶ ξυντάττει ἑαυτὸν ἐπὶ σέ. *Non eſt mortuus, ut arbitraris, inimiciſſimus tibi Clemens, ſed vivit adhuc, egoque id optime ſcio: & ipſe eſt, qui nunc adverſus te irruit. Neſcio quid* qualis fuerit formula, monui ad Curt. ix. 2. §. 88.

15. In cubiculum ἀνδρῶνα, ὃ τὰ βασίλεια, *in andronem, ubi regia.* Philoſtratus. *Andron vero locus domicilii appellatur anguſtior longitudine, in quo viri plurimum morabantur, ut gynæceum a mulieribus.* Feſtus. In illud interdiu, uti conſueverat, requieturus, ſe receperat, ut quidem prodidit Xiphilinus. Ἐπειδὰν γὰρ τάχιστα ἐκ τοῦ δικαστηρίου ἀνέστη, καὶ ἀναπαύσεσθαι τὸ μεσημβρινὸν, ὥσπερ εἰώθει, ἔμελλε, πρῶτον μὲν τὸ ξίφος, ὃ ἀεί ποτε ὑπὸ τῷ προσκεφαλαίῳ αὐτοῦ ἔκειτο, τὸ σιδήριον ὁ Παρθένιος ἐξεῖλεν, ὅπως μὴ χρήσηται· ἔπειτα τὸν Στέφανον, ἐῤῥωμενέστερον τῶν ἄλλων ὄντα, ἐσέπεμψε. *Igitur poſtquam* Domitianus *de tribunali ſurrexit, interdiu, ut conſueverat, requieturus, primum Parthenius gladium ferreum, qui ſemper ſub pulvinari jacebat, abſtulit, ne illo uteretur: deinde Stephanum, virum robuſtiorem ceteris intromiſit.* Sed in templo Romæ occiſum dicit Cedren. p. 201. Καὶ ἐσφάγη ἐν τῷ ναῷ Ῥώμης. * Imo ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διός, *in fano Jovis* Chronici Alexandrini Auctor, quem laudat & refellit *Illuſtr.* Cuper. *Epiſt.ad Ampliſſ. Voet. p.* 9.

CAPUT XVII.

ARG. *Septem vulneribus a conjuratis contrucidatur, & populari ſandapila per veſpillones exportatus, in ſuburbano Latina via funeratur Titus Flavius Domitianus.*

1 De inſidiarum cædiſque genere, hæc fere divulgata ſunt. Cunctantibus conſpiratis, quando & quomodo, id eſt, lavantemne an cœnantem aggrederentur: Stephanus [1] Domitillæ [2] procurator, & tunc interceptarum pecuniarum reus [3], conſilium

Stephanum quid ad Domitianum conficiendum impulerit, narrat Philoſtr. Apollon. viii. 10. Στέφανος τοίνυν ἀπελεύθερος τῆς γυναικὸς, ὃν ἐδήλου τὸ τῆς διοσημείας σχῆμα, εἴτε τὸν τεθνεῶτα ἐνθυμηθεὶς, εἴτε πάντας, ὥρμησε μὲν ἴσα τοῖς ἐλευθερωτάτοις ποτὲ Ἀθηναίοις ἐπὶ τὸν τύραννον. *Stephanus igitur mulieris*, Domitillæ, *libertus, cujus nomen figuram viſi pridem in cœlo*, coronæ, *portenti ſignificabat, ſive de interfecto*, Clemente, *cogitans, ſive omnium* Romanorum civium conditionem miſeratus, *tyrannum interficere perinde aggreſſus eſt, atque olim Athenienſium liberrimi fecerant.* De illo etiam Tertul. Apolog. c. 35. *Unde qui armati Palatium irrumpunt, omnibus Stephanis, atque Parthenius audaciores.*

2. Domitillæ *Flaviæ*, Flavii Clementis conſulis a Domitiano occiſi ſupr. 15. 1. §. 1. uxoris, & Domitiani conſanguineæ. Xiphil. p. 766. A. Καὶ γυναῖκα καὶ αὐτὴν συγγενῆ ἑαυτοῦ Φλαβίαν Δομιτίλλαν ἔχοντα. Hanc Domitiani ſororem, ſi modo verum, vocat Philoſtratus. Κλήμεντα ἀπεκτονὼς, ᾧ τὴν ἀδελφὴν

Digitized by Google

lium operamque obtulit. Ac ſiniſteriore brachio velut ægro, lanis faſciiſque [4] per 2
aliquot dies ad avertendam ſuſpicionem obvoluto, ad [5] ipſam horam dolum interjecit [6]: profeſſuſque conſpirationis indicium [7], & ob hoc admiſſus [8], legenti [9] traditum a ſe libellum [10], & attonito ſuffodit inguina [11]. Saucium ac repugnantem adorti Clo- 3
dianus cornicularius [12], & Maximus Parthenii libertus, & Saturius decurio cubiculariorum [13], & quidam e gladiatorio ludo, vulneribus ſeptem contrucidaverunt. Puer,

ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ ἐκδεδώκει. Interfecerat Clementem, cui propriam ſororem matrimonio collocaverat. Euſebius ſupr. 15. 1. §. 2. Flaviam Domitillam quandam Clementis ſororis filiam ſuiſſe contendit. Quæ an eadem hæc fuerit, dicat qui noverit.

3. Interceptarum pecuniarum reus. Unde & Stephanus, & ejus ſocii, in quibus Clodianus, quem *ob fraudem intercepta pecunia ſupplicium ſuſpectaſſe* dicit Aurel. Vict. Epit. 11. 11. *cerdones* dicuntur. Juven. IV. 153.

Sed periit, poſtquam cerdonibus eſſe timendus
Cœperat.

Ubi Schol. *Cerdo eſt proprie turpis lucri cupidus.* V. *Marcilium.*

4. Lanis fasciisque *brachium obvolvit* Stephanus, quaſi fractum eſſet. Philoſtratus. ξίφος δὲ ὑπήρας (ita pro ὑφήρας legit Marcilius) τῷ τῆς ἀριστερᾶς πήχει, καὶ τὴν χεῖρα ἐπιδέσμοις ἀναλαβὼν, ὡς κατεαγυῖαν. *Pugione autem manus leve ulna ſublato, & manu faſciis obvoluta, quaſi fracta eſſet.* V. illas ſupr. Galb. 3. 5. §. 7.

5. Ad 1. circa, ſub. V. ſupr. 16. 3. §. 3.

6. Dolum interjecit, ut pro quinta ſextam nuntiaret. Beroaldus. Sed Jacobi Ferrarii, & Petri Fabri *dolonem*, quem illos huc ex Philoſtrato §. 4. laudato tranſtuliſſe dicunt Caſaubonus & Marcilius, reponendum & ego cenſeo, etiam hac de cauſa, quia ad occultandum inter faſcias gladium, quo Domitianum e medio tollere meditabatur, id ipſum commentus fuerit Stephanus. Et ita legendum contendit quoque Pontan. Epiſt. 142.

7. Professus conspirationis indicium 1. ſe velle *indicare* eos, qui *conſpiraverant* in Domitianum. V. ſupr. 16. 5. §. 14. Quis *index*, docuit nos Aſconius ſupr. Cæſ. 17. 1. §. 4. *Profiteri indicium* etiam Tacit. Ann. VI. 3. 6. *Et ſummum ſupplicium decernebatur, ni profeſſus indicium eſſet.*

8. Admissus 1. intra cubiculum receptus, ἀπολαβὼν ἐς τὸν ἀνδρῶνα. Philoſtratus. Ob hoc ſcite, & vere Plin. Paneg. 49. 1. *Ille tamen, quibus ſibi parietibus & muris ſalutem ſuam tueri videbatur, dolum ſecum & inſidias, & ultorem ſcelerum Deum incluſit. Dimovit, perfregitque cuſtodias pœna, anguſtoſque per aditus, & obſtructos, non ſecus ac per apertas fores, & invitantia limina irrupit: longeque tunc illi divinitas ſua, longe arcana illa cubilia, ſævique ſeceſſus, in quos timore, & ſuperbia, & odio hominum agebatur.*

* 9. Legentium *libellos* ſibi traditos inſidiarum indices, exempla, ſi quæris, invenies apud Curt. VII. 2. 27. §. 56.

10. Libellis utebantur delatores. Plin. VII. 27. *Nihil notabile ſecutum, niſi forte, quod non fui reus: futurus, ſi Domitianus, ſub quo hæc acciderunt, diutius vixiſſet. Nam in ſcrinio ejus datus a Caro de me libellus inventus eſt.* Tales *inſidiarum indices* dicit noſter ſupr. Cæſ. 81. 9. §. 41.

11. Suffodit inguina. Philoſtratus. Μέγα δ' αὐτοῦ βοήσαντος περὶ ὧν ἤκουσε, τεταραγμένῳ προσπεσὼν ὁ Στέφανος, καὶ τὸ ξίφος ἐσκευασμένης χειρὸς ἀνασπάσας, διῆκε τοῦ μηροῦ, πρὸς μὲν τὸν αὐτίκα θάνατον οὐ καιρίως, πρὸς δὲ τὸν μετὰ ταῦτα οὐκ ἄκαιρον. *Clamantis autem, & ob ea quæ audierat perturbati Stephanus ab alligato brachio gladium educens, femur perfodit, vulnere quidem ad ſubitam mortem ferendam non ſufficienti, ſed non irrito, quippe quod exſtinguere tandem poſſet.*

12. Cornicula fuerunt inſignia galearum, non criſtæ plumeæ ſectæ, ac diviſæ in *cornua*, ſed vera *cornuum* ſimilitudo ære, vel ferro expreſſa. Plin. X. 43. *Nec non & recens fama Crateri Monocerotis cognomine in Erizena regione Aſia corvorum opera venantis, eo quod devehebat in ſylvas eos inſidenses corniculis humeriſque.* Per *cornicula* palam eſt intelligi galeæ *cornua*, quibus inſidebant corvi. Atque inde *monoceros* cognomen habuiſſe videtur ille Craterus ab unico galeæ *corniculo*, unde ſortaſſe ſic legendum. Erant inter dona militaria virtutis ergo conferri ſolita. Liv. X. 44. *Equites omnes ob inſignem multis locis operam, corniculis, armilliſque argenteis donat.* Hinc *cornicularii* milites in militia antiqua Romana. Aſcon. in Cicer. p. 90. *Accenſus nomen eſt ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps, vel commentarienſis, aut cornicularius: hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt.* Genus militum erat honeſtiorum, qui ab galeæ paraſemo ſic dicebantur, beneficiarii ut plurimum tribunorum, aut centurionum. Val. Max. VI. 1. 11. *Cui*, M. Lectorio Mergo tribuno militari, *Cominius tribunus plebis diem dixit ad populum, quod cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet.* Et hinc comœdiæ Plautinæ nomen *Cornicularia*, in qua miles *corniculis* inſignem galeam geſtans traducebatur. Et *corniculo merere* dicuntur, qui *corniculum* habent in galea, ut equites equo. Noſt. Gramm. 9. t. De *corniculariis* agunt quoque *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 386. *b. Turneb. Adv.* V. 10. *Rhodig. A. L.* XIX. 10. *Sigon. de ant. jur. prov.* II. 2. *Buleng. de triumph. c.* 12. *de imper.* VI. 46. *M. Donatus in Livium. Pius Annot. poſt. c.* 77. *Laz. Comm. R. R.* IV. 12. *Pancirol. Not. imp. c.* 11.

13. Decurionem cubiculariorum vocat noſter, qui ad militiæ ſimilitudinem parti alicui *cubiculario-*

 rum

4 Puer [14], qui curæ Larium [15] cubiculi ex conſuetudine aſſiſtens interfuit cædi, hoc amplius narrabat, juſſum ſe a Domitiano ad primum ſtatim vulnus pugionem pulvino ſubditum [16] porrigere, ac miniſtros vocare: neque ad caput quidquam, excepto capulo, & præterea omnia clauſa reperiſſe: atque illum interim correpto deductoque ad terram Stephano, colluctatum [17] diu, dum modo ferrum extorquere, modo,
5 quamquam laniatis digitis, oculos effodere conatur. Occiſus eſt XIV. Kalend. Octo-
6 bris, anno ætatis XLV. [18], imperii XV [19]. Cadaver ejus populari [20] ſandapila [21] per veſpillones [22] exportatum, Phyllis [23] nutrix in ſuburbano ſuo Latina via [24] funeravit:

rum (V. ſupr. Cæſ. 4. 2. §. 16.) præfuit: nam omnibus ſimul præfectum fuiſſe Parthenium crediderim, qui etiam gladii geſtandi honorem adeptus fuerat ſupr. 14. 1. §. 1. Recentiores fere *decanos* vocant, ut olim in monaſteriis *decanos* appellatos fuiſſe qui decem monachis præerant, tradit Auguſtin. de morib. Eccleſ. Cathol. 1. 33. Et forte *decuriones Palatii* Ammian. XX. 4. *Sed cum ad latebras ſeceſſiſſet occultas accidentium varietate perterritus Julianus, aliquis Palatii decurio, qui ordo eſt dignitatis pleniore gradu ſigna Petulantium ingreſſus atque Celtarum, facinus indignum turbulente exclamat, pridie Auguſtum eorum arbitrio declaratum, clam interemptum.* V. etiam *Beroaldum*, *Torrentium*, *Laz. Comm. RR.* III. 9. *Pancirol. Not. imper. c.* 60. *Guther. de offic. dom. Aug.* III. 29. *de Jur. Pont.* III. 10. *Chiment. de Biſell. c.* 37. *Buleng. de imper.* IV. 1.

14. PUER interdum Laribus apponi ſolebat, interdum præerant canes. Plutarch. Quæſt. Roman. 49. *Διὰ τί τῶν Λαρητῶν, οὓς ἰδίως Πραιστίτας καλοῦσι, τούτοις κύων παρέστηκεν. Cur Laribus, quos Præſtites proprio vocant, canis præficitur.*

15. CURÆ LARIUM qui adſiſtebat, *curabat*, ut omnia in *Larario* diligenter eſſent ordinata. V. & ſupr. Aug. 7. 2. §. 10.

16. PULVINO SUBDITUM Domitiani pugionem vidimus ſupr. 16. 6. §. 15. Et ſuum *pulvino ſubdere* ſolitum fuiſſe Alexandrum dicit Plutarch. Alex. p. 668. *Ἔσχε δὲ ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον.* V. etiam ſupr. Oth. 11. 3.

17. LUCTAM Domitiani cum Stephano deſcribit Philoſtr. Apollon. VIII. 10. *Ὁ δ᾽ ἐῤῥωμένος μὲν καὶ ἄλλως τὸ σῶμα, γεγονὼς δὲ περὶ τὰ πέντε καὶ τετταράκοντα ἔτη, ξυνεπλάκη τρωθεὶς, καὶ καταβαλὼν τὸν Στέφανον, ἐπέκειτο τοὺς ὀφθαλμοὺς ὀρύττων, καὶ τὰς παρειὰς ξυντρίβων, πυθμένι χρυσῆς κύλικος αὐτοῦ κειμένης περὶ τὰ ἱερά. Ille quidem alioquin in robuſto corpore, ſed annos ætatis quinque ſupra quadraginta natus propter vulnus minime dejectus eſt, apprehenſoque Stephano ſuperincumbens, eruere oculos conabatur, & faciem aureo calice, qui forte ſacrorum cauſa adſtabat, pertundens.*

18. ANNO ÆTATIS QUINTO ET QUADRAGESIMO *occiſum* eſſe Domitianum dicunt etiam Eutrop. VII. 17. & Aurel. Vict. Epit. 11. 12. *Ἔζησε γὰρ ἔτη τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα, μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσιν. Vixit enim annos quatuor & quadraginta, menſes decem, dies ſex & viginti.* Xiphilinus & Zonaras. *Errant* itaque, dum *anno ætatis quinto & triceſimo occiſum* dicunt Euſeb. Chron. ad a. 2112. & Caſſiod. ad annum ab U. C. 851.

19. IMPERII DECIMO QUINTO *anno occiſum* eſſe Domitianum dicunt etiam Eutropius, Euſeb. Hiſt. Eccl. III. 20. & Julian. Imper. p. 311. B. Edit. Spanh. & *circiter quinto decimo* Victor. Sed addunt *quindecim annis* dies quinque Xiphilinus & Zonaras, menſes quinque Euſeb. Canon. Chron. p. 193. & Proſper Aquitan. Chron. p. 288. menſes octo Clemens Alexandr. Strom. 1. p. 339. Et per totos quindecim annos Rempublicam vaſtaſſe dicit Zoſim. 1. 6. *Καὶ πεντεκαίδεκα τοὺς πάντας ἐνιαυτοὺς τῷ πολιτεύματι λυμηνάμενος.*

20. POPULAREM vocat etiam Oroſius, *vilem* Lucan. VIII. 736.

Da vilem Magno plebeji funeris arcam.

& Horat. Sat. 1. 8. 8.

Huc prius anguſtis ejecta cadavera cellis
Conſervus vili portanda locabat in arca.

21. SANDAPILA efferebantur pauperiores, & vilioris fortunæ homines, ut lectica ditiores. Fulgent. Placiad. de priſc. ſerm. §. 1. *Sandapilam antiqui dici voluerunt feretrum mortuorum, id eſt, loculum: non in quo nobilium corpora, ſed in quo plebeiorum, atque damnatorum cadavera portabantur. Sicut Steſimbrotus Thaſius de morte Polycratis regis Samiorum deſcripſit, dicens: poſteaquam de cruce depoſitus, ſandapila etiam deportatus eſt.* Compingebatur ex paucis tabulis, unaque cum cadavere eadem uſtrina comburebatur. Græci *σορὸς* vocant, quas ligneas fuiſſe conſtat. Et *ſandapilarum fabros*, ut dicuntur Juven. VIII. 175. *σοροποιοὺς* Pollux Onom. X. 31. V. quoque *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 848. *a. G. Laz. Comm. R. R.* III. 18. *Turneb. Adv.* XXX. 30. *Meurſ. de Fun. c.* 20. *Kirchm. de Fun.* II. 9. *Ravard. de div. reg. jur.* 138. *Morſt. Pomp. Fer.* II. 8. 2.

22. VESPILLONES *dicuntur, qui funerandis corporibus offitium gerunt, quia veſpertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt.* Mart. 1. 40.

Nuper erat medicus, nunc eſt veſpillo Diaulus.

Feſtus. *Mnaſeas ſcripſit in Cecrope libro, Apollinem, poſteaquam a Jove vinctus, atque interfectus eſt, a veſpillonibus ad ſepulturam elatum eſſe.* Fulgentius Placiades. Unde & Eutrop. VII. 14. *Funus ejus cum ingenti dedecore per veſpillones exportatum, & ignobiliter*

vit [25]: ſed reliquias templo [26] Flaviæ gentis clam intulit, cineribuſque Juliæ filiæ Titi, quam & ipſa educaverat, commiſcuit [27].

ter eſt ſepultum. De *veſpillonibus* etiam *Lazius Comm. Reip. Rom.* III. 18. *Kirchman. de Funer.* II. 8. *Meurſ. de Fun.* c. 16. *Valeſ. in Marcellin. p.* 36. *Dilher. Diſp. Acad.* II. 6. §. 3. *Panvin. de Civ. Rom. c.* 44. *Moreſt. Pomp. Fer.* II. 8. 4. Quot uni fuerint adhibitæ landapilæ diſputant *Kirchmannus*, & *Gutber. de jur. man.* I. 26.

23. PHYLLIS, quam corpus ejus furatam eſſe dicit Xiphilin. LXVII. p. 768. Καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα Φυλλὶς ἡ τροφὸς κλέψασα ἔθαψεν.

24. LATINA VIA initium habet a *Latina* porta ejuſdem nominis, ducens in populos *Latinos*. Deſcribit illam Strab. v. p. 163. Γνωριμώταται δὲ τῶν ὁδῶν, ἥ τε Ἀππία, καὶ ἡ Λατίνη, καὶ ἡ Οὐαλερία: μέση δ' αὐτῶν ἡ Λατίνη, ἡ συμπίπτουσα τῇ Ἀππίᾳ κατὰ Κάσινον πόλιν, διέχουσαν Καπύης ἐννεακαίδεκα σταδίους: ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς Ἀππίας ἐν ἀριστερᾷ ἀπ' αὐτῆς ἐκτρεπομένη πλησίον Ῥώμης, εἶτα διὰ Τουσκλάνου ὄρους ὑπερβᾶσα, μεταξὺ Τούσκλου πόλεως, καὶ τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους, κάτεισιν ἐπὶ Ἀλγιδὸν πολίχνιον, καὶ Πικτὰς πανδοχεῖα. *Nobiliſſimæ viarum ſunt Appia, Latina, & Valeria: Latina eſt media, quæ in Appiam incidit ad Caſinum urbem, diſtantem a Capua novendecim ſtadiis: incipit a via Appia ad ſiniſtram ab ea prope Romam deflectens, ac ſupra montem Tuſculanum tranſit inter Tuſculum urbem, ac montem Albanum, deſcenditque ad Algidum oppidum, & Pictas diverſorium.* In Latina via ſepulcra fuiſſe teſtantur Juven. v. 55.

Clivoſæ veheris dum per monumenta Latinæ.

I. 169.

—— experiar quid concedatur in illis
Quorum Flaminia tegitur cinis atque Latina.

Et inſcriptiones, quas exhibent *Kirchm. de Fun.* II. 22. *Aring. Rom. Subterr.* IV. I. §. 2. & *Faes ad Gyrald. de Sepult.* c. 5. * *Loco a pontifice dato* addit Laz. Comm. R. R. III. II. hunc locum laudans. Sed vel gloſſema Lazii eſſe, vel e margine in textum irrepſiſſe putat Demſter. A. R. v. 39. Certe in editionibus vulgatis verba illa deſiderantur. Si genuina eſſent, docerent nos pontifices ſepulturæ olim loca deſignaſſe. Minimum hoc Strabo nos docet Geog. v. p. 169. Ὄντων τῶν ὑφηγουμένων τὰ τοιάδε ἱερῶν, ἐργολαβησάντων τὸν τόπον. *Cum eſſent pontifices, qui conducto iſto loco hujuſmodi ſacra præmonſtrarent.* Et inſcriptiones a Lazio laudatæ. Quarum prior inter Bajas & Anverſam.... URNA. EMPTA. ATQUE. INDULGENTIA. PONTIFICUM. LOCUS. DATUS. EST. Poſterior Romæ in domo Franciſci Laſlis.... LOCUS. DATUS. EST. A. P. MANILIO. FORTUNATO. PATRONO.

25. FUNERAVIT I: ſepelivit. V. ſupr. Claud. 45. 4. §. 8.

26. TEMPLUM.... V. ſupr. I. I. §. 4.

27. COMMISCUIT *cineribus Juliæ*, ex ritu priſco, quo cineres amantium miſcere ſoliti. Amantes autem Domitianus & Julia. Nam etiam recepta in conjugium Domitia, cum Julia tamen nihilominus, ut ante, conſuevit. Zonar. Ann. II. p. 196. Εἶτα διαθέντος τοῦ δήμου, κατηλλάγη μὲν τῇ Δομιτίᾳ, ἐχρῆτο δ' οὐδὲν ἧττον τῇ Ἰουλίᾳ. Sic *miſcere* cineres. Mart. I. 94. al. 117. 3.

Hoc tegitur cito rapta ſuis Antulla ſepulcro:
Hoc erit Antullæ miſtus uterque parens.

V. *Marcilium. Bourdelot. in Heliodor.* II. *p.* 39. *Reineſ. Inſcr. Claſſ.* XVIII. *n.* 22.

CAPUT XVIII.

ARG. *Qua ſtatura, & quo vultu fuerit Titus Flavius Domitianus.*

Statura fuit procera, vultu modeſto [1], ruboriſque [2] pleno, grandibus oculis, ve- 1
rum acie hebetiore: præterea pulcer ac decens [3], maxime in juventa, & quidem

VULTUM MODESTUM, & *verecundiam oris* n. 2. accipe, ut loquuntur læti, ſine effectu, quomodo ſæpe noſter loquitur. *Modeſtiam* ergo vocat, quam *modeſtiæ imaginem* Tacit. Hiſt. IV. 86. 4. *Interdum enim modeſtiam præferre, & laſcivia uti ſolent homines*, ut idem Ann. XIII. 45. 4. Et dum *ignoti* Domitiani eſſent *mores, crebra oris confuſio pro modeſtia accipiebatur.* Idem Hiſt. IV. 40. I.

2. RUBOR pudoris nota eſt, & non parvam commendationem adfert. Sidonius de Theodorico Gothorum rege Epiſt. 2. *Lactea cutis, quæ propius inſpecta juvenili rubore ſuffunditur. Namque hunc illi crebro colorem, non ira, ſed verecundia facit.* Et de Aciliano Plin. Epiſt. I. 14. *Eſt illi facies liberalis, multo ſanguine, multo rubore ſuffuſa. Quidam tamen nunquam magis, quam cum erubuerint, timendi ſunt: quaſi omnem verecundiam effuderint. Sylla tunc erat violentiſſimus, cum faciem ejus ſanguis invaſerat.* Senec. Epiſt. II. Et Domitianus *occurſu quoque viſuque terribilis, ſuperbia in fronte, ira in oculis, femineus pallor in corpore, in ore impudentia multo rubore ſuffuſa.* Plin. Paneg. 48. 4. ſed *ab illo ſe contra pudorem muniebat.* Tacit. Agric. 45. 4.

3. DECENS de toto dicitur corpore, vel de partibus ejus. Vict. Epit. 15. 4. *Procerus decenter membra.* Priap. 36. 6.

Habet decentes numinis dei plantas.

Petron. c. 88. *Dic Chryſis, ſed verum: numquid indecens ſum? nunquid incompta? nunquid ab aliquo naturali vitio formam meam excæco? Ubi forma faciem,*

dem toto corpore, exceptis pedibus, quorum digitos reſtrictiores [4] habebat; poſtea
calvitio [5] quoque deformis, & obeſitate ventris, & crurum gracilitate: quæ tamen
2 ei valetudine longa remacruerant [6]. Commendari [7] ſe verecundia oris [8] adeo ſentie-
bat [9], ut apud ſenatum ſic quondam jactaverit, *Uſque adhuc certe animum meum pro-*
3 *baſtis, & vultum.* Calvitio ita offendebatur, ut in contumeliam ſuam traheret [10],
ſi cui alii joco vel jurgio [11] objectaretur: quamvis libello, quem *de cura capillorum* ad
amicum edidit, hoc etiam ſimul illum, ſeque conſolans inſeruerit.

Οὐχ' ὁράᾳς οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε [12].

Eadem me tamen manent capillorum fata, & forti animo fero comam in adoleſcentia ſeneſcentem [13]. *Scias nec gratius quidquam decore, nec brevius* [14].

indecens reliquum reſpicit corpus. Unde etiam de veſte decora, & bene aptata dicitur. Plaut. Moſt. I. 3. 16.

Quin me adſpice, & contempla, ut hac me decet.

V. *Ampliſſ.* *Cuper.* *Obſerv.* I. 11.

4. DIGITOS RESTRICTIORES *pedum* qui habent, videntur dici *falcones*. Ita enim Feſtus. *Falcones dicuntur, quorum digiti pollices in pedibus intro ſunt curvati, a ſimilitudine falcis.* Gloſſ. vet. *Falcones*, δάκτυλοι ποδῶν ἔσω ϲλίποντες. V. *Jun. de Pictur.* III. 10.

5. CALVITIO, a quo *calvus Nero* Poetis eſt dictus. Juven. Sat. IV. 37.

Cum jam ſemianimum laceraret Flavius orbem
Ultimus, & calvo ſerviret Roma Neroni.

Auſon. Cæſar. II. 12.

——— *ſecutus*
Frater, quem calvum dixit ſua Roma Neronem.

* Hoc hominem deformem reddit. Lactant. de Opif. c. 7. *Cum ipſa nuditas hominis miro ad pulcritudinem valeat: non tamen etiam capiti congruebat: quanta enim in eo deformitas eſſet, ex calvitio apparet.* Apul. Apol. p. 321. *Priuſquam iſto calvitio deformaretur.* Unde calvi *deturpari* dicuntur noſt. Cal. 35. 3. V. etiam Cæſ. 45. 4.

6. REMACRUERANT quomodo, ſi *deformis* eorum *gracilitas*. Si *remacruerant* pro *macruerant*, & gracilia ei crura non natura, ſed morbo fuerint, etiam venter illi *remacruiſſet*. Quid ſi valeret conjectura Marcilii, a librario, aut critico indocto *gracilitatis* nomen forte additum, rejicientis. Crura enim, quod criticus ille ignoraverit, ut venter, recte obeſa dicuntur. Nam ſic dicit Virgilius *obeſa terga* Georg. III. 80.

Argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga.

obeſas fauces ɥ. 497.

——— *& quatit agros*
Tuſſis anhela ſues, ac faucibus angit obeſis.

7. COMMENDARI, illam laudantibus Statio & Martiale poetis adulatoribus.

8. VERECUNDUM os illis dicebatur eſſe, quibus rubebat & qui multum ſanguinis in ore habebant, illi modeſti, illi probi audiebant. Plin. Epiſt. V. 17. 3. *Commendabat hæc voce ſuaviſſima, vocem verecundia; multum ſanguinis, multum ſollicitudinis in ore, magna ornamenta recitantis.*

9. SENTIRE cum effectu capitur, hoc eſt, cum voluptate. Ut Gallis hodie *homine ſenſible*, facile ſentientem, vel injurias, vel delectationes denotat. *Barth.* *Adv.* LIV. 17.

10. IN CONTUMELIAM SUAM TRAHERET I. *contumelioſe* in ſe dictum putaret. Phædr. III. 9. 8.

Accipiens, quid enim? cuncta in contumeliam.

Curt. V. 2. 19. *Quippe non aliud magis in contumeliam Perſarum feminæ accipiunt, quam admovere lanæ manus.*

11. JOCO, VEL JURGIO, quia interdum *jocantes*, interdum *jurgantes* opprobramus vitia corporis. *Beroaldus.* Quid *jurgium*, dixi ſupr. Tib. 2. 9. 5. 58.

12. Οὐχ' ὁράᾳς....

Nonne vides, qualis & ego pulcerque magnuſque.

Homeri eſt Iliad. XXI. 108.

13. IN ADOLESCENTIA SENESCIT *coma*, quando capilli in *adoleſcente* vel caneſcunt, vel per calvitium veluti *ſenio* emoriuntur. *Beroaldus.*

13. NEC GRATIUS, NEC BREVIUS. Quod capillorum elegidario elegantiori perſequitur etiam Eumolpus apud Petron. c. 69.

Quod ſummum formæ decus eſt, cecidere capilli:
Vernanteſque comas triſtis abegit hyems.
Nunc umbra nudata ſua jam tempora mœrent:
Areaque attritis ridet aduſta pilis.
O fallax natura deum! quæ prima dediſti
Ætati noſtræ gaudia, prima rapis.
Infelix modo crinibus nitebas,
Phœbo pulcrior, & ſorore Phœbi:
At nunc levior ære: vel rotundo
Horti tubere, quod creavit unda,
Ridentes fugis, & times puellas:
Ut mortem citius venire credas,
Scito jam capitis periiſſe partem.

Et duobus hiſce numeris Seren. Sammon. 9. 4.

Seu ſalamandra potens, nulliſque obnoxia flammis,
Eximium capitis tactu dejecit honorem.

C A-

CAPUT XIX.

ARG. *Per Urbem pedibus non temere ambulat, in agmine lectica aſſidue vehitur, nullo armorum, præcipuo ſagittarum ſtudio tenetur Titus Flavius Domitianus.*

Laboris impatiens [1], per Urbem pedibus non temere ambulavit [2]. In expeditione 2
& agmine, equo [3] rarius, lectica [4] aſſidue vectus [5] eſt. Armorum nullo [6], ſa- 3
gittarum [7] vel præcipuo ſtudio tenebatur. Centenas varii generis feras ſæpe in Al- 4
bano ſeceſſu conficientem ſpectavere plerique: atque etiam ex induſtria ita qua-
rundam capita figentem [8], ut duobus ictibus quaſi cornua effingeret [9]. Nonnun- 5
quam in pueri procul ſtantis, præbentiſque pro ſcopo diſpanſam dextræ manus pal-
mam [10], ſagittas [11] tanta arte direxit, ut omnes per intervalla digitorum innocue
evaderent.

LABORIS IMPATIENS, & animo minime ſtrenuus, ut illum deſcribit Xiphil. p. 761. D. Οὐ γὰρ ὅτι τό τε σῶμα ἄπονος, καὶ τὴν ψυχὴν ἄτολμος.

2. PEDIBUS NON AMBULAVIT *faſtidio* ſuorum, ut quidem Plin. Paneg. 24. 5. *Ante te principes faſtidio noſtri, & quodam æqualitatis metu, uſum pedum amiſerant.*

3. IN AGMINE EQUUM ne quidem *reſpexit* Trajanus Domitiano melior. Ita de illo Plin. Paneg. 14. 3. *Per hoc omne ſpatium cum legiones duceres, ſeu potius (tanta velocitas erat) raperes: non vehiculum unquam, non equum reſpexiſti.* Sed ut Xiphil. LXVIII. p. 781. D. Ἐβάδιζεν δὲ μετὰ παντὸς τοῦ στρατοῦ πεζῇ· τούς τε ποταμοὺς ὅσους γε καὶ ἐκεῖνος, πεζῇ διέβαινε. *Pedibus ibat, juxta ac totus exercitus: & quoſcumque fluvios ille, etiam ipſe pedeſter tranſibat.*

4. LECTICA, & ideo *hominum humeris vectum* dicit Plin. ſupr. Claud. 10. 5. §. 20.

5. VEHI dici etiam illos, qui equo vehuntur, dixi ſupr. Cal. 3. 3. §. 8.

6. ARMORUM NULLO *ſtudio tenebatur* I. exercitia in *armis*, ludoſque campeſtres ſpernebat. Græci ὅπλα, Latini *arma* ſcutum, & gladium per excellentiam vocant. *Armorum* quoque exercitium, tam apud milites, quam gladiatores in ſolo clypeo & gladio conſtabat. Qui clypeum ſcienter vibrare, & quatere, & obliquis ictibus telorum jactum deflectere, qui gladio dimicare noverat, is in *armorum* exercitio peritus cenſebatur. Veget. II. 14. *Qui haſtas, vel miſſilia perite jaculatur & fortiter, qui dimicare gladio, & ſcutum rotare doctiſſime noverit, qui omnem artem didicerit armatura.* Hoc *arma tractare* dicit Senec. Epiſt. 88. *Majores noſtri rectam juventutem exercuerunt haſtilia jacere, ſudem torquere, equum agitare, arma tractare.* V. viros illuſtres Salmaſ. in Spartian. Adrian. c. 26. & Cuper. Obſerv. I. 7.

7. SAGITTARUM, miſſilium, & pilorum exercitium ab armorum exercitio diverſum, & *ſagittas* ab armis diſtinguunt auctores. Ovid. Metam. IX. 201.

Sed nova peſtis adeſt, cui nec virtute reſiſti,
Nec telis, armiſve poteſt.

Et Art. Amat. III. 383.

Sunt illis celebreſque pilæ, jaculumque, trochique,
Armaque, & in gyros ire coactus equus.

Spartian. Adrian. c. 26. *Armiſque & pilo ſe ſemper exercuit.* V. eoſdem, quos modo laudabam, viros illuſtriſſimos.

8. FIGENTEM I. ſagitta trajicientem. Curt. VIII. 9. 28. *Venatus maximus labor eſt, incluſa vivario animalia inter vota cantuſque pellicum figere.* Virg. Georg. I. 308.

Auritoſque ſequi lepores: tum figere damas.

Unde & haſta *figit* feras. Mart. Spect. 12. 2.

Fixiſſet gravidam cum levis haſta ſuem.

9. QUASI CORNUA EFFINGERET I. ſagittæ infixæ capitibus ferarum *cornuum effigiem* repræſentarent. *Beroaldus.*

10. DISPANSAM DEXTRÆ MANUS PALMAM I. patentes digitos extentæ manus, ut hanc narrans hiſtoriam loquitur Vict. Epit. 11. 5. *Sagittarum tam doctus fuit, ut inter patentes digitos extentæ manus viri procul poſiti ſpicula tranſvolarent.*

* 11. SAGITTAS arte dirigere erat induſtria imperatorio faſtigio digna habita. Claud in Honor. Conſul. IV. n. 527.

——— *quam felix arcus, certiuſque petitor*
Vulneris, & juſſum mentiri neſcius ictum.

Aurel. Vict. de Cæſar. c. 42. n. 23. Julianus *deſtinandi ſagittas mire peritus.* Curt. VIII. 5. 41. *Aves non ab alio melius quam a Catone prohiberi poſſe adjicit. Namque adeo certo ictu deſtinata feriebas, ut aves quoque exciperet.* V. ad illum prolata exempla, & *Barthium in Claudianum.*

CAPUT XX.

ARG. *Liberalia ſtudia negligis, bibliothecas tamen incendio abſumptas reparat, & ſermonis non inelegantis; dictorum etiam notabilium eſt Titus Flavius Domitianus.*

1 Liberalia ſtudia in initio imperii neglexit, quamquam bibliothecas incendio abſumptas impenſiſſime reparare curaſſet, exemplaribus undique petitis: miſſiſque A-
2 lexandriam [1], qui deſcriberent, emendarentque. Nunquam tamen aut hiſtoriæ, carminibuſve [2] cognoſcendis operam ullam, aut ſtylo vel neceſſario [3] dedit: præter commentarios, & acta Tiberii Cæſaris nihil lectitabat: epiſtolas, orationeſque & e-
3 dicta alieno formabat ingenio [4]. Sermonis tamen nec inelegantis [5], dictorum interdum etiam notabilium, *Vellem*, inquit, *tam formoſus eſſe, quam Metius ſibi videtur* [6]: & cujuſdam caput varietate capilli [7] ſubrutilum & incanum [8], *perfuſam nivem mulſo* [9] dixit.

Alexandria *præſertim petitis exemplis, bibliothecas incendio conſumptas reparaviſſe* Domitianum dicit etiam Victor. Memorabilis & inæſtimabilis Alexandriæ olim fuit bibliotheca. Hanc inſtituit Ptolemæus Philadelphus Piſiſtratum æmulaturus. Tertull. Apolog. c. 18. *Ptolemæorum eruditiſſimus, quem Philadelphum ſupernominant, & omni literatura ſagaciſſimus, cum ſtudio bibliothecarum Piſiſtratum, ut opinor, æmularetur, inter cætera memoriarum, quibus aut vetuſtas, aut curioſitas aliqua ad famam patrocinabatur, ex ſuggeſtu Demetrii Phalarei grammaticorum tunc probatiſſimi, cui præfecturam mandaverat, libros a Judæis quoque poſtulavit, proprias ſcilicet, atque vernaculas literas, quas ſoli habebant.* In hac fuere voluminum *quingenta millia* juxta Joſephum Ant. Jud. XI. 2. *ſeptingenta millia* juxta Gell. N. A. VI. 17. Ammian. XXII. 16. & Iſid. Orig. VI. 3. *Sed ea omnia bello Alexandrino priore, dum diripitur ea civitas, non ſponte, neque opera conſulta, ſed a militibus, forte auxiliariis, incenſa ſunt.* Ut quidem Gellius. Aſt *quadringenta millia* incenſa eſſe dicunt Seneca & Oroſius. Ille de Tranq. c. 9. *Quadringenta millia librorum Alexandriæ arſerunt, pulcerrimum regiæ opulentiæ monumentum.* Hic VI. 15. *Ea flamma cum partem quoque urbis invaſiſſet, quadringenta millia librorum, proximis forte ædibus condita, exuſſit.* De bibliotheca hac etiam *Vitruv. proœm.* VII, *Plutarch. Cæſ. p.* 731. C. *Euſeb. de præp. Evang.* VIII. & ex recentioribus *Lipſ. de Biblioth. c.* 2. *Lomej: de Biblioth. c.* 5.

2. Carminibus, niſi ad Titi fratris æmulationem ſupr. 3. 2. Unde poeticæ ſtudium ſimulaſſe Domitianum dixit Tacit. ſupr. 2. 4. §. 13. Atque hæc quidem Suetonii noſtri & Taciti opinio eſt. Plinius tamen in præfatione ſui operis primas Domitiano, quem Titus imitatus fuerit, partes tribuere videtur. *Quantus in poetica es? o magna fœcunditas animi: quemadmodum fratrem quoque imitareris, excogitaſti.* Et præter Plinium *Quintilianus, Valerius Flaccus, Silius, Martialis.* Refer pedem, ſi tibi commodum eſt, ad 2. 4. §. 13.

3. Stylo vel necessario *operam nullam dabat* i. nihil componebat, ſcribebat. *Stylus* quid V. ſupr. Cæſ. 82. 2. §. 11.

* 4. Alieno formabat ingenio i. ab alio ſe ad excogitandum *ingenioſiore* i. facundia compoſitas ſcribebat. *Ingenium* eſt facundia, eloquentia. Claudian. Honor. Conſ. IV. 514.

Nec nova mirari facilis, quam docta facultas Ingenii.

Stupidiores vero Imperatores utebantur aliis qui illis.... componebant. Hoc alterius *ingenio uti* eſt Tacit. Hiſt. 1. 90. 3. *In rebus urbanis Galerii Trachali ingenio Othonem uti credebatur.*

5. Sermonis non inelegantis ſupple fuit. Laus autem non minima eſt venuſtum eſſe, & *elegantem*, in familiari, & communi ſermone. Cicer. de Offic. I. 37. *Sic igitur hic ſermo lenis, minimeque pertinax: inſit in eo lepos.* Beroaldus. *De Domitiano Sil. Ital. III. 618.

Quin & Romuleos ſuperabit voce nepotes.

6. Quam Metius sibi videtur. Is enim forma & pulcritudine nullum ſibi comparandum arbitrabatur, ſibique ſoli placebat. *Beroaldus.* Non diſſimiliter Ariſtoteles apud Stob. Serm. 45. viſo adoleſcentulo ſuperbiente, nihilque boni ſciente. Νεανίσκε, ἔφη, οἷός τι δοκεῖς αὐτὸς εἶναι, ἐγὼ γενοίμην· οἷος δὲ τῇ ἀληθείᾳ ὑπάρχεις, τοιοῦτοί μοι οἱ ἐχθροὶ γένοιντο. *Adoleſcentule, qualis tu tibi videris, ego ſim. qualis autem reipſa es, tales ſint hoſtes mei.* Marcilius.

7. Capilli, ex parte cani, & ex parte rutili i. rufi, aut æri ſimiles, ut dixi ſupr. Cal. 47. 1. §. 6.

8. Incanum noſtro mixtum eſt, ſive adſperſum canitie. Gloſſ. Cyril. *Incanus*, σπαρτοπόλιος. Et eſt is, cui cani per tempora ſunt ſparſi. Plin. XI. 37. *Canities homini tantum & equis, ſed homini ſemper a priore parte capitis, tum deinde ab averſa.* V. & *Marcilium.*

9. Perfusam nivem mulso, urbane & eleganter caput capillo rutilo & caneſcente variegatum appellavit: nam cum nivis color ſit albus, *mulſi* rutilus, merito ad utrumque colorem ſignificandum ex quadam commixtione confectum ita nominavit. Alluſit vero ad potionem *mulſi* & *nivis*, quæ ſimul in convivio dari ſolebant, mixtura coloris rutili & albi facta: quod indicat Plin. Epiſt. I. 15. *Paratæ erant lactucæ ſingulæ, cochleæ ternæ, ova bina, alica cum mulſo & nive, nam hanc quoque computabis, imo hanc imprimis, quæ perit in ferculo.* Beroaldus.

CAPUT XXI.

ARG. *Principum conditionem deplorat, alea ſe oblectat, de die lavat, ad ſatietatem prandet, & frequenter, large, ſed pæne raptim convivatur Titus Flavius Domitianus.*

Conditionem principum miſerrimam [1] ajebat: *quibus de conjuratione comperta non crede-* 1
retur, niſi occiſis. Quoties otium eſſet, alea ſe oblectabat, etiam profeſtis die- 2
bus [2], matutiniſque horis: ac lavabat de die [3], prandebatque ad ſatietatem [4], ut non
temere ſuper cœnam præter Matianum malum [5], & modicam [6] in ampulla [7] potiun-
culam ſumeret. Convivabatur frequenter ac large, ſed pæne raptim: certe non ul- 3
tra ſolis occaſum [8], nec ut poſtea comeſſaretur [9]. Nam ad [10] horam ſomni nihil a- 4
liud quam ſecreto ſolus deambulabat.

Conditionem principum..... primus dixit Domitianus, & repetiit Adrianus. Vulcat. Gallic. Avid. Caſſ. c. 2. *Scis ipſe quid avus tuus Adrianus dixerit, miſera conditio imperatorum, quibus de affectata tyrannide niſi occiſis non poteſt credi. Ejus autem exemplum ponere, quam Domitiani, qui hoc primus dixiſſe fertur, malui.*

2. Profeſtis diebus, quos deſcribit Macrob. Sat. I. 16. *Numa ut in menſes annum, ita in dies menſem quemque diſtribuit, dieſque omnes aut feſtos, aut profeſtos, aut interciſos vocavit: feſti diis dicati ſunt: profeſti hominibus, ob adminiſtrandam rem privatam publicamque conceſſi: interciſi deorum hominumque communes ſunt.*

* 3. De die I. diluculo, ſummo mane, ut monet Pricæus in Apul. Apol. p. 138. dum ad hunc modum explicat illud Apul. Apol. p. 311. *Qui non invitus de die in gancas correpit.* & addit Tertullianum in Apologetico *diluculo lavari*, de ſpectaculis *de die ad balneas condicere* dixiſſe.) *Lavandi* tempus pomeridianum erat. Vitruv. v. 10. *Sin autem natura loci impedierit, utique a meridie, quod maxime tempus lavandi a meridiano ad veſperum eſt conſtitutum.* Cum enim ſemel duntaxat in die ſaturarentur majores, nullum tempus hoc ipſo opportunius habebatur, quod circa *octavam* diei horam paullo ante cœnam erat. Mart. IV. 8. 5.

Sufficit in nonam nitidis octava palæſtris.

XI. 29. al. 53. 3.

Octavam poteris ſervare, lavabimur una.

Spartian. Adrian. c. 22. *Ante octavam horam in publico neminem niſi ægrum lavari paſſus eſt.* Mercur. Art. gymn. I. 10. Salmaſ. in Spartianum, Philand. in Vitruvium, Ramireſ. in Martialem.

4. Prandebat ad satietatem, cum *non avide prandere* ſoliti fuiſſent majores, ut docui ſupr. Aug. 78, I. §. I.

5. Matiani mali meminerunt etiam Colum. R. R. v. 9. *Præterea malorum genera exquirenda maxime, ſcandiana, Matiana....* Macrob. Sat. II. 15. *Sunt autem genera malorum, Amerinum, Matianum.... Habet originem a Matio.* Plin. XV. 14. *Qui primus ex equeſtri ordine, divi Auguſti amicus, invenit nemora tonſilia intra hos octoginta annos.* Idem XI. 2.

6. Modicam *potiunculam.* Ad cujus exemplum Priſcilla Abaſcantii apud Stat. Sylv. v. I. 121.

—— dapes modicas, & ſobria pocula tradit,
Exemplumque ad herile monet.

Herile enim *exemplum* eſt Domitiani heri. *Torrentius.*

7. Ampullam deſcribit Plin. Epiſt. IV. 30. *Quod in ampullis, cæteriſque generis ejuſdem videmus accidere, quibus non hians, nec ſtatim patens exitus.* Fiebat ſæpius ex vitro. Mart. VI. 25. 3.

At tu multa diu dicis, vitreiſque tepentem
Ampullis potas ſemiſupinus aquam.

Ea etiam in menſa utebantur veteres. Martial. XIV. cujus lemma eſt *ampulla potoria.*

Hac licet in gemma, quæ ſervat nomina Coſmi;
Luxurioſe bibas, ſi foliata ſitis.

8. Non ultra solis occasum. Veteres enim cum hora fere quinta. ſupr. Ner. 27. 2. §. 3. cœnarent, cœnarum finis apud Romanos erat ante *ſolis occaſum*, vel ſub ipſum certe *occaſum ſolis*, juxta illud Homer. Odyſſ. III. 335.

Ἤδη γὰρ φάος οἴχεθ' ὑπὸ ζόφον: οὐδὲ ἔοικε
Δηθὰ θεῶν ἐν δαιτὶ θαασσέμεν, ἀλλὰ νέεσθαι.
Jam enim lumen ivit ſub occaſum: neque decet
Diu deorum in epulo ſedere, ſed redire.

Quamquam poſtea in multam noctem produci cœperunt, ut de Nerone ſcribit noſter ſupr. 27. 2. *Urſin. ad Ciaccon. de triclin. p.* 376. *Stuck. Ant. Conv.* III. 23.

9. Comessari quid ſit, docui ad Curt. v. 7. 10. §. 34.

10. Ad I. circa ſub. V. ſupr. 16. 2. §. 3.

C A-

CAPUT XXII.

ARG. *Libidinem κλινοπάλην vocat, concubinas divellit, inter meretrices natat, fratris filiam corrumpit, palam diligit, & conceptum a ſe abigere cogit Titus Flavius Domitianus.*

1 Libidinis nimiæ, aſſiduitatem concubitus velut exercitationis genus, clinopalen [1]
2 vocabat. Eratque fama, quaſi concubinas [2] ipſe divelleret [3], nataretque inter
3 vulgatiſſimas meretrices. Fratris filiam [4] adhuc virginem oblatam in matrimonium ſibi, cum devinctus Domitiæ nuptiis pertinaciſſime recuſaſſet, non multo poſt alii [5] collocatam, ultro corrupit [6], & quidem vivo etiam tum Tito: mox patre ac viro orbatam, ardentiſſime palamque dilexit, ut etiam cauſa mortis exſtiterit [7], coactæ conceptum a ſe abigere [8].

Κλινοπάλην 1. *lecti palæſtram*, libidinis exercitium Domitianum vocaſſe dicit etiam Aurel. Vict. Epit. 11. 7. *Furens libidine, cujus fœdum exercitium Græcorum lingua κλινοπάλην vocabat.*

2. CONCUBINAS 1. *concubinarum* inguina *devulſerit* Domitianus, ut mulieres Heliogabalus apud Lamprid. c. 31. *In balneis ſemper cum mulieribus fuit, ita ut eas ipſe pſilothro curaret.*

3. DIVELLERE eſt diſcerpere, dilacerare, διασπᾶν. *Devellere* vero eſt *vellere*, & depilare. Gloſſæ: ἀποτίλλω, *decerpo, devello*. Plaut. Pœn. IV. 2. 49.

SY. *Sine pennis volare haud facile 'ſt, meæ alæ pennas non habent.*
MI. *Nolito pol develliſſe, jam his duobus menſibus Volucres tibi erunt tuæ hircinæ.*

Capitol. Pertin. c. 8. *Calefacienda reſina, ac pici, divellendis (devellendis) hominibus, ac levigandis.* Salmaſ. in Capitolinum. Et ita *delicatos depilatos* dicit Spartian. Adrian. c. 4. ut quidem Epiſt. Quæſt. 1. 15. apud illum legendum putat Lipſius. *Corrupiſſe eum Trajani libertos, curaſſe delicatos, eoſdemque depilaſſe.*

4. FRATRIS FILIAM, *Juliam* ſupr. 10. 6. §. 42. infr. §. 8.

5. ALII Sabino, ut quidem Philoſtratus ſupr. 10. 6. §. 42.

6. CORRUPIT, & ea de re *inceſtus* vocatur Plin. Paneg. 52. 3. *Cum inceſti principis ſtatuis permixta deorum ſimulacra ſorderent.* Et infr. §. 7.

7. CAUSA MORTIS EXSTITERIT *Julia*, & ſic illam occiderit. Plin. Epiſt. IV. 11. *Cum ipſe fratris filiam inceſto non polluiſſet ſolum, verum etiam occidiſſet. Nam vidua abortu periit.*

8. CONCEPTUM A SE ABIGERE. Tanquam ex priori marito concepiſſet. Aliter Juven. II. 32.

Cum tot abortivis fœcundam Julia vulvam
Solveret, & patruo ſimiles effunderet offas.

Torrentius.

CAPUT XXIII.

ARG. *Domitianum occiſum fert indifferenter populus, graviſſime miles, lætatur ſenatus, & ex cornicis ſermone, Domitianique ſomnio, beatior, lætiorque portenditur Reipublicæ ſtatus.*

1 Occiſum eum, populus indifferenter [1] miles graviſſime tulit, ſtatimque eum *Divum* appellare conatus eſt, paratus & ulciſci, niſi duces defuiſſent: quod quidem paullo poſt [2] fecit, expoſtulatis ad pœnam pertinaciſſime cædis auctoribus.
2 Contra ſenatus adeo lætatus eſt [3], ut repleta certatim curia non temperaret, quin mortuum contumelioſiſſimo atque acerbiſſimo acclamationum genere [4] laceraret: ſcalas

INDIFFERENTER, ut negligens, & nulla reipublicæ lactus cura, ad animum non revocavit. Cauſa hujus ſecuritatis eſt, quod in aliorum potius exitium graſſatus eſſet Domitianus, quam ejus populi, de quo hic agit noſter. *Boxhornius.* V. tamen *Gronov. Obſ.* I. 14.

2. PAULLO POST, jam Nerva imperatore. Aurel. Vict. Epit. 12. 7. *Cumque interfectores Domitiani ad exitium poſcerentur, tantum eſt conſternatus.... dictitans æquius eſſe mori, quam auctoritatem imperii fœdare, proditis potentiæ ſummæ auctoribus. Sed milites neglecto principe, requiſitos, Petronium uno ictu, Parthenium vero, demptis prius genitalibus, & in os conjectis, jugulavere, redempto magnis ſumptibus Caſperio, qui ſcelere tam truci inſolentior, Nervam compulit referre apud populum gratias militibus, quia nefandos, peſſimoſque omnium mortalium peremiſſent.*

3. SENATUS LÆTATUS EST merito morte Domitiani, *vidit* enim *obſeſſam curiam, & clauſum armis ſenatum, & eadem ſtrage tot conſularium cædes, tot nobiliſſimarum fœminarum exſilia & fugas.*

4. ACCLAMATIONUM GENERE forte ſimili illi de quo

Digitized by Google

las [5] etiam inferri, clypeoſque [6], & imagines [7] ejus coram detrahi [8], & ibidem ſolo affligi [9] juberet: noviſſime eradendos ubique titulos [10], abolendamque omnem memoriam [11] decerneret [12]. Ante paucos quam occideretur menſes, cornix in Capito- 3
lio elócuta eſt [13], ἔςαι πάντα καλῶς. Nec defuit qui oſtentum ſic interpretare- 4
tur:

Nuper Tarpejo quæ ſedit culmine cornix,
Eſt *bene non potuit dicere, dixit*, erit [14].

Ipſum

quo Lampridius ſupr. Tib. 54. 3. §. 20.

5. SCALAS, ut illis tyranni clypeos, & imagines detraherent.

6. CLYPEUS quid fuerit, dictum eſt ſupr. Cal. 16. 12. §. 32.

* 7. IMAGINES in clypeis depictas.

8. DETRAHERE eſt de loco ſuperiore dejicere, aut amovere. Clypei & imagines dedicabantur ſublimes. Aptum ergo verbum: quo in re ſimili utuntur Juſtin. XXXVIII. 8. 12. *Tunc populus ſtatuas & imagines ejus detrahit*. Lamprid. Commod. c. 18. *Gladiatoris ſtatuæ detrahantur.* Lactant. de mort. perſecut. c. 42. *Eodemque tempore ſenis Maximiani ſtatuæ Conſtantini juſſu revellebantur, & imagines, cum quo pictus eſſet, detrahebantur.* V. *Caſaubonum, Berneg. in Juſtinum. Cuper.* & *Columb. in Lactantium.* Et ideo *deſcendere* dicuntur. Juven. x. 58.

——— *Deſcendunt ſtatuæ, reſtemque ſequuntur.*

Detrahebantur vero imagines illorum, qui enormia crimina, & ſcelera commiſerant. Hieron. in Abacuc. c. 3. *Cum tyrannus detruncatur, imagines quoque ejus deponuntur & ſtatuæ.* Capitol. Gord. c. 13. *Præfectus urbis acceptis literis acrioribus, populum & milites allocutus eſt, dicens, Maximum jam occiſum. Ex quo majus fuit gaudium, ſtatimque dejectæ ſunt ſtatuæ atque imagines ejus, qui hoſtis fuerat judicatus.* Figrell. de ſtat. c. 37. Buleng. de Imper. II. 13. * *Detrahebantur*, ut exponerentur ludibrio & irriſui omnium qui injuria & ignominia eas afficere vellent. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. IX. 11. Ἀνδριάντες τε ὁμοίως ὅσοι εἰς τὴν αὐτοῦ τιμὴν ἀνετέθησαν, ὡσαύτως ῥιπτούμενοι συνετρίβοντο, γέλως καὶ παιδιὰ τοῖς ἐνυβρίζειν καὶ ἐμπαροινεῖν ἐθέλουσιν ἐκκείμενοι.

9. SOLO AFFLIGEBANTUR, ut major eſſet ignominia, imagines. Plin. Paneg. 52. 3. *Illa autem aureæ, & innumerabiles, ſtrage, & ruina, publico gaudio litaverunt. Juvabat illidere ſolo ſuperbiſſimos vultus, inſtare ferro, ſævire ſecuribus, ut ſi ſingulos ictus ſanguis dolorque ſequeretur.* Senec. Octav. IV. 794.

Quæcunque claro marmore effigies ſtetit,
Aut ære fulgens ora Poppææ gerens,
Afflicta vulgi manibus, & ſævo jacet
Everſa ferro: membra per partes trahunt
Deducta laqueis.

V. quoque *Figrellium*, & *Bulengerum.*

10. TITULI & inſcriptiones imaginum vel *eradebantur*. Capitol. Gordian. c. 9. *Appellato igitur Gordiano imperatore, juvenes, qui auctores hujus facinoris erant, ſtatuas Maximini dejecerunt, imagines perfregerunt, nomen publicitus eraſerunt.* Lamprid. Commod. c. 20. *Cenſeo abolendas ſtatuas: quæ undique ſunt abolendæ, nomenque ex omnibus privatis publiciſque monumentis eradendum.* V. Figrellium. * Vel luto, aliove nigro colore oblinebantur. Euſeb. Hiſt. Eccleſ. IX. 11. Αἱ δὲ τὰς προσόψεις ἠχρείωντο, σκοτεινῷ χρώματι καταμελανούμεναι. *Alii*, tituli & inſcriptiones, *inutiles ut videntibus fierent, obſcuro quodam colore obducti & nigrefacti.* Lamprid. Heliog. c. 13. *Miſit qui in caſtris ſtatuarum ejus titulos luto tegerent, ut fieri ſolet de tyrannis.* Ad quem hæc Caſaubonus. Mos luto inquinandi antiquiſſimus, & qui, ſi credimus Græcis Grammaticis, ab Athenienſium inſtitutis habet originem: nam ſcribunt illi, ſolitos Athenienſes damnatos alicujus criminis lutulare, & ita traducere: quod προπηλακίζειν dixerunt.

* 11. MEMORIAM *tyrannorum omnem abolebant* veteres. Ita enim & Cicer. Phil. XIII. 12. *Cujus* Antonii, *totus conſulatus eſt ex omni monumentorum memoria revulſus.* Lactant. de Mort. Perſecut. c. 3. *Domi etiam memoria nominis ejus eſt eraſa.* Ampliſſ. Cupero contextum hoc modo conſtituente.

* 12. DECERNEBAT ſæpius ſenatus ſceleratorum.... Cicer. Verr. II. 67. *Centuripinorum ſenatus decrevit, populuſque juſſit, ut quæ ſtatuæ C. Verris ipſius, & patris, & filii eſſent, eas quæſtores demoliendas locarent: dumque ea demolitio fieret, ſenatores ne* XXX. *minus adeſſent.* Tacit. Ann. III. 17. 8. *Primus ſententiam rogatus Aurelius Cotta Conſul nomen Piſonis radendum Faſtis cenſuit.* De Domitiano ipſo Euſeb. Hiſt. Eccleſ. III. 20. Καθαιρεθείσας τὰς Δομετιανοῦ τιμὰς, ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος βουλὴ ψηφίζεται. *Domitiani omnes honorum titulos abrogari ſenatus Romanus decrevit.*

13. CORNIX ELÓCUTA EST: eſt enim *ales inauſpicata garrulitatis*. Plin. x. 12. Imo voces addiſcit humanas. Plin. x. 43. *Nunc quoque erat in urbe Roma, hac prodente me, equitis Romani cornix e Bætica, primum colore mira admodum nigro, deinde plura contexta verba exprimens, & alia atque alia crebro addiſcens.* V. *Beroaldum.*


14. EST BENE..... Ratio. Verbum *eſt* ſignificat præſens tempus. In præſentia vero non potuit dicere, *eſt bene*: cum Domitiani tempora plena eſſent horroris, & humano polluta ſanguine. Unde de futuro dixit, *erit bene*, poſt obitum n. Domitiani ſub inſequentibus principibus. V. *Beroaldum.*

5 Ipſum etiam Domitianum ferunt ſomniaſſe gibbam ſibi pone cervicem [15] auream [16] enatam: pro certoque habuiſſe, beatiorem poſt ſe lætioremque portendi Reipubli-
6 cæ ſtatum. Sicut ſane brevi evenit abſtinentia & moderatione inſequentium principum [17].

15. PONE CERVICEM i. a tergo, i. poſt obitum, ut mox noſter.

16. AUREAM *gibbam enatam* i. futuros principes optimos, qui ætatem *auream* orbi terrarum reducerent. *Beroaldus.*

17. INSEQUENTIUM PRINCIPUM, Nervæ, Trajani, Adriani. De his Aurel. Vict. Epit. 11. 15. *Quid Nerva prudentius aut moderatius? Quid Trajano divinius? Quid præſtantius Adriano?* Horum *ſeculum beatiſſimum* vocat Tacit. Agric. 2. 1. *Nunc demum redit animus, & quamquam primo ſtatim beatiſſimi ſeculi ortu Nerva Cæſar res olim diſſociabiles miſcuerit, principatum ac libertatem, augeatque quotidie felicitatem imperii Nerva Trajanus....* Et de Trajano Aur. Vict. Epit. 13. *Quæ omnia eo majora viſebantur, quoniam per multos, atque atroces tyrannos, perdito atque proſtrato ſtatu Romano, in remedium tantorum malorum divinitus credebatur opportune datus, uſque eo, ut advenïens imperium ejus pleraque mirifica denuntiaverint. In queis præcipuum, cornix e faſtigio Capitolii Atticis ſermonibus effata,* καλῶς ἔσται.



M. Pool Sculp.

Digitized by Google

Caji Suetonii Tranquilli

LIBRI DUO,

DE ILLUSTRIBUS GRAMMATICIS,

ET

DE CLARIS RHETORIBUS.

Digitized by Google

C. SUETONII TRANQUILLI
DE ILLUSTRIBUS
GRAMMATICIS
LIBER.
CAPUT I.

ARG. *Nullo in uſu, rudi, ac bellicoſa etiam tum civitate, Romæ eſt Grammatica.*

Grammatica olim Romæ ne in uſu quidem, nedum in honore ullo erat: rudi ſcili- 1
cet ac bellicoſa etiam tum civitate, necdum magnopere liberalibus diſciplinis
vacante [2]. Initium quoque ejus mediocre exſtitit: ſiquidem antiquiſſimi doctorum, 2
qui iidem & poetæ & oratores ſemi-græci [3] erant (Livium [4] & Ennium [5] dico: quos
utraque lingua, domi [6] foriſque [7] docuiſſe adnotum eſt [8]) nihil amplius quam Græce
inter-

Illustres Grammaticos dicit etiam Gell. N. A. II. 25. *Duo autem Græci Grammatici illuſtres Ariſtarchus & Crates, ſumma ope, ille ἀναλογίαν, hic ἀνωμαλίαν defenſitavit.* & infr. 24. 1. §. 1. *Nobiles* noſt. infr. 10. 2. De *illuſtribus viris* ſcripſiſſe noſtrum dicit Suidas in Τράγκυλλος. Τράγκυλλος Γραμματικὸς Ῥωμαῖος ἔγραψε [illegible] Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων. Hieronymus, qui ſe noſtrum imitatum eſſe jactat in epiſtola ad Deſiderium. *Scripſi librum de illuſtribus viris, ab Apoſtolis uſque ad noſtram ætatem, imitatus Tranquillum, Græcumque Apollonium.* Et *Ventidium Baſſum præpoſitum fuiſſe a M. Antonio provinciis orientalibus, Parthoſque in Syriam introrumpentes tribus ab eo prœliis fuſos: eumque primum omnium de Parthis triumphaſſe, & morte obita publico funere ſepultum eſſe* ſcripſit apud Gell. N. A. xv. 4. Hunc, & qui ſequitur libellus, imo & *illuſtrium* poetarum vitas, ex illo, quem dixi, libro excerpta eſſe putant *Statius*, & *Caſaubonus*.

2. Vacaverit licet *liberalibus diſciplinis* temporibus prioribus *non magnopere* Roma, tamen non omni eruditionis gloria fraudandam jure putat Cicer. Tuſc. Quæſt. IV. 1. *Cum multis locis noſtrorum hominum ingenia, virtuteſque, Brute, ſoleo mirari, tum maxime his in ſtudiis, quæ ſero admodum expetita, in hanc civitatem e Græcia tranſtulerunt. Nam cum a primo Urbis ortu, regiis inſtitutis, partim etiam legibus.... divinitus eſſet conſtituta, tum progreſſio admirabilis incredibiliſque curſus ad omnem excellentiam factus eſt.... hoc autem loco conſideranti mihi ſtudia doctrinæ, multa ſane occurrunt, cur ea quoque arceſſita aliunde, neque ſolum expetita, ſed etiam conſervata, & culta videantur: erat enim illis pæne in conſpectu præſtanti ſapientia, & nobilitate Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus iiſdem, quibus L. Brutus patriam liberavit. Pythagoræ autem doctrina cum longe, lateque flueret, permanaviſſe mihi videtur in hanc civitatem: idque cum conjectura probabile eſt, tum quibuſdam etiam veſtigiis indicatur. Quis enim eſt qui putet, cum floreret in Italia Græcia, potentiſſimis, & maximis urbibus, ea quæ magna dicta eſt, in hiſque primum ipſius Pythagoræ, deinde poſtea Pythagoreorum tantum nomen eſſet, noſtrorum hominum ad eorum doctiſſimas voces aures clauſas fuiſſe....*

* 3. Semi-Græci, quia Livius fuit Græcis parentibus natus, ut ejus nomen oſtendit. Hinc Terentianus Maurus de metris:

Livius ille vetus Grajo cognomine.

Ennius, quia fuit in Calabria natus, Rudiæ enim ejus patria. *Grævius.*

4. Livius *Andronicus poeta primus omnium fabulas docere Romæ cœpit, conſulibus Claudio Centone Appii Cæci filio, & M. Sempronio Tuditano.* Gell. N. A. XVII. 21. Horum conſulatus incidit in annum ab U. C. 514. juxta illum, quem ſequitur Cicer. de Clar. Orat. c. 18. *Livius, qui primus fabulam C. Clodio Cæci filio, & M. Tuditano conſulibus docuit, anno ipſo, antequam natus eſt Ennius: poſt Romam conditam autem quarto decimo, & quingenteſimo, ut hic ait, quem nos ſequimur. Eſt enim inter ſcriptores de numero annorum controverſia.*

5. Q. Ennium *poetam Q. Valerio & C. Mamilio, qui Claudium & Tuditanum conſules ſequuntur, natum eſſe M. Varro, in primo de poetis libro, ſcripſit: eumque quum ſeptimum & ſexageſimum annum ageret, duodecimum annalem (duodevigeſimum* legunt ad Ennii librum 18. Merula, & Voſſ. de Hiſtor. Lat. I. 2....) *ſcripſiſſe, idque ipſum Ennium in eodem libro dicere.* Gellius.

6. Domi i. Romæ. Romæ autem multos annos Græcas literas Ennium docuiſſe, docent hi ipſius Ennii de Romanis verſus, qui leguntur apud Feſtum in Regium.

Contendunt Græcos: Grajos memorare ſolent ſos.
Quod Græca lingua longos per temporis tractus
Hos pavi.

3 interpretabantur 9: ac ſi quid Latine ipſi compoſuiſſent, prælegebant 10. Nam quod nonnulli tradunt, duos libros *De literis ſyllabiſque*, item *De metris*, ab eodem Ennio editos, jure arguit Lucius Cotta, non poetæ, ſed poſterioris Ennii eſſe, cujus etiam *de augurandi diſciplina* volumina feruntur.

Et Græcæ linguæ addiſcendæ ſtudium paullatim adeo Romæ invaluit, ut M. Cato, qui & ipſe Ennium habuerat præceptorem infr. §. 7. in ſenatu coactus fuerit exclamare, *ſe non poſſe pati Græcanicam urbem*. V. *Scalig. in Feſtum*, & *Merul. Coſmog.* II. 4. 18.

7. Foris, in Sardinia inſula: ubi ipſum Porcius Cato invenit. Aurel. Vict. de vir illuſtr. c. 47. 1. *In prætura Sardiniam ſubegit, ubi ab Ennio Græcis literis inſtitutus.* Quod tamen Catonis quæſturæ tranſſcribit Nep. Caton. 1. 3. *Prætor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua quæſtor ſuperiore tempore ex Africa decedens Q. Ennium poetam deduxerat: quod non minoris æſtimamus, quam quemlibet ampliſſimum Sardiniensem triumphum.* Caſaubonus.

8. Adnotum est, ut adprime, adfabre. Loquitur eodem modo Tacit. Ann. IV. 8. 2. *Fortunæ meæ fortaſſe minus expediat adnoſcere crimen, quam abnuere.* Statius.

9. Græce interpretati Latina cui bono, quum illi, quos docebant, Græcas literas ignorarent? omnino itaque legendum, *Græca interpretabantur.* Caſaubonus.

10. Prælegere vox eſt artis, quæ de præceptore uſurpatur. Quintil. Inſt. 1. 12. *Sed pueris, quæ maxime ingenium alant, prælegenda, atque animum augeant.* Et magiſter *prælector*. Gell. N. A. XVIII. 5. *Equid putatis, ſi magiſtrum, prælectoremque habuiſſet alicujus æris.* Noſt. infr. 16. 2. Ut de diſcipulo *legere* infr. 2. 2. Sic apud Græcos, quod etiam monet Caſaubonus, ἀναγνώσκειν de diſcipulo dicitur, παραναγινώσκειν de magiſtro, vel etiam ἐπαναγινώσκειν. Sext. Empiricus initio libri, quo diſputat de loco. Ἐπίκουρος κομιδῇ παῖς ὢν ἤρετο τὸν ἐπαναγινώσκοντα αὐτῷ γραμματιστήν. *Epicurus a prima adoleſcentia interrogavit prælegentem ſibi grammatica præceptorem.*

CAPUT II.

ARG. *Grammatica ſtudium in Urbem infert Crates Mallotes, & augent Lucius Ælius Lanuvinus, & Servius Claudius.*

Primus igitur, quantum opinamur, ſtudium grammaticæ in Urbem intulit 1 Crates 2 Mallotes 3 Ariſtarchi 4 æqualis, qui miſſus 5 ad ſenatum ab Attalo rege, inter

1. In Urbem intulisse *grammaticæ ſtudium* dum dicit Cratetem noſter, non de primis literis debet intelligi, aut de literatoris alicujus grammatiſtica, qua neque urbs Roma, neque ulla unquam civitas mediocris caruit, ſed de ſena utriuſque linguæ cognitione, & auctorum qua interpretatione, qua imitatione. *Caſaubonus*, *Wouwer. Polym.* IV. 24. *Gentil. Parerg.* 1. 1. S. Empir. adv. Mathem. 1. 2. Γραμματικὴ τοίνυν λέγεται κατὰ ὁμωνυμίαν κοινῶς τε καὶ ἰδίως. Καὶ κοινῶς μὲν ἡ τῶν ὁποιωνδηποτοῦν γραμμάτων εἴδησις, ἐάν τε Ἑλληνικῶν, ἐάν τε βαρβαρικῶν, ἣν συνήθως γραμματιστικὴν καλοῦμεν. Ἰδιαίτερον δὲ ἡ ἐντελὴς, καὶ τοῖς περὶ Κράτητα τὸν Μαλλώτην, Ἀριστοφάνη τε καὶ Ἀρίσταρχον ἐκπονηθεῖσα. *Grammatica ergo dicitur per homonymiam & communiter & proprie. Et communiter quidem, cognitio cujuſmodicunque literarum, ſeu Græcarum, ſeu Barbararum, quam ſolemus appellare Grammaticam. Proprie autem ea, quæ eſt perfecta & abſoluta, & quæ fuit elaborata ſtudio ac diligentia Cratetis Mallotæ & Ariſtophanis & Ariſtarchi.*

2. Κράτητες γεγόνασι δέκα: ἕβδομος Μαλάτης (pro Μαλλώτης) γραμματικός. *Decem fuerunt Cratetes, ſeptimus Mallotes grammaticus.* Laert. vit. phil. IV. p. 268. Grammaticum etiam vocat, & Panætium Stoicorum principem ejus diſcipulum fuiſſe dicit Strab. XIV. p. 465. Ἐντεῦθεν, ex urbe Mallo, ἦν Κράτης ὁ γραμματικὸς, οὗ φασι γενέσθαι μαθητὴν Παναίτιον. Filius fuit Timocratis, philoſophus Stoicus, propter facultatem criticam dictus non ſolum criticus, verum etiam Homericus, regnante in Ægypto Ptolemæo Philometore. Suidas. Κράτης Τιμοκράτους, Μαλλώτης, Φιλόσοφος Στωϊκός: ὁ δ' ἐπεκλήθη Ὁμηρικὸς καὶ κριτικὸς, διὰ τὴν περὶ τοὺς γραμματικοὺς καὶ ποιητικοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπίστασιν, σύγχρονος Ἀριστάρχου τοῦ γραμματικοῦ ἐπὶ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος. *Crates, Timocratis filius, Mallotes, philoſophus Stoicus, qui cognomento vocatus eſt Homericus & criticus ob ſtudium quo in res grammaticas & poeticas erat intentus, æqualis Ariſtarchi grammatici, tempore Ptolemæi Philometoris.* In aula regum Pergamenorum non ſine dignatione videtur eſſe verſatus. V. etiam *Caſaubonum* & *Voſſ. de Hiſt. Græc.* III. *p.* 347.

3. Mallotes, cui patria *Mallos*, urbs Ciliciæ. Stephanus. Μαλλὸς, πόλις Κιλικίας. Ejus conditorem *Mallum* facit Stephanus. Ἀπὸ Μάλλου, κτίσαντος αὐτήν. Sed Amphilochum, & Mopſum, Apollinis filium, ac Mantûs Strabo, eamque in loco edito ſitam dicit XIV. p. 464. Πλησίον δὲ καὶ Μαλλὸς

Digitized by Google

inter ſecundum [6] ac tertium [7] bellum Punicum, ſub ipſam Ennii [8] mortem, quum in regione Palatii [9], prolapſus in cloacæ foramen crus fregiſſet, per omne legationis [10] ſimul & valetudinis tempus, plurimas ἀκροάσεις [11] ſubinde fecit, aſſiduèque diſſeruit [12]: ac noſtris exemplo fuit ad imitandum. Hactenus tamen imitati, ut carmina parum adhuc divulgata, vel defunctorum amicorum, vel ſi quorum aliorum probaſſent, diligentius retractarent: ac legendo commentandoque etiam cæteris nota facerent [13]: ut Cajus Octavius Lampadio [14] Nævii [15] Punicum bellum [16]: quod unico

λας ἐφ' ὕψος κειμένη, κτίσμα Ἀμφιλόχου, καὶ Μόψου τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Μαντοῦς.

4. ARISTARCHUS *grammaticus fuit Alexandrinus, floruit Olympiade 156. ſub Ptolemæo Philometore, & ejus filium erudivit, ſcripſit ultra octingentos libros commentariorum, fuit diſcipulus Ariſtophanis grammmatici, cum Cratete grammatico Pergameno ſæpiſſime Pergami contendit, deceſſit in Cypro voluntaria inedia ſe vita privans, propter hydropicum, quo vexabatur, morbum.* Suidas. Ἀρίσταρχος Ἀλεξανδρεὺς θέσει, τῇ δὲ φύσει Σαμόθραξ, γέγονε κατὰ τὴν ρνϛ' Ὀλυμπιάδα, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος, οὗ καὶ τὸν υἱὸν ἐπαίδευσε. Λέγεται δὲ γράψαι ὑπὲρ ω' βιβλία ὑπομνημάτων μόνων: μαθητὴς δὲ γέγονεν Ἀριστοφάνους τοῦ γραμματικοῦ, καὶ Κράτητι τῷ γραμματικῷ Περγαμηνῷ, πλεῖστα ἀμιλλήσατο ἐν Περγάμῳ, τελευτᾷ δὲ ἐν Κύπρῳ ἑαυτὸν ἐξαγαγὼν ἐνδείᾳ τροφῆς, νόσῳ τῇ ὑδρωπικῇ ληφθείς.

5. MITTERE ſæpe eſt legatum *mittere.* Tacit. Hiſt. I. 74. 3. *Rurſus ad utrumque Germanicum exercitum, & legionem Italicam ſpecie ſenatus miſit.* Curt. V. 3. 12. *Ad Siſygambim Darii matrem mittunt.* Noſt. ſupr. Aug. 44. 3.

6. SECUNDUM *bellum Punicum* geſtum eſt *P. Cornelio Scipione, T. Sempronio Longo conſulibus.* Liv. XXI. 6. Hos conſules fuiſſe anno ab U. C. 535. dicunt Faſti Capitolini & Siculi, & Caſſiodorus. Unde geſtum anno *quingenteſimo triceſimo quinto* dicit Solin. Polyh. c. I.

7. TERTIUM *bellum Punicum* exortum eſt *L. Marcio Cenſorino, M. Manilio conſulibus.* Liv. Epit. 49. Hos conſules fuiſſe anno ab U. C. 604. dicunt Faſti Capitolini & Siculi. Unde geſtum anno *ſexcenteſimo quarto* dicit Solinus. Sed fuiſſe anno ab U. C. 602. putant Livius, Oroſ. IV. 22. Eutrop. IV. 8. Imo anno ab U. C. 605. Cenſor. D. N. c. 17. & Caſſiodorus.

8. ENNIUS, *cum Thyeſten fabulam docuiſſet, Q. Marcio Philippo, Cn. Servilio Cæpione conſulibus, mortem obiit.* Cicer. de Clar. orat. c. 20. de Seneƈt. c. 5. I. anno ab U. C. 584. ut volunt Faſti Capitolini & Siculi, & Caſſiodorus.

9. REGIONEM PALATII V. ſupr. Aug. 5. I. §. 5.

10. LEGATIONES obierunt olim ipſi grammatici. Suidas. Διονύσιος Ἀλεξανδρεύς, ὁ Γλαύκου υἱός, γραμματικός. Ὅς τις ἀπὸ Νέρωνος συνῆν, καὶ τοῖς μέχρι Τραϊανοῦ καὶ τῶν βιβλιοθηκῶν προὔστη, καὶ τῶν ἐπιστολῶν καὶ πρεσβειῶν ἐγένετο καὶ ἀποκριμάτων. *Dionyſius Alexandrinus, Glauci filius, Grammaticus, qui a Nerone uſque ad Trajanum docuit, & bibliothecis præfuit. Fuit ab epiſtolis, & a reſponſis, & varias legationes obiit.*

11. Ἀκροάσεις *fecit* I. lectiones expoſuit, ut de ſe rhetore docente Auguſtin. Confeſſ. VI. Et de Iſocrate Polyb. Leg. 122. Ὄντος, δὲ ἦν μὲν γραμματικὸς τῶν τὰς ἀκροάσεις ποιουμένων. *Hic erat grammaticus, ex eorum numero, qui recitationes publicas habere ſolent.* Cicero ſæpius *ſcholam habere*, vel *explicare.* Verbum verbo *auditiones* exprimit Gell. N. A. XVII. 2. *Eaſdem auditiones, eoſdem doctores colebamus.* Senec. Contr. IX. 3. *Caſſius Severus ab auditione ejus rediens interrogatus quomodo dixiſſet, reſpondit, male.* V. Oizel. *in Gellium* & *Wouwer. Polym.* 4. 25.... 28. Romani uſu quoque ſuam fecerunt hanc vocem: & non ſolum de literarum, ſed etiam de aliarum artium magiſtris uſurparunt. Vitruv. Archit. X. 22. *Eo tempore quidam architectus ab Arado, nomine Callias, Rhodum cum veniſſet, acroaſim fecit.* V. & *Caſaubonum.*

12. DISSERUIT I. auditores ſuos quacunque de materia docuit. Cicer. de Fin. I. 9. *Sed & argumentandum, & accurate diſſerendum, & rationibus conquiſitis, de voluptate, & dolore diſputandum putant.* Noſt. infr. 4. 7.

13. NOTA FACERENT I. explicarent. *Nota* eſſe dicuntur, ea quæ intelliguntur. Noſt. infr. 18. 2. *Statius.*

14. LAMPADIONIS, ut qui Ennium quoque emendaverit, meminit Gell. N. A. XVIII. 5. *Ut non turbidæ fidei, nec ambigua, ſed ut pura, liquentiſque eſſet, equeſne, an eques, Ennius ſcriptum reliquiſſet? librum ſumma, atque reverendæ vetuſtatis, quem fere conſtabat Lampadionis manu emendatum, ſtudio pretioque multo unius verſus inſpiciendi gratia conduxi.*

15. CN. NÆVIUS *poeta fabulas apud populum dedit; quem M. Varro in libro de poetis primo, ſtipendia feciſſe ait bello Pœnico primo; idque ipſum Nævium dicere in eodem carmine, quod de eodem bello ſcripſit.* Gell. N. A. XVII. 21.

16. PUNICUM BELLUM *primum* quando geri cœptum fuerit, dixi ſupr. Tib. 2. 3. §. 7. Hoc ſcripſiſſe Nævium dicit etiam Cicer. de Seneƈt. c. 14. *Quid in levioribus ſtudiis, ſed tamen acutis! quam gaudebat bello ſuo Punico Nævius!* Scripſit autem verſibus Saturniis. Feſtus in Saturno. *Verſus quoque antiquiſſimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnii appellantur, quibus & a Nævio bellum Punicum ſcriptum eſt.* De quibus ſic ipſe Ennius.

—— Scripſere alii rem
Verſibu', quos olim Fauni, vateſque canebant;

Cum

unico volumine [17] & continenti [18] ſcriptura expoſitum, diviſit in ſeptem libros [19]: ut poſtea Quintus Vargontejus annales Ennii [20]; quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat [21]: ut Lælius, Archelaus, Vectius, Quintus Philocomus Lucilii [22] ſatyras [23] familiaris ſui: quas legiſſe ſe apud Archelaum Pompejus Lenæus [24],
3 apud Philocomum Valerius Cato prædicant. Inſtruxerunt auxeruntque ab omni parte grammaticam, Lucius Ælius Lanuvinus, gener Quinti Ælii [25], Servius Claudius, uterque eques Romanus, multique ac varii & in doctrina & in Republica uſus.

Cum neque Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperarat,
Nec dicti ſtudioſus erat.

Quibus Nævium taxaſſe, & tamen multa a Nævio ſumpſiſſe Ennium, auctor eſt Cicer. de Clar. Orat. c. 19. Tamen illius, quem in vatibus, & in Faunis enumerat Ennius, bellum Punicum, quaſi Myronis opus, delectat. Sit Ennius ſane, ut eſt certe perfectior: qui ſi illum, ut ſimulat, contemneret, non omnia bella perſequens, primum illud Punicum, acerrimum bellum reliquiſſet. Sed ipſe dicat, cur id *faciat*, ſcripſere, *inquit*, alii rem Verſibus —— *& luculento quidem ſcripſerunt, etiamſi minus, quam tu*, Enni, *polite. Nec vero tibi aliter videri debet, qui a Nævio vel ſumpſiſti multa, ſi fateris, vel, ſi negas, ſurripuiſti.*

17. VOLUMEN pro codice in plures libros ſecto, atque diviſo. Non. II. 779. *Santra de verborum antiquitate: In quod volumen unum nos lectitavimus, & poſtea invenimus ſeptiſariam diviſum.* Ita Platonis de Republica libros *volumen* vocat Macrob. in Somn. Scip. I. I. *Cum Plato in voluminis concluſione a quodam vita reddito.....* V. *Gentil. Parerg.* II. 15.

18. CONTINENTI i. perpetua, non diſtincta libris, ac numeris. Ita *continentia ſcripta*, quæ perpetuam hiſtoriam complectuntur, ordine temporum, ac rerum geſtarum ſerie *continua* expoſitam vocat Cicer. Famil. V. 12. *Ut a continentibus tuis ſcriptis, in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris, ſecernas hanc quaſi fabulam rerum eventorumque noſtrorum.*

19. DIVISIT IN SEPTEM LIBROS, ut Iliadis & Odyſſeæ carmina, quæ continenti ſcriptura, ſine ulla librorum diſtinctione expoſuerat Homerus, in partes vicenas quaternas *diviſerat* Ariſtarchus.

20. ANNALIUM ENNII opus in quadraginta libros fuit digeſtum; quam partitionem a Vargontejo eſſe proiectam, ex his Suetonii verbis, neque dicere pro certo queas, neque negare. *Caſaubonus.*

21. PRONUNTIABANT, ſive recitabant qui in magna frequentia Ennium, Ennianiſtæ dicebantur. Gell. N. A. XVIII. 5. *Atque ibi, Puteolis, tunc Juliano nuntiatur, ἀναγνώστην quemdam, non indoctum hominem, voce admodum ſcita, & canora, Ennii Annales legere ad populum in theatro: eamus, inquit, auditum neſcio quem iſtum Ennianiſtam. Hoc enim ſe ille nomine appellari volebat.* Ita in Græcia rhapſodi, qui Homericos verſus *pronuntiabant* in corona circumſtantium, Homeridæ, vel Homeriſtæ vocabantur. V. *Caſaubonum.*

22. LUCILIUS *poeta natus eſt* Olymp. 158. a. I. ut eſt apud *Hieronymum in Chronico Euſebiano* ſive Sp. Poſtumio Albino, L. Calpurnio Piſone conſulibus, I. ſi calculus non fallit, anno ab U. C. 605.

23. SATYRA *eſt carmen apud Romanos nunc quidem maledicum, & ad carpenda hominum vitia archææ Comœdiæ charactere compoſitum: quale ſcripſerunt Lucilius, & Horatius, & Perſius.* Diomed. III. p. 482. Edit. Putſch. In illa *primus inſignem laudem adeptus eſt*, & *quoſdam ita deditos ſibi adhuc habet amatores, ut eum non ejuſdem modo operis auctoribus, ſed omnibus poetis præferre non dubitent.* Quintil. Inſtit. X. I.

24. POMPEJUS LENÆUS appellatur libertus *Pompeji*, qui ante manumiſſionem dicebatur *Lenæus*, *Avenius*. *Caſaubonus.* V. illum infr. 15.

25. GENER Q. ÆLII vetus fuit ſcriptura. Ex illa legendum: *generque Ælii.* Litera enim ſingularis Q. conjungendi vim, ac poteſtatem habet, & nihil aliud quam *que* ſignificat. Patet hoc ex illo Urbis Romæ elogio, quo nullum eſt frequentius, *S. P. Q. R.* Carrio A. L. I. 8.

CAPUT III.

ARG. *Magis ac magis in Urbe colitur, & in provincias penetrat Grammatica.*

1 Lucius Ælius [1] cognomine duplici [2] fuit: nam & Præconinus [3], quod pater ejus præ-

LUCIUS ÆLIUS fuit grammaticus nobilis, Varronis magiſter. Cicer. de Clar. Orat. c. 56. *Fuit is omnino vir egregius, & eques Romanus cum primis honeſtus, idemque eruditiſſimus, & Græcis literis, & Latinis: antiquitatiſque noſtræ & in inventis rebus, & in actis, ſcriptorumque veterum literate peritus: quam ſcientiam Varro noſter acceptam ab illo, auctamque per ſe, vir ingenio præſtans, omnique doctrina, pluribus & illuſtrioribus literis explicavit.* Gell. XVI. 8. *Commentarium de proloquiis L. Ælii docti hominis, qui magiſter*

præconium fecerat [4], vocabatur: & Stilo [5], quod orationes nobiliſſimo cuique ſcri-
bere ſolebat [6]: tantus optimatum fautor, ut Quintum Metellum Numidicum [7] in
exſilium [8] comitatus ſit [9]. Servius [10] cum librum ſoceri nondum editum fraude in- 2
tercepiſſet; & ob hoc repudiatus, pudore ac tædio ſeceſſiſſet ab Urbe, in podagræ
morbum incidit: cujus impatiens veneno ſibi perunxit pedes [11] & enecuit, ita, ut
parte ea corporis quaſi præmortua vixerit. Poſt hoc magis ac magis & gratia & 3
cura artis increvit: ut ne clariſſimi quidem viri abſtinuerint, quo minus & ipſi ali-
quid de ea ſcriberent: utque temporibus quibuſdam, ſuper viginti celebres ſcholæ
fuiſſe in Urbe tradantur: pretia Grammaticorum tanta, mercedeſque tam magnæ,
ut conſtet Lutatium [12] Daphnidem [13], quem Lenæus Meliſſus per cavillationem no-
minis,

giſter Varronis fuit, ſtudioſe quaſivimus: eumque in Pacis bibliotheca repertum legimus.

* 2. COGNOMINE DUPLICI. Fuit enim dictus *Lucius Ælius Præconinus Stilo.* Et *Stilonem* alterius cognominis loco habuit. Quod enim quarto loco ponitur, non *agnomen*, ſed *cognomen* eſt. Docet hoc non tantum noſter; ſed etiam Livius, quo auctore & Aſiaticus & Africanus *cognomina*, non *agnomina* ſunt XXXVII. 58. *Haud ita multo poſt L. Scipio ad Urbem venit. Qui ne cognomine fratri cederet, Aſiaticum ſe appellari voluit.* Et præter Livium Paterc. II. 15. 4. *Q. Metellus Numidici filius, qui meritum cognomen Pii conſecutus erat.* Eſt enim appellatus *Q. Cæcilius Metellus Pius.* Plura *Serv. Miſcell.* c. 8.

3. PRÆCONINI nomen exſtat etiam apud Plin. XXXVII. I. *Vulgato Stilonis Præconini ſale, quidnam fuiſſe facturum eum, ſi Scipio a patre ejus interemptus eſſet.*

4. PRÆCONIUM FECERAT I. *præco* fuerat. Cicer. ſupr. Ner. 24. 2. §. 13. A *præconio* vero *Præconinos* eſſe dictos dicit etiam Plin. XXXIII. I. *Vulgo purpura latiore tunica uſos invenimus etiam præcones, ſicut patrem Lucii Ælii Stilonis, Præconini ob id cognominati.*

5. STILO *L. Ælius* vocatur etiam Gell. N. A. XX. 21. *Quoniam, qui doctiſſimus eorum temporum fuerat, L. Ælius Stilo, ut novo, & improbo verbo vitaverat.* Et Feſto infr. 15. I. §. 8.

6. ORATIONES.... SCRIBERE SOLEBAT. Cicer. de Clar. Orat. c. 56. *Idem ſcribebat orationes, quas alii dicerent, uti Q. Metello, uti Q. Cæpioni, uti Q. Pompejo Rufo: quamquam is etiam ſcripſit eas, ſed non ſine Ælio. His enim ſcribendis etiam ipſe interfui, cum eſſem apud Ælium adoleſcens, eumque audire perſtudioſe ſolerem.* * Veteres Athenienſium oratores, quod obſervat ad Theophraſti Charact. c. 17. Caſaubonus, ſolebant orationes reis ſuam opem implorantibus ſcribere, quibus ipſi rei utebantur in judiciis. Tales ſunt omnes ferme Iſocratis, Lyſiæ & Demoſthenis, quæ ad cauſas privatorum pertinent. Idem mos Romæ fuit, ut vel hoc Ælii docet cognomen.

7. NUMIDICUS fuit dictus *Quintus Cæcilius Metellus: quia conſul* (anno ab U. C. 644. Vulgatos Capitolinos & Siculos, & Caſſiodorum) *de Jugurtha rege Numidia triumphavit.* Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c. 62. Liv. Epiſt. 62.

8. EXSILIUM Metelli deſcribit Oroſ. V. 17. *Subſequente anno Marius ſextum conſul* (anno ab U. C. 653.) *& Glaucia prætor, & Saturninus tribunus plebis conſpiraverunt Metellum Numidicum in exſilium quacunque vi agere. Die dicta a ſuppoſitis ejuſdem factionis judicibus per ſcelus innocens Metellus damnatus, in exſilium cum totius Urbis dolore diſceſſit.* Cauſam addunt Aurel. Vict. de Vir. Illuſtr. c. 62. & Liv. Epit. 69. *Quod in legem Appulejam per vim latam jurare noluerat.* Illamque fuſius explicat Plutarch. in Mario p. 422. Abiit Rhodum teſtibus Livio & Plutarcho. *Qui quum a bonis civibus defenderetur, ne cauſa majorum certaminum eſſet, in exſilium voluntarium Rhodum profectus eſt.* Vel *Smyrnam*, ut mavult Victor. Et *in Aſiam ſeceſſiſſe* dicit Val. Max. IV. I. 13.

9. COMITATUS EST *Numidicum* L. Ælius, ut *Rutilium Rufum in Aſiam ſecutus eſt Aurelius Opilius* infr. 6. 2.

10. SERVII CLAUDII, ut grammatici doctiſſimi, meminerunt Cicer. ad Fam. IX. 16. *Ut Servius, frater tuus, quem literatiſſimum fuiſſe judico, facile diceret, hic verſus Plauti non eſt, hic eſt; quod tritas haberet aures notandis generibus poetarum, & conſuetudine legendi.* Gell. N. A. XIII. 22. *Ac ne hic quidem prætermittendum puto, cuicuimodi eſt, quod in commentario quodam Servii Claudii ſcriptum invenimus.*

11. VENENO.... SERVIUM CLODIUM legitur etiam apud Plin. XXV. 4. *Tradit M. Varro, Servium Clodium, equitem Romanum magnitudine doloris in podagra coactum, veneno crura perunxiſſe, & poſtea caruiſſe ſenſu omni æque quam dolore in ea parte corporis.*

12. QUINCTUS LUTATIUS Catulus hic *Daphnides* fuit dictus a domino ſuo Q. Lutatio Catulo, qui illum manumiſerat. Manumiſſi enim dominorum, a quibus manumittebantur, nomina ſumebant. Tertull. de Reſurr. Carn. c. 57. *Oro te, ſi famulum tuum libertate mutaveris, quia eadem caro atque anima permanebunt, quæ flagellis, & compedibus, & ſtigmatibus obnoxia retro fuerant, idcircone illas eadem pati oportebit? non opinor. Atqui & veſtis albæ nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine, ac tribu, menſaque honoratur.* Plura *Politian. Miſc.* c. 13.

minis, Πανὸς ἄγημα [14] dicit, ducentis millibus nummûm [15] Quinto Catulo [16] emptum, ac brevi manumiſſum: Lucium Apulejum ab Eficio Calvino equite Romano
4 prædivite quadringenis annuis [17] conductum multos edocuiſſe. Nam in provincias quoque Grammatica penetraverat, ac nonnulli de notiſſimis doctoribus peregre docuerunt, maxime in Gallia Togata [18]: inter quos Octavius Teucer, & Siſcennius Jacchus, & Oppius Cares [19]: hic quidem ad ultimam ætatem, & cum jam non greſſu modo deficeretur [20], ſed & viſu.

13. Daphnides, Græce Δαφνίδης, Grammatici hujus ſuit nomen. *Petit. Miſc.* III. 15.

14. *Πανὸς ἄγημα Daphnidem* dixit Meliſſus. *Panis agmen*, q. plures eſſent, non unus Daphnis. Latine enim Daphnides videtur eſſe rectus pluralis a Daphnis. Hinc quæſita jocandi materia. Jam vero Daphnis paſtor erat Mercurii filius, a *Pane* educatus, atque inſtitutus in muſicis. Erat autem *Pan* deus ruſticus, paſtorum προστάτης. Virg. Ecl. II. 33.

——— *Pan curat oves, oviumque magiſtros.*

Itaque in ejus comitatu nonniſi paſtores & ruſtici erant, qui nil niſi ſylveſtre, & barbaricum tenui arundine ſonare poterant. Notat igitur Lenæus Meliſſus Daphnidem inficetiarum, quaſi eſſet plane literarum rudis, quantus quantus erat, & rus merum. *Petitus.* V. præter illum *Caſaubonum* & *ad hunc locum*, & *Athen.* II. 12. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 30. *b. A. B. Scaliger. in Varr. R. R. p.* 168. *Marcil. in Suet. Veſp. c.* 18.

15. Ducentis millibus nummûm, ut ſi hodie dicas aureis ad quinquies mille. Saniores autem libri habent DCC *millibus*. Quæ ad rationem, qua hodie utimur, computata, ſeptemdecim millia aureorum, & quingentos reddunt. *Septingenta millia ſeſtertium* αὐτόχρημα ſunt *ſeptingenta ſeſtertia* Plinii. Apud illum ſcribendum VII. 39. *Pretium hominis in ſervitio geniti maximum ad hanc diem, quod equidem compererim, fuit Grammatica artis Daphni, Natio Piſaurenſe vendente, & M. Scauro principe civitatis HS. DCC licente.* V. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 30. *a. E. F. Lipſ. Admir.* III. 4. *Caſaub. h. l.*

* 16. Q. Catulo i. a Q. Catulo, omiſſa præpoſitione. Hoc ſollenne ſcriptoribus. V. ſupr. Aug. I. 2. §. 7.

17. Quadringenis annuis i. decem millibus Philippeorum. Sed *quadragena annua* tantum ex ſchola capit Remmius Palæmon infr. 23. 5. *centena* ab Auguſto Verrius Flaccus infr. 17. 3. & a Veſpaſiano rhetores ſupr. 18. 2. V. quoque ſupr. Cæſ. 42. 2. §. 11.

* 18. Gallia togata quænam V. ſupr. Cæſ. 22. 2. §. 4. Unde dicatur, docet Dio XLVI. p. 326. C. Ἀντωνίῳ δὲ τὴν λοιπὴν Γαλατίαν, τήν τε ἐντὸς τῶν Ἄλπεων, καὶ τὴν ὑπὲρ αὐτὰς ὥστε ἄρχειν δοθῆναι. Ἐκαλεῖτο δὲ ἐκείνη μὲν Τογάτα, ὅτι εἰρηνικωτέρα παρὰ τὰς ἄλλας ἐδόκει εἶναι, καὶ ὅτι καὶ τῇ ἐσθῆτι τῇ Ῥωμαϊκῇ τῇ ἀστικῇ ἐχρῶντο ἤδη. Αὕτη δὲ δὴ Κομάτα, ὅτι οἱ Γαλάται οἱ ταύτῃ ἐς κόμην τὸ πλεῖστον τὰς τρίχας ἀνιέντες, ἐπίσημοι κατὰ τοῦτο παρὰ τοὺς ἄλλους ἦσαν. *Antonio reliqua omnis Gallia, quæ cis ac trans Alpes jacet, tribueretur. Vocabatur autem altera quidem Gallia Togata, quod reliquis videretur eſſe pacatior, quodque jam tunc urbanum Romanorum veſtitum uſurparet. Altera Comata, quod Galli iſti comam gerebant promiſſiſſimam, eaque a reliquis dignoſcebantur.*

19. Oppius Cares grammaticus fuit, qui videtur ſcripſiſſe de ſylveſtribus arboribus. Ex illo aliqua adfert Macrob. Saturn. II. 14. *Vir doctus Oppius in libro, quem fecit de ſylveſtribus arboribus.* 15. *Accipite quæ Oppius in libro de ſylveſtribus arboribus dicat.....* Ita quidem Caſaubonus. Refellit illum *Meurſ. in Macrob. p.* 760. Imo, ecquid *Oppius Cares* ſcripſerit, non ſatis conſtare dicit *Voſſ. de Hiſtor. Latin.* I. 13.

* 20. Deficeretur i. deſtitueretur: *Defectum* quem aliqua res *deficit*, orbum, carentem, deſtitutum non tantum argenteæ ætatis, quod vult *Scioppi. Infam. Famam. p.* 114. ſed etiam aureæ ætatis dixerunt ſcriptores, quos cum cura collegit *Borrich. pro Strad.* §. 18.

CAPUT IV.

ARG. *Literati vocantur, Rhetoricam quoque docent, & e ludo in forum tranſeunt, atque in patronorum numerum recipiuntur Grammatici.*

1 Appellatio Grammaticorum Græca conſuetudine [1] invaluit: ſed initio *Literati* [2] vocabantur.

1. Græca consuetudine. Non protritus uſus vocis. Cæſ. B. G. VII. 75. 4. *Univerſis civitatibus, quæ oceanum attingunt, quæque eorum conſuetudine Armoricæ appellantur.* Gronovius.

2. Literati quare vocati fuerint grammatici, dicunt Quintil. infr. 20. 2. §. 4. & Diomed. II. p. 414. Edit. Putſch. *Artium genera ſunt plura, quarum grammatice ſola literalis eſt, ex qua rhetorice & poetice conſiſtunt: idcirco literalis dicta, quod a literis incipiat. Nam & grammaticus Latine literatus eſt appellatus,*

cabantur. Cornelius quoque Nepos in libello, quo diſtinguit literatum ab erudi- 2
to [3], *literatos* vulgo quidem appellari ait eos, qui aliquid diligenter & acute ſcienter-
que poſſint aut dicere aut ſcribere: cæterum proprie ſic appellandos poetarum inter-
pretes [4], qui a Græcis *γραμματικοὶ* nominentur. Eoſdem Literatores vocitatos Meſ- 3
ſala Corvinus, in quadam epiſtola [5] *non eſſe ſibi* dicens *rem cum Furio Bibaculo* [6], *nec
cum Sigida* [7] *quidem*, *aut literatore Catone*: ſignificat enim haud dubie Valerium Ca-
tonem [8] poetam ſimul, grammaticumque notiſſimum. Sunt qui *literatum* a *literatore* 4
diſtinguant, ut Græci grammaticum a grammatiſta: & illum quidem abſolute, hunc
mediocriter doctum [9] exiſtiment, quorum opinionem Orbilius etiam exemplis con-
firmat. Nam apud majores, ait, cum familia alicujus venalis produceretur, non 5
temere quem literatum, in titulo [10], ſed literatorem inſcribi ſolitum eſſe: quaſi non
perfectum literis [11], ſed imbutum [12]. Veteres Grammatici & Rhetoricam docebant [13]: 6
ac

pellatus, *& grammatica literatura*, *qua formam loquendi ad certam rationem dirigit.* V. *Caſaubonum*, *Schott. Obſ. Hum.* III. 14. & *Voſſ. Gramm.* I. I.

3. ERUDITO i. philologo, ut dixi ſupr. Aug. 89. 2. §. 5.

4. POETARUM INTERPRETES vocabantur *literati* & *literatores*. Gell. N. A. XVI. 6. *Redeuntes Græcia Brundiſium navem advertimus. Ibi quiſpiam lingua Latina literator, Roma a Brundiſinis arceſſitus, experiundum ſeſe vulgo dabat. Imus ad eum nos quoque oblectamenti gratia. Legebat barbare, inſciteque Virgilii ſeptimum, in quo libro hic verſus eſt*.... Et Catull. 14. 9.

Munus dat tibi Sylla literator.

Sylla enim *literator* maledicorum poetarum carmina, quæ ipſe nuperrime caſtigaverat, atque tranſſcripſerat, tanquam rem magnam Calvo, a quo ſæpius in judicio defenſus fuerat, videtur dono dediſſe, Calvus vero Catullo. V. *Fuſcum ad Catullum.*

5. EOSDEM LITERATORES VOCITATOS (ſic enim legendum ſequentia docent) *Meſſala Corvinus in quadam epiſtola*, repetendum ἀπὸ κοινοῦ, ait Gell. N. A. XVIII. 9. *Tum ex his qui aderant, alter literator fuit, alter literas ſciens: hi duo inter ſeſe diſſentiebant, & grammaticus quidem contendebat*.... Mart. Capell. III. *Itaque aſſertor noſtri nunc literatus dicitur, literator antea vocabatur.* Idem apud Græcos γραμματοδιδάσκαλος vocitatur. V. *Schottum Obſ. Hum.* III. 14.

6. FURIUM BIBACULUM inter poetas enumerat Quintil. Inſtit. X. I. *Jambus non ſane a Romanis celebratus eſt ut proprium opus, a quibuſdam interpoſitus: cujus acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio.* Ejus ſcripta laudat Macrob. Saturn. II. I. *Mihi ex libro Fuſii* (Ita *dicti prius*, *nunc Furios dicimus* III. I.) *Bibaculi notus eſt.* Noſt. infr. II. 4.

7. SIGIDAM probare non poſſum. *Ticida* in veteri codice exaratum erat. *Ticidam* in poetis numerat Apul. Apol. p. 279. *Accuſent Ticidam ſimiliter, quod quæ Metella erat, Perillam ſcripſerit. Ticida* carmen laudat noſt. infr. II. 3. V. quoque *Caſaubonum*, & *Schottum*. *Quamvis *Sedigitum*, quia Vulcatius Sedigitus, notus grammaticus *librum de poetis*, ut Gellius eſt auctor XV. 24. *ſcripſit*, ex antiquo codice reſtituendum cenſeat *Wouwer. de Polym.* c. 4. §. 34.

8. VALERIUM CATONEM V. infr. II.

9.... ILLUM ABSOLUTE, HUNC MEDIOCRITER DOCTUM. Duæ enim ex una q. *grammatica* factæ. Rudior una, & imperfectior, ac pæne popularis, quæ a poſteris *grammatiſtica* eſt vocata, ut a Romanis, auctore M. Varrone, *literatio*. Altera perfectior, & abſolutior, quæque ad politiores tantum pertineret, nomen commune apud Græcos *grammatica* tanquam proprium, quemadmodum apud Romanos *literatura* ſibi vindicavit. Illam qui tractarent, *grammatiſta*, i. ut Latini loquuntur, *literatores* pueros fere elementarios docebant. Hanc vero *grammatici*, quod eſt more Latino literati, doctorum interpretes erant appellatione critici. Uſus hoc pacto Auguſt. Confeſſ. I. *Adamaveram Latinas literas, non quas primi magiſtri, ſed quas docent, qui grammatici vocantur.* Et *literatores*, ſive *grammatiſtas*, quos Alexander Severus habuit in pueritia, diſtinguit a *grammaticis*, quibus in patria, Romæque uſus eſt, Lamprid. c. 3. *Nam in prima pueritia literatores habuit Valerium Cordum, & L. Veturium, & Aurelium Philippum libertum patris: grammaticum in patria Græcum Nebonem, rhetorem Serapionem, philoſophum Stilionem: Romæ grammaticos, Scaurinum Scaurini filium, doctorem celeberrimum, rhetores Julium Frontinum, & Bæbium Macrinum, & Julium Granianum.* V. *Schottum*, *Voſſium*, *Wouwer. Polym.* c. 4.

10. TITULO i. inſcriptione; inſcribebantur enim artes, (*artes enim ſervorum in emendo ſequebantur* veteres, ut dicet Cicer. infr. Gramm. 23. I. §. 5.) illorum, qui venales erant, *titulis*. Plin. Epiſt. V. 19. *Libertus meus Zoſimus eſt homo probus, officioſus, literatus, & ars quidem ejus, & quaſi inſcriptio, comœdus, in qua plurimum facit.*

11. PERFECTUM LITERIS, ut Cicer. de Clar. orat. c. 70. *C. Memmius, Lucii filius, perfectus literis, ſed Græcis.*

12. IMBUTUM i. non valde doctum. Capitol. Per-

ac multorum de utraque arte commentarii feruntur, ſecundum quam conſuetudinem poſteriores quoque exiſtimo, quamquam jam diſcretis profeſſionibus, nihilominus vel retinuiſſe, vel inſtituiſſe & ipſos quædam genera inſtitutionum ad eloquentiam præparandam, ut problemata [14], periphraſes [15], elocutiones, ethologias [16], atque alia hoc genus: ne ſcilicet ſicci omnino atque aridi pueri [17] Rhetoribus traderentur [18]: quæ quidem omitti jam video deſidia quorundam & infantia; non enim faſtidio pu-
7 tem. Me quidem adoleſcentulo, repeto quendam Principem [19] nomine, alternis diebus declamare, alternis diſputare, nonnullis vero mane diſſerere [20], poſt meri-
8 diem, remoto [21] pulpito [22], declamare ſolitum. Audiebam etiam, memoria patrum quoſdam e Grammaticis ſtatim e ludo tranſiſſe in forum, atque in numerum præ-

tin. c. I. *Puer literis elementariis, & calculo imbutus.* Quid *imbuere*, dictum ſupr. Ner. 20. I. §. I.

13. GRAMMATICI ET RHETORICAM DOCEBANT. Et ideo Quintil. Inſtit. II. I. *Rhetores utique noſtri ſuas partes omiſerunt, & grammatici alienas occupaverunt. Nam & illi declamare modo, & ſcientiam declamandi, ac facultatem tradere, officii ſui ducunt, idque intra deliberativas judicialeſque materias: nam cætera, ut profeſſione ſua minora deſpiciunt: & hi non ſatis credunt excepiſſe quæ relicta erant, quo nomine gratia quoque his eſt habenda, ſed ad proſopopœias uſque, & ad ſuaſorias, in quibus onus dicendi vel maximum eſt, irrumpunt. Hinc ergo accidit, ut quæ alterius artis prima erant opera, facta ſint alterius noviſſima: & ætas altioribus jam diſciplinis debita, in ſchola minore ſubſideat, ac rhetoricen apud grammaticos exerceat. Ita, quod eſt maxime ridiculum, non ante ad declamandi magiſtrum mittendus videtur puer, quam declamare jam ſciat.*

14. PROBLEMA *eſt propoſitio in capite libri quæſtionaliter poſita. Demoſthenes ad Philippum. Sed ne quid te Græcum turbet exemplum, ego pro eo Latinum tibi feram; ait enim: problematis authenticum tradamus adſtanti, cui noſtra ſubſequens occurſet oratio. Nam & Tertullianus libro, quem de fato ſcripſit: Redde huic fati primum problematis mancipatum.* Fulgent. de priſc. ſerm. §. 16.

15. PERIPHRASIS *eſt circumlocutio, quæ fit aut ornandæ rei cauſa, quæ pulcra eſt, aut vitandæ, quæ turpis eſt: ut Virg. Æn.* IV. 584.

Et jam prima novo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens aurora cubile.

Georg. III. 136.

——— *nimio ne luxu obtuſior uſus*
Sit genitali arvo, & ſulcos oblimet inertes.

Beda Presbyter de trop. p. 350.

16. ETHOLOGIA *perſonis continetur.* Quintil. Inſtit. I. 9. Eſt autem morum deſcriptio. Senec. Epiſt. 95. *Ait utilem futuram eſſe deſcriptionem cujuſque virtutis. Hanc Poſidonius ætiologiam* (*ethologiam* recte reponunt Lipſ. ad Senecam & Caſaub. Proleg. ad Theophr. Characteres) *vocat: quidam χαρακτηρισμὸν appellant, ſigna cujuſque virtutis, & vitii, ac notas reddentem, quibus inter ſe ſimilia diſcriminentur. Hæc res eandem vim habet, quam præcipere. Nam qui præcipit, dicit: illa facies, ſi voles temperans eſſe. Qui deſcribit, ait: temperans eſt, qui facit illa, qui illis abſtinet. Quæris, quid interſit? alter præcepta virtutis dat, alter exemplar. Deſcriptiones has, & (ut publicanorum utar verbo) ἐπαναγκὲς ex uſu eſſe confiteor. Ethologias* exempla exhibet de Fig. ſent. I. p. 6. Fulgentius. Haſce tradere grammaticorum eſt. Quintilianus. *Sententia quoque, & chria, & ethologia ſubjectis dictorum rationibus apud grammaticos ſcribantur, quia initium ex lectione ducunt.*

17. SICCI ET ARIDI PUERI ſunt, qui præcepta ad altiores diſciplinas imbibenda nondum imbiberunt. *Aridum* etiam *magiſtrum* dicit Quintil. Inſtit. II. 4. *Quapropter in primis evitandus, & in pueris præcipue, magiſter aridus non minus quam teneris adhuc plantis ſiccum, & ſine humore ullo ſolum.*

18. RHETORIBUS TRADENDOS non eſſe *ſiccos & aridos pueros* monet Quintil. Inſtit. I. 9. *Adjiciamus tamen eorum,* grammaticorum, *curæ quædam dicendi primordia, quibus ætates nondum rhetorem capientes inſtituant.*

19. PRINCEPS ſophiſtæ nomen proprium. Ita Tyrannus apud Suidam. Τύραννος σοφιστής. Περὶ στάσεων καὶ διαιρέσεως λόγου βιβλία δέκα. *Tyrannus ſophiſta ſcripſit de ſtatibus & diviſione orationis libros decem.* Et Lucam Actor. 19. 9. Ἀποστὰς ἀπ' αὐτῶν, ἀφώρισε τοὺς μαθητάς· καθ' ἡμέραν διαλεγόμενος ἐν τῇ σχολῇ Τυράννου τινός. *Diſcedens ab illis ſeparavit diſcipulos, quotidie diſſerens in ſchola cujuſdam Tyranni.* Cognominis fuit tibicen apud Phædr. v. 8. 4.

Princeps tibicen notior paullo fuit.

V. etiam in Acta *Matthæum Polum*, & *Lomej. Dier. Gen.* I. 3.

20. DISSERERE quid V. ſupr. 2. I. §. 12.

21. REMOVERI, & rurſus apponi ſolitum, & ſic non fixum, verum mobile fuiſſe pulpitum, ex hoc loco colligit etiam *Scheffer. R. V.* II. 3.

22. PULPITA duplicia fuerunt apud veteres, alia in theatris, de quibus ſupr. Cal. 54. 6. §. 15. alia in ſcholis. In ſcholis erant cathedræ, de quibus ſtantes recitabant. Iſidor. XV. 4. *Pulpitum, quod in eo lector,*

præſtantiſſimorum patronorum receptos. Clari profeſſores, & de quibus prodi poſ- 9
ſit aliquid duntaxat a nobis, fere hi fuerunt.

lector, vel pſalmiſta poſitus in publico conſpici a populo poſſit, quo libentius audiatur. Juven. VII. 93. *Haud tamen invideas vati, quem pulpita paſcunt.* V. etiam *Schefferum*, & *Pollet. For. Rom.* I. 5.

CAPUT V.

ARG. *Ad famam docendo primus pervenit, commentarios & ſatyram facit, in Sardiniam ſecedit, ibique diem obit Sævius Nicanor.*

Sævius [1] Nicanor primus ad famam dignationemque docendo pervenit: fecitque 1
præter commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur, ſatyram
quoque: in qua libertinum ſe, ac duplici cognomine [2] eſſe hoc indicat [3],

Sævius Nicanor Marci libertus negabit:
Sævius Poſthumius idem, ſed Marcus docebit.

Sunt qui tradant ob infamiam quandam eum in Sardiniam [4] ſeceſſiſſe, ibique diem 2
obiiſſe.

SÆVIUS, ſed forte *Suevius.* *Suevium* laudat Macrob. Sat. II. 14. *Hujus rei idoneus aſſertor eſt Suevius vir longe doctiſſimus in idyllio, quod inſcribitur moretum.* 15. *Perſicum, quod Suevius poeta inter nuces numerat, magis erat inter mala numerandum.* V. etiam *Vinetum* & *Voſſ. de Anal.* III. 37.

2. DUPLICI COGNOMINE, *Nicanor Poſthumius.* V. ſupr. 3. 1. §. 2.

3. ESSE HOC INDICAT. Vix conſtat Latinitas. Melius Mediolanenſis codex: *in qua libertinum ſe duplici cognomine eſſe, per hoc indicas.* Statius & Caſaubonus.

4. SARDINIAM deſcripſi ſupr. Aug. 47. 4. §. 13.

CAPUT VI.

ARG. *Philoſophiam, Rhetoricam, Grammaticam docet, Rutilium Rufum damnatum in Aſiam ſequitur, & varia eruditionis volumina componit Aurelius Opilius.*

Aurelius Opilius [1] Epicurei cujuſdam libertus, Philoſophiam primo, deinde Rhe- 1
toricam, noviſſime Grammaticam docuit. Dimiſſa autem ſchola, Rutilium 2
Rufum [2] damnatum [3] in Aſiam [4] ſecutus, ibidem Smyrnæ [5] ſimulque conſenuit [6]:
com-

AURELII OPILII meminit etiam Symm. Epiſt. I. 21. *Enimvero neque Punctio Africanorum ſecundus, neque Opilio Rutilius, neque Cinea Pyrrhus, aut Metrodoro ſuo Mithridates Ponticus liberalium diſciplinarum pretia ſolverunt.* Meminit Gellius infr. §. 8. ſæpius Feſtus & Chariſius.

2. RUTILIUS RUFUS ſub Scipione bello Numantino tribunus militum fuit, & rerum illic geſtarum hiſtoriam ſcripſit. Appian. Bell. Hiſp. p. 305. Ὁ δὲ Σκιπίων Ῥουτίλιον Ῥοῦφον, συγγραφέα τῶνδε τῶν ἔργων, τότε χιλιαρχοῦντα, ἐκέλευσε. *Scipio Rutilio Rufo, tum tribuno militum, qui etiam harum rerum hiſtoriam edidit.* Suidas. Ῥουτίλιος Ῥοῦφος ἐπὶ Σκιπίωνος ἦν, ὃς αὐτῷ συνεστράτευσεν, συγγράψας τὰ τότε φθάσαντα γενέσθαι· ὃς τηνικαῦτα χιλίαρχος ἐγεγόνει ὥς φησιν Ἀππιανὸς ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἱστορίᾳ. *Rutilius Rufus tempore Scipionis fuit, qui cum ipſo militavit. Conſcripſit res tunc geſtas. Et fuit tunc tribunus militum, ut ait Appianus in Romana hiſtoria.* Scripſit quoque vitam ſuam. Tacit. Agric. I. 3. *Ac plerique ſuam ipſi vitam narrare, fiduciam potius morum, quam arrogantiam arbitrati ſunt: nec id Rutilio, aut Scauro, citra fidem, aut obtrectationi fuit.* Q. Mucii Scævolæ in Aſia quæſtor, conſul cum Cn. Mallio Maximo, anno ab U. C. 648. *Faſti Capitolini, Caſſiodorus,* & *Pigh. Ann.* III. *p.* 145. V. etiam *Voſſ. de Hiſt. Lat.* I. 9. *Græc.* I. 22.

3. DAMNATIONEM *Rutilii* deſcribit Aſcon. in Cicer. p. 37. *Hujus Mucii quæſtor Rutilius Rufus damnatus eſt, quod cum prætore conſenſerit ſuo, ne publicani aliquid agerent in provincia ſua. Quo cognito equites Romani damnarunt eum.* Et quidem repetundarum, ut dixit Liv. ſupr. Aug. 89. 6. §. 15. & Paterc. II. 13. 2. *Eam poteſtatem nacti equites Gracchanis legibus, P. Rutilium, virum non ſeculi ſui, ſed omnis ævi optimum, interrogatum lege repetundarum, maxime cum gemitu civitatis damnaverunt.* Illum conſulibus C. Cœlio Caldo & L. Domitio Ahenobarbo

compoſuitque variæ eruditionis aliquot volumina, ex quibus novem unius corporis [7],
qui, quia ſcriptores ac poetas ſub clientela Muſarum judicaret, non abſurde & ſcri-
3 pſiſſe & feciſſe [8] ſe ait *ex numero divarum & appellatione*. Hujus cognomen in ple-
riſque indicibus & titulis per unam literam [9] ſcriptum animadverto: verum ipſe id
per duas effert in paraſtichide [10] libelli, qui inſcribitur *Pinax*.

barbo *damnatum* dicit *Calviſ. Chronol. p.* 388. ſed anno ſequente Herennio & Flaccio Coſſ. *Pigh. Ann.* III. *p.* 28.

4. ASIAM exſilii ſedem elegerit Rutilius, quia illam *a publicanorum injuriis defenderat*, ut dixit Livius ſupr. Aug. 89. 6. §. 15. Illi quam gratus fuerit, docent hæc Val. Max. II. 10. 5. *Quid damnatione, quid exſilio miſerius? At P. Rutilio conſpiratione publicanorum perculſo auctoritatem adimere non valuerunt. Cui Aſiam petenti omnes provinciæ illius civitates legatos ſeceſſum ejus opperientes obviam miſerunt. Exſulare aliquis hoc loco, an triumphare juſtius dixerit?*

5. SMYRNA urbs eſt Ioniæ. Strab. XIV. p. 436. Αὗται μὲν δώδεκα Ἰωνικαὶ πόλεις· προσελήφθη δὲ ὕστερον καὶ Σμύρνα, εἰς τὸ Ἰωνικὸν ἐναγαγόντων Ἐφεσίων. *Hæ ergo ſunt duodecim urbes Ioniæ: poſtea temporis aſſumpta eſt in eum conventum etiam Smyrna auctoribus Epheſiis. Smyrnam commigraſſe, & literarum ſtudiis intentum conſenuiſſe* Rutilium dicit Oroſ. V. 17. *Nam eum legibus pulſum, civem ſibi Smyrnæi addiderant.* Tacit. Ann. IV. 43. 5. Unde Ovid. de Pont. I. 3. 63.

Et grave magnanimi robur mirare Rutili,
Non uſi reditus conditione dati.
Smyrna virum tenuit.

6. CONSENUIT, quia illic, quem ſecutus fuerat, *conſenuit* Rutilius. Hunc *cum quidam conſolaretur, & diceret, inſtare arma civilia: brevi futurum, ut omnes exſules reverterentur. Quid tibi, inquit, mali feci, ut mihi pejorem reditum, quam exitum optares? Malo, ut patria exſilio meo erubeſcat, quam reditu mœreat.* Senec. Benef. VI. 37. *Revocante enim eum L. Sylla, manere in exſilio maluit.* Quintil. Inſtit. XI. 1. Unde Senec. de provid. c. 3. *Infelix eſt Rutilius, quod qui illum damnaverunt, cauſam dicent omnibus ſeculis? quod æquiore animo paſſus eſt ſe patriæ eripi, quam ſibi exſilium? Quod Syllæ dictatori ſolus (reditum* enim *ſuum Sylla negavit, cui nihil tunc negabatur.* Epiſt. 24.) *aliquid negavit, & revocatus non tantum retro ceſſit, ſed longius fugit?*

7. CORPORIS I. ſcripti. Cicer. ad Famil. V. 12. *A principio conjurationis uſque ad reditum noſtrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici poſſe.* Q. Fratr. II. 12. *Sed utros ejus habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utroſque, neſcio.*

8. ET SCRIPSISSE, ET FECISSE. Mira brevitas ſermonis: nam hoc vult, quod integrum opus in partes novem tribuiſſet, quodque illi nomen Muſarum impoſuiſſet, *non abſurde feciſſe ſe ex divarum numero & appellatione*. Novem vero ſuis libris novem Muſarum nomina non præfixit, ad exemplum Herodoti, aut Cephalæonis, de cujus συντόμῳ ἱστορικῷ Phot. Biblioth. p. 50. Συμπεριλαμβάνεται δὲ αὐτῷ ἡ ἱστορία ἐν λόγοις θ' κατ' ἐπωνυμίαν τῶν θ' Μουσῶν. Κλειοῦς, Θαλείας, Πολυμνίας, Μελπομένης, Τερψιχόρης, Εὐτέρπης, Καλλιόπης, Ἐρατοῦς, Οὐρανίας, ut exiſtimat Thyſ. in Gell. I. 25. ſed opus hoc univerſum Opilii Muſarum nomen tulit: ſingulæ autem dictæ ſunt liber primus Muſarum, ſecundus Muſarum.... Gell. I. 25. *Aurelius Opilius, in primo librorum, quos Muſarum inſcripſit.* V. *Caſaubonum*, & *Wouwer. Polym. c.* 13. §. 16.

9. PER UNAM LITERAM L. n. Videtur excidiſſe figura literæ hujus. Gell. N. A. XIV. 6. *Habere debebis in caſu vocandi I literam extremam.* Gronovius.

10. PARASTICHIS, παραστιχὶς continuum ordinem notat, & capita, & primas verſuum literas. Στίζειν eſt notis interpungere, punctis diſtinguere, & inde παραστίζειν punctis & notis ſignare. Heſychius. Παραστίζοντα, ἢ παραστίζων, ἢ παραστιχθεὶς ἐπὶ τῶν ἀνακληθέντων ἀφυστερέντων, ὧν τὰ ὀνόματα παρέστιχθε, ut hunc locum conſtituit, & conviviorum morem, quo eorum, qui invitati fuerant, & non comparebant, nomina notabantur, tangere putat *Palmer. ad Heſychium.*

CAPUT VII.

ARG. *Naſcitur, exponitur, manumittitur, & ipſum M. Ciceronem docet, & multa ſcribit Marcus Antonius Gnipho.*

Marcus Antonius Gnipho [1] ingenuus, in Gallia natus, ſed expoſitus; a nutritore ſuo manumiſſus, inſtitutuſque, Alexandriæ quidem, ut aliqui tradunt, in contubernio [2] Dionyſii [3] Scytobrachionis [4]: (quod equidem non temere crediderim;

MARCI ANTONII GNIPHONIS meminit etiam Quintil. Inſtit. I. 6. *Sicut Antonius Gnipho, qui robur quidem, & ebur, atque etiam marmur fatetur eſſe, verum fieri vult ex his robura, ebura, marmura.* Statius.

2. CONTUBERNIUM quid V. ſupr. Cæſ. 2. I. §. 6: 49. I. §. 2.

3. DIONYSII, qui Mitylenæus & poeta fuit. Suidas.

rim [1]: quum temporum ratio vix congruat) fuiſſe dicitur ingenii magni, memoriæ ſingularis, nec minus Græce quam Latine doctus: præterea comi facilique natura, nec umquam de mercedibus pactus, eoque plura ex liberalitate diſcentium conſecutus. Docuit primum in Divi Julii domo pueri adhuc; deinde in ſua privata. Do- 2. 3
cuit autem & Rhetoricam, ita ut quotidie præcepta eloquentiæ traderet, declamaret vero nonniſi nundinis. Scholam ejus claros quoque viros frequentaſſe ajunt: in 4
his Marcum Ciceronem [6], etiam cum prætura fungeretur [7]. Scripſit multa, quam- 5
vis annum ætatis quinquageſimum non exceſſerit: etſi Attejus Philologus [8] duo tantum volumina de Latino ſermone reliquiſſe eum tradit. Nam cætera ſcripta diſcipulorum ejus eſſe, non ipſius: in quibus & ſuum alicubi reperiri nomen.

das. Διονύσιος, Μιτυληναῖος, ἱστοποιός.

4. SCYTOBRACHION videtur Dionyſius hic dictus, quod altero *brachio* debilis factus, effigiem *brachii* e corio, aliave re levi facto, vel quod *brachium* debile in corio geſtaverit. Suida teſte etiam Σκυτεὺς i. *ſutor* dictus fuit. V. *Caſaubonum*, & *Voſſ. de Hiſtor. Græc.* IV. 5.

5. NON CREDIT noſter in Scytobrachionis, quem Gniphone antiquiorem eſſe putat, contubernio inſtitutum fuiſſe Gniphonem. Vetuſtum admodum ſcriptorem fuiſſe declarant verba Athen. XII. p. 515. D. Ἱστορεῖ ὁ Ξάνθος ὁ Λυδός, ἢ ὁ τὰς εἰς αὐτὸν τὰς ἀναφερομένας ἱστορίας συγγεγραφὼς Διονύσιος ὁ Σκυτοβραχίων, ὡς Ἀρτέμων φησὶν ὁ Κασανδρεὺς ἐν τῷ περὶ συναγωγῆς βιβλίων. *Refert Xanthus Lydius, ſive is, qui illi tributas hiſtorias conſcripſit, Dionyſius Scytobrachion, ut ait Artemon Caſſandreus, opere, quo ad auctores genuines libri referuntur.* Hiſtoriam Lydiaca inſcriptam plerique Xantho Lydo tribuebant, quidam Dionyſio Scytobrachioni. Hic Xanthus antiquiſſimus fuit ſcriptor ante Ephorum & Herodotum. Si igitur Dionyſius ille Julii Cæſaris, & M. Tullii ætate vixiſſet, quis tam fatuus eo, vel proximo ſeculo reperiri potuiſſet, qui vetuſtiſſimam hiſtoriam illi adſcriberet. V. *Caſaubonum*, & *Voſſium*.

6. MARCUM CICERONEM *Gniphonis ſcholam frequentaſſe* legitur etiam apud Macrob. Sat. III. 12. *Antonius Gnipho vir doctus, cujus ſcholam Cicero poſt laborem fori frequentabat, Salios Herculi datos probat in eo volumine, quo diſputat quid ſit feſtra.*

7. PRÆTURA FUNCTUS eſt Cicero L. Volcatio Tullo, M. Æmilio Lepido conſulibus. Horum conſulatum deſcribens Dio XXXVI. p. 21. B. Καὶ μετὰ τοῦτο δίκης τε τινὸς τῷ Μανιλίῳ πρὸς τῶν δυνατῶν παρασκευασθείσης, καὶ ἐκείνου χρόνον τινὰ ἐμποιῆσαι αὐτῇ σπουδάζοντος, τά τε ἄλλα κατ' αὐτοῦ ἔπραττε, καὶ μόλις αὐτὸν (ἐστρατήγει γὰρ, καὶ τὴν ἡγεμονίαν τοῦ δικαστηρίου εἶχεν) ἐς τὴν ὑστεραίαν ἀνεβάλετο. *Etiam poſthac quum Manilio judicium a potentibus eſſet intentatum, iſque ei moram injicere caperet*, Cicero, *quum aliis in rebus illis adverſatus eſt, tum quia id temporis præturam, principatumque in judiciis gerebat, multo labore obtinuit, ut res in ſequentem diem extraheretur.* Hi conſules fuerunt anno ab U. C. 687. *Faſti Capitolini, & Siculi, ad Caſſiodorum Cuſpinianus*, & *Pigh. Ann.* III. p. 315.

8. ATTEJUM PHILOLOGUM V. infr. c. 10.

CAPUT VIII.

ARG. *Ad tuendam ſcholam minus idoneus, & aliis poſtpoſitus, Cumas tranſit, & multa componit inops & egens Pompilius Andronicus.*

Pompilius Andronicus, natione Syrus, ſtudio Epicureæ ſectæ deſidioſior [1] in pro- 1
feſſione Grammaticæ habebatur, minuſque idoneus ad tuendam ſcholam. Ita- 2
que cum ſe in Urbe non ſolum Antonio Gniphoni, ſed cæteris etiam deterioribus [2] poſtponi videret, Cumas [3] tranſiit: ibique in otio vixit, & multa compoſuit: verum

DESIDIOSIOR i. negligentior. Varr. R. R. procem. II. *Sic qui in oppido ſederent, quam qui rura colerent, deſidioſiores putabant. Sedere & deſidere* quid ſignificent, dictum ſupr. Cæſ. 2. 1. §. 8.

2. DETERIORIBUS i. inferioribus, minoribus. Catul. 68. 113.

Tempore quo certa Stymphalia monſtra ſagitta
Perculit, imperio deterioris heri.

3. CUMAS deſcribit Agath. Smyrn. de bell. Gothor. I. 8. *Cuma eſt oppidum Italicum munitiſſimum, neque expugnatu facile: ſitum enim eſt in arduo, difficilemque aditum habente colle, eſtque velut ſpecula maris Etruſci: imminet quippe littori collis ita, ut ad ejus radices fluctus maris illiſi frangantur. Editiore igitur loco ſitum, cinctum eſt vallo, turribuſque, & propugnaculis validiſſima ſtructura.* Illarum antiquitatem Strab. V. p. 168. Ταύτας δ' ἑξῆς ἐστι Κύμη, Χαλκιδέων καὶ Κυμαίων παλαιότατον κτίσμα· πασῶν γάρ ἐστι πρεσβυ-

rum adeo inops atque egens [4], ut coactus ſit præcipuum illud opuſculum annalium
3 elenchorum [5] ſedecim millibus nummum cuidam vendere. Quos libros Orbilius ſup-
preſſos redemiſſe dixit, vulgandoſque curaſſe nomine auctoris.

πρεσβυτάτη τῶν τε Σικελικῶν, καὶ τῶν Ἰταλιωτίδων. Οἱ δὲ τὸν στόλον ἄγοντες Ἱπποκλῆς ὁ Κυμαῖος καὶ Μεγασθένης ὁ Χαλκιδεὺς διωμολογήσαντο πρὸς σφᾶς αὐτοὺς, τῶν μὲν ἀποικίαν εἶναι, τῶν δὲ τὴν ἐπωνυμίαν, ὅθεν νῦν μὲν προσαγορεύεται Κύμη, κτίσαι δὲ αὐτὴν Χαλκιδεῖς δοκοῦσι. *Has ſubſequuntur Cumæ Chalcidenſium & Cumæorum opus vetuſtiſſimum: eſt enim antiquiſſima hæc urbs omnium Sicularum & Italicarum a Græcis deductarum coloniarum. Ductores claſſis Hippocles Cumæus & Megaſthenes Chalcidenſis inter ſe pepigerant, ut alterius colonia eſſet, alterius appellatio coloniæ: itaque urbs Cumæ nomen gerit, videtur autem a Chalcidenſibus condita.* De illis etiam conſulere poteris *Dionyſ. A. R.* VII. *p.* 419. *Thucyd. Bell. Pelop.* VI. *p.* 412. *D. Plin.* III. 6. *Solin c.* 8. *Paterc.* I. 4. I. *Serv. Æn.* VI. 2. & ex recentioribus *Cluver. Ital. ant.* IV. 2. 8.

4. INOPS ATQUE EGENS quo modo differant dictum ſupr. Ner. 6. 5. §. 18.

5. ELENCHOS indices, ἀπὸ τοῦ ἐλέγχειν, quod ſignificat arguere, ac patefacere. Hoc vero ſolent indices. Plin. N. H. I. *C. Plinii Secundi hiſtoriarum mundi elenchos librorum omnium.* Hermolaus Barbarus.

CAPUT IX.

ARG. *Parentibus deſtitutus apparituram magiſtratibus facit, corniculo, mox equo meret, ſtudia repetit, Romam tranſit, ibique docet, librum edit, in antiſophiſtas, diſcipulos, viros principes acerbus eſt, memoriam amittit, ſtatua honoratur, & filium relinquit Orbilius Pupillus.*

1 Orbilius Pupillus Beneventanus, morte parentum, una atque eadem die, inimico-
rum dolo, interemptorum, deſtitutus, primo apparituram magiſtratibus fe-
cit [1]: deinde in Macedonia corniculo [2], mox equo meruit [3]: functuſque militia, ſtu-
dia repetit, quæ jam inde a puero non leviter attigerat, ac profeſſus diu in patria,
quinquageſimo demum anno Romam, Conſule Cicerone, tranſiit: docuitque majo-
2 re fama quam emolumento. Namque jam perſenex pauperem ſe, & habitare ſub te-
3 gulis [4], quodam ſcripto fatetur. Librum etiam, cui eſt titulus *Perialogos* [5], edidit,
continentem querelas de injuriis, quas profeſſores negligenter [6] ab ambitione paren-
4 tum acciperent. Fuit autem naturæ acerbæ [7], non modo in antiſophiſtas, quos omni
ſermone laceravit [8], ſed etiam in diſcipulos, ut Horatius ſignificat, *plagoſum* [9] eum
appellans, & Domitius Marſus [o], ſcribens:

Si-

APPARITURAM.... FACERE quid V. ſupr. Aug. 14. 2. §. 8.

2. CORNICULO merere quid fuerit V. ſupr. Domit. 17. 3. §. 12.

3. EQUO MERUIT I. *eques* militavit, ut *pedibus merere* dicuntur, qui pedites militant. Mela I. 19. *Viri pedibus merent, ſagittiſque depugnant.* Salmaſ. Exerc. Plin. p. 386. b. G.

4. SUB TEGULIS, quia cœnacula *tegulis* proxima, omnium qui tenuiſſimi erant, conducebant, ut dictum ſupr. Aug. 45. I. §. 2.

5. PERIALOGOS titulus fuit libri, ſed illum mendoſa voce eſſe conceptum nemo eruditorum dubitat: quid vero reponendum ſit, illorum cohors neſcit. Statio legendum videtur ἀντιαλόγος, quia ἀντία etiam querelam Græce ſignificat: & ſenex, qui ab Ariſtotele φιλαίτιος dicitur, ab Horatio querulus nominatur. Turneb. Adv. XIII. II. licet magno nominis periculo, audet ſcribere περὶ ἀλόγου, aut περὶ ἀλογίας, cum eo libro conqueratur Orbilius de profeſſorum ſtultitia, qui negligerent injurias, quas a parentibus acciperent: quem ſenſum περὶ ἀλόγου feciſſe dici poſſit. Et apud Turnebum Johannes Auratus παιδαγωγὸς ſcribendum cenſet.

6. NEGLIGENTER *acciperent* I. negligerent acceptas. *Turnebus.*

* 7. NATURÆ ACERBÆ, quam *naturæ acerbitatem* vocat Cicer. ad Frat. I. I. *Nihil eſt tam deforme, quam ad ſummum imperium acerbitatem naturæ adjungere. Natura acerba* eſt ira vehementius efferveſcens, & in verborum contumelias erumpens. Cicer. de Amic. c. 23. *Apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ. Inimicorum acerbitatem* dixit Curt. VI. 8. 22. Noſt. ſupr. Cæſ. 13. 2. Cal. 48. 4. Quid proprie *acerbum*, docui ad Curt. IX. 6. 19. §. 37.

8. OMNI SERMONE LACERAVIT, ut Cicer. Phil. XI. 2. *Cum verborum contumeliis optimum virum inceſto ore laceraſſet.*

9. PLAGOSUM I. *plagas* diſcipulis ſæpe inferentem. *Plagoſum Orbilium* appellat Horat Epiſt. II. I. 70.

—— *me-*

Si quos Orbilius ferula [11] *ſcuticaque cecidit.*

Ac ne principum quidem virorum inſectatione abſtinuit: ſiquidem ignotus adhuc, 5
quum judicio frequenti teſtimonium diceret, interrogatus a Varrone diverſæ partis
advocato, *quidnam ageret, & quo artificio uteretur* [12]? *Gibberoſos* [13] *de ſole in umbram
transferre* reſpondit: quod Muræna gibber erat. Vixit prope ad centeſimum ætatis 6
annum, amiſſa jampridem memoria [14], ut verſus Bibaculi docet,

Orbilius ubinam eſt, literarum oblivio [15].

Statua [16] ejus Beneventi [17] oſtenditur in Capitolio [18] ad ſiniſtrum latus marmo- 7
rea, habitu ſedentis [19] ac palliati, appoſitis duobus ſcriniis. Reliquit filium *Orbili-* 8
um, & ipſum Grammaticum profeſſorem.

——— *memini quæ plagoſum mihi parvo*
Orbilium dictare.

10. Domitius Marsus poeta fuit epigrammatarius. Ejus mentionem faciunt Ovid. de Pont. IV. 16. 5.

Cum foret & Marſus.

Mart. II. 50. 3.

Proximus aut Marſi recitas, aut ſcripta Catulli.

VIII. 82. al. 98. 7.

Nec Marſo nimium minor eſt doctoque Catullo.

Noſt. 16. 3. V. quoque *Crinit. de Poet.* III. 48. *Voſſ. de Hiſt. Lat.* I. 16. *Gyrald. de Poet. Hiſt. Dial.* X. *p.* 511. *F. Broukh. in Tib.* IV. 16. I.

11. Ferulis pueros percuti dixi ſupr. Cal. 20. 4. §. 9.

12. Uteretur, *ſe teneret* i. ſuſtentaret, aleret, videtur hoc loco velle legere Salmaſ. Exercit. Plin. p. III. a. C. Ita *tenere* aliquem donis, eſt illum fovere & ſuſtentare illis. Solin. c. 9. *Sicut plurimos, qui fidibus ſciebant, in uſum oblectamenti donis tenuit liberalibus.* * *Uti* tamen, ut obſervat. Gronov. de Pecun. vet. II. 7. eſt habere, unde vivas, victum & cultum habeas, ſumptibus ſufficias. Ita enim Plaut. Trin. II. 2. 74.

Deûm virtute habemus, & qui nosmet utamur.

Cicer. ad Attic. XI. II. *Quare id quoque velim, cum illa videas, ut ſit qui utamur.* Et hinc *utenſilia* dicuntur, quæ victui ſunt neceſſaria. Varr. de Re Ruſt. I. 2. *Quod in Italia utenſile non modo non naſcitur, ſed etiam non egregium ſit?* Tacit. Ann. I. 70. 5. *Pernoctavere ſine utenſilibus*, id eſt, ſine cibo & copiis victus. *Artificium facere* dicit Macrob. ſupr. Galb. 3. 8. §. 27. *Se ſuſtentare* noſt. infr. 15. I.

13. Gibberosus quis ſit V. ſupr. Galb. 3. 8. §. 27.

14. Memoriam *amitti* poſſe docent, & nonnullos *amiſiſſe* narrant Plin. VII. 24. Solin. c. I. *Nec aliud eſt æque fragile in homine, morborum, & caſus injurias, atque etiam metus ſentiens, alias particulatim, alias univerſa. Ictus lapide oblitus eſt literas tantum. Ex prealto tecto lapſus matris, & affinium, propinquorumque cepit oblivionem. Alius ægrotus ſervorum etiam. Sui vero nominis Meſſala Corvinus.*

15. Literarum oblivio i. qui *literas oblitus* eſt. Adjunctum ponitur pro ipſo ſubjecto. Ita *peregrini amoris conceſſio* dicitur Giton apud Petron. c. 51. qui familiarem amorem deſeruerat, & ſe peregrino conceſſerat. Et *optio* Leonidas, qui adoptabatur ſocius, apud Plaut. Aſin. I. I. 88.

Tibi optionem ſumito Leonidam.

Noſt. infr. 20. 2. V. etiam *Palmer. Spicil.* IV. *Barth. in Cir. Virgil. n.* 89.

* 16. Statuis viri eruditi olim honorabantur. Sidon. Epiſt. V. 5. *Cum ſis e ſemine poetæ, cui procul dubio ſtatuas dederant literæ.* VIII. 2. *Debent igitur vel æquævi, vel poſteri noſtri alterum te ut Demoſthenem, alterum ut Tullium nunc conſecrare, nunc imaginibus.* Noſt. infr. 17. 4. §. II.

17. Beneventum deſcripſi ſupr. Aug. 97. 5. §. 15.

* 18. Capitolia etiam Romani exemplo per provincias exſtructa ſunt dicta arces munitiſſimæ. V. ſupr. Tib. 40. I. §. 3.

* 19. Habitu sedentis. Magiſtri enim *ſedentes* docebant. Prudent. Periſteph. 12. 21.

Præfuerat ſtudiis puerilibus, & grege multo
Septus magiſter literarum ſederat.

Plaut. Bacch. III. 3. 28.

——— *In ſella apud magiſtrum aſſideres.*

Plura *Wouwer. Polym. c.* 4.

CAPUT X.

ARG. *Naſcitur, docetur, docet, commentarios ſcribit, Salluſtium & Pollionem familiariſſime colit Attejus Philologus.*

Attejus Philologus [1] libertinus [2], Athenis natus. Hunc Capito Attejus [3] Juriſconſultus 1

Philologi appellationem quare aſſumpſerit, dicit noſter n. 4.

2. Libertinus quis fuerit, dictum ſupr. Claud. 24. 4. §. 14.

riſconſultus [4] inter Grammaticos Rhetorem, inter Rhetores Grammaticum [5] fuiſſe
2 ait. De eodem Aſinius Pollio [6] in libro, quo Salluſtii ſcripta reprehendit, ut nimia priſcorum verborum affectatione oblita, ita tradit: *In eam rem adjutorium ei fecit maxime quidam Attejus Prætextatus* [7] *nobilis Grammaticus Latinus, declamantium*
3 *deinde adjutor, atque præceptor, ad ſummam Philologus ab ſemet nominatus.* Ipſe ad Lucium Hermam ſcripſit, *ſe in Græcis literis magnum proceſſum habere, & in Latinis nonnullum: audiſſe Antonium Gniphonem, ejuſque Hermam: poſtea docuiſſe. Præcepiſſe* [8] *autem multis & claris juvenibus: in quibus Appio quoque & Pulchro, Claudiis fratribus* [9],
4 *quorum etiam comes in provincia fuerit.* Philologi appellationem aſſumpſiſſe videtur: quia, ſicut Eratoſthenes [10], qui primus hoc cognomen [11] ſibi vendicavit, multiplici variaque doctrina cenſebatur: quod ſane ex commentariis ejus [12] apparet, quamquam pauciſſimi exſtent: de quorum tamen copia, ſic altera ad eundem Hermam e-
5 piſtola ſignificat: *Hylen noſtram aliis memento commendare: quam omnis generis coegimus, uti ſcis, octingentos in libros.* Coluit poſtea familiariſſime Cajum Salluſtium, & eo defuncto Aſinium Pollionem: quos hiſtoriam componere aggreſſos, alterum bre-

3. CAPITO ATTEJUS, quem hiſce deſcribit Tacit. Ann. III. 75. 2. *Et Capito Attejus principem in civitate locum ſtudiis civilibus aſſecutus; ſed avo centurione Syllano, patre prætorio. Conſulatum ei acceleraverat Auguſtus, ut Labeonem Antiſtium iiſdem artibus præcellentem dignatione ejus magiſtratus anteiret.* Conſulem fuiſſe teſtatur etiam Pompon. Digeſt. 1. 2. 2. §. 47. *Ex his Attejus conſul fuit.* Fuit autem conſul cum C. Vibio Poſtumo. Inſcriptio antiqua in fragmento marmoris in æde D. Cæciliæ trans Tiberim.

// // // SPETVS MAG. D. D.
// // // OMINA. SCRIPTA. SVNT. QVI. IN. HOC.
// // // T. C. ATEIO CAPITONE. C. VIBIO. C. F. POSTVMO. COS.

Ex Kalend. Juliis anno ab U. C. 758. ut docent *Faſti Capitolini, Onuphrius & Pighius ad annum laudatum.* V. etiam *Voſſ. de Hiſtor. Lat.* 1. 21.

4. JURISCONSULTUM fuiſſe Attejum dicit etiam Tacit. Ann. III. 70. 4. *Capito inſignitior infamia fuit, quod humani, divinique juris ſciens, egregium publicum, & bonas domi artes dehoneſtaviſſet.* Pomponius quoque recenſens juris civilis ſcientiam Romæ profeſſos, de Capitone dicit: *poſt hunc, Tuberonem, maxima auctoritatis fuit Attejus Capito.* Multa quoque ex ejus libris de judiciis publicis, de officio ſenatoris, de jure ſacrificiorum, & de jure pontificio citant *Gellius, Macrobius, Feſtus.*

5. INTER GRAMMATICOS.... Simile illud de Hermogene rhetore: *inter ſenes puer, inter pueros ſenex.* Statius. * Et illud Senec. Contr. 1. 7. *Hominem inter ſcholaſticos ſanum, inter ſanos ſcholaſticum.*

6. ASINIUS Pollio V. illum ſupr. Cæſ. 30. 6. §. 16.

7. PRÆTEXTATUS quis fuerit V. ſupr. Cæſ. 1. 1. §. 13.

8. PRÆCEPISSE I. docuiſſe. V. ſupr. Ner. 7. 3. §. 11.

9. CLAUDII fratres hi quibus Attejus præcepit, forte fuerint filii Caji *Claudii*, qui patrui ſui Publii Clodii a Milone interfecti necem ſunt perſecuti, ut ſcribit Aſconius Pædianus. *Vinetus.*

10. ERATOSTHENES quis, docet nos Strab. XVII. p. 576. Κυρηναῖος δ' ἐστὶ καὶ Καλλίμαχος καὶ Ἐρατοσθένης, ἀμφότεροι τετιμημένοι παρὰ τοῖς τῶν Αἰγυπτίων βασιλεῦσιν: ὁ μὲν ποιητὴς ἅμα, καὶ περὶ γραμματικὴν ἐσπουδακώς: ὁ δὲ καὶ ταῦτα, καὶ περὶ φιλοσοφίαν, καὶ τὰ μαθήματα εἴ τις ἄλλος διαφέρων. *Callimachus quoque Cyrenæus eſt, & Eratoſthenes, ambo ab Ægypti regibus in honore habiti: ille poeta ſimul & grammaticæ ſtudioſus: hic & in his, & in philoſophia, & in mathematicis, ut quiſquam alius, excellens.* Athenis in Ægyptum venit ſub Ptolemæo Euergete, floruit ſub Ptolemæo Philopatore, deceſſit ſub Ptolemæo Epiphane. Suidas. Μετεπέμφθη ἐξ Ἀθηνῶν ὑπὸ τοῦ τρίτου Πτολεμαίου, καὶ διέτριψε μέχρι τοῦ πέμπτου. V. etiam *Voſſ. de Hiſtor. Græc.* 1. 17.

11. COGNOMEN *philologi, ſive grammatici primus* ſibi vendicavit Eratoſthenes, quia grammatica ſcripſit. Suidas. Ἔγραψε καὶ γραμματικὰ συχνά. Quod & admittit, quamvis & ab aliis hoc Apollodoro Cumano tribui tradat Clemens Alexandr. Strom. 1. p. 309. A. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Κυμαῖος, πρῶτος τοῦ κριτικοῦ εἰσηγήσατο τοὔνομα, καὶ γραμματικὸς προσηγορεύθη. Ἔνιοι δὲ Ἐρατοσθένην τὸν Κυρηναῖόν φασιν. Ἐπειδὴ ἐξέδωκεν οὗτος βιβλία δύο, γραμματικὰ ἐπιγράψας, ὠνομάσθη δὲ γραμματικός. *Apollodorus autem Cumanus, primus critici nomen ſuſcepit, & appellatus eſt grammaticus. Nonnulli autem dicunt Eratoſthenem Cyrenæum. Quoniam autem duos edidit libros, quos inſcripſit grammaticos, nominatus eſt grammaticus.* V. infr. 20. 2. §. 4.

12. EX COMMENTARIIS EJUS, ex quibus unus fuerit, quem inſcripſerat, *an amaverit Didum Æneas.* Teſtis

breviario rerum omnium Romanarum, ex quibus, quas vellet, eligeret, inſtruxit:
alterum præceptis de ratione dicendi. Quo magis miror Aſinium Pollionem credi- 6
diſſe, antiqua cum verba & figuras ſolitum eſſe colligere Salluſtio: quum ſibi ſciat
nil aliud ſuadere, quam ut noto [13], civilique [14], & proprio [15] ſermone utatur: vitetque
maxime obſcuritatem Salluſtii; & audaciam in tranſlationibus.

Teſtis Chariſ. 1. Etiam *Πιάκων* tertio adducitur albi. Item liber gloſſematorum advocatur a Feſto in *ocrem*: ut Collectanea ejus in *orchitin*, ubi corrupte *Attius*, pro Attejo, nominatur. *Voſſ. de Hiſtor. Lat.* 1. 47.

13. NOTO, quia abſtruſo, ſeu deſito utebatur. *Sciop. Styl. Hiſtor. p.* 43.

14. CIVILI 1. quia non communi, pervulgato, uſitato. *Civile* idem quod commune omnium, & vulgare. Ita & Græci *πολιτικὸν* vocant. Demoſth. *περὶ στεφάνου. Τίς ἡ τοῖς ἰαμβείοις, ἢ τοῖς ἀνθρώποις πολιτικὴ καὶ κοινὴ βοήθεια χρημάτων παρὰ σοῦ.* Sed peregrino, & Græciſſante (ex *Græco tranſlata Salluſtii plurima* ait Quintil. Inſtit. Orat. x. 3.) utebatur.

15. PROPRIO, quia audacter tranſlato, ſive nimis metaphorico utebatur. *Sciop. Styl. Hiſtor. p.* 43.

CAPUT XI.

ARG. *Ingenuus naſcitur, pupillus patrimonio exuitur, multos, & nobiles docet, libellos grammaticos, & poemata ſcribit, & in ſumma pauperie ad extremam ſenectam vivit Valerius Cato.*

Valerius Cato, ut nonnulli tradiderunt, Burſeni cujuſdam libertus ex Gallia: ipſe 1
libello, cui eſt titulus *Indignatio*, ingenuum ſe natum ait, & pupillum relictum,
eoque facilius licentia Syllani temporis exutum patrimonio. Docuit multos, & no- 2
biles: viſuſque eſt peridoneus præceptor maxime ad poeticam tendentibus [1]: ut quidem apparere vel his verſiculis poteſt,

Cato Grammaticus, Latina Siren [2],
Qui ſolus legit ac facit poetas.

Scripſit præter grammaticos libellos, etiam poemata, ex quibus præcipue probantur 3
Lydia & *Diana* [3]. Lydiæ Ticida [4] meminit:

1. AD POETICAM TENDERE, ut Petron. c. 1. *ad eloquentiam ire.* c. 78. *ad carmen ire.*

2. SIRENES cantantes audivimus ſupr. Tib. 70. 6. §. 23. *Sirenibus* aſſimularunt veteres, carminum, & ſermonum quorumvis efficacem ad ſuadendum venuſtatem. Pauſan. Attic. p. 19. Λέγεται δὲ Σοφοκλέους τελευτήσαντος, ἐσβαλεῖν ἐς τὴν Ἀττικὴν Λακεδαιμονίους, καὶ σφῶν τὸν ἡγούμενον ἰδεῖν ἐπιστάντα οἱ Διόνυσον, κελεύειν τιμαῖς ὅσαι καθεστήκασιν ἐπὶ τοῖς τεθνεῶσι, τὴν Σειρῆνα τὴν νέαν τιμᾶν: καί οἱ τὸ ὄναρ ἐς Σοφοκλέα, καὶ τὴν Σοφοκλέους ποίησιν ἐφαίνετο ἔχειν: εἰκάζουσι δὲ καὶ νῦν ἔτι ποιημάτων καὶ λόγων τὸ ἐπαγωγὸν Σειρῆνι εἰκάζειν. *Fama eſt ſub idem tempus, quo ſupremum diem clauſerit Sophocles, in Atticam irrupiſſe Lacedæmonios, eorumque ducem ſibi viſum Liberum patrem videre, mandantem, ut novam Sirenem omnibus, qui mortuis haberi conſueverunt, honoribus proſequeretur. Id vero in quiete viſum, Sophoclem & ejus habuit poëſin. Obtinuit certe conſuetudo, ut nunc etiam poemata, & orationum quodvis genus, in quo perſuadendi vis ſit, cum Sirenis cantu conferatur.* Agath. Anthol. VII. 66. 6.

——— σὺ δὲ μοι τὸ λάλημα φέρεις
Κεῖνο τὸ Σειρήνων γλυκερώτερον.

——— *tu vero mihi & ſermonem profers*
Illum, qui Sirenarum dulcior.

Petron. c. 87. *Hæc ipſa cum diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis ſonus pertentatum mulcebat aera, ut putares inter auras canere Sirenum concordiam.* Ita Herculem decimis ſe nutrientem *nutricem* vocat Curculio apud Plaut. II. 3. 79.

Invoco almam meam nutricem Herculem.

Et virum fortem *virtutem* Tacitus ſupr. Ner. 37. 2. §. 9.

* 3. LYDIA ET DIANA ſunt inſcriptiones poematum Catonis. Tales enim in re amatoria veteribus poetis ſunt familiares. Ita Cynthia Propertii. Mart. XIV. 187.

Cynthia facundi carmen juvenile Properti
Accepit famam, nec minus ipſa dedit.

Lycoris Cornelii Galli. Ovid. Amor. I. 15. 29.

Gallus & heſperiis, & Gallus notus eois
Et ſua cum Gallo nota Lycoris erit.

Ex his enim licet colligere Gallum amores ſuos Lycoridis nomine proſcripſiſſe. Melænis amor Domitii Marſi. Mart. VII. 28.

Et Mæcenati Maro cum cantaret Alexin,
Nota tamen Marſi fuſca Melænis erat.

Broukh. in Prop. I. 1.

4. TICIDA poeta fuit epigrammatarius. De illo Ovid. Triſt. II. 433.

Dianæ

Lydia doctorum maxima cura liber.

Dianæ Cinna [5]:

Secula permaneat noſtri Diana Catonis.

4 Vixit ad extremam ſenectam, ſed in ſumma pauperie, & pæne inopia, abditus modico gurguſtio [6], poſtquam Tuſculana villa creditoribus ceſſerat, ut auctor eſt Bibaculus [7]:

Si quis forte mei domum Catonis,
Depictas minio aſſulas [8], *& illos*
Cuſtodis [9] *videt hortulos Priapi* [10],
Miratur quibus ille diſciplinis
Tantam ſit ſapientiam aſſecutus,
Quem tres cauliculi, & ſelibra farris,
Racemi duo, tegula ſub una [11]

Ad

Quid referam Ticidæ, quid Memmi carmen?

In epigrammatis ſcribendis claruit his maxime temporibus, quibus Cornelius Cinna, Valerius Catullus, & Cornificius præſtiterunt. V. *Crinit. de Poet. Latin.* II. 33.

5. CORNELIUS HELVIUS CINNA etiam poeta fuit epigrammatarius. De illo quoque Ovid. Triſt. II. 435.

Cinna quoque his comes eſt, Cinnaque procacior Anſer.

In epigrammatis & poematis deſcribendis nobilis habitus eſt. Eadem ætate claruit, qua Catullus, Calvus, Hortenſius, & Cornificius celebres fuerunt. V. etiam *Crinit. de Poet. Latin.* II. 30.

6. GURGUSTIUM *genus habitationis anguſtum.* Feſtus. Hinc Apul. Metam. I. p. 112. *Ergo brevitatem gurguſtioli noſtri ne ſpernas peto.* Et tenebroſum. Unde Cicer. N. D. I. 9. *Ante videlicet tempore infinito in tenebris, tanquam in gurguſtio habitaverat.* Et ſupr. Ner. 27. 2. §. 3.

* 7. BIBACULUS cognomine eſt appellatus M. Furius. Fuit ingenio ſummo, & in primis lepido, ut de ſuo quoque nomine jocatus dicatur:

Et Bibaculus eram, & vocabar.

Crinit. de Poet. Latin. II. 31.

8. ASSULAS, quas Græci σχίδας dicunt I. fragmenta, ſive fruſtula, quæ ſcalpendo marmore excidunt. Vitruv. VII. 6. *Quibus autem locis hæ copia non ſunt, cæmenta marmorea, ſive aſſulæ dicuntur, quæ marmorarii ex operibus dejiciunt.* Sunt etiam *aſſulæ ex arboribus, dum cæduntur, excuſſa.* Feſtus. Unde Plin. XXIX. 2. *Alii aſſulis tædæ ſubjectis, & ſubinde inſtratis, oleo adſperſum accendunt.* Et Paulin. Natal. X.

Quam ne aqua non poterat, vicit brevis aſſula flammam.

Cum, quid illa eſſet, dixiſſet:

De crucis æterna ſumptum mihi fragmine lignum
Promo.

Sunt etiam tabulæ, ex quibus janua conficitur. Plaut. Moſt. II. 2. 23.

Pultando pedibus pæne confregi aſſulas.

V. *Turneb. Adv.* XXVI. 14. *Philand in Vitruvium, Voſſ. Lex.*

9. CUSTOS *hortorum* etiam in Priapeis dicitur Priapus, Lect. n. 5.

Sed ruber hortorum cuſtos, membroſior æquo.

23. I.

Hic me cuſtodem fœcundi villicus horti
Mandati curam juſſit habere loci.
Terret enim *ſæva falce Priapus aves.*

Ut de illo Tibull. I. I. 24. & Virg. Georg. IV. 110.

Et cuſtos furum, atque avium cum falce ſaligna
Helleſpontiaci ſervet tutela Priapi.

Ubi Servius. *Hic autem Priapus fuit de Lampſaco civitate Helleſponti: de qua pulſus propter virilis membri magnitudinem, poſt in numerum deorum receptus, meruit numen eſſe hortorum.* De hoc Horat. Sat. I. 8. 4.

——— nam fures dextra coercet,
Obſcœnoque ruber porrectus ab inguine palus:
Aſt importunas volucres in vertice arundo
Terret fixa.

Dicitur autem præeſſe hortis propter eorum fœcunditatem: nam cum alia terra ſemel creet aliquid, horti nunquam ſine fructu ſunt.

10. PRIAPUS Bacchi & Veneris filius fingitur. Diodor. Sic. Bibl. IV. p. 149. D. Μυθολογοῦσι οἱ παλαιοὶ τὸν Πρίαπον υἱὸν εἶναι Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης, πιθανῶς τὴν γένεσιν ταύτην ἐξηγούμενοι· τοὺς γὰρ οἰνωθέντας φυσικῶς ἐπικατόχους πρὸς τὰς Ἀφροδισιακὰς ἡδονάς. *Vetus fabula eſt, Priapum Bacchi & Veneris filium eſſe; probabilique ratione ortum explicant, quod vino repleti natura ad Venerem concitentur.* V. de illo. *Strab.* XIII. p. 404. *Apollon. Scholiaſt.* I. 932. *Tzetz. in Lycophron.* p. 134.

11. TEGULA SUB UNA I. in uno, eodemque cœnaculo. Regredere ad Aug. 45. I. §. 2.

12. SOL-

Ad ſummam prope nutriant ſenectam.

Et idem rurſus,

Catonis modo, Galle, Tuſculanum,
Tota creditor urbe venditabat.
Mirati ſumus unicum magiſtrum,
Summum Grammaticum, optimum poetam,
Omnes ſolvere poſſe quæſtiones [12],
Unum difficile expedire nomen [13].
En cor [14] *Zenodoti* [15], *en jecur* [16] *Cratetis.*

12. SOLVERE QUÆSTIONES eſſe grammaticorum dixi ſupr. Tib. 56. 3. §. 8.

13. EXPEDIRE NOMEN i. ſolvere debitum, quod *expedire rem* dicit Phædr. 1. 17. 2. & noſt. Tib. 48. 2. Cum quis pecuniam accipit mutuam, vel aliquid non præſenti emit pecunia, *nomen* ejus, cui pecuniam dat mutuam, vel merces cæca vendit die, in tabula accepti & expenſi perſcribit creditor. Inde *nomen* pro debito, & debitore. Aſcon. in Cicer. p. 77. *Tituli debitorum nomina dicuntur, præſertim in iis debitis, in quibus hominum nomina ſcripta ſunt, quibus pecunia commodata ſunt. Cui rei contrarium eſt, mutuas accepiſſe. Ergo nomina, debita, vel debitores.* Petron. c. 77. *Habere trecenties ſeſtertium fundis nominibuſque depoſitum.* Colum. R. R. 1. 7. *Optima nomina non appellando fieri mala fœnerator Alphius dixiſſe veriſſime fertur.* Et *nomen locare* dicitur debitor apud Phædr. 1. 17. 1. Cujus *nomen* quando, quod debet, ſolvit, in tabulis ſuis expungit creditor. Et *nomen expungere* eſt debitum ſolvere. Plaut. Ciſt. 1. 3. 40.

Nunc quod reliquum reſtat, volo perſolvere:
Ut expungatur nomen, ne quid debeam.

Quod quando ſolvit, *nomen* ſuum *expedit* debitor.

14. COR Latinis eſſe prudentiam, & ſapientiam, cognomen *Corculi* ſatis oſtendit: quo dictus eſt P. Scipio Naſica. Cicer. de Clar. Orat. c. 20. & verſus Ennii apud Cicer. de Orat. 1. 45. Tuſcul. Quæſt. 1. 9.

Egregie cordatus homo catus Æliu' Sextus.

Unde Plaut. Perſ. IV. 4. 70.

Dii iſtam perdant: ita cata eſt callida,
Habet cor: quam dicit, quod opus eſt.

V. *Turneb. Adv.* XIII. 11. & *Voſſ. Inſtit. Orat.* II. 7. 8

15. ZENODOTUS Philetæ fuit diſcipulus, vixit ſub Ptolemæo primo, ejuſque præfuit bibliothecæ: verſificator fuit, & grammaticus, primuſque Homerum emendare eſt aggreſſus nobilis criticus. Suidas. Ζηνόδοτος Ἐφέσιος ἐποποιὸς καὶ γραμματικὸς, μαθητὴς τοῦ Φιλητᾶ, ἐπὶ Πτολεμαίου γεγονὼς τοῦ πρώτου, ὃς καὶ πρῶτος τοῦ Ὁμήρου διορθωτὴς ἐγένετο, καὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθηκῶν προὔστη, καὶ τοὺς παῖδας Πτολεμαίου ἐπαίδευσεν. V. etiam *Voſſ. de Hiſtor. Græc.* 1. 11.

16. JECUR etiam ſapientiam ſignificat in Bibaculi carmine. Nec ab alia origine & mente eſt illud Perſ. 1. 47.

—— neque enim mihi cornea fibra eſt.

Et v. 29.

Quod latet arcana non enarrabile fibra.

In *jecore* enim, & non tantum in corde, ſenſa animi collocata, & affectus credebant, eamque animi ſedem, domiciliumque exiſtimabant. Nam in *jecore* fibræ ſunt. V. *Turneb. Adv.* x. 1: XIII. 12.

CAPUT XII.

ARG. I. *Cornelii Syllæ libertus, & calator eſt, ejuſque librum noviſſimum imperfectum ſupplet Cornelius Epicadius.*

Cornelius Epicadius [1] Lucii Cornelii Syllæ dictatoris [2] libertus calatorque [3] ſacerdotio augurali, filioque ejus Fauſto [4] gratiſſimus fuit: quare nunquam non 1
utriuſque

EPICADIUM laudant Arnob. 1. p. 37. *Quamvis Epicadios omnes, Caſellios, Verrios, Scauros teneatis, & Niſos.* Macrob. Sat. 1. 11. *Epicadus* (forte *Epicadius*) *refert Herculem occiſo Geryone.... hominum ſimulacra pro numero ſociorum, quos caſu peregrinationis amiſerat, in fluvium demiſiſſe.*

2. DICTATOR quis, dictum ſupr. Cæſ. 76. 2. §. 6.

3. CALATOR ſacrorum eſt miniſter, ut quotidiana illa gloſſaria optime declarant: *calatores,* δημόσιοι, περίπολοι, *calator,* κλήτωρ, *calatores,* ἱεροβοτοὶ ἱερέων. Servi vero publici dicuntur hi ſacrorum miniſtri, ut ipſi augures dicuntur publici atque adeo publici P. R. Quiritium, in inſcriptione, quæ hodieque Neapoli antiquiſſima viſitur. M. MAECIO. MEMMIO. FVRIO. BALBVRIO. CAECILIANO. PLACIDO. C. V. PONTIFIC. MAIORI. AVGVRI. PVBLICO. P. R. QVIRITIVM. *Carr. A. L.* 1. 14.

4. FAUSTI nomen quare filio indiderit Sylla, docet

cet

2 utriuſque ſe libertum edidit. Librum autem, quem Sylla noviſſimum [5] de rebus ſuis [6] imperfectum reliquerat, ipſe ſupplevit [7].

cet in illo Plutarch. p. 473. D. "Ἤδη δὲ συμπεπραγμένων ἁπάντων, ἀπολογισμὸν ἐν ἐκκλησίᾳ τῶν πράξεων ποιούμενος οὐκ ἐλάσσονι σπουδῇ τὰς εὐτυχίας, ἢ τὰς ἀνδραγαθίας καταριθμούμενος, καὶ τέλος ἐκέλευσεν ἑαυτὸν ἐπὶ τούτοις Εὐτυχῆ προσαγορεύεσθαι. Ἔτι δὲ τῆς Μετέλλης παιδία τεκούσης δίδυμα, τὸ μὲν ἄῤῥεν Φαῦστον, τὸ δὲ θῆλυ Φαῦσταν ὠνόμαζε. *Tranſactis omnibus rerum ſuarum geſtarum reddens pro concione rationem, non minore ſtudio, quæ feliciter ſibi eveniſſent, recenſuit, & ad extremum juſſit hac de cauſa nominari ſe Felicem. Ad hoc quum geminos Metella ediſſet, filium Fauſtum, filiam vocavit Fauſtam.*"

5. Noviſſimum, *vigeſimum ſecundum.* Plutarch. p. 475. A. Ὁ δὲ Σύλλας οὐ μόνον προέγνω τὴν ἑαυτοῦ τελευτήν, ἀλλὰ τρόπον τινὰ καὶ γέγραφε περὶ αὐτῆς. Τὸ γὰρ εἰκοστὸν καὶ δεύτερον τῶν ὑπομνημάτων πρὸ δυοῖν ἡμερῶν ἢ ἐτελεύτα γράφων ἐπαύσατο.... *Porro Sylla non tantum prævidit fatum ſuum, verum etiam de eo aliquatenus ſcripſit. Siquidem vigeſimo ſecundo commentario, biduo antequam deceſſit, extremam manum impoſuit.*

6. De rebus suis commentarios reliquerat Sylla, ut dicet Plutarch. infr. §. 7. dicit etiam Gell. N. A. I. 12: XX. 6. *L. Sylla rerum geſtarum libro ſecundo ita ſcripſit.* Laudat illos Plutarch. Syll. p. 454. D. p. 460. C. 461. E. Lucull. p. 507. A. & quidem illorum ſecundum Gellius l. l. decimum Plutarch. Syll. p. 492. E. vigeſimum primum Priſcian. IX. p. 864.

Edit. Putſch. vigeſimum ſecundum Plutarch. ſupr. §. 5.

7. Supplevit, quia abſolvere non potuit morte præventus Sylla. Dedicaverat illos Sylla Lucullo digerendos, & poliendos. Plutarch. Syll. p. 454. E. Ἔτι δὲ Λευκόλλῳ μὲν ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, ὧν ἐκείνῳ τὴν γραφὴν ἀνέθηκε, παραινεῖ.... *Præterea Lucullum in commentariis, quos illi dicavit, admonet....* Lucull. p. 491. E. Ὁ δὲ Λεύκολλος ἤσκητο καὶ λέγειν ἱκανῶς ἑκατέραν γλῶτταν· ὥστε καὶ Σύλλας τὰς αὑτοῦ πράξεις ἀναγράφων, ἐκείνῳ προσεφώνησεν ὡς συνταξομένῳ καὶ διαθήσοντι τὴν ἱστορίαν ἄμεινον. *Lucullus autem eloquens valde fuit, atque utraque lingua exercitatus. Itaque rerum ſuarum geſtarum commentarios ab ſe ſcriptos Lucullo dedicavit Sylla ad concinnandam, & politius digerendam hiſtoriam.* Epicadius, cum, quod potuerat, feciſſet, Lucullo, ut ſupremam is manum adderet, obtuliſſe videtur. Præter hosce vero *ſuppletos* videtur ſcripſiſſe de carmine heroico & de cognominibus. Ita enim de ejus ſcriptis Marius Victorinus libello de carmine heroico. *Quippe Cornelius Epicadius in eo libro, quem de metris ſcripſit, Hexameter, inquit, verſus.* Et Chariſ. I. p. 85. *Sibyllam Epicadius de cognominibus ait appellatum, qui ex Sibyllinis libris primum ſacrum fecit, deinde Syllam.* Voſſ. de Hiſtor. Latin. I. 9.

CAPUT XIII.

ARG. *De catasta emptus, & manumiſſus Brutum & Caſſium, & proſcriptorum liberos gratis docet Laberius Hiera.*

1 Laberius Hiera ſuo hero emptus de cataſta [1], & propter literarum ſtudium manu-
2 miſſus, docuit inter cæteros Brutum & Caſſium. Sunt qui tradant, tanta eum honeſtate præditum, ut temporibus Syllanis, proſcriptorum liberos, gratis & ſine mercede ulla in diſciplinam receperit.

Catasta pegma erat ligneum, in quo venales collocabant, cum illos vendebant, aut ad venditionem parabant. Vox eſt Sicula, ut aliæ non paucæ, quæ ab iſtis ad Romanos corruptæ, & ſemibarbaræ tranſierunt, reliquis Græcis omnino incognitæ. A verbo καθίστασθαι, aut voce κατάστασις facta eſt vox *cataſta*. In *cataſta* vendi ſolita fuiſſe mancipia indicat Plin. XXXV. 18. *Talem in cataſta videre Chryſegonum Syllæ.* Perſ. VI. 77.

Cappadocas rigida pingues placuiſſe cataſta.

Erant etiam in ædibus *cataſtæ*, quas *arcanas* vocat Mart. IX. 59.

Inſpexit molles pueros, oculiſque comedit:
Non hos quos primæ proſtituere caſæ;
Sed quos arcanæ ſervant tabulata cataſtæ,
Et quos non populus, nec mea turba videt.

Machinas Cicero vocat *cataſtas*, quia, ut modo dixit Martialis, e tabulatis erant conſtructæ, de petit. conſ. c. 2. *Quo in magiſtratu amicam, quam palam domi haberet, de machinis emit.* Cur imponerentur *cataſtæ* mancipia, docet vetus ſcholiaſtes Perſii: *apud antiquos venales gladiatores in cataſta ponebantur, ut in eis poſſent omnia membra inſpici.* Solebant enim, qui ſervos emebant, nudare illos, & diligenter, eſſentne omnia membra integra & valida, perſpicere. V. ſupr. Aug. 69. 2. §. 11. V. *Caſaubonum in Perſium, Jun. Animadv.* V. 14. *Brod. Miſc.* I. 17. *Philand. in Vitruv.* V. III. 4. *Domit. in Stat. Sylv.* II. I. 72. *Voſſ. Lex. Etym.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT XIV.

ARG. *Cn. Pompejo & C. Memmio hæret, Ciceronis familiaris eſt, & de Lucilio libros ſcribit Curtius Nicia.*

Curtius Nicia hæſit [1] Cnæo Pompejo & Cajo Memmio; ſed quum codicillos 1
Memmii ad Pompeji uxorem [2] de ſtupro pertuliſſet, proditus ab ea, Pompejum offendit: domoque ei interdictum eſt. Fuit & Marci Ciceronis familiaris: in 2
cujus epiſtola [3] ad Dolabellam hæc de eo legimus: *Omnino mihi literæ magis ſunt expetendæ a te, quam a me tibi. Nihil enim Romæ geritur quod te putem ſcire curare, niſi forte ſcire vis me inter Niciam noſtrum & Vidium judicem eſſe. Profert alter, opinor, duobus verſiculis expenſum Niciæ* [4]*: alter Ariſtarchus* [5] *hos ὀβελίζει* [6]*. Ego tanquam criticus* [7] *antiquus judicaturus ſum, utrum ſint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι* [8]*.* Item ad 3
Atticum [9], *De Nicia quod ſcribis, ſi ita me haberem, ut ejus humanitate frui poſſem, in primis vellem illum mecum habere: ſed mihi ſolitudo & receſſus provincia eſt* [10]*: quod quia facile ferebat Sicca, eo magis illum deſidero. Præterea noſti Niciæ noſtri imbecillitatem, mollitiem, conſuetudinem victus. Cur ergo illi moleſtus eſſe velim, quum mihi ille jucundus eſſe non poſſit? Voluntas tamen ejus mihi grata eſt.* Hujus de Lucilio libros [11] 4
etiam ſatyra comprobat.

HÆSIT I. in numero familiarium fuit, cum illis verſatus eſt. *Hærere* alicui eſt implicari, & irretiri alicujus conſuetudine. Cicer. Phil. XIII. 13. *Eſt etiam ibi Decius, ab illis, ut opinor, Muribus Deciis. Itaque Cæſaris numero hæſit*, ut ex ingenio legendum contendit Guiliel. Veriſ. II. 11. Herenn. III. 18. *Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos, quos aſſumpſerimus, egregie commeditari oportebit, ut perpetuo nobis hærere poſſint.* Potiſſimum in vitio ponitur. Terent. Adelph. III. 3. 49.

Metui ne hæreret hic.

2. POMPEJI UXOREM *Muciam.* Hanc libidinoſe ſe geſſiſſe marito abſente dixit Plutarchus ſupr. Cæſ. 50. 2. §. 8.

3. EPISTOLA, quæ eſt ad familiares libri noni decima.

4. EXPENSUM NICIÆ I. æs alienum, quod ſe in *Niciæ* uſum *expendiſſe* dicebat Vidius.

5. ARISTARCHUS I. *Ariſtarchi* ſimilis. *Ariſtarchum* V. ſupr. 2. 1. §. 4.

6. Ὀβελίζει *verſiculos* I. lineas, regulas, ut barbare loquar, trajicit, & ſubducit, &, ſe illi quid debere, negat. Ὀβελίζειν dicuntur literati, quando opus aliquod evolventes, ſi qua ſpuria, vel aliena irrepſerint, ea *obelo*, ſeu veru notant, a cujus ſimilitudine linea hæc dicta eſt. Hinc ὀβελισμὸς, notatio, quæ fit appoſito *obelo.* V. *Ampliſſ. Cuper. Obſerv.* I. 15. *Obeli* figuram exhibet *Epiphan. de menſ. & pond.* §. 3.

7. TANQUAM CRITICUS.... Tria genera grammaticorum: alii τεχνικοὶ, alii ἱστορικοὶ, tertium genus κριτικοὶ vocantur. *Critici* tanquam cenſores quidam, & veterum librorum ſenatum legere poſſunt. Ut ille apud Auſon. Epiſt. 17. 28.

Quique ſacri lacerum collegit corpus Homeri.
Et non probos tribu movere. Ut apud eundem

Quique notas ſpuriis verſibus addiderat.

Quia παρεγγεγραμμένα, ἐμβολιμαῖα, νοθεύοντα, & ſimilia deculpare, ut eorum verbo utar, ſolent, & nota culpæ appoſita damnare: neque tantum quæ perperam ab auctoribus dicta, ſcripta, pronuntiata ſunt, ἀθετεῖν, ὀβελίζειν, ſed & aliorum criticorum temere ſcita notare, ac caſtigare, quam κρίσιν κρίσεως ἀθέτησιν vocabant. Iidem etiam duplices & ambiguas lectiones recenſebant, quas διττὰς χρήσεις dixerunt. Nam χρήσεις, oratorum, poetarum, hiſtoricorum ſunt auctoritates & ſcita. Sed præcipua hujus ſtudii pars, tranſpoſita in auctoribus ſuis ſedibus vindicare, ut fecit ille, de quo modo Auſonius: quo nomine μεταθέσει τῶν γραφῶν valde celebrarunt. Et conciliatio ſententiarum etiam in philoſophis ad eos pertinebat. Ejuſmodi ſunt συμφωνίαι τῶν δογμάτων in Platone a veteribus criticis notatæ. Sunt & eorum ἐκλογαὶ καλλιγραφίαι, quæ ſunt ab illis in quodam auctore venuſte novata: hujus enim artis & hæc pars eſt. *Scalig. Epiſt.* 450.

8. Παρεμβεβλημένοι I. inſititii. Inſerere enim, interponere, & intercalare Græci ἐμβάλλειν, & παρεμβάλλειν dicunt. Hinc dies ἐμβόλιμος & ἐμβολιμαῖος dicitur inſititius, & intercalaris. Et παρεμβολὴν in re militari de aciebus inſtruendis dicit Ælianus, cum inſerebant per directum intervallis præpoſitorum militum aliquos ex iis, quos poſtponi placuerat. De qua etiam *Bud. in Pandect. p.* 99.

9. AD ATTICUM XII. 36.

10. MIHI SOLITUDO, ET RECESSUS PROVINCIA EST I. ego, dum vivo, *provinciæ* adminiſtratione lubens careo. Cicer. Attic. XII. 28. *Quod me ad conſuetudinem revocas, fuit meum quidem jam pridem Rempublicam lugere; quod faciebam, ſed mitius: erat enim ubi acquieſcerem.*

11. DE LUCILIO LIBROS I. *de Lucilio* libros aliquot ſcripſiſſe Niciam.

C A-

CAPUT XV.

ARG. *Pompejii M. libertus, & expeditionum comes eſt, ſchola ſe ſuſtentat, & magno erga patroni memoriam amore exiſtit Lenæus.*

1 Lenæus Pompeji Magni libertus [1], & pæne omnium expeditionum comes, defuncto eo, filiiſque ejus, ſchola ſe ſuſtentavit: docuitque in Carinis [2] ad Telluris ædem [3]; in qua regione Pompejorum domus [4] fuerat: ac tanto amore erga patroni memoriam exſtitit, ut Salluſtium hiſtoricum, quod eum *oris improbi, animo inverecundo* [5] ſcripſiſſet, acerbiſſima ſatyra laceraverit [6], *laſtaurum* [7] *&* *lurconem* [8] *& nebulonem*

1. LENÆUM POMPEJI LIBERTUM etiam dicunt Plin. N. H. XXV. 2. *Pompejus omni regia præda potitus, transferre ſermone noſtro libertum ſuum Lenæum Grammaticæ artis doctiſſimum juſſit.* Et Gell. N. A. XVII. 16. *Scriptum etiam a Lenæo Cn. Pompeji liberto, Mithridatem illum Ponti regem medicinæ rei, & remediorum id genus ſollertem fuiſſe.* Et ideo *Pompejum Lenæum* Plin. XV. 30. *Pompejus Lenæus adjecit laurum, quam muſtaceam appellavit.*

2. CARINÆ qualia ædificia fuerint, docuit nos Servius ſupr. Aug. 5. 1. §. 6.

3. AD TELLURIS ÆDEM, quia a Carinis non procul fuit hæc ædes. In quarta enim Urbis regione eam collocant P. Victor & S. Rufus. *Tellurem colere* primus inſtituit Græcorum vetuſtiſſimus Meliſſeus Cretenſium rex. Lactant. de relig. 1. 22. *Didymus in libris ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς ait Meliſſam a patre, Meliſſeo, primam ſacerdotem Matri magnæ conſtitutam; unde adhuc ejuſdem Matris antiſtites Meliſſæ nuncupantur.* Illique *primum in Attica ſtatuiſſe aram Cecropem dicit Philochorus* apud Macrob. Sat. 1. 10. Prima, quæ memoratur Romæ illi exſtructa ædes, ea eſt, quam exſtruxere in area Sp. Caſſii affectatæ tyrannidis condemnati Q. Fabio, Servio Cornelio conſulibus, ſive anno ab U. C. 268. Dionyſ. A. R. VIII. p. 546. Ὅτι μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Κασσίου ἥ τε οἰκία κατεσκάφη, καὶ μέχρι τοῦδε κεῖται ὁ τόπος αὐτῆς αἴθριος, ἔξω τοῦ ναοῦ τῆς γῆς, ὃν ὕστερον ἡ πόλις κατεσκεύασε χρόνοις ἐν μέρει τινὶ αὐτῆς, κατὰ τὴν ἐπὶ Καρίνας φέρουσαν ὁδόν. *Quia poſt Caſſii necem & ædes dirutæ ſunt, & area illarum ædium hucuſque ſub divo relicta, extra Telluris ædem, quam populus poſtmodum in area illius parte ſtruxit, in via, quæ ad Carinas fert.*

4. POMPEJORUM DOMUM in Carinis fuiſſe dixi ſupr. Aug. 5. 1. §. 6.

5. ORIS IMPROBI, ANIMO INVERECUNDO, cum *nihil fuerit mollius ore Pompeji: nunquam non coram pluribus erubuerit, utique in concionibus,* ut de illo Senec. Epiſt. 11. Unde Plin. VII. 12. *Magno Pompejo Vibius quidam e plebe, & Publicius etiam ſervitute liberatus, indiſcreta prope ſpecie fuere ſimiles, illud os probum reddentes, ipſumque honorem eximiæ frontis.* Qui & imaginem ejus depingit XXXVII. 2. *Imago Cn. Pompejii e margaritis, illa regio honore grata, illius probi oris venerandique per cunctas gentes.* Lenæus igitur magis injuria patrono facta offenſus ſtrinxit ſtyli aciem in C. Salluſtium, quod bis mentiretur, *improbi oris & inverecundi animi*, qui a puſillanimo & abjecto non longe abeſt, appellando. Si enim, ut revera erat, *probi oris*, & *inverecundi animi* Pompejus habebatur, quid erat cur tantopere libertus offenderetur? V. & *Schott. Obſ.* 1. 18.

6. LACERAVERUNT Salluſtium etiam Lactant. II. 12. *Quod quidem non fugit hominem nequam Salluſtium, qui ait: Sed omnis noſtra vis in animo, & corpore ſita eſt: animi imperio, corporis ſervitio magis utimur. Recte, ſi ita vixiſſet, ut locutus eſt. Servivit enim fœdiſſimis voluptatibus; ſuamque ipſe ſententiam vitæ pravitate diſſolvit.* Et Horat. Sat. 1. 2. 48.

Libertinarum dico: Salluſtius in quas
Non minus inſanit, quam qui mœchatur.

Imo ob ſtupra, & adulteria ſenatu motus eſt, ut illi auctor in Salluſtium invectivæ objicit c. 6. *Summus diligentes in tuenda pudicitia uxorum noſtrarum, ſed ita experrecti non ſumus, ut a te cavere poſſimus. Audacia tua vincit ſtudia noſtra. Et quod hunc movere poſſit, P. C. factum, aut dictum turpe, quem non puduit palam, vobis audientibus, adulterium confiteri? Quod ſi tibi nihil per me reſpondere voluiſſem, ſed illud cenſorium elogium Appii Claudii, & L. Piſonis* (fuerunt hi cenſores L. Æmilio Paullo, C. Claudio Marcello conſulibus, ſive anno ab U. C. 703. *Faſti Capitolini*, & ex illis *Pigh. Ann.* III. *p.* 423.) *integerrimorum virorum, quo uſus eſt quiſque eorum, pro lege palam univerſis recitarem: nonne tibi viderer æternas inurere maculas, quas reliqua vita eluere non poſſis? Neque poſt illum delectum ſenatus unquam te vidimus.* Et loris cæſus. Gell. N. A. XVII. 18. *M. Varro C. Salluſtium in adulterio deprenſum ab Annio Milone loris bene cæſum dicit, & quum dediſſet pecuniam, dimiſſum.* * *Laceravit* Salluſtium Lenæus jure. Fuit enim Pompeji libertus n. 1.

7. LASTAURUS de rabidis in Venerem. Suidas. Λάσταυρος, ὁ πόρνος, ἀπὸ τοῦ ταύρου, λασιόταυρός τις ὤν. *Scortum maſculum, ſcortator, qui taurum habet hirſutum, quaſi dicas λασιόταυρον.* Quod totidem fere verbis Heſychius. Λάσταυρος, ὁ περὶ τὸν ὄρρον δασύς, καὶ πόρνος τοὺς ὄντας. *Taurus* vox eſt obſcœna, & notat τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός. Suidas. Feſtus in ſolitaurilibus. *Atque harum hoſtiarum omnium inviolati ſunt tauri, quæ pars ſcilicet cæditur in caſtratione.* Quod etiam obſervarunt *Turneb. Adv.* VI. 18: XVII. 7. & *Voſſ. Inſtit.* IV. 1. 10. Hoc cum minus fortaſſis intelligeretur olim, præbuit occaſionem fabulam

bulonem [9], *popinonemque* [10] *appellans*, & *vita ſcriptiſque monſtroſum*: præterea *priſcorum, Catoniſque verborum ineruditiſſimum furem*. Traditur autem puer adhuc catenis [11] ſub- 2
reptus [12], refugiſſe in patriam: perceptiſque liberalibus diſciplinis, pretium domino ſuo retuliſſe [13]: verum ob ingenium & doctrinam [14] gratis manumiſſus.

lam effingendi de Paſiphae, quam ex *tauro* concepiſſe dicunt mythologi. Nam & hic *taurum* membrum explicamus virile. Quo cum laboraret Minos, alium magis virilem & robuſtum ſibi ſuffeciſſe putamus. Et ita Horatium de Lalage dicentem Od. 11. 6. 3.

— nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.

explicamus cum *Muret. V. L.* XII. 9. *Borremanſ. V. L.* c. 10.

8. LURCONES *capacis gulæ homines*, & *bonorum ſuorum conſumptores*. Feſtus. Lucilius.

Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.

9. NEBULO *dictus eſt*, *ut ait Ælius Stilo*, *qui non pluris eſt quam nebula*, *aut qui non facile perſpici poſſit*, *qualis ſit*, *nequam*, *nugator*. Feſtus. Qui bona ſua comedit, & dilapidat. Ita illum deſcribunt gloſſæ. *Nebulo*, μάλθων, ὁ τὰ ἴδια λάθρα καταφαγὼν, ἀκάριος, λάθρα ἄσωτος. Et pluribus Cicer. ad Attic. VI. 1. *Hoc ego ex P. Vedio, magno nebulone, ſed Pompeji tamen familiari, audivi. Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus eſſedis, & rheda equis juncta, & lectica, & familia magna: pro qua, ſi Curio legem pertulerit, HS centena pendat neceſſe eſt: erat præterea cynocephalus in eſſedo: nec deerant onagri. Nunquam vidi hominem nequiorem. Sed extremum audi. Deverſatus eſt Laodiceæ apud Pompejum Vindullum: ibi ſua depoſuit, cum ad me profectus eſt. Moritur interim Vindullus: quæ res ad Magnum Pompejum pertinere putabatur. C. Vennonius domum Vindulli venit: cum omnia obſignaret, in Vedianas res incidit: in his inventa ſunt quinque ſpagunculæ matronarum.*

10. POPINO eſt qui verſatur, & helluatur in *popinis*, quas deſcripſi ſupr. Tib. 34. 2. §. 14. Gloſſæ. *Popinones*, ἄσωτοι. Non. 11. 705. *Popinones, vel hi, quos nunc dicimus tabernarios a popinis, vel luxurioſos, qui ſe popinis dedunt.* Horat. Sat. II. 7. 39.

Imbecillus, iners, ſi quid vis, adde, popino.

11. CATENIS i. oſtiario, qui *erat in catenis*; ut noſt. infr. Rhet. 3. 1. Sed hæc non placent criticis, quamvis commodius quid, quod illis ſubſtituant, vix inveniant, aliis *quadriennis*, aliis *Athenis*, aliis *Catina* nobis obtrudentibus. Hæc ſi te tenent, V. *Caſaubonum*, *Gronovium*, *Pignor. de ſervis p. 448. Sagittar. de jan. vet. c.* 16. §. 19.

12. SUBREPTUS a plagiario, aſportatuſque in alium locum, & ibi venditus. *Gronovius.*

13. PRETIUM RETULISSE DOMINO veteri jam patrono ſuo, quod ex pacto illi debebat. Servi enim, quibus erat peculii copia, libertatem ſuam præſenti pecunia redimebant: quibus non erat, fidem ſuam obligabant. *Caſaubonus.*

* 14. OB INGENIUM ET DOCTRINAM domini interdum manumittebant ſervos, ut in libertate melius impendere tempus ſuum ſtudiis poſſent. Macrob. Sat. II. 7. *Publius natione Syrus, cum puer ad patronum domini eſſet adductus, promeruit eum non minus ſalibus & ingenio, quam forma. Ob hæc & alia manumiſſus, & majore cura eruditus.* V. *Loen. de manum.* III. §. 11.

CAPUT XVI.

ARG. *Naſcitur, Attici filiam docet, in ea ſuſpectus ad Cornelium Gallum ſe confert, & hoc defuncto ſcholam aperit, & ex tempore primus diſputat, poetaſque prælegit Quintus Cæcilius Epirota.*

Quintus Cæcilius [1] Epirota, Tuſculi [2] natus, libertus Attici [3] Satrii [4] equitis Ro- 1
mani, ad quem ſunt Ciceronis epiſtolæ, cum filiam [5] patroni nuptam Marco Agrippæ doceret [6], ſuſpectus in ea [7], & ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum ſe con-

* QUINTUS CÆCILIUS hic fuit dictus a patroni nominibus. Ab his manumiſſi nomen & prænomen accipiebant. Artemid. I. 47. *Cognovi quendam, qui quum ſibi videretur tria pudenda habere, ex ſervitute in libertatem vindicatus, pro uno nomine tria accepit, duobus nominibus ab eo, a quo manumiſſus fuerat, ſumptis.* Et ita Laurea libertus *Laurea Tullius* fuerit dictus Plin. XXXI. 2. nec non Alexander *eſt Cornelius cognominatus, quia captus, Cornelio Lentulo fuit venditus, poſtea manumiſſus* apud Suidam in Alexander Mileſius.

2. TUSCULUM V. ſupr. Galb. 4. 8. §. 17.

3. ATTICI Titi Pomponii. V. ſupr. Tib. 7. 4. §. 12.

4. SATRII vox inducenda eſt. Licet enim *Satrii* inter Romana nomina, nihil tamen de Quintio Cæcilio *Satrio* legitur. Habuit ortum ex depravata lectione Mediol. & aliquot manuſcr. In illis eſt, *Libertus Sarti eq.* Litera *S* e fine præcedentis dictionis initio ſequentis male adhærens fons & origo depravationis fuit. V. *Vinetum*, *Caſaubonum*, *Raineſ. Epiſt. ad Rupert.* 35.

5. FILIAM *Pomponiam* ſupr. Aug. 63. 2. §. 8.

6. DOCEBANTUR & olim puellæ a præceptoribus viris. Exſtat ejus rei inſigne teſtimonium Juliani

Xxxxxx Juri-

contulit, vixitque una familiariſſime: quod ipſi Gallo inter graviſſima crimina ab
2 Auguſto objicitur. Poſt deinde damnationem mortemque Galli [8], ſcholam aperuit: ſed ita, ut paucis, & tantum adoleſcentibus, præciperet, prætextato [9] nemini,
3 niſi ſi cujus parenti hoc officium negare non poſſet. Primus dicitur Latine ex tempore diſputaſſe, primuſque Virgilium & alios poetas novos prælegere [10] cœpiſſe: quod etiam Domitii Marſi [11] verſiculus indicat,

Epirota tenellorum nutricula vatum.

Juriſconſulti Digeſt. XXVII. 2. 4. *Is*, Sempronius tutor, *a cognatis & propinquis pupillæ perductus ad magiſtratum, juſſus eſt alimenta pupillæ, & mercedes, ut liberalibus artibus inſtitueretur, præceptoribus dare.* Mart. IX. 49. al. 70. 1.

Quid tibi nobiſcum eſt ludi ſcelerate magiſter?
Inviſum pueris, virginibuſque caput.

V. *Pignor. de Serv. p.* 237. *Ravard. Conject.* II. 19.

7. SUSPECTUS IN EA, & non ſine ratione. Nam non tantum *filiæ ſuæ virginitatem a pædagogo proditam Fannio Saturnino comperit Pontius Aufidianus* apud Val. Max. VI. 1. 3. Sed etiam diſcipulis, quorum ſtudia ordinant, & quos docent, auferunt coitum pædagogi nequam. Calpurn. Flacc. Declam. 17. *Pauper accuſatus peregrinitatis venit, emit eum dives; & pædagogo filium dedit. Adoleſcens in adulterio deprehenſus occiſus eſt: agitur pædagogus in crucem.* Petronius de Eumolpo in Aſiam a quæſtore educto, ſed verboſius Sat. c. 54.

8. DAMNATIONEM MORTEMQUE GALLI V. ſupr. Aug. 66. 3. §. 11. 12.

9. PRÆTEXTATUS quis V. ſupr. Cæſ. 1. 1. §. 13.

* 10. PRÆLEGERE i. exponere. Gell. XVIII. 5. *Si magiſtrum prælectoremque habuiſſet alicujus æris.*

11. DOMITII MARSI V. illum ſupr. 9. 4. §. 10.

CAPUT XVII.

ARG. *Docendi genere clarus eſt, diſcentes inter ſe committit, Auguſti nepotibus præceptor eligitur, decedit, & Præneſte ſtatuam habet Verrius Flaccus.*

1.2 Verrius Flaccus [1], libertinus [2], docendi genere maxime inclaruit. Namque ad exercitanda diſcentium ingenia æquales [3] inter ſe committere [4] ſolebat, propoſita non ſolum materia, quam ſcriberent, ſed & præmio, quod victor auferret. Id erat
3 liber aliquis antiquus, pulcer, aut rarior. Quare ab Auguſto quoque nepotibus ejus [5] præceptor electus, tranſiit in Palatium cum tota ſchola [6], verum ut ne quem amplius poſthac diſcipulum reciperet: docuitque in atrio Catilinæ domus [7], quæ pars
4 Palatii [8] tunc erat: & ſeſtertia centena [9] in annum accepit. Deceſſit ætatis exactæ [10] ſub Tiberio. Statuam [11] habet Præneſte [12], in inferiore fori parte, contra hemicyclum:

VERRIUS FLACCUS floruit, ut Hieronymus docet in Chronico Euſebiano, anno a mundo condito 2024. *Athenodorus Tarſenſis Stoicus philoſophus, & M. Verrius Flaccus grammaticus inſignes habentur.* Qui fuit D. Jeſu annus nonus, adeoque, ut Caſſiodorus, ab U. C. 759. Laudatur Gell. XVI. 14: XVII. 6: XVIII. 7. 17: V. 17. 18: IV. 5. Macrob. Saturn. 1. 6. 8. 10. Plin. XXVIII. 4. Feſto. Priſciano VI. p. 686. VIII. p. 791. aliis ſæpius.

2. LIBERTINUS quis, dictum ſupr. Claud. 24. 4. §. 14.

3. ÆQUALES quinam, V. ſupr. Vit. 14. 1. §. 2.

4. COMMISISSE dicitur dum Verrius Flaccus diſcentium ingenia, alluſit ad gladiatorum *commiſſiones*, ut monui ſupr. Aug. 43. 13. §. 62.

*5. EJUS, non *ſuis*, Caſaubonus ſcribi jubet. To *ſuis* enim ambiguum eſſet, quippe quod reſpicere poſſet Valerium Flaccum. V. Gronov. ſupr. Veſp. 22. 5. §. 10.

* 6. CUM TOTA SCHOLA, quo Cæſares condiſcipulorum ingenia æmulantes majores in literis progreſſus facerent. *Noriſ. in Cenot. Piſan. Diſſert.* II. 1.

* 7. DOMUS Catilinæ fuit juxta baſilicam Opimii. *Marlian. Topogr. Urb.* II. 17. *Faunus Antiq. Roman.* II. 18.

* 8. PARS PALATII, quouſque illud Auguſtus fortaſſe extendit, cum templum Apollinis ſtrueret, ſeque illa parte domus privaret. *Nardin. Rom. Vet.* VI. 13.

9. SESTERTIA CENTENA Romanæ monetæ ſcutatos bis mille & quingentos ex computo *Noriſ. in Cenot. Piſan. Diſſert.* II. 1.

10. EXACTÆ i. completæ, decrepitæ. Frontin. Stratag. IV. 7. 5. *Cumque demonſtraret ei gladiatorem contempta ſtatura, & prope exactæ ætatis. Exigere* finire eſt. Ovid. Metam. XV. 1.

Jamque opus exegi....

Etiam noſtro ſupr. Cal. 8. 7.

11. STA-

clum [13]: in quo faſtos [14] a ſe ordinatos, & marmoreo parieti inciſos, publicarat.

11. STATUIS viros eruditos olim honoratos fuiſſe docui ſupr. 9. 7. §. 15.

12. PRÆNESTE deſcribit Strabo ſupr. Aug. 72. 5. §.25. Et illic Verrii faſti marmoreo parieti fortaſſe fuerint inciſi. Quod an probabile, docebit §. 14. Interim & hic pedibus diſceſſionem faciunt viri eruditi: & Ant. Auguſtinus *pedeſtrem*, Octavius Pantagathus *pro Veſta*. Faernus *prope Veſta*, Statius *pura veſte* legunt. V. *Statium* & *Panvin. Proleg. in Faſtos p.* 2.

13. HEMICYCLUS, ἡμικυκλ͂ος, & ἡμικύκλιον, *ſemicirculus*. Unde & Latini *hemicyclion*. Cicer. de Amic. c. 1. *Memini, domi in hemicyclio ſedentem.*

14. FASTOS ſunt qui dicant Verrium ordinaſſe Capitolinos. Sed quales fuerint, non explicat noſter. Si ſacri, de Capitolinis profecto *faſtis* intelligi verba nequeunt. Si civiles, adhuc dubium eſt, an de urbicis Romanorum magiſtratuum, an de municipalibus loquantur: quod quidem aperte videntur adferere, cum municipium ipſum nominent. Haud dubium quidem eſt, quin municipia & coloniæ alicujus nominis ſuos annuos magiſtratus, ſuaque ſacra habentes, *faſtos* etiam ſuos habuerint. Quorum nonnullæ reperiuntur adhuc per Italiam reliquiæ. Cæterum Præneſte non parvum municipium fuiſſe, ſed ut antiquiſſimum, ſic amplitudine celeberrimum, cum ipſæ ruinæ, tum auctorum plurima loca, quæ adferre proclive eſſet, teſtari poterunt. Quare uti ſacra, Jura, leges, magiſtratuſque ſuos habuerint Præneſtini, *faſtos* etiam pecùliares, tam ſacros, quam civiles habuiſſe, ex quorum ordine rempublicam adminiſtrarent, omnino putandum erit. Ovidius poeta quidem plures municipiorum Italiæ *faſtos* peregrinos, & a Romanis diverſos recenſet Faſt. III. 87... & Præneſtinos diſerte nominat, dum dea Juno ſic loquitur, VI. 59.

Inſpice quos habeat nemoralis Aricia faſtos,
Et populus Laurens, Lanuviumque meum.
Eſt illic menſis Junonius. Inſpice Tibur,
Et Præneſtinæ mœnia ſacra deæ:
Junonale leges tempus: nec Romulus illas
Condidit, at noſtri Roma nepotis erat.

V. pluribus de hiſce diſputantes *Pigh. Ann.* I. *p.* 12. & *Voſſ. de Hiſt. Latin.* 1. 11.

CAPUT XVIII.

ARG. *Circa ſcenam verſatur, in pergula docet, Smyrnæ commentarium edit, & dimiſſa ſchola ad Quinti Septimii ſectam tranſit Lucius Craſſitius.*

Lucius Craſſitius, genere Tarentinus [1], ordinis [2] libertini, cognomine Paſides, 1
mox Panſam ſe transnominavit. Hic initio circa ſcenam verſatus eſt, dum mi- 2
mographos adjuvat [3]: deinde in pergula [4] docuit, donec commentario Smyrnæ [5] edito, adeo inclaruit, ut hæc de eo ſcriberentur,

Uni

1. TARENTI originem tradit Pauſan. Phocic. p. 326. Τάραντα δὲ τὸν ἥρω Ποσειδῶνός φασι καὶ ἐπιχωρίας νύμφης παῖδα εἶναι· ἀπὸ δὲ τοῦ ἥρω τεθῆναι τὰ ὀνόματα, τῇ πόλει τε, καὶ τῷ ποταμῷ. Τάραντα δὲ ἀπῴκισαν μὲν Λακεδαιμόνιοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο Σπαρτιάτης Φάλανθος. *Taranta heroem Neptuni & indigenæ nymphæ filium fuiſſe dicunt: ab eo vero nomen impoſitum, & urbi, & flumini. Tarentum quidem coloniam Lacedemonii deduxere; duce Phalanto Spartano.* Unde Serv. Virg. Æn. III. 551: VI. 773. *Tarentum Taras fecit, auxit Phalantus.* Situm deſcribit Flor. I. 18.2. *Tarentus Lacedemoniorum opus, Calabriæ quondam, & Apuliæ, totiuſque Lucaniæ caput, cum magnitudine, & muris, portuque nobilis, tum mirabilis ſitu: quippe in ipſis Adriatici maris faucibus poſita, in omnes terras, Hiſtriam, Illyricum, Epirum, Achajam, Africam, Siciliam vela dimittit.*

2. ORDINIS I. conditionis. Terent. Eun. II. 2. 3.

Conveni hodie advenienſ quendam mei loci, atque ordinis.

Statius.

3. ADJUVANTUR voce, aut alias mimi. Unde *adjutores*. Phædr. v. 6. 13.

In ſcena vero poſtquam ſolus conſtitit,
Sine apparatu, nullis adjutoribus.

Noſt. ſupr. 10. 2. V. *Rigált.* & *Scheffer. ad Phædrum.*

4. IN PERGULA docuiſſe artium magiſtros docui ſupr. Aug. 94. 22. §. 73.

5. SMYRNA poema fuit poetæ Cinnæ, novem ab illo perpetuis elaboratum annis. Catull. 93. 1.

Smyrna mei Cinnæ nonam poſt denique meſſem
Quam cœpta eſt, nonamque edita poſt hyemem.

Argumentum ejus crediderim fuiſſe de nefandis, & inceſtis amoribus Myrrhæ, quæ deperiit patrem ſuum Cinyram. Conjecturam facio ex verſu poematis iſtius, quem profert Priſcian. VI. p. 718.

At ſcelus inceſto Cinyræ creſcebat in alvo.

Et ex epigrammate in Craſſitium, in quo ut de puella, vel muliere ſcribitur. Nam quæ *Myrrha*, eadem dicitur *Smyrna*. Turneb. Adv. XVII. 17. *Smyrnæ* meminit etiam Serv. Ecl. IX. 35. *Etiam Cinna poeta optimus fuit, qui ſcripſit Smyrnam: quem*

Uni Craſſitio ſe credere Smyrna probavit:
Deſinite indocti conjugio hanc petere.
Soli Craſſitio ſe dixit nubere velle:
Intima cui ſoli nota ſua exſtiterint [6].

3 Sed cum edoceret jam multos, ac nobiles, in his Julium Antonium triumviri filium, ut Verrio quoque Flacco compararetur, dimiſſa repente ſchola tranſiit ad Quinti Septimii [7] philoſophi ſectam.

libellum decem annis elimavit: & præter illum Philargyrius.

6. Intima cui soli.... 1. qui ſolus Smyrnam Cinnæ poema intellexerit. Noſt. ſupr. 2. 2. §. 13.

7. Septimium hunc eſſe eundem, ad quem ſcribit Horat. Od. II. 6. 1. Epiſt. 1. 9. 1. putat *Statius*. * Nicolaus vero Faber ad Senec. Contr. II. Præf. ex vetere Pithœi codice Q. *Sextii* legendum contendit, & addit duos fuiſſe *Sextios*, patrem & filium, inſignes philoſophos, illoſque Romæ reliquiſſe ſui nominis ſectam.

CAPUT XIX.

ARG. *Orbilii ſervus, & diſcipulus, a Scribonia redimitur, manumittitur, docet, & Verrii libris reſcribit Scribonius Aphrodiſius.*

1 Scribonius [1] Aphrodiſius, Orbilii ſervus atque diſcipulus, mox a Scribonia Libonis filia, quæ prior Auguſti uxor fuerat, redemptus & manumiſſus, docuit, quo Verrius tempore: cujus etiam libris de orthographia reſcripſit [2], non ſine inſectatione ſtudiorum morumque ejus.

Scribonius a *Scribonia*, a qua manumiſſus, procul dubio dictus.

2. Libris..... rescripsit 1. contra ejus *libros ſcripſit*. V. ſupr. Aug. 85. 1. §. 5.

CAPUT XX.

ARG. *Alexandria capta Romam advehitur, Cornelium Alexandrum imitatur, bibliotheca Palatina præeſt, pauper decedit, & Julium Modeſtum libertum habet Cajus Julius Hyginus.*

1 Cajus Julius [1] Hyginus [2], Auguſti libertus, natione Hiſpanus, etſi nonnulli Alexandrinum putant, & a Cæſare puerum Romam advectum, Alexandria capta, ſtudioſe & avide imitatus eſt Cornelium Alexandrum [3] Grammaticum Græcum:

Cajus Julius fuit dictus Hyginus, quod patronus ejus fuerit Cajus Julius Cæſar Auguſtus. V. *Vinetum*, *Voſſ. de Hiſtor. Latin.* 1. 20. & *Scriver. de Hyginis.* A patronorum nominibus dictos fuiſſe libertos dictum ſupr. 16. 1. §. 1.

2. Hyginus, Ὑγῖνος ex Ὑγιεινὸς, ut *ὑγεία κατὰ συγκοπὴν* ex *ὑγίεια*, *ſanitas.* Unde inſcriptio urnæ apud Rhodium in Scribonium Largum p. 76. HYGINO I. TESTAMENTO FIERI IVSSIT. Et gloſſæ Philoxeni in paleta: ὡς Ὑγῖνος ὁ τῷ. De illo Hieron. in Chron. Euſeb. ad a. 2008. *C. Julius Hyginus cognomento Polyhiſtor inſignis grammaticus habetur illuſtris.*

3. Cornelius Alexander floruit Olympiade 173, qua in Ægypto iterum imperabat Ptolemæus Lathyrus, bellumque in Græcia gerebat Lucius Sylla. De hoc Suidas. Ἀλέξανδρος ὁ Μιλήσιος, ὃς πολυΐστωρ ἐπεκλήθη, καὶ Κορνήλιος· διότι Κορνηλίῳ Λεντούλῳ αἰχμαλωτισθεὶς ἐπράθη, καὶ αὐτῷ παιδαγωγὸς ἐγένετο, εἶτα ἠλευθερώθη. Ἦν δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ τῶν Σύλλα χρόνων. Καὶ ἐπὶ τάδε ἀνῃρέθη ἐν Λαυρεντοῖς, ὑπὸ πυρὸς τῆς οἰκίας φθαρείσης. Ἦν δὲ γραμματικὸς τῶν Κράτητος μαθητῶν. Οὗτος συνέγραψε βιβλία ἀριθμοῦ κρείττω: καὶ περὶ Ῥώμης βιβλία πέντε: ἐν τούτοις λέγει, ὡς γυνὴ γέγονεν Ἑβραία Μωσώ: ἧς ἐστι σύγγραμμα ὁ παρ' Ἑβραίοις νόμος. *Alexander Mileſius, qui & Polyhiſtor, & Cornelius cognominatur, propterea quod captus Cornelio Lentulo fuit venditus: ejuſque pædagogus factus eſt, poſtea manumiſſus. Fuit autem Romæ Syllæ temporibus. Et deinde Laurenti periit, ædibus, in quibus erat, flamma conſumptis. Fuit vero grammaticus, Cratetis diſcipulus, & libros ſcripſit innumeros, & de Roma libros quinque, in quibus ait, Hebræam fuiſſe mulierem, Moſo nomine, cujus ſcriptum ſit lex Hebræorum.*

Digitized by Google

cum: quem propter antiquitatis notitiam, *Polyhiſtorem* [4] multi, quidam *Hiſtoriam* [5]
vocabant. Præfuit Palatinæ [6] bibliothecæ [7]: nec eo ſecius plurimos docuit: fuit- 2
que familiariſſimus Ovidio poetæ, & Cajo Licinio [8] conſulari, hiſtorico: qui eum
admodum pauperem deceſſiſſe tradit, & liberalitate ſua, quoad vixit, ſuſtentatum.
Hujus libertus fuit Julius Modeſtus [9], in ſtudiis atque doctrina veſtigia patroni ſe- 3
cutus.

bræorum. V. & *Voſſ. de Hiſtor. Græc.* I. 22.

4. POLYHISTOR dicitur Alexander etiam Stephano in Ἀμβρωνι, Γάδειρα, Θύνη. & Ἰνδικῆ, Euſeb. de præpar. Euang. IX. 17. Plin. IX. 35. Et Apion grammaticus, contra quem Flavius Joſephus ſcripſit, Gell. V. 14. Et Hyginus Euſebio ſupr. §. 2. Appellabantur *polyhiſtores* a varia, qua commendabantur, ſcientia. Grammatica enim, ut docet Voſſ. de gramm. I. 6. non tantum legendi, ſcribendique, vel bene loquendi artem deſignat, ſed etiam hiſtoriarum, ac fabularum notitiam comprehendit: quandoque etiam plurium artium, & multarum rerum ſcientiam. Quintil. Inſt. III. I. *Grammatice, quam in Latinum transferentes, literaturam vocaverunt, tenuis a fonte, aſſumptis poetarum, hiſtoricorumque viribus, pleno jam ſatis alveo fluit, cum præter rationem recte loquendi non parum alioqui copioſam, prope omnium maximarum artium ſcientiam amplexa ſit.* Atque hoc fuit ſine dubio apud Suidam argumentum Telephi Grammatici libro eo, quo oſtendit, πόσα χρὴ εἰδέναι γραμματικὸν, *quantum ſcire oporteat grammaticum.* Unde de Apione Gellius. *Apion, qui Polyhiſtor appellatus eſt, literis homo multis præditus, rerumque Græcarum plurima, atque varia ſcientia fuit.* Et de Alexandro Cornelio Euſebius. Συνάδει δὲ τούτοις ὁ πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος, πολύνους ὢν καὶ πολυμαθὴς ἀνήρ, τοῖς τε μὴ πάρεργον τὸν ἀπὸ παιδείας καρπὸν πεποιημένοις Ἕλλησι γνωριμώτατος. *Concinit iſtis Alexander polyhiſtor, vir acutus, & variæ ſcientiæ, ac Græcorum iis notiſſimus, qui non dicis cauſa, & perfunctorie fructum cepere ex ſtudiis.*

5. HISTORIAM *vocabant* æquales. *Polyhiſtorem* ſemper, nunquam *vocant hiſtoriam*, qui de Alexandro loquuntur, ſcriptores. *Caſaubonus.*

* 6. PALATINÆ I. in *Palatio* poſitæ. Noſt. ſupr. Aug. 29. 8. & 9. Hæc Gregorii ævo I. ſexto poſt natum D. Jeſum ſeculo Romæ adhuc exſtitit, ut apparet ex *Joh. Sarisber. de nug. Cur.* II. 26: VIII. 19.

7. PRÆFUIT BIBLIOTHECÆ mavult dicere, quam *bibliothecarius fuit.* Hunc enim veteres neſciunt. Sed ut Græci dicunt βιβλιοθηκοφύλακα, ſic Latine *bibliothecæ* cuſtodem vocabo, vel præfectum. *Voſſ. de vit. ſerm.* I. 16. * *Bibliothecis* ob librorum peritiam præerant Grammatici. Romanæ Dionyſius Alexandrinus. V. Suidam.... Alexandrinæ Demetrius Phalereus. Tertull. Apol. c. 18. *Ptolemæorum eruditiſſimus ex ſuggeſtu Demetrii Phalerei, Grammaticorum tunc probatiſſimi, cui bibliothecarum præfecturam mandaverat......* Et poſtea Zenodotus. V. Suidam ſupr. II. 4. §. 15. Octaviæ Meliſſus inſt. 21. 3.

8. CAJUS LICINIUS *conſularis hiſtoricus* quis? Equidem legendum puto C. *Aſinius*, qui cum Cn Domitio Calvino conſul fuit anno ab U. C. 713. (*Faſti Capitolini, Caſſiodorus, Pigh. Ann.* III. *p.* 484.) & hiſtoriam condidit belli civilis. *Voſſ. de Hiſtor. Latin.* I. 20.

9. JULIUS MODESTUS a patrono ſuo Hygino etiam retulit nomen C. *Julii.* Laudant illum *Gellius, Macrobius, Martialis, Quintilianus, Cariſius, Diomedes.*

CAPUT XXI.

ARG. *Expoſitus educatoris cura altiora ſtudia percipit, Mæcenati muneri datur, manumittitur, bibliothecarum ordinandarum curam ſuſcipit, & diverſos libellos componit Cajus Meliſſus.*

Cajus Meliſſus [1], Spoleti [2] natus, ingenuus, ſed ob diſcordiam parentum expoſi- 1
tus, cura & induſtria educatoris ſui altiora ſtudia percepit: ac Mæcenati pro
Grammatico muneri datus eſt. Cui quum ſe gratum & acceptum in modum amici 2
videret,

CAJUS MELISSUS. Hujus meminit Ovid. de Pont. IV. 16. 30.

Et tua cum ſocco Muſa, Meliſſe, levis.

De hoc, ſed *Marcum* vocat, Hieron. in Chron. Euſeb. ad a. 2013. *M. Meliſſus Spoletinus grammaticus agnoſcitur.* Ex ejus poſteris videtur fuiſſe *Ælius Meliſſus*, qui Gellii *memoria fuit Romæ ſummi loci inter grammaticos & temporis* N. A. XVIII. 6. V. etiam *Vinetum.*

* 2. SPOLETUM etiam Liv. XXIV. 10. dictum dicitur quoque *Spoletium* Liv. Epit. 20. Urbs eſt Umbriæ. Liv. XXII. 9. *Hannibal recto itinere per Umbriam uſque ad Spoletum venit.* Unde Umbria hodie vocatur *Ducatus Spoletinus* ſupr. Cæſ. 34. 2. §. 74. Ab Aramæis & Hetruſcis vocabulis, Polo duce, aut Spolo ave, cujus auſpicio conditum ſit, derivatum dicit *Leand. Ital. p.* 138. *Spoleti* & *Spoleto* hodie vocari ſcribit *Cluver. Ital.* II. 8. 14.

videret, quamquam adſerente [3] matre, permanſit tamen in ſtatu ſervitutis: præſentemque conditionem veræ origini antepoſuit: quare cito manumiſſus [4], Auguſto &
3 inſinuatus [5] eſt. Quo delegante, curam ordinandarum [6] bibliothecarum [7] in Octa-
4 viæ porticu [8] ſuſcepit. Atque, ut ipſe tradit, ſexageſimum ætatis annum agens,
libellos *Ineptiarum* [9], qui nunc *Jocorum* [10] inſcribuntur, componere inſtituit: abſol-
5 vitque centum & quinquaginta, quibus & alios diverſos poſtea addidit. Fecit & novum genus Togatarum [11], inſcripſitque *Trabeatas* [12].

3. ADSERENTE i. in libertatem vindicante. V. Curt. VIII. 1. 42. §. 22.

4. CITO MANUMISSUS. Servus ergo dicebatur Meliſſus: ſed a domino ſuo Cajo Mæcenate *manumiſſus*, Cajus Mæcenas Meliſſus dictus eſt. Eſt enim ille, de quo Plin. XXVIII. 6. *Triennio Mæcenatem Meliſſum accepimus ſilentium ſibi imperaviſſe, a convulſione reddito ſanguine.* V. & *Vinctum*.

5. INSINUATUS EST i. in gratia poſitus. V. ſupr. Cal. 12. 4. §. 17.

6. ORDINANDARUM i. diſponendarum V. ſupr. Cæſ. 56. 11. §. 40.

8. OCTAVIÆ PORTICUM V. ſupr. Aug. 29. 11. §. 35.

9. INEPTIAS vocare ſolebant veteres jocos ſuos: Catull. 16. 14.

Si qua forte mearum ineptiarum
Lectores eritis.

10. Jocos vocare ſolebant ejuſmodi libellos veteres. Macrob. Sat. II. 1. *Cicero quantum in ea re valuerit quis ignorat, qui vel liberti ejus libros, quos is de jocis patroni compoſuit, legere curavit?*

11. TOGATAS V. ſupr. Aug. 45. 11. §. 39.

12. TRABEATAS, quia in illas procul dubio introducti triumphantes, aliique, qui *trabea* jus habebant, & forte etiam reges. V. *ampliſſ. Cuper. Obſerv.* 1. 10. & *Ferrar. de R. V.* II. 4. 1. Quid *trabea* fuerit V. ſupr. Domit. 14. 6. §. 8.

CAPUT XXII.

ARG. *Sermonis Latini exactor moleſtiſſimus, & pugil eſt Marcus Pomponius Marcellus.*

1 Marcus Pomponius Marcellus, ſermonis Latini exactor moleſtiſſimus, in advocatione [1] quadam (nam interdum & cauſas agebat) ſolœciſmum [2] ab adverſario factum uſque adeo arguere perſeveravit, quoad Caſſius Severus [3] interpellatis judicibus dilationem petiit, ut litigator ſuus alium Grammaticum adhiberet: quando non pu-
2 tat is, cum adverſario de jure ſibi, ſed de ſolœciſmo controverſiam futuram. Hic idem cum ex oratione Tiberium reprehendiſſet [4]: affirmante Attejo Capitone [5], & eſſe illud Latinum, &, ſi non eſſet futurum: *Certe jam inde* [6] *mentitur*, inquit, *Capito.*

ADVOCATIONE i. patrocinio, opera accuſatoris. Plin. Epiſt. II. 11. *Quod ego & Tacitus injuncta advocatione diligenter, fortiterque functi eſſemus.* Cicer. pro dom. c. 21. *Cum eos, qui conventu bonorum virorum verba de ſalute mea fecerant, adeſſe juſſiſti, eorumque advocationem manibus, ferro, lapidibus diſcuſſiſti.* V. etiam *Pollet. For. Rom.* II. 1.

2. Σολοικισμός ἐστι λόγος ἀκαταλλήλως συντεταγμένος. Laert. VII. p. 473. A. & Suidas. Quæ Latine Sinnius Capito dicit apud Gell. V. 20. *Solœciſmus eſt impar, & inconveniens compoſitura orationis.* De illo Laert. I. c. 51. Euſtath. in Dionyſ. n. 875. Ἐκεῖθέν τε ἀπαλλαγεὶς, ἐγένετο ἐν Κιλικίᾳ, καὶ πόλιν ᾤκισεν, ἣν ἀπ' αὐτοῦ Σόλους ἐκάλεσεν· ὀλίγους τέ τινας τῶν Ἀθηναίων ἐγκατῴκισεν, οἳ τῷ χρόνῳ τὴν φωνὴν ἀποξενωθέντες σολοικίζειν ἐλέχθησαν. *Et illinc in Ciliciam profectus, urbem condidit, atque ex ſuo nomine Solos appellavit: in qua Athenienſium aliquot ſtatuit, qui tractu temporis quum patriam vocem corrupiſſent,* σολοικίζειν *dicti ſunt. A Sinnio Capitone ejuſdemque ætatis aliis imparilitas appellatur, vetuſtioribus Latinis ſtribligo dicebatur, quaſi ſtrobiligo quædam.* Gellius. V. *Luciani Solœciſtam. Donatum & Diomedem de ſolœciſmo, & Auguſtin. de doctr. Chriſt.* II. 13.

3. CASSIUM SEVERUM V. ſupr. Aug. 56. 10. §. 20.

4. REPREHENDISSET, ſed qua occaſione, narravit Dio ſupr. Aug. 57. 4. §. 7.

5. ATTEJUM CAPITONEM V. illum ſupr. 10. 1. §. 2.

6. ET SI NON ESSET, FUTURUM CERTE JAM INDE, nempe ex quo Cæſar eo uſus eſſet, legendum eſſe recte conjicit Gronovius. Lucian. de merc. cond. p. 475. Χρὴ δὲ καὶ σοφοὺς, καὶ ῥήτορας εἶναι αὐτοὺς, κἂν ἔτι σολοικίσαντες τύχωσι, αὐτὸ τὸ τῆς Ἀττικῆς, καὶ τοῦ Ὑμηττοῦ μεστοὺς δοκεῖν τοὺς λόγους, καὶ νόμον εἶναι τὸ λοιπὸν, οὕτω λέγειν. *Oportet etiam ut illi etiam ſint ſapientes & oratores: & quamvis ſolœciſmum aliquem commiſerint, id quod dici ſolet, Attica eloquentia, & Hymetti melle plena videatur oratio, atque deinceps in legem abeat, ut ita loquantur homines.*

7. Pu-

Digitized by Google

pito. Tu enim Cæſar civitatem dare potes hominibus, verbis non potes. Pugilem [7] olim fuiſſe Aſinius Gallus [8] hoc in eum epigrammate oſtendit:

Qui caput ad lævam didicit [9], *gloſſemata* [10] *vobis*
Præcipit [11]*: os nullum, vel potius pugilis* [12]!

7. PUGILEM V. ſupr. Aug. 44. 8. §. 25.

8. ASINIUM GALLUM V. illum ſupr. Claud. 41. 6. §. 20.

9. CAPUT AD LÆVAM DEJICERE, ſic enim pro *diſcere* legendum eſſe pridem docti nos docuerunt, i. ab ictu in lævam longius deflectere, dum dextra adverſarium petunt, ſolebant pugiles. Virg. Æn. v. 428.

Abduxere retro longe capita ardua ab ictu.

V. *Turneb. Adv.* XIII. II. De mulierum inguina lambentibus hæc tamen explicat *Palmer. Spicil.* 7. *Fac. crit.* IV. *p.* 721.

10. GLOSSEMATA vocabant exquiſita, neque vulgo nota, aut etiam vetuſta: de quibus Quintil. Inſtit. I. I. *Protinus enim poteſt interpretationem linguæ ſecretioris, quas Græci γλώσσας vocant, dum aliud agitur, ediſcere.* c. 8. *Circa gloſſemata etiam, id eſt, voces minus uſitatas, non ultima ejus profeſſionis diligentia eſt.* Statius.

11. PRÆCIPIT i. interpretatur. Gloſſas interpretari grammatici operis, ac muneris fuiſſe, hinc diſcimus. *Statius.*

12. OS NULLUM.... quia tuber plagis, & deformatum, tumidumque redditur pugilum caput: interdum etiam ſic male multantur, ut exoſſetur ejus aliqua pars. Lucillius Anthol. II. I. I.

Οὗτος ὁ νῦν βέλτιςος Ὀλυμπικὸς, εἶχε τὸ πρόσθεν
Ῥῖνα, γένειον, ὀφρὺν, ὠτάρια, βλέφαρα.
Εἶτ' ἀπογραψάμενος πύκτης, ἀπώλεσε πάντα,
Ὥστ' ἐκ τῶν πατρικῶν μηδὲ λαβεῖν τὸ μέρος.
Εἰκόνιον γὰρ ἀδελφὸς ἔχων προενήνοχεν αὐτοῦ,
Καὶ κέκριτ' ἀλλότριος, μηδὲν ὅμοιον ἔχων.

Hic, qui nunc optimus Olympicus, habuit prius
Naſum, mentum, ſupercilium, aures, palpebras.
Poſtea tranſſcriptus in pugilem perdidit omnia,
Ita ut patronorum bonorum ne partem quidem acciperet.
Imaginem enim frater habens produxit ejus,
Et judicatus eſt alienus, cum nihil ſimile haberet.

V. & *Turnebum. Scaliger. in Feſt. in piſcina. Barth. Adv.* VII. 18. *Kemp. de Oſcul.* I. §. 3.

CAPUT XXIII.

ARG. *Textrinum, deinde literas verna diſcit, manumiſſus, quamquam omnibus vitiis infamis, Romæ docet, poemata facit, arrogans, luxurioſus, libidinoſus eſt Remmius Palæmon.*

Remmius [1] Palæmon Vicentinus [2], mulieris [3] verna [4], primo, ut ferunt, textrinum 1

REMMIUS, & ita in veteri inſcriptione; M. REMMIVS M. L. PHILER. POMPEJA Ɔ L. PRIMA. SEX. POMPEJVS. Ɔ L. STATIVS. *Statius.* De illo Hieron. in Chron. Euſeb. ad a. 2064. *Palæmon Vicentinus inſignis Grammaticus Romæ habetur: qui quondam interrogatus, quid inter ſtillam & guttam intereſſet, gutta, inquit, ſtat: ſtilla cadit.* Plin. XIV. 4. *Sed maxima, ejuſdem Sthenelì opera, Remmio Palæmoni, alias grammatica arte celebri.* Et Quintil. Inſtit. I. 4. *Alii tamen ex idoneis duntaxat auctoribus octo partes ſecuti ſunt, ut Ariſtarchus, & ætate noſtra Palæmo.* * Guilland. Papyr. membr. XIII. §. 5. miratur atteſtationem recentioris cujuſdam, qua, quis fuerit Remmius Fannius Palæmon, & quibus vixerit temporibus, neminem noviſſe hodie, improvide, imo imperite nimis aſſerit. Suetonius illum deſcribit: & Plinius nec non & Quintilianus laudati ita ejus meminerunt, ut cum eodem cum ipſis tempore floruiſſe appareat.

2. VICENTIA nobilis & antiqua urbs occurrit a Patavio, qua Veronam itur ad 18. lapidem. *Vicetia* dicitur Tacit. Hiſt. III. 8. 2. Plin. III. 19. Οὐικετία Strab. V. p. 148. & fortaſſe Βικέτια Ælian. Hiſt. XIV. 8. Vulgo nunc *Vicenza.* V. *Cluver. Ital.* I. 18. 26. De illa multa *Leand. Ital. p.* 732. *Merul. Gall.* I. II.

3. MULIERIS, ut *Telephus ſervus nomenculator* ſupr. Aug. 19. I. * E membranis *militaris* legit Schott. Obſerv. I. 17. Hoc altero obſcurius videtur Gronov. Obſerv. I. 24. Illa *mulier* aut vidua fuerit, aut Remmius ſervus receptitius, eoque in mariti poteſtatem non commiſſus.

4. VERNA ſervus eſt natus ex ancilla. Docet hoc in Quirinalem equitem Romanum jocus Martialis I. 85.

Uxorem habendam non putat Quirinalis,
Cum vult habere filios: & invenit
Quo poſſit iſtud more, futuit ancillas,
Domumque, & agros implet equitibus vernis.

Gronovius ſervum intelligit *receptitium* i. mulieris *proprium, quem cum pecunia reliqua receperat, neque dederat doti, ſed retinuerat. Mulier* enim *quando dotem marito dabat, quæ ex ſuis bonis retinebat, neque ad virum tramittebat, ea recipere dicebatur. Ipſe etiam Cato mulierem demonſtrare locupletem volens, mulier, inquit,*

2 num [5], deinde, herilem filium dum comitatur in ſcholas, literas didicit. Poſteà manumiſſus, docuit Romæ: ac principem locum inter Grammaticos [6] tenuit: quamquam infamis omnibus vitiis, palamque & Tiberio, & mox Claudio, prædicantibus, nemini minus inſtitutionem puerorum vel juvenum committendam: ſed capiebat [7] homines cum memoria rerum, tum facilitate ſermonis [8]: nec non etiam poema-
3 ta faciebat ex tempore. Scripſit & variis, nec vulgaribus metris [9]. Arrogantia fuit tanta, ut Marcum Varronem *porcum* appellaret: *ſecum & natas & morituras literas* jactaret: *nomen ſuum in Bucolicis* [10] *non temere poſitum, ſed præſagiente Virgilio fore quan-*
4 *doque omnium poetarum ac poematum Palæmonem judicem* [11]. Gloriabatur etiam, latro-
5 nes quondam ſibi propter nominis celebritatem parſiſſe. Luxuriæ ita indulſit, ut ſæpius in die lavaretur [12]: nec ſufficeret ſumptibus, quamquam ex ſchola quadragena annua [13] caperet [14], ac non multo minus ex re familiari, cujus diligentiſſimus erat: cum

inquit, & magnam dotem dat, & magnam pecuniam retinet. Sicuti nunc quoque in vendiſienibus recipi dicuntur, quæ excipiuntur, neque veneunt. Plaut. Trin. I. 2. 157.

Peſticulum hoc recepit, quum ædes vendidit.

I. *quum ædes vendidit, particulam quandam, quæ poſt eas ædes erat, non vendidit, ſed retinuit.* Hæc Gell. N. A. XVII. 6.

5. TEXTORES, qui veſtes, aut telam *texerent*, aluerunt veteres. Cicer. pro Planc. c. 25. *Ut nos in mancipiis parandis, quamvis frugi hominem, ſi pro fabro, aut textore emimus, ferre moleſte ſolemus, ſi eas artes, quas in emendo ſecuti ſumus, forte neſciverit.*

6. INTER GRAMMATICOS: & ideo *Palæmonis ars* grammatica. Juven. Sat. VI. 451.

——— *odi*
Hanc ego, quæ repetit, volvitque Palæmonis artem.

& idem VII. 215.

Quis gremio Celadi, doctique Palæmonis adfert,
Quantum grammaticus meruit labor.

7. CAPIEBAT I. delectabat, afficiebat. Horat. de Art. n. 361.

Ut pictura, poeſis erit, quæ ſi propius ſtes,
Te capiet magis: & quædam, ſi longius abſtes.

8. FACILITATE SERMONIS, quam etiam in Curione laudat Cicer. de Clar. Orat. c. 81. *Quorum quidem alter,* C. Curio, *quod veriſimile dixiſſet, ita facile, ſolutqeue verbis volvebat ſatis interdum acutas, crebras quidem certe ſententias.*

9. METRIS I. carminum generibus. Martial. IV. 6. 4.

Quam qui compoſitos metro Tibulli
In Stellæ recitat domo libellos.

Metrum Tibulli eſt vel Elegiacum, vel Jambicum, quo Priapeja quædam ſcripſit. Ita enim de illo Scalig. Priap. p. 210. *In veteribus excuſis Tibulli nomine editur hoc politiſſimum poematium,*

Quid hoc novi eſt? quid ira nuntiat deum?

itemque in veteri membrana Tibulliana, quæ eſt penes te Jacobe Cujaci vir erudiſſiſſime. Totumque ex puris jambis conſtat. Et ſane multum ſpirat illam venuſtatem, quæ hodie percipitur in elegiis illius ſuaviſſimi poetæ. Tibullum Priapeja conſcripſiſſe ſatis confirmatur ſuperiore epigrammate; & clarius Martialis.

10. IN BUCOLICIS n. Ecl. III. 50.

Audias hæc tantum vel qui venit, ecce, Palæmon.

11. JUDICES dicebantur, qui velut cenſores de auctoribus judicabant, ſua cuique opera vindicabant, vera & germana a ſuppoſititiis diſcernebant, & omnium ſcriptorum quaſi quendam cenſum agebant. Quintil. Inſt. Orat. I. 5. *Judicio tam ſevero uſi ſunt veteres Grammatici, ut non verſus modo cenſoria quadam virgula notare, & libros, qui falſo viderentur inſcripti, tanquam ſubditities ſummevere familia permiſerint ſibi, ſed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.* Plura *Wouwer. Polym. c.* 16. §. 3.

12. SÆPIUS IN DIE LAVABANTUR perditi nepotes. Gordianus ſenior apud Capitol. c. 6. *Lavandi cupidus, ita ut quater & quinquies in die lavaret æſtate, in hyeme bis.* Commodus apud Lamprid. c. 11. *Lavabat per diem ſepties atque octies.* Siſinnius epiſcopus Novatianorum bis in die lavabat, & culpantes dicto ludebat. Sozom. Hiſtor. Eccleſ. VIII. I. Σκώπτειν τε καὶ σὺν χάριτι, καὶ σκωμμάτων ἀνέχεσθαι, καὶ ἑκάτερον ἀπεχθείας ἐκτὸς ὑπομένειν, κομψῶς τι σὺν τάχει πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ὑπαντᾷν ἐν μάλα ἐπιτηδείως ἔχων. Ἐρωτηθεὶς γοῦν ὅτου ἕνεκα δεύτερον λούοιτο τῆς ἡμέρας, ἐπίσκοπος ὤν, ὅτι μὴ τρίτον, ἔφη, φθάνω. *Salibus ludere cum gratia, & dicteria viciſſim excipere, & utcumque ſine offenſa præſtare, facete etiam ex tempore ad objecta reſpondere admodum opportune poterat. Proinde interrogatus aliquando, quamobrem, cum epiſcopus eſſet, in die bis lavaretur? quoniam, inquit, tertium non aſſequor.*

13. QUADRAGENA ANNUA quid V. ſupr. 3. 3. §. 17.

14. CAPERET I. frueretur. *Capere* proprie verbum eſt de reditibus vectigalium, aut patrimonii. Terent. Eun. I. I. 35.

Quod nos capere oportet, hæc intercipit.

15. PRO-

cum & officinas promercalium [15] veſtium exerceret [16]: & agros adeo coleret, ut vitem [17] manu ejus inſtitutam ſatis conſtet trecenta ſexaginta quinque vaſa edidiſſe. Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres, uſque ad infamiam oris [18]: dictoque 6
non infaceto notatum ferunt cujuſdam, qui quum in turba oſculum ſibi ingerentem, quamquam refugiens [19], devitare non poſſet: *Vis tu*, inquit, *magiſter* [20], *quoties feſtinantem aliquem vides, abligurire?*

15. PROMERCALE quid ſit, docui ſupr. Cæſ. 54. 3. §. 11.

* 16. EXERCERI dicuntur res inanimæ, cum occupamur in iis, ut ex illis quæſtus ad nos redeat. Plin. Epiſt. 1. 20. *In agricultura non vineas tantum, verum etiam campos curo & exerceo.* Ita *vectigalia* Cicer. pro Man. c. 6. *tellurem* Virg. Georg. 1. 99. *agros* Tacit. Germ. 29. 5. *navem, cauponam, ſtabulum* Caj. Digeſt. XLIV. 7. 5. §. 9. *exercere* dicunt.

17. VITEM; *mercatus enim erat rus DC nummûm in Nomentano decimi lapidis ab urbe diverticulo.* Plin. XIV. 4.

* 18. INFAMIAM *orationis* legit Statius. Perperam. Per *infamiam oris* intelligit genus turpitudinis non nominandæ, quod Græci γλωσσοποιεῖν dicere conſueverunt. Quod etiam intelligit Cicer. pro Dom. c. 10. *Scilicet tu helluoni ſpurciſſimo, prægustatori libidinum tuarum S. Clodio, qui ſua lingua etiam ſororem tuam a te abalienavit.* Catr. Ant. Lect. 1. 11.

* 19. REFUGIENS. Recte. Nam γλωσσοποιούντων oſcula etiam obſcœni & impudicitiam profeſſi vitabant. Seneca ex Lipſii emendatione de Benef. IV. 30. *Quid nuper Fabium Perſicum, cujus oſculum etiam impudici devitabant....*

20. MAGISTROS appellari ſolitos grammaticos docent veteres inſcriptiones, & illa apud Petron. Sat. c. 38. *Rogo, inquit, magiſter, quid putes inter Ciceronem & Publium intereſſe.* Noſt. infr. 24. 4. V. *Wouwer. Polymath.* c. 4.

CAPUT XXIV.

ARG. *Centuriatum petit, ad ſtudia ſe confert, multa exemplaria emendat, ac diſtinguit, non tam diſcipulos, quam ſectatores, tres aut quatuor, pomeridianis horis admittit, & libros edit Marcus Valerius Probus.*

Marcus Valerius [1] Probus Berytius [2], diu centuriatum petiit, donec tædio ad ſtu- 1
dia ſe contulit. Legerat in provincia quoſdam veteres libellos apud Gramma- 2
tiſtam [3], durante adhuc ibi antiquorum memoria; necdum omnino abolita, ſicut Romæ. Hos quum diligentius repetere atque alios deinceps cognoſcere cuperet, quamvis ſe [4] contemni, magiſque opprobrio legentibus, quam gloriæ & fructui eſſe animadverteret, nihilominus in propoſito manſit: multaque exemplaria contracta emendare, ac diſtinguere, & adnotare [5] curavit, ſoli huic nec ulli præterea Grammatices

MARCUS VALERIUS PROBUS floruit ſub Nerone. De illo Hieron. in Chron. Euſeb. ad a. 2072. *Probus Berytius eruditiſſimus grammaticorum Romæ agnoſcitur.* Et Gell. N. A. 1. 15. *Valerium Probum grammaticum illuſtrem, ex familiari ejus docto viro comperi.... ſic legere cœpiſſe.* IV. 7. *Valerius Probus grammaticus inter ſuam ætatem præſtanti ſcientia fuit.*

2. Βηρυτός, πόλις Φοινίκης, ἐκ μικρᾶς μεγάλη, κτίσμα Κρόνου. Ἐκλήθη δὲ διὰ τὸ εὔυδρον. Βὴρ γὰρ τὸ φρέαρ παρ᾽ αὐτοῖς. *Berytus, urbs Phœnicia, ex parva magna, Saturni opus. Sic vero fuit vocata propter abundantiam aquæ. Ber enim apud ipſos eſt puteus.* Stephanus. *Felix Julia Berytus colonia appellatur.* Plin. V. 20. * Fuit una tranſmarinarum à Julio Cæſare deductarum. Suet. Jul. 42. 1. *Octoginta civium millibus in tranſmarinas colonias diſtributis.* Legitur nummus cum epigraphe COL. JUL. BER. ſcalptus. *Patin. in Suetonium.* Sed hanc urbem non Julii, ſed Auguſti coloniam fuiſſe tradit Ulpianus, hæc de cenſibus ſcribens.... *Auguſti beneficiis gratioſa, & ut D. Adrianus in quadam oratione ait, Auguſtana colonia.* In cimeliis Mediceis ſervantur duo rara numiſmata Elagabali, & Gordiani Imperatorum cum epigraphe in poſtica: COL. JUL. AUG. FEL. BER. *Colonia Julia Auguſta Felix Berytus.* Noriſ. Diſſert. in Cenotaph. Piſan. I. 2. Lis videtur componenda. *Berytus* a Julio deducta, cognominata eſt Julia. Auguſtus partem veteranorum ex legionibus V. Macedonica & VIII. Auguſta in eam traſmiſit, unde urbi Auguſtæ nomen additum colonorum ſupplementum. *Vaillant. Numiſm. ar. Imperatorum..... part.* 1. *p.* 1.

* 3. GRAMMATISTAM i. librarium, bibliopolam, interprete *Wouwer. de Polymath.* c. 5. §. 16.

* 4. SE delendum. Animadvertebat enim ipſos veteres contemni. *Gronovius.*

3 matices parti deditus. Hic non tam diſcipulos, quam ſectatores [6] aliquot habuit. Numquam enim ita docuit, ut magiſtri perſonam [7] ſuſtineret. Unum vel alterum, vel, quum plurimos, tres aut quatuor, poſtmeridianis horis admittere ſolebat, cu-
4 banſque, inter longos ac vulgares ſermones, legere quædam, idque perraro. Nimis pauca & exigua de quibuſdam minutis quæſtiunculis, edidit. Reliquit [8] autem non mediocrem ſylvam [9] obſervationum ſermonis antiqui.

5. EMENDARE, DISTINGUERE, ET ADNOTARE diſtincta fuerunt; *Emendantur* enim loci corrupti. *Diſtinguuntur*, cum diſtinctiones, & ſubdiſtinctiones apponuntur, quæ non fuerunt cola, ſemicola, quæ hodie in uſu, ſed puncta pro ſitu aliter atque aliter valentia. *Adnotantur* ſpuria & aliena, quæ veru, vel obelo notantur. Fiebat quoque hæc *adnotatio* in iis, de quibus dubitabant, & amplius, vel non liquere pronuntiabant, adhæc quæ carpebant, vel laudabant. Plin. Epiſt. III. 5. *Mox, quaſi alio die ſtudebat in cœna tempus: ſuper hanc liber legebatur, adnotabatur, & quidem curſim.* 13. *Sed quid ego hæc doctiſſimo viro? Quin potius illud, adnota, quæ putaveris corrigenda.* Hæc Belgii noſtri decus *D. Cuper. Obſerv.* I. 15. * Ante Ariſtophanem, qui primus προσῳδίαν excogitavit, nulla fuit literarum diſtinctio, neque ſubdiſtinctio. Uno ac perpetuo ductu ſine ullo interſtitio voces omnes exarari ſolebant, & ſententiæ etiam continuari: niſi quod, ubi perfecta fuerat, non in eadem linea alteram auſpicabantur: ſed principium alterius lineæ, ſive verſus inchoabant. Notæ, quas Ariſtophanes commentus eſt, fuerunt tres: τελεία στιγμὴ, ὑποστιγμὴ, & μέση. Τελεία στιγμὴ punctum erat, quod collocabatur in capite vel apice ultimi elementi, in quo periodus deſinebat, & abſolvebat ſententiam. Reliquæ duæ ſubdiſtinctiones punctis etiam ſingulis notabantur: uno ad literam mediam ultimæ dictionis, altero ad imam partem locato. Hæ oſtendebant non integratam eſſe ſententiam, ſed adhuc manere ſuſpenſam. Plura *Salmaſ. Epiſt. Sarrav.* 183.

6. SECTATORUM nomen reſpondet ſuo relativo anteceſſorum. Ut enim ſine magiſtro nullus appellari poteſt diſcipulus, nec contra ſine diſcipulo magiſter: ita nec ſine *ſectatoribus* anteceſſores, nec ſine anteceſſoribus ulli fuerunt *ſectatores*. Ræward. Conject. II. 10.

7. PERSONAM I. qualitatem. Cicer. pro Planc. c. 41. *Multoſque menſes a capite meo non diſceſſit, abjecta quæſtoria perſona, comitiſque ſumpta.* Plin. Epiſt. I. 23. *Sed tu plurimum intereſt, quam perſonam tibi imponas, quæ ſapienti viro ita aptanda eſt, ut perferatur.* Plura *Bud. in Pandect. p.* 37. & *Catan. in Plinium.*

8. RELIQUIT Probus *epiſtolam ſcriptam ad Marcellum.* Gell. N. A. IV. 7. *commentarium ſatis curioſe factum de occulta literarum ſignificatione epiſtolarum C. Cæſaris ſcriptarum.* 17. 9. commentarium in Virgilium. Macrob. Sat. V. 22. *In hoc loco Valerius Probus vir perfectiſſimus notat neſcire ſe hanc hiſtoriam, ſive fabulam, quo referat auctore Virgilius.* De temporum connexione libellum. Serv. Æn. VII. 421. *Probus de temporum connexione libellum compoſuit, in quo docet, quod cui debeat accommodari.* Grammaticam quandam, quam memorant Terentii vetus interpres, Diomedes, Cariſius, Priſcianus. V. quoque *Vinetum.*

*9. SYLVAM uti ſolemus infinitam arborum indiſcriminatim naſcentium multitudinem dicere, ita libros ſuos, in quibus variæ & diverſæ materiæ opuſcula congeſta erant, *ſylvas* appellabant veteres. Gell. Præfat. *Quia variam, & miſcellam, & quaſi confuſaneam doctrinam conquiſiverant; eo titulos quoque ad eam ſententiam exquiſitiſſimos indiderunt. Namque alii Muſarum inſcripſerunt; alii Sylvarum.* Cicer. de Orat. III. 26. *Primum ſylva rerum & ſententiarum comparanda eſt.* Gevart. in Stat. Sylv. Præfat. Scalig. Poet. III. 99.



C. SUE.

C. SUETONII TRANQUILLI DE CLARIS[1] RHETORIBUS[2] LIBER.

CAPUT I.

ARG. *Sero, & difficulter apud Romanos, nonnunquam exerceri prohibita recipitur, ſed paullatim utilis & honeſta apparet Rhetorica: declamant Cicero, Pompejus, Antonius, Auguſtus & Nero: & diſcipulos vario modo exercent Rhetores.*

Rhetorica [3] quoque apud nos, perinde atque Grammatica, ſero recepta eſt, paullo etiam difficilius, quippe quam conſtet nonnunquam etiam prohibitam exerceri [4]. 1
Quod ne cui dubium ſit, vetus Senatuſconſultum, item cenſorium edictum [5] 2
ſubjiciam. CAJO FANNIO STRABONE, MARCO VALERIO MESSALA CONSULIBUS [6], *Marcus Pomponius [7] Prætor [8] Senatum conſuluit. Quod verba facta ſunt [9] de Philoſophis & de Rhetoribus, de ea re ita cenſuerunt [10]: Ut Marcus Pomponius Prætor animadverteret*

CLARIS, quos *magnos & nobiles* vocat Cicer. de Invent. II. 2. *Fuit tempore eodem, quo Ariſtoteles, magnus & nobilis rhetor Iſocrates.*

2. Ῥήτωρ *& Græce ab eloquendo, & Latine eloquens dictus eſt.* Cicer. de Orat. c. 19.

3. RHETORICAM deſcribit Cicer. de Invent. I. 5. *Civilis quædam ratio eſt, quæ multis, & magnis rebus conſtat. Ejus quædam magna, & ampla pars eſt, artificioſa eloquentia, quam rhetoricam vocant. Nam neque cum iis ſentimus, qui civilem ſcientiam eloquentia non putant indigere, & ab iis, qui eam putant omnem rhetoris vi & artificio contineri, magnopere diſſentimus. Quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, ut eam civilis ſcientiæ partem eſſe dicamus.*

4. PROHIBITA EXERCERI quare fuerit rhetorica, hanc dat rationem Caſaubonus. Videntur philoſophiæ & rhetoricæ ſtudia magnum Romæ & in Italia cepiſſe incrementum, per illos mille Achæos, quos & ſenatus e patria accitos poſt bellum Perſei Olympiadis 153. anno primo, vel ſecundo (V. ejus *Polybianam Chronologiam*) in Urbe, aut per Italiam multos annos detinuit. Non enim dubium, in tanta multitudine hominum Græcorum, qui præcipuas in urbibus ſuis dignitates obtinuerant, plures fuiſſe doctos literas, & ſtudiis philoſophiæ imbutos. Illi vero, quum & ignavo otio torperent, & rebus etiam neceſſariis, ut ſolent exſules, plurimum carerent, ad philoſophiæ ſtudia converſi, multis Romanorum ad ſimile propoſitum hortatores exſtitiſſe, atque huic SCto occaſionem præbuiſſe videntur. Quare ut corruptores juventutis Roma pulſos eſſe dicunt Athen. XIII. p. 610. F. Ῥωμαῖοι οἱ πάντα ἄριστοι ἐξέβαλλον τοὺς σοφιστὰς τῆς Ῥώμης, ὡς διαφθείροντας τοὺς νέους. *Romani longe optimi Roma ejecerunt ſophiſtas, ut corruptores juventutis.* Et Senec. conſ. ad Helv. c. 10. *Qui*, Apicius, *in ea urbe, ex qua aliquando philoſophi, velut corruptores juventutis, abire juſſi ſunt, ſcientiam popinæ profeſſus, diſciplina ſua ſeculum infecit.*

5. SENATUSCONSULTUM, ET CENSORIUM EDICTUM hoc exſtat etiam apud Gell. N. A. XV. 11.

6. CAJO FANNIO STRABONE, MARCO.... I. anno ab U. C. 592. *Faſti Capitolini, Caſſiodorus, Pigh. Annal. Roman.* II. *p.* 409.

7. MARCUS POMPONIUS Matho. *Pigh. Annal. Roman.* II. *p.* 409.

8. PRÆTOR forte peregrinus. Juriſdictionem, quam in Urbe obtinuerit, non exprimunt SCti verba. Quia tamen de extraneorum ſcholis adventitiis ad ſenatum retulit, juriſdictionem peregrinam ejus fuiſſe provinciam opinatur *Pigh. Annal. Roman.* II. *p.* 409.

9. QUOD VERBA FACTA SUNT ſingularibus literis, utpote ſollennia ſcribebant veteres hoc modo Q. V. F. S. Sctorum vulgaria erant initia. Cicer. Verr. IV. 64. *Id adeo ex ipſo S. C. cognoſcite. Nam principium ſententiæ perſcribi ſolet, Recita: QUOD VERBA FACTA SUNT DE SEX. PEDUÇAEO. Dicis, qui primi ſuaſerint, decernitur. Refertur deinde de Verre: dic, quæſo, quomodo? QUOD VERBA FACTA SUNT DE C. VERRE.* Briſſon. de Form. II. p. 193.

10. DE EA RE ITA CENSUERUNT: quibus verbis hanc formulam etiam explicat Gellius N. A. XV. 11.

3 *ret, curaretque uti ei e Republica fideque ſua videretur* [11]*, uti Romæ ne eſſent.* De [12] iiſ-
dem interjecto tempore, Cnæus Domitius Ænobarbus, & Lucius Licinius Craſſus
cenſores, ita edixerunt, *Renuntiatum* [13] *eſt nobis eſſe homines qui novum genus diſciplinæ
inſtituerunt: ad quos juventus in ludos conveniat: eos ſibi nomen impoſuiſſe Latinos Rheto-
ras: ibi homines adoleſcentulos totos dies deſidere. Majores noſtri, quæ liberos ſuos diſce-
re, & quos in ludos itare vellent, inſtituerunt. Hæc nova, quæ præter* [14] *conſuetudinem
ac morem majorum fiunt, neque placent, neque recta videntur. Quapropter & iis qui eos
ludos habent, & iis qui eo venire conſueverunt, videtur faciendum ut oſtendamus noſtram
4 ſententiam, nobis non placere* [15]. Paullatim & ipſa utilis honeſtaque apparuit, multi-
5 que eam præſidii cauſa, & gloriæ, appetiverunt. Cicero ad præturam uſque Græ-
ce declamavit: Latine vero ſenior quoque, & quidem Conſulibus Hirtio & Panſa [16];
6 quos *diſcipulos, & grandes prætextatos* [17] vocabat. Cnæum Pompejum, quidam hiſto-
rici

ſed ante illa Statii libri inſerunt *S. CONS.* Quorum recta interpretatio hæc eſt SENATUS CONSULTUS. Quibus ut ſequentia verba congruant, notis ea quoque continuo ita ſcripta fuerint *S. C. D. E. R. I. C.* Sed in ejus explicatione a librariis peccatum eſt, qui plurali, quod ſingulari numero debuerant, interpretati ſunt. Significabatur namque his notis, *Senatus conſultus de ea re ita cenſuit.* Liv. VII. 6. *Poſt tanti prodigii procurationem, eodem anno de Hernicis* conſultus ſenatus, *primo quoque die ferendum ad populum* de bello indicendo Hernicis cenſuit. V. *Caſaubonum*, & *Briſſonium.*

11. UTI EI E REPUBLICA.... plerumque formula erat, qua quid negotii magiſtratibus a ſenatu dabatur. Liv. XXV. 7. *Hæ literæ ad novos conſules allatæ, ac per eos in ſenatu recitatæ ſunt, conſultuſque de his literis ita decrevit ſenatus; militibus qui ad Cannas commilitones ſuos pugnantes deſeruiſſent, ſenatum nihil videre, cur Reſpublica committenda ſit. Si M. Claudio proconſuli aliter videretur, faceret, quod e Republica, fideque ſua duceret.* Plura *Briſſon. de Form.* II. p. 215.

12. DE *edicto* illorum Auctor de cauſ. corr. eloq. 35. 1. *At nunc adoleſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas ſcholaſticorum, qui rhetores vocantur: quos paullo ante Ciceronis tempora exſtitiſſe, nec placuiſſe majoribus noſtris, ex eo manifeſtum eſt, quod L. Craſſo & Domitio cenſoribus cludere, ut ait Cicero, ludum impudentiæ juſſi ſunt.* Imo de eodem ipſe Licinius apud Cicer. de Orat. III. 24. *Rerum eſt ſylva magna, quam cum Græci jam non tenerent, ob eamque cauſam juventus noſtra dediſceret pæne diſcendo, etiam Latini, ſi diis placet, hoc biennio magiſtri dicendi exſtiterunt, quos ego cenſor edicto meo ſuſtuleram, non quo (ut neſcio quos dicere ajebant) acui ingenia adoleſcentium nollem, ſed contra ingenia obtundi nolui, corroborari impudentiam.*

13. RENUNTIARE, & *nuntiare* erant etiam in hoc genere ſollennia verba. Cicer. ad Fam. VIII. 10. *Arabas in provinciam immiſiſſe, eoſque Parthos eſſe, ſenatui renuntiaviſſe.* Gell. N. A. IV. 6. *Ut terram moviſſe nuntiari ſolet, eaque res procuratur: ita in veteribus memoriis ſcriptum legimus, nuntiatum eſſe ſenatui, in ſacrario, in regia, haſtas Martias moviſſe.*

14. PRÆTER I. contra. Auguſt. C. D. I. I. *Quod eis.... præter bellorum morem truculenti barbari pepercerunt.* Terent. Andr. II. 6. 5.

Præter ſpem evenit.

Ubi Donatus. *Præter, pro contra; ut præter ætatem tuam.* Ita Græci uſurpant præpoſitionem παρὰ, ut παρὰ γνώμην. Quod etiam obſervat *Coquæus ad Auguſtinum.*

15. NON PLACERE verba fuiſſe in edictis recepta dixi ſupr. Aug. 44. 8. §. 29.

16. HIRTIUS ET PANSA *conſules* fuerunt anno ab U. C. 710. V. ſupr. Aug. 10. 8. §. 34. Hunc vero populus Romanus vidit turbulentiſſimum, & luctuoſiſſimum: quare etiam eodem anno ſunt omnes exſtincti: Hirtius & Panſa ſupr. Aug. 11. 1. Cicero ſupr. Aug. 26. 2. §. 4. Qui ergo potuit fieri, ut cum iſtis conſulibus Cicero declamaret? Adde quod ne in Urbe quidem, niſi paucos admodum menſes poſt aditum conſulatum Hirtius & Panſa remanſerunt. Nam quum principio anni hoſtis Antonius eſſet judicatus, belli adminiſtrandi provincia Cæſari cum conſulibus demandata, primo vere, aut etiam extrema hyeme, Hirtius & Panſa Roma profecti, nunquam poſtea Urbem viderunt. Quod igitur liberum tempus ad declamandum illis conſulibus fuit? Ipſum quoque Ciceronem in tantis curis ſuis, & graviſſimis pro Republica contentionibus, quarum teſtes ſunt orationes Philippicæ, ad has exercitationes rhetoricas animum potuiſſe convertere, quis putet? In alterius diſcipuli nomine vitio memoriæ lapſus videtur: atque hoc pacto acciderit, ut in ratione temporum tantum deliquerit Suetonius. *Caſaubonus.* * Alia exemplaria hæc exhibent *& quidem conſulibus Hirtio & Panſa.* Quid ſi dixerimus Suetonium ſcripſiſſe: *& quidem cum Hirtio & Panſa.* Exſcriptores vero legiſſe *conſulibus?* Hoc etiam *N. Fabre* placuiſſe legi in ejus notis ad *Senec. Contr. I. Præf.*

17. GRANDES PRÆTEXTATOS hos ſuos diſcipulos vocaſſe Ciceronem annotavit etiam Senec. Controv. præf. *Alioquin in illo atriolo, in quo duos gran-*
des

Digitized by Google

rici tradiderunt, ſub ipſum civile bellum, quo facilius Cajo Curioni, promptiſſimo
juveni, cauſam Cæſaris defendenti, contradiceret, repetiſſe declamandi conſuetudi- 7
nem. Marcum Antonium, item Auguſtum, ne Mutinenſi quidem bello omiſiſſe. 8
Nero Cæſar, & primo imperii anno, publice quoque bis antea declamavit [18]: ple-
rique autem oratorum etiam declamationes ediderunt. Quare magno ſtudio homi- 9
nibus injecto, magna etiam profeſſorum ac doctorum profluxit copia: adeoque flo-
ruit, ut nonnulli ex infima fortuna in ordinem ſenatorium, atque ad ſummos hono-
res proceſſerint. Sed ratio docendi nec una omnibus, nec ſingulis eadem ſemper 10
fuit: quando vario modo quiſque diſcipulos exercuerunt. Nam & dicta præclare, 11
per omnes figuras [19], per caſus [20], & apologos [21], aliter atque aliter exponere: &
narrationes, tum breviter & preſſe, tum latius & uberius explicare conſueverant: in-
terdum Græcorum ſcripta convertere, ac viros illuſtres laudare, vel vituperare: quæ-
dam etiam ad uſum communis vitæ inſtituta, tum utilia & neceſſaria, tum pernicio-
ſa & ſupervacanea oſtendere: ſæpe fabulis fidem firmare, aut hiſtoriis demere, quod
genus θέσεις & ἀνασκευὰς & κατασκευὰς Græci vocant: donec ſenſim hæc exoleve-
runt, & ad controverſiam [22] ventum eſt. Veteres controverſiæ aut ex hiſtoriis 12
trahe-

des prætextatos ait ſecum declamare ſolitos, potui illud ingenium cognoſcere. Hi videntur fuiſſe Hirtius, & Dolabella. Cicer. ad Fam. IX. 16. *Hirtium ego & Dolabellam dicendi diſcipulos habeo, cœnandi magiſtros. Puto enim te audiſſe illos apud me declamitare, me apud eos cœnitare.* Hi non eo anno, quem dicit noſter, ſed triennio prius, itare ad Ciceronem, & illud atriolum celebrare ſoliti: quando M. Tullius Cæſare belli civilis reliquias perſequente, inter ſpem metumque pendens animi, foro, & curia ſe abſtinens, ac domi plurimum continens, inglorium ſuum otium literarum ſtudiis ſolabatur. Ita de hoc vitæ genere & tempore ipſe ad Famil. VII. 33. *Quod declamationibus noſtris cares, damni nihil facis. Quod Hirtio invideres, niſi eum amares, non erat cauſa invidendi: niſi forte ipſius eloquentiæ magis, quam, quod me audiret, invideres.... Ego vero multam ſalutem & foro dicam, & curiæ: vivamque tecum multum, & cum communibus noſtris amatoribus.* IX. 18. *Cum eſſem otioſus in Tuſculano, propterea quod diſcipulos obviam miſeram, ut iidem me quam maxime conciliarent familiari ſuo: accepi tuas literas pleniſſimas ſuavitatis: ex quibus intellexi, probari tibi conſilium meum; quod, ut Dionyſius tyrannus cum Syracuſis expulſus eſſet, Corinthi dicitur ludum aperuiſſe; ſic ego ſublatis judiciis, amiſſo regno forenſi, ludum quaſi habere cœperim.*

18. NERO.... DECLAMAVIT. Sententia eſt, Neronem privatim declamaſſe, & ante imperium ſæpius, & primo etiam imperii anno aliquoties, publice vero bis tantum, idque ante imperium. Noſt. ſupr. Ner. 10. 9. *Caſaubonus.*

19. FIGURAS, σχήματα ac fortaſſe *figuratas* intelligit controverſias, de quibus Quintil. Inſt. IX. 2. *Jam ad id genus, quod frequentiſſimum eſt, & exſpectari maxime credo veniendum eſt: in quo per quandam ſuſpicionem, quod non dicimus, accipi volumus: non utique contrarium, ut in εἰρωνείᾳ, ſed aliud latens, & auditori quaſi inveniendum: quod jam fere ſolum ſchema a noſtris vocatur, & male controverſiæ figuratæ dicuntur. Ejus triplex uſus eſt. Unus, ſi dicere palam parum tutum eſt. Alter, ſi non decet. Tertius, qui venuſtatis modo gratia adhibetur, & ipſa novitate, ac varietate magis, quam ſi relatio ſit recta, delectat. Ex his quod eſt primum, frequens in ſcholis eſt.* Noſt. infr. 6. 6. V. & *Statium.*

20. CASUS, quos deſcribit Quintil. Inſtit. V. 10. *Caſus, qui & ipſe præſtat argumentis locum, ſine dubio eſt ex inſequentibus, ſed quadam proprietate diſtinguitur: ut ſi dicam, melior dux Scipio quam Annibal: vicit Annibalem. Bonus gubernator nunquam fecit naufragium.*

21. APOLOGUS eſt fabula, qua inducuntur bruta animalia loqui. Quintil. Inſtit. V. 11. *Illæ quoque fabulæ, quæ nomine Æſopi maxime celebrantur, ducere animos ſolent, præcipue ruſticorum, & imperitorum: qui & ſimplicius, quæ ficta ſunt, audiunt, & capti voluptate, facile iis, quibus delectantur, conſentiunt. Siquidem & Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiam traditur reduxiſſe nota illa de membris hominis adverſus ventrem diſcordantibus fabula. Et Horatius, in poemate humilem generis hujus uſum putavit in illis verſibus,*

Olim quod vulpes ægroto cauta leoni....

Gell. N. A. II. 29. *Æſopus ille e Phrygia fabulator haud immerito ſapiens exiſtimatus eſt: quum quæ utilia moribus, ſuaſuque erant, non ſevere, non imperioſe præcepit, & cenſuit, ut philoſophis mos eſt, ſed feſtivos, delectabileſque apologos commentus, res ſalubriter, ac proſpicienter animadverſas, in mentes, animoſque hominum cum audiendi quadam illecebra induit. Velut hæc ejus fabula de avicula nidulo lepide atque jucunde præmonet, ſpem, fiduciamque rerum, quas efficere quis poſſit, haud unquam in alio, ſed in ſemetipſo habendam....*

 22. CON-

trahebantur: ſicut ſane nonnullæ uſque adhuc :- aut ex veritate, ac re, ſi qua forte
recens accidiſſet. Itaque locorum etiam appellationibus adjectis, proponi ſolebant [23].
13 Sic certe collectæ editæque ſe habent: ex quibus non alienum fuerit unam & alte-
ram, exempli cauſa, ad verbum referre. *Æſtivo tempore adoleſcentes urbani cum O-
ſtiam veniſſent, littus ingreſſi, piſcatores trahentes rete adierunt: & pepigerunt, bolum
quanti emerent* [24]*: nummos ſolverunt: diu expectaverunt, dum retia extraherentur: ali-
quando extractis, piſcis nullus infuit, ſed ſporta auri obſuta. Tum emptores bolum ſuum
ajunt, piſcatores ſuum. Venalitii* [25] *quum Brundiſii gregem venalium e navi educerent, for-
moſo & pretioſo puero, quod portitores* [26] *verebantur, bullam & prætextam togam impoſue-
re* [27] *: facile fallaciam celarunt. Romam venitur, res cognita eſt: petitur* [28] *puer, quod
14 domini voluntate fuerit liber* [29] *, in libertatem.* Olim autem eas appellatione Græca
15 *συντάξεις* [30] vocabant; mox controverſias [31] quidam, ſed aut fictas, aut judiciales. Il-
luſtres profeſſores, & quorum memoria aliqua exſtet, non temere alii reperientur
quam de quibus tradam [32].

22. CONTROVERSIAS *veteres*, & *novas* deſcripſit Senec. ſupr. Aug. 84. 2. §. 3.

23. LOCORUM.... ut jam prope fierent *ὑποθέσεις*. *Statius.*

24. EMERE BOLUM Græcum eſt, *βόλον πρίασθαι*, *jactum emere.* Valer. Max. IV. 1. 7. ext. *A piſcatoribus in Mileſia regione verriculum trahentibus, quidam jactum emerat. Extracta deinde magni ponderis aurea menſa Delphica orta controverſia eſt: illis piſcium ſe capturam vendidiſſe affirmantibus, hoc fortunam tractus ſe emiſſe dicente.*

25. VENALITII ſunt ſervorum venalium venditores. V. ſupr. Aug. 42. 4. §. 10.

26. PORTITORES *dicuntur telonarii, qui portum obſidentes omnia ſciſcitantur, ut ex eis vectigal accipiant. M. Tull. de Republ.* IV. *Nolo enim eundem populum imperatorem, & portitorem eſſe terrarum.* Nonius I. 65.

27. BULLAM, ET PRÆTEXTAM..... ut conditionem ejus diſſimularent liberorum puerorum habitu induti. *Bullam* ſupr. Cæſ. 84. 7. §. 49. & *prætextam* ſupr. Cæſ. 1. 1. §. 13. deſcriptas invenies. Ita *mango novitium puerum per publicanos trajecit prætextatum*, i. in prætexta quaſi liberum & ingenuum traduxit, ut fraudem publicanis faceret, ut pro *per publica roſtra jecit* Ruben. Elect. 1. 16. recte monet legendum eſſe, apud Quintil. Declam. 340.

28. PETITUR i. aſſeritur, vindicatur, *dicitur liber*, ut Quintil. Declam. 340.

29. QUOD DOMINI VOLUNTATE FUERIT LIBER. Nam *qui voluntate domini in libertate fuerit, liber erit.* Quintil. Declam. 340. & 342.

30. *Συντάξεις.* Mavult *συνθέσεις* Schott. Obſerv. IV. 7. Et pro illo *θέσεις* Gronovius. Sic enim illas appellare ſolent rhetores. Cicer. in Topic. c. 21. *Quæſtionum duo ſunt genera: alterum infinitum, alterum definitum. Definitum eſt, quod ὑπόθεσιν Græci, nos cauſam. Infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propoſitum poſſumus nominare.* Seneca ſupr. Aug. 84. 1. §. 3.

31. CONTROVERSIAS, quarum exempla exhibent Seneca & Quintilianus.

32. QUAM DE QUIBUS TRADAM, & de quibus *tradidiſſe* noſtrum, quia, quæcunque de claris rhetoribus in Euſebii Chronico adnotavit, ea ab hoc ſcriptore mutuatus fuerit Hieronymus, putant eruditi. Sunt autem

I. L. CESTIUS PIUS, de quo Chronicon ad a. 2004. in a. Auguſti 31. *Ceſtius Smyrnæus rhetor Latine Romæ docuit.* Quia Smyrnæus, ideo *Græcum hominem* eum vocat M. Senec. Controv. 16. *Soleo dicere vobis, Ceſtium Latinorum, verborum inopia hominem Græcum laboraſſe, ſenſibus abundaſſe.* De eo plura paſſim apud Senecam. V. *Scalig. Anim. in Euſeb. p.* 157.

II. M. PORCIUS LATRO, de quo Chronicon ad a. 2013. in a. Auguſti 40. *M. Porcius Latro Latinus declamator tædio duplicis quartanæ ſemet interficit.* De illo ſæpius Seneca.

III. L. STATIUS URSULUS, de quo Chronicon ad a. 2074. in a. Neronis 3. *Statius Surculus Toloſenſis in Galliis celeberrime rhetoricam docet.* Eſt legendum *L. Statius Urſulus.* Non eſt enim *Statius Papinius* poeta Neapolitanus, licet ſuperſint *Statii* ſcripti codices, in quibus & lemma *Statii Surculi* nomen præfert, & vita ſub eodem nomine legitur. V. *Scalig. Anim. p.* 177. & *Gevart. Diatrib. in Statii Sylv. præmiſſa.*

IV. P. CLODIUS QUIRINALIS, de quo Chronicon ad a 2060. in a. Claudii 4. *Clodius Quirinalis rhetor Arelatenſis Romæ inſigniſſime docet.*

V. M. ANTONIUS LIBERALIS, de quo Chronicon ad a. 2064. in a. Claudii 9. *M. Antonius Liberalis Latinus rhetor graviſſimas inimicitias cum Palæmone exercet.* Hunc eſſe, cujus *Μεταμορφώσεων συναγωγὴ* hodie exſtat, putat *Caſaubonus*, negat *Scalig. Anim. in Euſeb. p.* 176.

VI. SEX. JULIUS GABINIANUS, de quo Chronicon ad a. 2092. in a. Veſpaſiani 8. *Gabinianus celeberrimi nominis rhetor in Gallia docuit.* Hujus meminit etiam Hieron. præfat. VIII. in Eſaiam. *Qui ſi flumen eloquentiæ, & concinnas declamationes deſiderant, legant Tullium,*

Digitized by Google

Tullium, *Quintilianum*, *Gallionem*, *Gabianum*. V. *Scalig. Anim. in Euſeb. p.* 184.

Hiſce, ſed de illis nihil Chronicon, *Q. Curtium Ruſum*, *L. Valerium Primanum*, *Virgilium Flavum*, *M. Fabium Quintilianum*, *& Julium Tironem*, addit uterque liber manuſcriptus *Achillis Statii*, addit quoque in laterculo ſuo *Iſaacus Caſaubenus*.

CAPUT II.

ARG. *Latine docet*, *& quia inflatus*, *levis*, *& ſordidus*, *hordearius rhetor appellatur Lucius Plotius Gallus.*

Lucius Plotius Gallus [1]. De hoc Cicero [2] ad Marcum Titinnium [3] ſic refert: *E-* 1
quidem memoria teneo, *pueris nobis primum Latine docere cœpiſſe Lucium Plotium*
quendam: ad quem quum fieret concurſus, *quod ſtudioſiſſimus quiſque apud eum exercere-*
tur: dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctiſſimorum hominum auctoritate:
qui exiſtimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia poſſe. Hunc eundem (nam diu- 2
tiſſime vixit) M. Cælius in oratione [4], quam pro ſe de vi habuit, ſignificabat dictaſ-
ſe Atracino accuſatori [5] ſuo actionem: ſubtractoque nomine, *hordearium* [6] *eum rheto-*
rem appellat, deridens ut inflatum [7], ac levem, & ſordidum.

Lucii Plotii Galli meminit Varro. Nonius II. 85. *Varro Manio. Vinicius meus*, *quod apud Plotium rhetorem bubulcitaret*, *alteri in dolore non defuit.* Et de illo Hieron. in Chron. Euſeb. ad a. 1929. *Plotius Gallus primus Romæ Latinam rhetoricam docuit: de quo Cicero ſic refert: Memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cœpiſſe Plotium quendam.* De geſtu ſcripſit. Quintil. Inſt. Orat. XI. 3. *Idque ut fiat*, *qui de geſtu ſcripſerunt circa tempora illa*, *Plotius Nigidiuſque præcipiunt.* Titulum capiti præpoſuerat Suetonius, *L. Plotius Gallus.* Cui conſequentia attexit. Et eodem verſu, & contextu titulos poni ſolitos, ut in epiſtolis etiam ſolebant eorum, ad quos ſcribebant, nomina ponere, ſe credere dicit *Statius.*

2. Cicero, & ex *Cicerone* Senec. Controv. II. procem. *Nam primus omnium Latinus rhetor Romæ fuit*, *puero Cicerone*, *Plotius.* Quintil. Inſtit. IV. 2. *Latinos vero dicendi præceptores extremis L. Craſſi temporibus cœpiſſe*, *Cicero auctor eſt: quorum inſignis maxime Plotius fuit.* Hieron. ſupr. §. 1.

3. Ad Marcum Titinnium hæc, quæ ſcripſit Cicero, ſoli Suetonio debemus.

4. Oratio, quam pro ſe habuit Cœlius, etiam intercidit.

5. Atracinum accusare *Cœlium* dicit etiam Hieron. in Chron. Euſeb. ad a. 1996. in a. Auguſti 23. *Atracinus*, *qui ſeptemdecim natus annos Cœlium accuſaverat; clarus inter oratores habetur.* De illo ſæpius Cicero oratione pro Cœlio, maxime c. 1. & 3.

6. Hordearium appellat Atracinum rhetorem Cœlius, tranſlata voce a pane. Panis præcipuum eſt omnium alimentorum fundamentum. Panes omnium optimi ſunt *triticei*, πύρινοι, vel αὐτόπυροι, minus laudabiles κρίθινοι & *hordeacei.* Minus enim alit *hordeum* quam *triticum.* Galen. de facult. alim. I. Οἱ παλαιοὶ καὶ τοῖς στρατευομένοις ἄλφιτα παρεσκεύαζον, ἀλλ' ὅτι γε νῦν τὸ Ῥωμαίων στρατιωτικὸν ἀλφίτοις χρῆται, κατεγνωκὸς αὐτῶν ἀσθένειαν, ὀλίγην γὰρ τροφὴν δίδωσι τῷ σώματι. *Veteres quoque militibus apparabant farinam hordeaceam*, *ſed Romanorum exercitus non utitur hordeo*, *damnata ejus imbecillitate*, *modicum enim alimentum præbet corpori.* Poteſt & ad rem militarem eſſe reſpectus: nam inter ignominias militares erat *hordeo* paſci, ut me dixiſſe memini ſupr. Aug. 24. 5. §. 17. Talem *ſtrigoſum* vocat Cicer. de Clar. Orat. c. 16. *Verum eſt certe genere toto ſtrigoſior*, *ſed habet tamen ſuos laudatores.* V. *Caſaubonum*, *Douz. Append. Succid. c.* 4. * *Ordinarium*, quod veteres omnes hic habere dicit, legendum eſſe contendit, & ex Feſto *ſcurram* interpretatur Salmaſ. in Tertull. pall. p. 335.

7. Ut inflatum. Recte: alimenta enim ex hordeo facta *inflant.* Dioſcor. II. 108. Ἔστι καὶ κριθὴ φυσώδης. *Hordeum eſt flatulentum.*

CAPUT III.

ARG. *Servit*, *manumittitur*, *docet*, *& hiſtorias ſcribit Lucius Octacilius Pilitus.*

Lucius Octacilius Pilitus [1] ſerviſſe dicitur, atque etiam oſtiarius [2], veteri more [3], 1
in

L. Octacilius Pilitus, de quo, quamvis corruptiſſime exaratum ſit, Hieron. in Chron. Euſeb. ad a. 1936. *Vultacilius Plotus Latinus rhetor*, *Cn. Pompeji libertus*, *& doctor ſcholam Romæ aperuit.* V. *Scalig. Anim. p.* 139. *Voſſ. de Hiſtor. Lat.* I. 9. *Spanhem. de numiſm. diſſ.* 9. *p.* 635.

2. Ostia-

in catena [4] fuiſſe: donec ob ingenium ac ſtudium literarum manumiſſus, accuſanti
2 patrono ſubſcripſit [5]. Deinde Rhetoricam profeſſus, Cnæum Pompejum Magnum docuit; patris ejus res geſtas, nec minus ipſius, compluribus libris expoſuit: primus omnium libertinorum, ut Cornelius Nepos [6] opinatur, ſcribere hiſtoriam orſus, non niſi ab honeſtiſſimo [7] quoque ſcribi ſolitam.

2. Ostiarius, ſervus, qui limen obſervabat. Ovid. Faſt. I. 138.

Janitor egreſſus, introituſque videt.

Unde Aſtaphium apud Plaut. Truc. II. I. 43.

Ecquis huic tutelam janua gerit?

Illum *clauſtritumum*, quod *clauſtris janua præeſſet*, *in Proteſilaodamia dixit Levins* apud Gell. N. A. XII. 10. Et *puerum ab janua* Nepos Hann. 12. 4. *Puer ab janua proſpiciens Hannibali dixit....* V. *Wouwer. in Petron. p.* 407. *Pignor. de Serv. p.* 444.

3. Veteri more, quæ verba indicant, non ita factum fuiſſe ætate Suetonii. Pignor. p. 448. Sed Suetonio non accedunt Barth. Adv. IV. I. & Sagittar. de jan. c. 16. §. 20. quia ſuo ævo adhuc illum *morem* agnoſcere videtur Senec. de ira III. 37. * Ubi hæc ſcribit. *Iratum vidiſti amicum tuum oſtiario cauſidici alicujus, aut vidiſti, quod intrantem ſummoverat, & ipſe pro illo iratus extremo mancipio fuiſti? Iraſceris ergo catenario cani? & hic cum multum latravit, objecto cibo manſueſcit. Extremum mancipium* vocat janitorem talem, nulli videlicet rei aptum, qua catenarius etiam canis aliquis defungi valeat. Senſus interrogationis Annæi videtur hic eſſe. Non utique iraſceris catenario cani latranti: non ergo etiam ſuccenſe catenato janitori, qui nihil aliud didicit, quam importune ſe gerere. Adeoque non eſt, inquit Sagittarius, cur in hoc loco aſſentiamus Voſſio qui Inſt. Orat. IV. 6. 3. per canem catenarium vere deſignari putat janitorem. Quod tamen nos olim cum Voſſio putaſſe non diffitemur.

4. In catena I. *catenatum. Catenati* enim I. *catenis* ad oſtium religati erant oſtiarii. Ovid. Amor. I. 6. I.

Janitor indigne dura religate catena,
Difficilem moto cardine pande forem.

Colum. præf. I. *An putem fortunatius a catenato repulſum janitore ſæpe nocte ſera foribus ingratis adjacere?* Et *catenæ impedimenta* ſunt janitoris, quæ dicit Afranius Vopiſco apud Feſtum in tintinnire, & Nonium I. 188.

Tintinnire janitoris impedimenta audio.

V. quoque *Muret. V. L.* XVI. 10. *Brod. Miſc.* IV. 3. *Revard. Var.* V. 20. *Popm. de Serv. p.* 133. *Pignor. de Serv. p.* 444. *Sagitt. de jan. c.* 16. §. 19.

5. Subscripsit I. judicium, actionem dictavit. Ita *Atracino accuſanti actionem dictavit* Lucius Plotius ſupr. 2. 2. *Subſcriptores* eſſe, qui accuſationi ejus, qui rei nomen detulerat, *ſubſcribunt*, dicunt icti. Hos conſule.

6. Cornelii Nepotis liber, quo hæc ſcripſit, ad noſtra tempora non pervenit.

7. Honestos ſervis opponit etiam Plinius ſupr. Ner. 53. I. §. I.

CAPUT IV.

ARG. *Calumnia notatur, docendi ludum aperit, & ortum ſuum jactat Epidius.*

1 Ad id tempus Epidius [1] calumnia notatus [2], ludum docendi aperuit: docuitque
2 inter cæteros Marcum Antonium & Auguſtum. Quibus quondam Cajus Canutius, objicientibus ſibi, quod in Republica adminiſtranda potiſſimum conſularis [3] Iſaurici ſectam ſequeretur, *Malle*, reſpondit, *Iſaurici eſſe diſcipulum*, *quam E-*
3 *pidii calumniatoris.* Hic Epidius ortum ſe ab Epidio Nuncione prædicabat: quem ferunt olim præcipitatum in fontem fluminis Sarni [4], paullo poſt cum cornibus extitiſſe,

Epidius fortaſſe ille eſt, cujus commentarios laudat Plin. XVII. 25. *Qualibus oſtenſis ſcatent apud nos C. Epidii commentarii, in quibus arbores locuta quoque reperiuntur.* Conſentit in hoc temporis ratio, & profeſſio hominis. *Reineſ. Epiſt. ad Rupert.* 64.

2. Calumnia notatus I. foro ob *calumniam* admiſſam motus.

3. Consul *Iſauricus* fuit cum Cajo Julio Cæſare II anno ab U. C. 705. & cum L. Antonio anno ab U. C. 712. V. *Faſtos Capitolinos*, *Caſſiodorum*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 445. 483.

4. Sarnus fluvius eſt Campaniæ. Virg. Æn. VII. 738.

Sarraſtes populos, & quæ rigat æquora Sarnus.

Ubi Servius. *Sarraſtes populi ſunt Campaniæ a Sarno fluvio. Conon in eo libro, quem de Italia ſcripſit, quoſdam Pelaſgos, aliosque ex Peloponneſo convenas ad eum locum Italiæ veniſſe dicit, cui nullum antea nomen fuerit, & fluvio, quem incolerent, Sarno nomen impoſuiſſe ex appellatione patrii fluminis; & ſe Sarraſtes appellaſſe.* Strab. V. p. 170. Ὄσκοι δὲ εἶχον καὶ ταύτην, καὶ

ſtitiſſe [5], ac ſtatim non comparuiſſe, in numeroque deorum habitum.

καὶ τὴν ἑξῆς Πομπαίαν, ἣν παραῤῥεῖ ὁ Σάρνος ποταμός. Hoc, Herculanium, *& quod proxime ſequitur, & Sarno amne alluitur, Pompejes tenuerant olim Oſci.* Hodie accolis vocatur *Sarno*, ut docet *Cluver. Ital. antiq.* IV. 3. 12.

5. EXSTITISSE i. flumine Sarno emerſiſſe.

CAPUT V.

ARG. *Latine, Graecaque eloquentia profeſſor, male oculatus, dicax eſt, & ab Antonio conſule congiarium accipit Sextus Clodius.*

Sextus Clodius e Sicilia, Latinæ ſimul Græcæque eloquentiæ profeſſor, male ocu- 1
latus [1], & dicax: par oculorum in amicitia Marci Antonii triumviri [2] exſtitiſ-
ſe [3] ſe ajebat. Ejuſdem uxorem Fulviam [4], cui altera bucca inflatior [5] erat, *acumen* 2
ſtyli tentare [6] dixit, nec eo minus, imo vel magis ob hoc, Antonio gratus. A quo 3
mox Conſule [7] ingens etiam congiarium [8] accepit: ut ei in Philippicis [9] Cicero ob-
jicit. *Adhibes joci cauſa magiſtrum ſuffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem: cui* 4
conceſſiſti, ut in quem vellet, diceres; ſalſum [10] *omnino hominem: ſed materia facilis, in*
te & in tuos dicta dicere. At quanta merces rhetori eſt data, audite, Patres Conſcripti [11], 5
& cognoſcite Reipublicæ vulnera: duo millia jugerum campi Leontini [12] *Sexto Clodio rhe-*
tori adſignaſti, & quidem immunia: ut tanta mercede nihil ſapere diſceres.

MALE OCULATUS eſt, qui *oculos* habet minus perſpicaces, vel etiam diſtortos. Ita enim *male pedatum* dixit ſupr. Oth. 12. 2.

2. TRIUMVIRUM *Antonium* V. ſupr. Aug. 27. 1. §. 1.

3. EXSTITISSE muto in *extriſſe*, quia in vet. impr. & in duobus MSS *extricte* legitur. *Extriſſe* i. extriviſſe, quod eſt conſumpſiſſe, ac diſperdidiſſe, a verbo *extere*. Itaque ſe libidine, & luſtris cum Antonio ſocio & conſcelerato perdidiſſe oculos ſignificat, & Antonium ſic notat. *Statius.*

4. FULVIAM *uxorem* Antonii V. ſupr. Aug. 62. 1. §. 6.

5. INFLATIOR i. craſſior. *Inflare* proprie eſt turgefacere. Quod tranſlatum a folle, qui flatu turgeſcit. Ita *inflandis tibiis bucculas diſtendunt* tibicines apud Arnobium ſupr. Galb. 4. 3. §. 10.

6. ACUMEN STYLI TENTARE, quia *ſtylo* medici inflationes fodiebant. In quo jocus. *Tentare aciem* dicit noſter ſupr. Ner. 49. 3. *Statius.*

7. CONSUL *Antonius* fuit anno ab U.C. 709. cum C. Julio Cæſare. *Faſti Capitolini* & *Caſſiodorus.* V. ſupr. Cæſ. 79. 2. §. 14.

8. CONGIARIUM quid V. ſupr. Cæſ. 27. 2. §. 13.

9. PHILIPPICA II. 17.

10. SALSUM i. dicacem. Quid *ſales* dixi ſupr. Veſp. 23. 3. §. 12.

11. PATRES CONSCRIPTI quinam fuerint V. ſupr. Cæſ. 78. 2. §. 3.

12. CAMPI LEONTINI in Sicilia ſunt. De origine urbis *Leontinorum* Thucyd. VI. p. 412. A. *Θουκλῆς δὲ καὶ οἱ Χαλκιδῆς ἐξ Νάξου ὁρμηθέντες ἔτει πέμπτῳ μετὰ Συρακούσας οἰκισθείσας, Λεοντίνους τε, πολέμῳ τοὺς Σικελοὺς ἐξελάσαντες, οἰκίζουσι. Verum Thucles atque Chalcidenſes, Naxo profecti anno quinto poſt conditas Syracuſas, Leontinos, pulſis bello Siculis condunt.* Ejus ſitum deſcribit Polyb. VII. 1. *Campi* ab urbe ſiti ſunt verſus ſeptemtriones ad Teriam flumen, omnium totius inſulæ feraciſſimi. Polybius. *Δύο δ' ἔχει πυλῶνας ἡ πόλις, ὧν ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ πρὸς μεσημβρίαν πέρατος ἐστὶν ἐν προειρημένου αὐλῶνος, φέρων ἐπὶ Συρακούσας: ὁ δ' ἕτερος ἐπὶ τοὺς πρὸς ἄρκτους, ἄγων ἐπὶ τὰ Λεοντῖνα καλούμενα πεδία, καὶ τὴν γεωργήσιμον χώραν. Portæ oppidi ſunt duæ: una, quæ ab extremo dictæ convallis meridionali Syracuſas ducit: altera, quæ ab extremo ſeptemtrionibus obverſo ad campos fert, quos vocant Leontinos, & agrum coli aptum.* De illis, & illorum fertilitate Cicer. Verr. III. 46. 47. Et ex recentioribus Cluver. Sicil. ant. I. 10. 4. & 6.

CAPUT VI.

ARG. *Novariæ jus dicens pedibus e tribunali detrahitur, Romam contendit, in Planci oratoris contubernium recipitur, propria auditoria inſtituit, vario genere declamat, cauſas, verum rarius, agit, & Novariam reverſus mori deſtinat, ciboque abſtinet Cajus Albutius Silus.*

Zzzzzz Cajus

1 Cajus Albutius Silus [1] Novarienſis [2], quum ædilitate [3] in patria fungeretur, quum
forte jus diceret, ab iis, contra quos pronuntiabat, pedibus e tribunali detra-
2 ctus eſt. Quod indigne ferens, ſtatim contendit ad portam, & inde Romam: re-
ceptuſque in Planci [4] oratoris contubernium: cui declamaturo mos erat, prius ali-
quem, qui ante diceret, excitare: ſuſcepit eas partes, atque ita implevit, ut Plan-
3 co ſilentium imponeret [5], non audenti in comparationem ſe dimittere. Sed ex eo
clarus, propria auditoria inſtituit, ſolitus propoſita controverſia ſedens incipere, &
4 calore demum provectus conſurgere, ac perorare. Declamabat autem genere vario:
modo ſplendide atque adornate: tum, ne uſquequaque ſcholaſticus [6] exiſtimaretur [7],
5 circumciſe [8] ac ſordide, & tantummodo trivialibus [9] verbis. Egit & cauſas, verum
rarius, dum ampliſſimam quamque ſectatur, nec alium in ulla locum, quam pero-
6.7 randi [10]. Poſtea renuntiavit foro [11], partim pudore, partim metu. Nam quum in
lite quadam centumvirali [12], adverſario, quem, ut impium erga parentes, inceſſe-
bat, jusjurandum [13] quaſi per figuram [14] ſic obtuliſſet: *Jura per patris matriſque cine-*
res,

SILUS, qui *Silo* dicitur Hieron. in Chron. Euſeb. ad a. 2011. in a. Auguſti 38. *Albutius Silo Novarienſis clarus rhetor agneſcitur.* Ex *Silius* Senec. Controv. I. I. *Albutii Silii. Tollite veſtras divitias.....* De illo ſæpius *Seneca.*

2. NOVARIENSES *Novariæ* incolas etiam vocat Plin. XVII. 23. *Novarienſis agricola traducum turba non contentus.....* *Novariam* in *Italia Tranſpadana* collocat Plin. III. 17. & inter ejus municipia recenſet Tacit. Hiſt. I. 70. 3. *Et ut donum aliquod novo principi firmiſſima Tranſpadanæ regionis municipia, Mediolanum, ac Novariam, & Eporediam, & Vercellas adjunxere.* Hodie dicitur *Novara*, & *Navara.* Ex recentioribus V. *Cluver. Ital. ant.* I. 23. 16. *Introd. Geogr.* III. 25. I. *Merul. Gall. Ciſalp.* I. 2.

3. ÆDILIS nomine nonnullæ civitates magiſtratum ſuum nuncupabant. Diſerte Tullius de municipio ſuo Arpino ad Famil. XIII. II. *Conſtituendi municipii cauſa, hoc anno ædilem filium meum fieri volui.* In municipiis *ædiles* vocant Perſ. I. 130.

Fregerit heminas Areti ædilis iniquas.

Juven. X. 101.

—— *vaſa minora*

Frangere pannoſus vacuis ædilis Ulubris?

Cui & ſummi ſunt *ædiles* III. 179.

Sufficiunt tunicæ ſummis ædilibus albæ.

V. *Chimont. Biſell. c.* 6. *Sigon. de jur. Ital.* II. 8.

4. PLANCI *Lucii Munatii*, de quo Hieron. in Chron. Euſeb. ad a. 1992. in a. Auguſti 19. *Munatius Plancus Ciceronis diſcipulus orator habetur inſignis.*

5. PLANCO SILENTIUM IMPONERET, ut Arnob. I. p. 27. *Imponit ſilentium vatibus.*

6. SCHOLASTICUM appellabant, qui in umbra circa fictas hypotheſes ſe occuparet. Plin. Epiſt. II. 3. *Annum ſexageſimum exceſſit: & adhuc ſcholaſticus tantum eſt: quo genere hominum nihil aut ſimplicius, aut ſincerius, aut melius. Nos enim, qui in foro, veriſque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiſcimus. Schola, & auditorium, & ficta cauſa, ita res inermis innoxia eſt.* Eundem *rhetorem* vocabant. Auctor de cauſis corruptæ eloquentiæ ſupr. I. 3. §. 12.

7. NE EXISTIMARETUR *ſcholaſticus.* Senec. Contr. præf. III. *Albutius, non quomodo non eſſet ſcholaſticus, quærebat, ſed quomodo non videretur.*

* 8. CIRCUMCISE I. ſublato ornatu, quo commendari poſſit oratio. Plin. Epiſt. I. 20. 4. *Quorum ſane plurimæ ſunt circumciſæ & breves* orationes. Macrob. Sat. V. I. *Contra ille breviter & circumciſe dicere affectat.*

9. TRIVIALE quid, dixi ſupr. Aug. 74. 6. §. 15. Ut vero *ſordido triviale* jungit, ita & Arnob. I. p. 35. *Trivialis & ſordidus ſermo eſt.*

10. PERORATIO, ſive epilogus acris eſſe debet, ut relinquat aculeos in animis auditorum. Cicer. Topic. c. 26. *Peroratio autem & alia quædam habet, & maxime amplificationem: cujus effectus is debet eſſe, ut aut perturbentur animi, aut tranquillentur: & ſi jam affecti ante ſunt, ut augeat eorum motus, aut ſedet oratio.* Hac in re plurimum valebat Cicero, ut admittit ipſe Hortenſius, de quo ad hunc modum apud Cicer. de Clar. Orat. c. 51. Brutus. *De te quid optarent rei, quod ipſe Hortenſius judicaret, videbamus: qui quum partiretur tecum cauſas, (ſæpe enim interfui) perorandi locum, ubi plurimum pollet oratio, ſemper ſibi relinquebat.* Et ſe valere jactat in Orat. c. 37. *Miſerationibus & ſum uſus pluribus, quod etiam ſi pluribus dicebamus, perorationem mihi tamen omnes relinquebant.* Et has partes, ut ingenio ſuo convenientes, Albutius ſibi depopoſcit.

11. RENUNTIAVIT FORO, ut *multam ſalutem foro & curiæ dicis* Cicer. ad Fam. VII. 33.

12. LITEM CENTUMVIRALEM V. ſupr. Aug. 36. I. §. 10.

* 13. JUSJURANDUM, quod etiam Seneca totidem pæne verbis deſcribit Contr. III. 15. V. illum ſi vacas.

* 14. FIGURAM, de qua Quintil. Inſtit. IX. 2. *Utilis etiam aliquando diſſimulatio eſt, ut in eo, qui cum eſſet contra eum dictum, jura per patroni* (*patris* cum

Schotto

res, qui inconditi jacent: [15] & alia in hunc modum; arripiente eo conditionem, nec judicibus aſpernantibus, non ſine magna ſui invidia negotium afflixit [16]. Et rurſus in cognitione cædis, Mediolani [17] apud Lucium Piſonem proconſulem, defendens reum, quum, cohibente lictore [18] nimias laudantium voces, ita excanduiſſet, ut & deplorato Italiæ [19] ſtatu, quaſi iterum in formam provinciæ [20] redigeretur: Marcum inſuper Brutum, cujus ſtatua in conſpectu erat, invocaret, *legum ac libertatis auctorem & vindicem*, pæne pœnas luit. Jam autem ſenior ob vitium vomicæ [21] Nova- 8
riam rediit: convocataque plebe, cauſis, propter quas mori deſtinaſſet, diu, ac more concionantis, redditis, abſtinuit cibo.

Schotto ad Senecæ Contr. III. 15. legimus) *tui cineres, paratum ſe eſſe reſpondit: & judex conditione uſus eſt, clamante multum advocato, ſchemata de rerum natura tolli.*

15. JURA PER PATRIS.... Ad hunc modum inſtituitur jusjurandum apud Prop. IV. 12. 37.

Teſtor majorem cineres tibi, Roma, colendos.

& Virg. Æn. II. 431.

Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Teſtor.

Ubi plura *Lacerda.* V. etiam *Guther. de Jur. Man.* II. 4. *Paſſerat. in Prop.* II. 16. 15.

16. NEGOTIUM AFFLIXIT i. cauſam perdidit. Ita *rem affligere vituperando* dicit Cicer. de Clar. orat. c. 12.

17. MEDIOLANUM V. ſupr. Aug. 20. 3. §. 14.

* 18. COHIBENTE LICTORE, quia adeo effuſe & immoderate dicentibus aut recitantibus acclamaverant interdum auditores, ut Magiſtratuum auctoritate *cohiberi* neceſſe fuerit. Docet hoc Eunapius in Juliano Edit. Caſaub. p. 98. Cum enim Julianus cauſam apud Judices publice dicturus dicendi veniam impetraſſet, proconſul exclamavit: Οὐδὲ κροτήσει τις τῶν μαθητῶν τοῦ λέγοντος. *Neque diſcipulorum quiſquam dicenti plaudet.* Meminit idem interdicti proconſularis, quod tanquam Jovis fulmen veriti fuerint, qui Proæreſium dicentem effuſius laudaturi fuiſſent non inhibiti ibidem p. 100. Τῷ ἀδυνάτῳ καταπεπληγμένῳ καὶ τὸ ζέϛος τῶν λέξεων, καὶ τὴν εὐκολίαν καὶ τὸν κρότον καὶ πάντων μετ ζηλουμένων ἰ-σχυσιν, καταπεπληχότων δὲ ὥσπερ διοσημείαν.... *Obſtupeſcente proconſule præterea morum comitatem, & aptam manuum plauſionem, tum paratis omnibus eum collaudare, ſed interdictum proconſulare non aliter quam Jovis fulmen verentibus....* Plura *Ferrar. de Acclam. & Plauſ.* III. 16.

19. ITALIÆ i. Galliæ. Quæ quamquam in civitatem adſcita erat, non tamen eodem, quo reliqua Italia, libertatis jure fruebatur, ſed adhuc provincia erat, & prætori obtemperabat. Poſt autem placuit M. Lepido, M. Antonio & C. Cæſari Octaviano triumviris Reipublicæ conſtituendæ, ut ex decreto divi Cæſaris libera eſſet, & ad reliquæ jus *Italiæ* traduceretur. Quo ſpectans etiam Dio XLVIII. p. 364. A. prodidit, C. Cæſarem Octavianum triumvirum Reipublicæ anno poſtero ex Gallia togata pecunias, & milites coegiſſe, quæ ob id ad *Italiæ* formam redacta erat, ne quis in poſterum provinciæ nomine intra Alpes exercitum haberet, quo tempore C. Albutius rhetor.... *Sigon. de jur. Ital.* III. 2.

20. IN PROVINCIÆ FORMAM qui dicatur regio redigi, dixi ſupr. Cæſ. 25. 1. §. 10.

21. VOMICA quid V. ſupr. Aug. 65. 13. §. 32.



J. Goeree In.

PUBLII TERENTII
VITA.

1 Publius Terentius Afer, Carthagine [2] natus, ſervivit Romæ Terentio Lucano [3]
Senatori: a quo ob ingenium & formam, non inſtitutus modo liberaliter, ſed
2 & mature manumiſſus eſt. Quidam captum eſſe exiſtimant: quod fieri nullo modo
potuiſſe *Feneſtella* [4] docet: quum inter finem ſecundi belli Punici, & initium tertii [5] natus ſit, & mortuus: nec ſi a Numidis [6] aut Getulis [7] captus ſit, ad ducem
Romanum pervenire potuiſſet; nullo commercio inter Italicos & Afros [8] niſi poſt
3 deletam [9] Carthaginem cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit: ſed
maxime cum Scipione Africano [10], & C. Lælio: quibus etiam corporis gratia conciliatus exiſtimatur. Quod & ipſum *Feneſtella* arguit, contendens utroque majorem natu fuiſſe [11]. Quamvis & *Cornelius Nepos* æquales [12] omnes fuiſſe tradat, &
Porcius

VITAM *Publii Terentii* ſcripſerat Suetonius; ſed Suetonium tranſſcripſit Donatus. V. *Fabr. Epiſt.* II. 10.

2. CARTHAGINE, quam deſcriptam invenies apud Curt. IV. 2. 10. §. 45.

3. TERENTIO LUCANO, ſed forte *Terentio Culleoni*, ut ſit ille, quem major Africanus e captivitate liberavit. Liv. III. 43. *Naves longas.... captivorum quatuor millia tradiderunt Carthaginenſes: inter quos Q. Terentius Culleo ſenator fuit.* Gronovius.

* 4. FENESTELLA *Lucius* ſcriptor fuit hiſtoriarum. Laudat aliquoties ejus annales Nonius, & archaica Fulgent. Mythol. III. 2. & epitomas Diomedes. Ejus meminere Lactant. de falſ. rel. 1.6. de ira Dei c. 22. Senec. Epiſt. 108. Macrob. Sat. I. 10. Cenſor. de D. N. c. 22. Obiiſſe *noviſſimo Tiberii Caſaris principatu* Plin. XXXIII. 11. *ſeptuagenarium, & Cumis ſepultum* dicit Euſeb. Chron. ad a. 2036. Tiberii ſextum. *Voſſ. de Hiſt. Lat.* I. 19. *Gyrald. de Poet. Dial.* 40.

5. INTER FINEM SECUNDI BELLI PUNICI ET INITIUM TERTII. Deſiit autem *ſecundum* anno ab U. C. 552. inchoatum eſt *tertium* anno ab U. C. 605. (V. tamen ſupr. Gramm. 2. 1. §. 7.) Vides itaque annos novem, & quadraginta, intra quos & natus ſit, & mortuus Terentius. Sed tempus illud a Feneſtella poſitum, nec ab initio, nec a fine circumſcriptum eſt; atque adeo, ſi pauculi anni utrimque demantur, facile intelliges, quam hæc recte cum eo congruent, quod obſervat noſter infr. n. 17. Anni enim decem aut undecim, qui a *fine ſecundi*, & ante *initium tertii* belli Punici inter utrumque terminum partiendi, & diſtrahendi, rem claram & ediſſertatam dabunt. Quamobrem natus eſt Terentius a. U. C. 560. Neque ultra tempus conſulis Fulvii ſcripſiſſe veriſimile eſſe dicam infr. §. 50. *Faber Epiſt.* II. 10.

6. NUMIDAS deſcripſi apud Curt. X. 1. 17. §. 51.

7. GETULI populi ſunt Africæ. Salluſt. Bell. Jug. c. 18. *Africam initio habuere Getuli, & Libyes, aſperi, inculsique; quis cibus erat caro ferina, atque humi pabulum, uti pecoribus.* Philoſtr. Apollon. V. 1. Πρὸς Γαιτύλας, καὶ Τίγγας, ἄμφω θηριώδη, καὶ Λιβυκὰ ἔθνη. *Ad Getulos, Tingaſque, gentes efferas, atque Afras.* Et ejus quidem pars maxima. Strab. XVII. p. 568. Ὑπὸ τοῦ μεγίστου τῶν Λιβυκῶν ἐθνῶν οἱ Γαιτοῦλοι λέγονται. *A maxima Libyæ natione, qui Getuli appellantur.* *Euilai* dicuntur Joſeph. Ant. Jud. I. 7. Εὐίλας δὲ Εὐιλαίους ἔκτισεν, οἳ νῦν Γετοῦλοι λέγονται. *Euilas auctor fuit Euilæorum, qui nunc Getuli appellantur.*

8. AFROS V. apud Curt. X. 1. 17. §. 48.

9. DELETA eſt *Carthago, cum ſtetiſſet annis 667. Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio conſulibus.* Paterc. I. 12. 6. Hos volunt conſules fuiſſe anno 606. Oroſ. IV. 23. *Anno ab U. C. 606. I. anno quinquageſimo poſt bellum Punicum ſecundum Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio conſulibus P. Scipio ſuperioris anni conſul delere Carthaginem molitus.* 607. *Faſti Capitolini, & triumphales, & Caſſiodorus.* 608. Cenſor. D. N. c. 17. *Quartos ludos ſeculares factos affirmant Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio Achaico conſulibus I. anno* 608. V. ſupr. Galb. 3. 9. §. 30.

10. AFRICANUS quare fuerit dictus Scipio, docet Liv. XXX. 45. *Africanum cognomen militaris prius favor, an popularis aura celebraverit: an ſicuti Felicis Syllæ, Magnique Pompeji patrum memoria cœptum ab aſſentatione familiari ſit, parum compertum habeo. Primus certe hic imperator nomine victæ a ſe gentis eſt nobilitatus: exemplo deinde hujus, nequaquam victoria pares inſignes imaginum titulos, claraque cognomina familiæ fecere.* Docet Cicero pro Sext. Roſc. c. 36. *Africanus, qui ſuo cognomine declarat, tertiam partem orbis terrarum ſe ſubegiſſe....*

11. UTROQUE MAJOREM NATU FUISSE *Terentium* dextra lævaque falſum eſt, & fieri nequit. Obiit enim Scipio Africanus anno ab U. C. 570. ſive M. Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone conſulibus, quos

Porcius ſuſpicionem de conſuetudine per hæc faciat [13],

Dum laſciviam nobilium & fucoſas [14] *laudes petit:*
Dum Africani vocem divinam inhiat avidis auribus [15]*:*
Dum ad [16] *Furium ſe cœnitare & Lælium pulcrum putat:*
Dum ſe amari ab hiſce credit, crebro in Albanum rapi [17]
Ob florem ætatis ſuæ: ipſus ſublatis rebus ad ſummam
Inopiam redactus eſt.
Itaque e conſpectu omnium abiit in Græciam in terram ultimam.
Mortuus eſt in Stymphalo, Arcadiæ oppido [18]*: nihil Publius*
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius:
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime [19]*.*
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam [20]*:*

Saltem

quos creatos cum dixiſſet Liv. XXXIX. 45. pergit c. 52. *Scipionem & Polybius & Rutilius hoc anno mortuum ſcribunt.* Et tanto poſt Plautium tempore floruit Terentius, ut eum vocet *veterem.* Poſtquam enim de Plauto & Nævio locutus eſſet Eunuchi prol. n. 25. de illis pergit loqui n. 42.

Quare æquum eſt vos cognoſcere, atque ignoſcere,
Quæ veteres factitarunt, ſi faciunt novi.

Sed Plautus uno tantum anno ante mortem Scipionis Africani obiit. Cicer. de Clar. Orat. c. 15. *Plautus mortuus eſt P. Claudio, L. Porcio conſulibus, Catone cenſore.* I. anno ab U. C. 569. Faſti Capitolini, Caſſiodorus. Imo ne quidem a Feneſtella ſcribi potuit, qui n. 2. dixerat *inter finem ſecundi belli Punici, & initium tertii natum eſſe, & mortuum Terentium.* Sed illum Epitomiſtes non eſt aſſecutus. Id enim ſcripſerit Feneſtella de Scipione Æmiliano. *Faber Epiſt.* II. 10.

12. ÆQUALES fere fuerunt Terentius, utpote natus anno ab U. C. 560. ſupr. §. 5. & Scipio minor, ſive Æmilianus, quem intellexerit, ut dictum ſupr. §. 11. Is enim eodem plane anno natus eſt, quo denatus eſt Plautus, n. ab U. C. 569. Agebat enim annum ſeptumdecimum, cum pater ejus Æmilius Paullus II. cum C. Licinio Craſſo conſul eſſet. Illos conſules cum creatos dixiſſet Liv. XLIV. 17. pergit c. 44. *Conſulem, Æmilium Paullum, cum ſe in caſtra victor recepiſſet, ne ſincero gaudio frueretur, cura de minore filio ſtimulabat. P. Scipio is erat, Africanus & ipſe poſtea, deleta Carthagine appellatus, naturalis conſulis Paulli, adoptione Africani nepos. Is ſeptimum decimum tunc annum agens....* Fuerunt vero illi conſules anno ab U. C. 585.

13. SUSPICIONEM.... PER HÆC FACIT, ſed male judicat Porcius: hi enim verſus plane probant nullam *conſuetudinis* Venereæ *ſuſpicionem* eſſe debere. Quomodo enim diceret, *credit ſe amari ob florem ætatis?* an qui ita amatur, neſcit adhuc ſe amari? *Faber Epiſt.* II. 10.

14. FUCUS *genus eſt herbæ, unde tinguntur veſtes.* Serv. Georg. IV. 39. Græcis φῦκος. Gloſſ. Cyril. φῦκος, *fucus.* Horat. Od. III. 5. 27.

—— *Neque amiſſos colores*
Lana refert medicata fuco.

Et pro colore ponitur. Gloſſæ: *fucus*, χρῶμα. Maxime rubeo, & quadamtenus puniceo. Unde pro rubeſcere, vel rutilare *fucari* uſurpat Solin. c. 53. *Cumque flagrantioribus radiis excanduit dies, ne fucentur lapides ſolis calore, ſubſidunt in profundum.* V. verboſius de *fuco* differentem Salmaſ. Exercit. Plin. p. 804. b. E.... 820. & de Homon. Hyl. Jatric. c. 81. Hinc unguenta & medicamina, quibus nativum ruborem feminæ mentiuntur, *fucus* dicitur. Tib. I. 9. 11.

Quid fuco ſplendente comas ornare?

Et fraudem ſignificat. Terent. Eun. III. 5. 41.

Fucum factum mulieri.

Ubi Donatus. *Id eſt, ut fucum faceret, hoc eſt, inſidias, & fraudem. Fucum, aſtutam fraudem.* Et *fucoſus*, non ſincerus, fallax. Quæ jungit Cicer. pro Marcel. c. 14. *Merces fallaces quidem & fucoſæ.*

15. INHIAT AVIDIS AURIBUS I. *avide* audit. *Inhiare* aliquem eſt ejus adventum vehementer appetere apud Plaut. Truc. II. 3. 18.

Illum inhiant omnes.

Inhiare eſt tanquam ore aperto captare. Serv. Virg. Æn. VII. 814. *Inhians, ſtupore quodam in ore patefacto.* A belluarum hiatu tranſlatio eſt deducta. Plaut. Stich. IV. 2. 25.

Illic homo tuam hæreditatem inhiat, quaſi eſuriens lupus.

16. AD I. apud. Cicer. ad Attic. IV. 4. *Curio fuit ad me ſane diu.* X. 16. *Cum ad me bene mane Dionyſius fuit.*

17. RAPI I. vocari. Plaut. Rud. III. 6. 21.

Ego hunc ſceleſtum in jus rapiam exſulem.
Age, ambula in jus.

18. STYMPHALUM ARCADIÆ OPPIDUM fuiſſe dicit etiam Stephanus. Στύμφαλος, πόλις Ἀρκαδίας. Nomen induit a *Stymphalo* Elati filio. Pauſan. Arcad. p. 239. Ἀπὸ Στυμφάλου Ἐλάτου τοῦ παιδὸς ὀνομάζεται πόλις Στύμφαλος.

19. FACILLIME AGITARE quid V. infr. n. 19. §. 54.

20. CONDUCTITIA *domus* eſt, quæ pacta merce-

 de

Saltem ut eſſet [21], *quo referret obitum domini ſervulus* [22].

4 Scripſit Comœdias; ex quibus primam *Andriam* [23] cum ædilibus [24] daret, juſſus
ante *Cæcilio* [25] recitare. Ad cœnantem cum veniſſet, dictus eſt, initium quidem
fabulæ, quod erat contemptiore veſtitu, ſubſellio juxta lectulum reſidens, legiſſe:
poſt paucos vero verſus invitatus, ut accumberet, cœnaſſe una, deinde cætera per-
5 curriſſe non ſine magna *Cæcilii* admiratione. Et hanc autem, & quinque reliquas æ-
qualiter populo probavit: quamvis *Volcatius* de enumeratione omnium ita ſcribat, *Su-
metur Hecyra ſexta ex his fabula.*
6 *Eunuchus* [26] quidem bis die [27] acta eſt [28]: meruitque pretium quantum nulla antea
cujuſquam comœdia, id eſt, octo millia nummûm [29]: propterea ſumma quoque ti-
7 tulo [30] adſcribitur. Nam *Adelphorum* [31] principium *Varro* etiam præfert principio
8 Menandri. Non obſcura fama eſt adjutum Terentium in ſcriptis a Lælio [32] & Sci-
pione,

de a poſſeſſore ad colendum accipitur. Ita *conductitias operas* dicit Varr. R. R. 1. 17. *Cum conductitiis liberorum operis res majores,; ut vindemias & fœniſicia adminiſtrant.* Et *conductitiam fidicinam* Plaut. Epid. argum. n. 12.

——— aliam qui conductitiam
Iterum pro amica ei ſubjecit.

21. Ut esset *domus*, vel locus.

22. Servulus eum comitatus in peregrinatione, & redux. *Gronovius.* V. tamen *Scalig. Anim. in Euſeb. p.* 133. *a.*

23. Andria *de loco nomen accepit, & a Menandro prius, & nunc ab ipſo Terentio: qui cum de Chryſide loqueretur, ſic ait* 1. 1. 45.

Hei vereor, ne quid Andria adportet mali.

Donat. præf. in Andriam.

24. Ædilibus *curulibus* M. Fulvio Nobiliori, & M. Acilio Glabrioni, qui *ædiles* fuerunt M. Claudio Marcello, & C. Sulpicio Gallo conſulibus, ut titulus Andriæ teſtatur, ſive anno ab U. C. 587. ut volunt *Faſti Capitolini*, *Caſſiodorus*, & *Pigh. Ann.* 11. *p.* 388. *Ludos* autem, ut de comœdia & tragœdia Donatus, *curules ædiles munere publico curabant.*

25. Cæcilio *Andriam recitaſſe* Terentium dicit etiam Hieron. in Chronic. Euſeb. ad ann. 1859. (metachroniſmum unius anni obſervat Scaliger) *Qui*, Terentius, *primam Andriam antequam ædilibus venderet, Cæcilio multum ſe miranti legit.* Sed pro *Cæcilio Acilium* in his ædilem repone. Non enim potuit eſſe *Cæcilius* comicus poeta, ut falſus eſt opinione ſua Petrus Crinitus de Poet. 1. 6. cum *Cæcilius* biennio prius eſſet mortuus. Chronicon Euſebii ad a. 1838. *Statius Cæcilius comœdiarum ſcriptor, mortuus eſt anno poſt mortem Ennii.* Ennius vero mortuus eſt anno ab U. C. 584. ut dixi ſupr. Gramm. 2. 1. §. 8. Et exinde Cæcilius L. Æmilio Paullo II. & C. Licinio Craſſo conſulibus, ſive anno ab U. C. 585. V. ſupr. §. 12. V. *Pighium* p. 389.

26. Eunuchus *fabula maſculini generis nomine nuncupata eſt; & eſt palliata Menandri vetus: quam ille auctor de facto adoleſcentis, qui ſe pro eunucho deduci ad meretricem paſſus eſt, nominavit.* Donat. præf. in Eunuchum.

27. Bis die eodem *acta eſt Eunuchus.* Ita enim de ejus iterata editione Donatus. *Acta eſt tanto ſucceſſu, ac plauſu, atque ſuffragio, ut rurſus eſſet vendita, & ageretur iterum pro nova.*

28. Acta est *Eunuchus* L. Poſthumio Albino & C. Cornelo Merula ædilibus curulibus M. Valerio Meſſala & C. Fannio Strabone conſulibus, ut titulus Eunuchi teſtatur, ſive anno ab U. C. 592. V. hos conſules ſupr. Rhet. 1. 2. §. 6.

29. Octo millia nummûm *meruiſſe* dicit etiam Donatus. *Pro ea pretium, quod nulli ante ipſam fabulam contigit, ut octo millibus ſeſtertium numerarent poetæ.* Forte ut tertium veniret in ſcenam. In illam tertium veniſſe tradit etiam Donatus. *Hæc edita tertium eſt & pronuntiata Terentii Eunuchus: quippe jam adulta commendatione poetæ, ac meritis ingenii notioribus populo.*

30. Titulo, qui hoc loco didaſcaliam ſignificat. Ergo, ut hodie editur, mutila eſt. *Faber Epiſt.* 11. 10.

31. Adelphi *fabula palliata, ut ipſum indicat nomen, e plurali numero, quum ſit una: & maſculino genere, quum ſit comœdia: & Græca lingua, quum ſit Latina, cenſetur. Potuit eam Terentius Fratres dicere, ſed & Græci nominis ευφωνίαν perderet, & præterea togata videretur. Eſt Menandri: & a fratrum facto, quibus argumentum nititur, nomen accipit.* Donat. præfat. in Adelphos. Data eſt, ut titulus docet, a Q. Fabio Maximo, & P. Cornelio Africano Æmilianis, ſed altero a Q. Fabio Maximo, altero a Scipionis Africani ſuperioris filio adoptatis, Paterc. 1. 10. 3. Plutarch. Paull. Æmil. p. 257. C. Liv. ſupr. §. 12. Aurel. Vict. de vir. illuſtr. c. 58. *Ædilitatem petens conſul creditus eſt* P. Scipio Æmilianus in honorem mortui patris Æmilii Paulli, L. Anicio Gallo, M. Cornelio Cethego conſulibus, ſive anno ab U. C. 593. *Pigh. Ann.* 11. *p.* 412.

32. Lælio juniore. Cicer. ad Attic. VII. 3. *Secutus ſum Terentium, cujus fabellæ propter elegantiam ſermonis putabantur a C. Lælio ſcribi.*

33. Sci-

pione [33], quibuſcum familiariter vixit. Eandem ipſe auxit: nunquam enim niſi leviter ſe tutari conatur, ut in prologo Adelphorum [34]: 5

Nam quod iſti dicunt malevoli, homines nobiles
Hunc adjutare, aſſidueque una ſcribere:
Quod illi maledictum vehemens exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam: cum illis placet,
Qui vobis univerſis: & populo [35] placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio [36],
Suo quiſque tempore uſus eſt ſine ſuperbia [37].

Videtur autem ſe levius defendiſſe, quia ſciebat Lælio & Scipioni non ingratam eſſe hanc opinionem; quæ tamen magis & uſque ad poſteriora tempora valuit. 10

Q. Memmius in oratione pro ſe ait: *Pub. Africanus, qui a Terentio perſonam mutuatus, quæ domi luſerat ipſe, nomine illius in ſcenam detulit.* 11 *Nepos* auctore certo comperiſſe ſe ait, 12 C. Lælium quondam in Puteolano Kal. Martiis [38] admonitum ab uxore, temporius [39] ut diſcumberet, petiiſſe ab ea ne interpellaretur: ſerius tandem ingreſſum triclinium dixiſſe: non ſæpe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: deinde rogatum ut ſcripta illa proferret, pronuntiaſſe verſus qui ſunt in Heautontimorumeno [40],

Satis pol proterve me Syri promiſſa huc induxerunt.

Santra [41] Terentium exiſtimat, ſi modo in ſcribendo adjutoribus indiguerit [42], non 13 tam Scipione & Lælio uti potuiſſe, qui tunc adoleſcentuli fuere [43], quam C. Sulpicio

33. SCIPIONE *Æmiliano.* V. illum ſupr. §. 12. Hic quo tempore edidit Adelphos Terentius, jam annos quinque & viginti natus erat. Eratque, quod de illo Paterc. I. 12. 3. *ingenii, ac ſtudiorum eminentiſſimus ſeculi ſui:* imo quod idem I. 13. 3. *tam elegans liberalium ſtudiorum, omniſque doctrinæ, & auctor, & admirator fuit, ut Polybium, Panætiumque, præcellentes ingenio viros, domi militiæque ſecum habuerit, ſemper inter arma, ac ſtudia verſatus.* Nec mirum. Nam Æmilius pater filios diſciplina Romana & veteri, quomodo ipſe ante fuerat, exercuit, verum in Græca ambitioſius. Grammatici enim & ſophiſtæ & rhetores cum adoleſcentibus verſabantur. Quod de illo Plutarch. p. 258. A. Τοὺς παῖδας ἀσκῶν τὴν μὲν ἐπιχώριον παιδείαν καὶ πάτριον, ὥσπερ αὐτὸς ἤσκητο, τὴν δ' Ἑλληνικὴν φιλοτιμότερον, Γραμματικοὶ γὰρ, καὶ σοφισταὶ, καὶ ῥήτορες ἦσαν περὶ τοὺς νεανίσκους. *Faber Epiſt.* II. 10.

34. PROLOGO ADELPHORUM n. 15.

35. VOBIS UNIVERSIS ET POPULO. Ubi Donatus. *Univerſis, qui in cavea ſunt, dicit: populo, qui etiam præter theatrum, id eſt, univerſam urbem.*

36. IN BELLO.... Ubi Donatus & Eugraphius. *In bello Scipionis: in otio Furii Publii: in negotio Lælii.*

37. SINE SUPERBIA I. ita, ut illi minime ob beneficia collata *ſuperbirent.*

38. KALENDIS MARTIIS I. Matronalibus. Sed illa deſcripſi ſupr. Veſp. 19. 4. §. 12.

39. TEMPORIUS I. maturius, celerius. Ovid. Metam. IV. 197.

—— modo ſurgis Eoo
Temporius cœlo: modo ſerius incidis undis.

Colum. VIII. 4. *Et ante crepuſculum propter cibi ſpem temporius ad officinam redeunt.*

40. IN HEAUTONTIMORUMENO IV. 4. I.

41. SANTRÆ mentio apud *Feſtum, Nonium, Chariſium, Scaurum.* Scripſit de vitis præſtantium virorum. Laudat Hieronymus præfatione libri de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. *Fecerunt hoc idem apud Græcos Hermippus peripateticus, Antigonus Caryſtius, Satyrus doctus vir, & longe omnium doctiſſimus Ariſtoxenus Muſicus. Apud Latinos, Santra, Nepos, Hyginus, & ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus.* Voſſ. de Hiſtor. Lat. III. p. 719.

42. SI MODO.... Recte: quamvis enim admirabilis quædam puritas, germanitaſque ſit Latini ſermonis in Terentii fabulis, non tamen inde probatur *adjutum* eum fuiſſe a ſummatibus viris, cum Phædrus Thracii generis ſervus, qui ſub Tiberio vixit, tam pure, tamque Latine, ſine omni tamen *adjutoris* ſuſpicione ſcripſerit. *Faber Epiſt.* II. 10.

43. QUI TUNC ADOLESCENTULI FUERE. Et tamen *adoleſcentulus* ille annum jam tunc quintum & viceſimum agebat. Sed & Salluſtius ulterius multo *adoleſcentiam* produxit; qui pontificatum maximum Cajo Cæſari mandatum ait, cum adhuc *adoleſcentulus* eſſet ſupr. Cæſ. 13. 2. §. 13. Erat autem tunc annos ſex & triginta natus Cæſar. Nam poſt ædilitatem pontifex creatus eſt: illa autem diſtat biennio a quæſtura, & quæſturam geſſit ætatis anno tertio & trigeſimo, quod noſter docet ibid. 7. 2. §. 12. non potuit pontificatum conſequi ante annum ſextum & trigeſimum, quo *adoleſcentulum* illum dicit Salluſtius. *Faber Epiſt.* II. 10.

44. Ho-

picio Gallo, homine docto[44], qui conſularibus[45] ludis initium fecerit fabularum
dandarum[46]: vel Q. Fabio Labeone[47], & M. Popilio[48], conſulari[49] utroque, ac
14 poeta. Ideo ipſum non juvenes deſignaſſe, qui ſe adjuviſſe dicerentur: ſed viros,
15 quorum operam, & in bello, & in otio, & in negotio populus ſit expertus. Poſt
editas comœdias nondum quintum atque trigeſimum egreſſus annum; cauſa evitandæ
opinionis, quia videbatur aliena pro ſuis edere, ſeu percipiendi Græcorum inſtituta
moreſque, quos perinde exprimeret in ſcriptis, egreſſus urbem eſt, neque amplius
16 rediit. De morte ejus *Volcatius* tradit:

Sed ut Afer ſex populo dedit comœdias,
Iter hinc in Aſiam fecit. Navem cum ſemel
Conſcendit, viſus nunquam eſt, ſic vita vacat.

Q. Conſentius redeuntem e Græcia periiſſe in mari dicit cum centum & octo fabulis[50],
17 converſis e Menandro. Cæteri mortuum eſſe in Arcadiæ Stymphalo, ſive Leucadia
tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fulvio Nobl. Coſſ.[51] morbo implicitum acri,
dolore ac tædio amiſſarum ſarcinarum quas in navi præmiſerat, ac ſimul fabularum
18 quas novas fecerat. Fuiſſe dicitur mediocri ſtatura, gracili corpore, colore fuſco.
19 Reliquit filiam, quæ poſt equiti Romano nupſit. Item hortulos xx. jugerum, via
Appia[52] ad Martis villam. Quo magis miror *Porcium* ſcribere,

——— *nihil Publius*
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant[53] *nobiles facillime*[54].

Eorum

44. HOMINEM DOCTUM fuiſſe *C. Sulpicium Gallum* perhibet teſtis etiam Cicer. de Clar. Orat. c. 20. *C. Sulpicius Gallus maxime omnium nobilium Græcis literis ſtuduit, iſque & oratorum numero eſt habitus, & fuit reliquis rebus ornatus, atque elegans. Jam enim erat unctior quadam, ſplendidiorque conſuetudo loquendi.* Aſtrologus etiam fuit inſignis. *In exercitu* enim L. Paulli Æmilii *bellum adverſum regem Perſen gerentis, ſerena nocte luna ſubito cum defeciſſet: eoque veluti diro quodam monſtro perterritus exercitus noſter, manus cum hoſte conſerendi fiduciam amiſiſſet; de cœli ratione, & ſiderum natura peritiſſime diſputando, alacrem eum in aciem miſit.* Quod certatim memoriæ prodiderunt Valer. Max. VIII. II. I. Liv. XLIV. 37. Plin. II. 12. Quintil. Inſt. I. 10.

45. CONSUL *cum Marcello fuit Sulpicius Gallus.* Plin. II. 12. Liv. XLV. 44. Illorum *conſulatum* V. ſupr. §. 25.

46. FABULARUM DANDARUM *initium fecit* Sulpicius. Illo enim conſule Andria *data* eſt ſupr. §. 24.

47. Q. FABIUS LABEO *fuit ornatus iiſdem fere laudibus, quibus A. Albinus, qui Græce ſcripſit hiſtoriam, & literatus, & diſertus fuit.* Cicer. de Clar. Orat. c. 21.

48. M. POPILIUS orator fuit diſertiſſimus. Cicer. de Clar. Orat. c. 14. *M. Popilius cum conſul eſſet, eodemque tempore ſacrificium publicum cum læna faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebei contra patres concitatione, & ſeditione nuntiata, ut erat læna amictus, ita venit in concionem, ſeditionemque cum auctoritate, tum oratione ſedavit.*

49. CONSUL fuit Q. Fabius Labeo cum M. Claudio Marcello, ſive anno ab U. C. 570. Faſti Capitolini, Caſſiodorus, Pigh. Ann. II. p. 314. M. vero Popilius cum L. Poſtumio Albino, ſive anno ab U. C. 580. Faſti, Caſſiodorus, Pigh. p. 359.

50. CUM CENTUM ET OCTO FABULIS non periit, quia nunquam ſcripſit, Terentius. Id enim nec vitæ tempus patitur, nec, ſi vel ſeculum expleſſet, *centum & octo fabulas* e Menandro convertere potuiſſet, niſi ab orco Græcus poeta remiſſus fuiſſet, qui novas denuo faceret. Nam ex his comœdiis, quæ hodie leguntur, quatuor ſunt Menandri; Menander autem centum & octo, aut ad ſummum centum & novem, quamquam alii centum & quinque prodiderunt, ſcripſerat; & ex illlis jam quatuor converſæ fuerant a Terentio. *Faber. Epiſt.* II. 10.

51. CN. CORNELIO DOLABELLA..... I. anno ab U. C. 594. quo tempore natus fuit Terentius annos quatuor triginta. Certe ultra hoc tempus non ſcripſit Terentius, cum poſtrema omnium fabularum, *Adelphi*, edita fuerit anno ab U. C. 593. ut dictum ſupr. §. 31.

52. VIA APPIA. V. illam ſupr. Tib. 72. 2. §. 6.

* 53. AGITABANT I. vivebant. Salluſt. de Bell. Jugurth. c. 18. *Propius mare Africum agitabant*, pro agebant. Sed illud obſoletius eſſe pronuntiat Par. Lex. Crit. in Agitare.

* 54. FACILE agitare dicuntur divites, qui pro lubitu vivunt, amplis *facultatibus*, quibus *facile*, & nullo negotio omnia ad bene vivendum neceſſaria ſuppetunt. Juſtin. II. I. 9. *Ubi educari facillime poſſent,*

Digitized by Google

Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem ut eſſet, quo referret obitum domini ſervulus.

Hunc *Afranius* [54] quidem omnibus comicis præfert, ſcribens in compitalibus:

Terentio non ſimilem dices quempiam.

Volcatius autem non ſolum Nævio, & Plauto, & Cæcilio, ſed Licinio quoque poſtponit. *Cicero* in Limone hactenus laudat:

Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone, Terenti,
Converſum expreſſumque Latina voce Menandrum
In medio populi ſedatis vocibus [56] *effers,*
Quidquid [57] *come loquens, ac omnia dulcia dicens.*

Item, C. CÆSAR:

Tu quoque tu in ſummis, o dimidiate Menander,
Poneris, & merito, puri [58] *ſermonis amator,*
Lenibus atque utinam ſcriptis adjuncta foret vis
Comica, ut æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac deſpectus parte jaceres!
Unum hoc maceror, & doleo tibi deeſſe Terenti.

ſent. Terent. Adelph. III. 4. 56. V. illum ſupr. Tib. 48. 2. §. 12. Et ita Græci. Theocr. Eidyl. XI. 7.

Οὕτω γοῦν ῥᾶιστα διᾶγ' ὁ Κύκλωψ ὁ παρ' ἡμῖν.

Sic Cyclops facillime apud nos vixit.

Et dii, quibus nihil deeſt, *ῥεῖα ζώοντες* *i. facile viventes* a Poetis Græcis dicuntur. V. Euſtath. in Homer. Iliad. A. p. 29. Et hinc in hominum ora hoc genus loquendi manaſſe ſuſpicatur Turneb. Adv. XX. 33.) *Facultas* eſt copia. Colum. XII. 38. *Sunt, qui hunc ipſum expreſſum ſuccum, ſi ſit ejus copioſior facultas, in tertiam partem decoquant.* Et exinde copiam divitiarum, omnes poſſeſſiones humanas ſonat. Chryſol. Serm. I. *Facultates unitatem ſcindunt, fraternitatem ſeparant, cognationem ſpargunt.* Venant. Martin. II.

Cujus ſparſa ſolo migravit ad aſtra facultas.

Et ſæpius Ulpianus. Nuncupatæ ſunt *facultates*, quod *facilem* vitam homini initio quidem præſtiterint; nam ſequentibus temporibus ut quiſque ditior, eo & negotioſior fere fuit. *Barth. Adv.* XII. 14. Illi opponitur *difficulter* vivere. V. ſupr. Tib. 48. 2. §. 12.

55. AFRANIUS togatarum, & Atellanarum fuit ſcriptor. V. ſupr. Ner. II. 6. §. 14.

56. Vocis repetitio ſemper nobis diſplicuit, ſcribendumque ducimus,

——— *ſedatis motibus...*

Virgineum enim decus in Terentio, adeo ut nervos deſideret, & vim comicam Menandri C. Cæſar. *Barth. Adv.* XXXIV. 7.

57. QUIDQUID i. omne, cujus exempla plura dedimus ſupr. Cal. 39. 1. §. 2.

58. PURI, cui *maculoſum* i. ineptis figuris ornatum opponit Petron. c. 3. *Grandis, & ut ita dicam, pudica oratio non eſt maculoſa, nec turgida, ſed naturali pulcritudine exſurgit.*

JUVENALIS
VITA.

Junius Juvenalis [2] liberti locupletis incertum filius, an alumnus, ad mediam fere ætatem

JUVENALIS VITAM alii *Probo* adſcribunt. Sed ejus auctor videtur *Suetonius.* Stylus id plane evincit, nec repugnat ætas. *Salmaſ. Exercit. Plin. p.* 320. *a. A.*

2. JUNIUS JUVENALIS *ex Aquinio Volſcorum oppido oriundus* fuit, ut addit vetus codex MS. Iſaaci Voſſii. Quod & ipſe videtur docere Sat. III. 319.

——— *quoties te*
Roma tuo refici properantem reddet Aquino.

Deſcribit illud Strab. v. p. 164. Ἐφ' ἑξῆς μὲν ἐπ' αὐτῆς τῆς Λατίνης ὁδοῦ ἐπιφανεῖς κατοικίαι, καὶ πόλεις— Ἀκίνιον (Ἀκύινον ſcribendum eſſe vult Caſaubonus) μεγάλη

tatem [3] declamavit [4], animi magis cauſa [5], quam quod ſcholæ & foro præpararet:
deinde paucorum verſuum Satyra [6] non abſurde compoſita in Paridem pantomimum,
poetamque Claudii Neronis [7], ejus [8] ſemeſtribus militiolis [9] tumentem, genus ſcri-
2 pturæ induſtrioſe excoluit [10]. Et tamen diu ne modico quidem auditorio quidquam
committere [11] eſt auſus. Mox magna frequentia, magnoque ſucceſſu bis ac ter au-
ditus eſt [12], ut ea quoque quæ prima fecerat [13], inferciret novis ſcriptis [14]:

Quod non dant proceres [15], dabit hiſtrio [16], tu Camerinos,
Et Bareas, tu nobilium magna atria curas [17].
Præfectos Pelopea [18] facit, Philomela [19] tribunos.

Erat

γάλη πόλις ἐςί, παρ᾽ ἣν ὁ Μέλπις ῥεῖ ποταμὸς μέγας. * *Deinceps in Latina via ſunt nobilia oppida ac urbes.... Aquinum urbs magna, juxta quam Melpis fluvius magnus labitur.*

3. AD MEDIAM FERE ÆTATEM, quæ quadraginta circiter annis, octogenario enim major obiit, definienda eſt. *Salmaſius.*

4. DECLAMAVIT præceptis forte, atque inſtitutionibus Quintiliani inſtitutus. V. *Crinit. de Poet. Lat.* IV. 69.

5. ANIMI CAUSA, neque tamen minus eo in ſtudio videtur poſuiſſe operæ. Omnes profecto ſatyræ ſubactum redolent declamatorem. Unde etiam *facundus* dicitur Mart. VII. 91. 1.

De noſtro facunde tibi, Juvenalis, agello....

Henninius in Juvenalis vitam.

6. PAUCORUM VERSUUM SATYRA, hæc ſeptima eſt ordine.

7. CLAUDII NERONIS perperam hic dicitur Paris. Suum enim Nero occiderat, ut docuit noſter ſupr. Ner. 54. 2. Et in veteribus quibuſdam recte deſunt hæc verba, ut obſervant quoque Salmaſius, & in Juvenalis vitam Pithœus. Sed fuit ille, qui ſub Domitiano vixit, de quo ſupr. Domit. 3. 2. §. 7.

8. EJUS *Paridis* n. poeta hic quis fuerit, haud facile eſt dictu. Salmaſio videtur eſſe Statius Papinius, qui ejus, Paridis, poeta diceretur, quia Paridi pantomimo vendiderat fabulam Agaven. (V. Hygin. fab. 184.) Juven. Sat. VII. 87.

Eſurit, intactam Paridi niſi vendat Agaven.

Unde dicitur

——— *vates, quem pulpita paſcunt,*

eidem n. 93. Eſt enim pantomimi vates, qui carmina ſcribit hiſtrionibus deſaltanda, & ſcenicis ea vendit. Ruben. R. V. 1. 15. cenſet Memorem eſſe tragicum illius temporis nobiliſſimum, qui libertino genere natus ad tribunatum militum forſan progreſſus erat favore Paridis. Ita de fratre ejus Turno vetus Scholiaſtes Juvenalis Sat. 1. 20. *Turnum dicit Scæva Memoris tragici poetæ fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione provectus eſt, potens in aula Veſpaſianorum Titi & Domitiani.* Juvenalem autem in ſatyra illa, mentione Paridis facta, cui Statius Agaven vendere coactus erat, verſus illos inſerſiſſe, quos olim fecerat in Paridem, & poetam ejus, qui favore ejus ad tribunatum adſcenderat.

9. SEMESTRES MILITIOLAS dum dicit, alludit ad Juven. VII. 88. Ubi ex Rubenii opinione legendum,

Ille & militiæ multis largitus honorem
Semeſtrem, vatum digitos circumligat auro.

Utrobique *ſemeſtris militia* eſt *ſemeſtris* tribunatus, a temporis modo ſic dictus. Explicat illam hoc modo Plin. Epiſt. IV. 4. *Hunc rogo ſemeſtri tribunatu ſplendidiorem, & ſibi, & avunculo ſuo facias.* Ita etiam hunc locum explicant *Rubenius*, *Salmaſius*, *Lipſ. Mil. Rom.* II. 9.

10. GENUS SCRIPTURÆ INDUSTRIOSE EXCOLUIT i. ſatyris ſcribendis multum temporis impendit.

11. AUDITORIO COMMITTERE i. publice recitare. Quid proprie *committere*, dictum ſupr. Aug. 89. 8. §. 25. Hoc non eſt auſus Juvenalis, quia carminibus ſuis Paridem, & in Paride Domitianum offenderat. Noverat vero, quod & *temporibus triumviralibus Pollio, cum Feſcenninos in eum Auguſtus ſcripſiſſet, non eſſe facile in eum ſcribere, qui poteſt proſcribere.* Macrob. Saturn. II. 4.

12. BIS TERVE AUDITUS EST recitans publice ſatyras illas, quæ hodie exſtant.

13. QUÆ PRIMA FECERAT i. quæ in *primis* in Paridem, Paridiſque poetam, quiſquis ille fuerit, ſcriptis poſuerat. Illorum ſpecimen profertur ex ſatyra ſeptima n. 90. 91. 92. *Salmaſius* & *Henninius.*

14. INFERCIRET NOVIS SCRIPTIS i. ſatyris poſtea a ſe ſcriptis, cum illas recitaret, & ederet, insereret.

15. PROCERES NON DANT per avaritiam, & poetarum patroni eſſe nolunt.

16. HISTRIO *Paris*, & ſub Paridis nomine alius quis Adriani tempore. V. §. 20.

17. TU CAMERINOS.... i. tu divites & potentes colis & ſequeris: ſed fruſtra; ab illis enim nihil eſt ſperandum. Sulpicius Camerinus *proconſulare imperium in Africa habuerat, & Atri ſævitiæ, & fortaſſe captarum pecuniarum crimina* illi *objecerant.* Tacit. Ann. XIII. 52. 2. Bareas Soranus *reus* fuerat *ex proconſulatu Aſiæ.* Illi *crimini dabatur amicitia Plauti, & ambitio conciliandæ provinciæ ad ſpes novas.* Tacit. Ann. XVI. 23. 1.

18. PELOPEA i. tragœdia de *Pelopea* filia Thye-

ſtæ,

Digitized by Google

Erat tum in deliciis aulæ hiſtrio: multique fautorum ejus quotidie provehebantur. 3
Venit ergo Juvenalis in ſuſpicionem, quaſi tempora figurate [20] notaſſet: ac ſtatim [21] 4
per honorem militiæ, quamquam octogenarius, Urbe ſummotus, miſſuſque ad præ-
fecturam cohortis [22] in extrema parte tendentis Ægypti [23]. Id ſupplicii genus pla-
cuit, ut levi atque joculari delicto par eſſet. Verum intra breviſſimum tempus an- 5
gore & tædio periit.

ſtæ, cum qua ipſe pater concubuerat, ex qua natus eſt Ægiſthus, qui Agamemnona & Atreum interemit. *Britannicus.*

19. PHILOMELA I. tragœdia de *Philomela* & Progne ſororibus, quæ Ityn Tereo patri epulandum appoſuerunt. *Britannicus.*

20. FIGURA nulla erit, nullum σχῆμα, nullum oblique dictum, ſi de temporibus Domitiani, & in Paridem pantomimum illius ævi, dicantur verba, propter quæ *tempora figurate notaſſe* dici videtur Juvenalis, & leguntur VII. 90.

Quod non dant proceres, dabit hiſtrio.

Nam diſtricte, ac directe tempora Domitiani taxant, & Paridem aperte nominant, & nimiam ejus potentiam notant. Nihil ergo iſtic *figuratum*, ſi temporibus Domitiani quod dictum eſt, ſicut recte convenit, & expreſſum eſt, accommodemus. Sed ſi in perſonam Paridis dicta, & in Domitiani imperium directa, tacite in hiſtoriam Adriani, & ad tempora ejus culpanda torqueantur, tum *figuratæ* orationis, & notationis inſtar id obtinebit. Etenim *figura* eſt, cum ſub alterius perſona, quem nominamus, alterum æque vitioſum, qui ita deſignatur, ut auditori relinquatur inveniendus, fatigamus. Sic Juvenalis ſub nomine Paridis Domitiani pantomimi carpere, ac notare *figurate* voluit Adriani imperium, ſub quo & potens æque hiſtrio exſtitit, qui militias, tribunatus, & præfecturas fautoribus ſuis conciliavit. Si non hoc voluit, certe in ſuſpicionem hanc venit. *Salmaſ. p.* 320. *b. E. F. G.*

21. STATIM, ſub Adriano n. *Octogenarius* enim *Urbe ſummotus* eſt, ut docet noſter. Poſt mediam autem ætatem, quadraginta circiter annis definivimus ſupr. §. 3. primam illam ſatyram, qua Paridem læſit, compoſuit. Itaque in ſextum Adriani annum devenies, licet demus ſcriptam illam circa initia imperii Domitiani eſſe, & quadraginta annorum tum fuiſſe Juvenalem, ſi illi id, quod ſuperfuit ævi, uſque ad octogenarium computes. Accedit penultimam ſatyram ab eo ſcriptam fuiſſe poſt Junii Ruſtici conſulatum. Quod arguit n. 27.

Nos miranda quidem, ſed nuper conſule Junio
Geſta ſuper calidæ referemus mœnia Copti.

Intelligit Q. Junium Ruſticum, qui conſul fuit cum Adriano tertio ejus imperii anno, ſive ex Xiphilini computo anno ab U. C. 872. Præterea clariſſime teſtatur noſter Urbe exactum propter illos quidem verſus, quos ipſe attulit, ſed quum jam eos inſulſiſſet novis ſcriptis, ex prima n. ſatyra, qua Paridem tetigerat, tranſlatos. At ſatyra illa ſeptima, cui inſerti ſunt, & inſerti, quæque hodie legitur, ſicut ab eo recitata poſtremum eſt, atque vulgata, Domitiano jam pridem extincto prodiit. Ex ea de re Domitianus princeps immanis illum Urbe pellere non potuit, quia ſatyra illa paucorum verſuum, licet in illa aperto, rectoque telo per latus Paridis petitus fuerit, non audita publice, nec edita, ſed paucis, & forte ſcholaſticis hominibus, & doctis viſa. Potuit autem Adrianus, quia ſatyrarum pars ſub Domitiano compoſita, pars ſub Trajano, quædam ſub Adriano factæ, omnes autem Adriani ævo recitatæ, & publicatæ, quo tempore in ſuſpicionem venit, quaſi ſub ſpecie taxandorum Domitiani temporum præſentia denotare voluerit. *Salmaſ. p.* 319. *a. C. D.* 320. *b. A. B.* 321. *a. B.*

22. MISSUS AD PRÆFECTURAM COHORTIS. Unde Schol. in Juven. XV. 27. *De ſe dicit Juvenalis, quia in Ægypto militem tenuit* I. ut explicat *Salmaſ. p.* 319. *A.* militem rexit, militibus præfuit.

23. IN EXTREMA PARTE ÆGYPTI. Syenen omnino intelligit, quæ in fine imperii, & *extrema Ægypti parte*, in qua tres cohortes prætendebant. *Salmaſ. p.* 319. *a. A.* 321. *a. A.*

PERSII VITA.

Aulus Perſius [1] Flaccus [2] natus eſt pridie Nonas Decembris, Fabio Perſico, L. Vi- 1
tellio

PERSIÆ gentis perquam rara in veterum monumentis mentio exſtat. Plebejam, non patriciam fuiſſe Faſti ſuadent, in quibus nemo, quod ſciam, ejus nominis celebratur. Id nos eo magis miramur,

tellio Conſulibus [3]: deceſſit 8. Kal. Decemb. Rubrio Mario, Aſinio Gallo Conſuli-
2 bus [4]. Natus in Etruria [5] Volaterris [6], eques Romanus, ſanguine & affinitate pri-
mi ordinis viris conjunctus: deceſſit ad octavum milliarium via Appia, in prædiis
3 ſuis. Pater ejus Flaccus pupillum reliquit moriens, annorum fere ſex. Fulvia Si-
ſennia mater nupſit poſtea Fuſio, equiti Romano: & eum quoque extulit intra pau-
4 cos annos. Studuit Flaccus uſque ad annum XII. Volaterris: inde Romæ apud
Grammaticum Remmium Palæmonem, & apud Rhetorem Verginium Flaccum [7].
5 Cum eſſet annorum XXI. amicitia cœpit uti Annæi Cornuti [8], ita ut ab eo nuſquam
diſce-

mur, quia de vetuſtate illius gentis dubitare non poſſumus. Tempore belli Punici ſecundi circa annum ab U. C. 544. florebat militari laude in Romanorum caſtris C. *Perſius*. Liv. XXVI. 39. *Livius, qui arci, præſidioque Romano præerat, intentus in omnes occaſiones gerendæ rei, C. Perſium, impigrum virum, cum duobus millibus armatorum ex arce emiſit, qui vage effuſos per agros, palatoſque adortus, quum diu paſſim cecidiſſet, paucos ex multis trepida fuga incidentes ſemiapertis, ne urbs eodem impetu caperetur, portarum foribus, in urbem compulit.* Annis poſt hunc paullo minus centum Romæ vixit *C. Perſius*: De hoc Cicer. de Orat. II. 6. *C. Lucilius, homo doctus, & perurbanus dicere ſolebat, ea quæ ſcriberet, neque ab indoctiſſimis, neque ab doctiſſimis legi velle; quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortaſſe, quam ipſe de ſe: quo etiam ſcripſit, Perſium non curo legere (hic enim fuit, ut noramus, omnium fere noſtrorum hominum doctiſſimus) Lælium Decimum volo, quem cognovimus virum bonum, & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium.* Et Plin. præfat. *Præterea eſt quædam publica etiam eruditorum rejectio. Utitur illa & M. Tullius, extra omnem ingenii aleam poſitus, &, quod miremur, per advocatum defenditur. Hæc doctiſſimum Perſium legere nolo, Lælium Decimum volo.* An ex eadem ſtirpe iſti duo orti ſint, & utrum commune *Perſio* noſtro cum ambobus, aut altero eorum genus fuerit, in tanta veterum monumentorum inopia ſciri hodie non poteſt. Primum generis auctorem Græcum fuiſſe, aut a Græcis oriundum, haud fortaſſe temere ex ipſo nomine conjicitur: nam *Perſius* Græcum eſt nomen, non minus quam *Perſeus* & *Perſæus*. Nobilem ſane philoſophum *Perſæum*, de quo Diogenes Laertius, aliique multa, etiam *Perſium* reperimus nominatum: ut in antiqua vita Arati poetæ. *Perſii* quoque poetæ Græci Phocaenſis vetuſtiſſimi ex Apophthegmatis Calliſthenis Julius Pollux meminit Onom. IX. 6. Φησὶ γῶν ἐν τοῖς Ἀποφθέγμασιν ὁ Καλλισθένης, ὑπὸ Εὐβύλου τῦ Ἀταρνείτου τὸν ποιητὴν Πέρσιον.... V. *Caſaub. in Perſii vitam.*

2. Flacci cognomen habuiſſe Perſii patrem ex hac vita diſcimus: unde paret illud quam ſit ridiculum, quod quidam ſomniarunt: poetam noſtrum id cognomen inveniſſe ab *Horatii Flacci* imitatione: quod non ſolum ἀιστόρητον, ſed etiam ineptum eſt. Nec minus illud quod addunt, Severum eſſe eundem nuncupatum, ob ſectæ Stoicæ profeſſionem. Mirum quis hoc ipſos docuerit: nam & vitæ ſcriptor, & omnes veteres hoc myſterium nobis inviderunt. Sed occaſionem huic vaniſſimo commento præbuiſſe videtur inſcriptio illa, memoria avorum Volaterris inventa: ubi A. Perſii cujuſdam octennis pueri fit mentio, cui cognomen fuit Severo. *Caſaubonus.*

3. Fabio Persico, L. Vitellio consulibus I. anno ab U. C. 786. Faſti Capitolini, Caſſiodorus, Pigh. Ann. III. p. 562. Sed Caſſiodorus natum vult anno ſequenti. Cum enim iſtius anni conſules nominaſſet Ceſtium Gallum Camerinum & M. Servilium Nonianum, ſubjungit: *His conſulibus Perſius Flaccus poeta Volaterris naſcitur.* Quod forte ab Euſebio mutuavit Caſſiodorus. Is enim ad annum 2050. in a. Tiberii 21. *Perſius Flaccus Satyricus poeta Volaterris naſcitur.* V. *Cuſpinianum in Caſſiodori conſules p.* 377.

4. Rubrio Mario, Asinio Gallo consulibus, I. anno ab U. C. 814. Faſti Capitolini, Caſſiodorus, Pigh. Ann. III. p. 595. Sed in Faſtis *P. Marius* appellatur, ut & a Tacito Ann. XIV. 48. 1. & mendoſe a Caſſiodoro *Macrinus*.

5. Etruriam V. ſupr. Cæſ. 34. 2. §. 3.

6. Volaterras Etruriæ urbem deſcribit Strab. V. p. 154. Τῶν δὲ Οὐολατερράνων ἡ μὲν χώρα κλύζεται τῇ θαλάττῃ· τὸ δὲ κτίσμα ἐν φάραγγι βαθείᾳ λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς περίκρημνος πάντη, τὴν κορυφὴν ἐπίπεδος, ἐφ' ᾗ ἵδρυται τὸ τεῖχος τῆς πόλεως· ἡ δ' ἐπ' αὐτὴν ἀνάβασις πεντεκαίδεκα σταδίων ἐστὶν ἀπὸ τῆς βάσεως ὀξεῖα πᾶσα καὶ χαλεπή. *Volaterranorum ager mari alluitur: urbs condita eſt in valle profunda, ſupra collem celſum, & undequaque præcipitem, plano vertice, in quo arx urbis ſita eſt, ab imo ad ſummum adſcenſus eſt arduus atque difficilis quindecim ſtadiorum.* Vulgo nunc dicitur *Volterra*, ut docet Cluver. Ital. Ant. II. 3. 13. De illa multa Leand. Ital. p. 77.

7. Verginius Flaccus fortaſſe pater fuerit, aut patruus *Verginii Rufi* illius, qui temporibus Neronis *ſtudia juvenum eloquentiæ fovebat*, ut refert Tacit. Ann. XV. 71. 6. & de arte rhetorica ſcripſit. Quintil. Inſtit. III. 1. *Scripſit de eadem materia accurate ætatis noſtræ Verginius.* Caſaubonus.

8. Annæum Cornutum hiſce deſcribit Suidas, Ὁ Κορνοῦτος Λεπτίτης, φιλόσοφος. Ἡ δὲ Λέπτις πόλις Λιβύης. Γέγονεν ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος, καὶ πρὸ αὐ-
τῶ

diſcederet: a quo introductus aliquatenus in philoſophia eſt [9]. Amicos habuit a pri- 6
ma adoleſcentia Cæſium Baſſum [10], & Calpurnium Staturam [11], qui eo vivo juve-
nis diſceſſit. Coluit ut patrem Servilium Numanum [12]. Per Cornutum cognovit 7.8
Annæum etiam Lucanum, æquævum auditorem Cornuti. Nam Cornutus illo tem-
pore tragicus fuit, ſectæ Stoicæ, qui libros philoſophiæ reliquit. Sed Lucanus
adeo mirabatur ſcripta Flacci, ut vix retineret ſe illo recitante a clamore (quin illa
eſſe vera poemata diceret.) Sero cognovit Senecam, ſed non ut caperetur ejus inge- 9
nio. Uſus eſt apud Cornutum duorum convictu doctiſſimorum, & ſanctiſſimorum 10
virorum, acriter tum philoſophantium, Claudii Agaterni medici Lacedæmonii,
& Petronii Ariſtocratis Magnetis, quos unice miratus eſt & æmulatus, cum æquales
eſſent, & Cornuto minores. Ipſe etiam decem fere annis [13] ſumme dilectus apud 11
Thraſeam eſt, ita ut peregrinaretur quoque cum eo aliquando, cognatam ejus Arriam
uxorem habente. Fuit morum leniſſimorum, verecundiæ virginalis, formæ pulcræ, 12
pietatis erga matrem & ſororem & amitam exemplo ſufficientis. Fuit frugi & pudi-
cus. Reliquit circa HS XX [14] matri & ſorori, ſcriptis tantum ad matrem codicillis, 13
rogavit eam ut daret Cornuto ſeſtertia, ut quidam dicunt, centies [15]: ut alii volunt,
argenti facti [16] pondera viginti, & libros circa ſeptingentos, ſive bibliothecam ſuam
omnem. Verum Cornutus ſublatis libris, pecuniam ſororibus, quas frater hæredes
fecerat, reliquit. Et raro, & tarde ſcripſit. Hunc ipſum librum imperfectum reli- 14
quit. Verſus aliqui dempti ſunt in ultimo libri [17]: & quaſi finitus eſſet, leviter re-
citavit Cornuto: & Cæſio Baſſo petenti ut ipſe ederet, tradidit edendum. Scripſe- 15
rat etiam in pueritia Flaccus prætextam [19], & Ὁδοιπορικῶν librum unum, & paucos
in

τῦ, διαπρέψας ἐν τῷ Μυσονίῳ, ἔγραψε δὲ πολλὰ φιλόσοφά τε καὶ ῥητορικά. *Cornutus Leptites, philoſophus. Leptis autem Africæ eſt civitas. Fuit Romæ ſub Nerone, & ante eum, interfectus vero cum Muſonio, ſcripſit multa & philoſophica & rhetorica.* Ad Cornutum ſatyram quintam ſcribit Perſius. Plura de *Cornuto* Voſſ. de Hiſtor. Lat. I. 26.

9. INTRODUCTUS IN PHILOSOPHIA EST; unde *præceptor Perſii* dicitur Euſeb. Chron. ad annum 2083. in a. Neronis 13. *Nero cum cæteris viris inſignibus & Octaviam uxorem ſuam interfecit, Cornutumque philoſophum, præceptorem Perſii, in exſilium fugat.*

10. CÆSIUS BASSUS poeta fuit Lyricus ſub Nerone & Galba. Quintil. Inſtit. x. I. *Si quem Horatio adjicere velis, is erit Cæſius Baſſus, quem nuper vidimus.* Ad illum ſatyram ſextam ſcribit Perſius. V. & *Voſſ. de Hiſtor. Lat.* I. 22.

11. STATURA cognomen alibi non legimus. Legamus *Suram.* Hoc commune multis gentium Romanarum fuit cognomen. *Caſaubonus.*

12. NUMANUM. Scribendum *Nonianum.* Hic eſt ille Servilius Nonianus, de quo Fabius Inſtit. x. I. *Mihi egregie dixiſſe videtur. Servilius Nonianus, pares eos magis quam ſimiles: qui & ipſe a nobis auditus eſt, clari vir ingenii, & ſententiis creber, ſed minus preſſus, quam hiſtoria auctoritas poſtulat.* Hunc *conſulem* vidit Plin. XXXVII. 6. cum C. *Seſtio* x. 43. & *M. Servilium Nonianum* vocat XXVIII. 2. *M. Servilius Nonianus princeps civitatis.* Hujus meminit quoque alter Plinius ſupr. Claud. 41. 3. §. 9. V. etiam *Caſaubonum, & Gronovium.*

13. DECEM FERE ANNIS. quibus videtur hoc dicere, affinitatem, quæ Perſium Thraſeæ conjungebat, ante *annos fere decem* fuiſſe prius contractam, quam ſupremum ipſe diem obiret. *Caſaubonus.*

14. HS VICIES æſtimatione Budæi aureorum ſolatorum quinquaginta millia efficiunt: æſtimatione aliorum circiter millia quinque & quadraginta. *Caſaubonus.*

15. CENTIES ne ipſe quidem poſſedit. L. *centum.* Hæc Budæo ſunt aurei Francici bis mille quingenti: aliis bis mille tantum. V. *Gronovium,* & *Caſaubonum.*

16. ARGENTUM FACTUM quid ſit, dixi ad Curt. III. 13. 16. §. 55.

17. VERSUS ALIQUOT DEMPTI SUNT IN ULTIMO LIBRI. Quod ita non accipiendum, quaſi deeſſet aliquid ſatyræ ſextæ, quæ haud dubie integra eſt, neque poterat concinniore fine claudi, quam ut hodie finitur. Sed ſi quid *demptum eſt*, dubio procul principium illud erat novæ ſatyræ. Etſi vero certum eſt, recte Perſii librum hodie in ſex ſatyras diſtingui: in antiquiſſimis tamen membranis aliam diſtinctionem invenimus: in multis enim codicibus quinque ſolum ſatyræ numerantur, quarta ad tertiam adjuncta: in quibuſdam continuus eſt unus liber, nulla ſatyrarum facta diſtinctione. Sane Priſcianus, atque alii grammatici antiqui, quoties Perſium laudant, librum nominant, non ſa-

Digitized by Google

16 in ſororem Thraſeæ & in Arriæ matrem [19] verſus, quæ ſe ante virum occiderat. O-
17 mnia autem Cornutus auctor fuit matri ejus, ut ea aboleret. Editum librum conti-
18 nuo mirari homines, & deripere [20] cœperunt. Deceſſit autem vitio ſtomachi, an-
19 no ætatis XXX [21]. Sed mox ut a ſchola & magiſtris deverterat, lecto libro Lucillii decimo, vehementer ſatyras componere ſtuduit, cujus libri principium imitatus eſt, ſibi primo, mox omnibus detrectaturus, cum tanta recentium poetarum & oratorum inſectatione, ut etiam Neronem illius temporis principem culpaverit: cujus verſus in Neronem cum ita ſe haberet.

Auriculas aſini Mida rex habet,

in hunc modum a Cornuto ipſo tantummodo [22] eſt emendatus,

Auriculas aſini quis non habet?

Ne hoc Nero in ſe dictum arbitraretur.

tyras numerant. *Caſaubonus.*

18. PRÆTEXTAM, ſed *prætextatam* legendum cenſet cenſor non infelix *J. G. Grævius.* Membranæ virorum ſummorum Petri Pithœi & Johannis Ruſſati addunt vocem *Veſcio*, quam retinendam putat, & ut *prætextata* a Perſio ſcriptæ nomen, ſive titulum accipit *Barth. Adv.* XI. 27. Talibus certe fingendis non fuerunt infelices Latini. Ita dicit Cicer. Attic. IX. 18. *ſceleronem*, Laberius apud Non. II. 12. *adulterionem*, Iſidor. Orig. XIX. 8. *machinonem*, & ſi quæ his ſimilia apud alios leguntur.

19. IN SOROREM.... L. *in ſocrum Thraſeæ Arriam matrem.* Duæ enim fuerunt *Arriæ*, mater & filia: illa Pæto Cæcinæ, hæc Pæto Thraſeæ nupta. Tacit. Ann. XVI. 34. 3. *Igitur flentes, quiritantesque qui aderant, faceſſere propere Thraſea, neu pericula ſua miſcere cum ſorte damnati hortatur, Arriamque tentantem mariti ſuprema, & exemplum Arriæ matris ſequi, monet retinere vitam, filiæque communi ſubſidium unicum non adimere.* Gronovius.

20. DIRIPERE hoc loco legendum eſſe, non *deripere* jam dictum ſupr. Cæſ. 17. 4. §. 14.

21. XXX. ÆTATIS ANNO *deceſſiſſe* Perſium falſum eſt. Si enim ratio ineatur temporum ſupr. n. 1. §. 3. & 4. adnotatorum, novem circiter diebus prius obiit, quam annum vitæ vigeſimum octavum impleret. Propius ad verum accedit Hieronymus, qui in Chronico Euſebii ad annum 2078. in 2. Neronis 8. *Perſius moritur anno ætatis ſuæ 29. Caſaubonus.*

22. TANTUMMODO quid ſibi vult? Niſi me fallit conjectura, de Perſio ſermo eſt, qui non edidiſſe ſuos libros ipſe, ſed Cæſio Baſſo edendos modo memoratus eſt. Legendum itaque: *in hunc modum a Cornuto, ipſo nondum mortuo, eſt emendatus.* Quod ipſius officium fuerat, ait vivente ipſo factum a philoſopho, ne in Neronis rabiem incideret adoleſcens innocentiſſimus. *Barth. Adv.* XI. 21.

HORATII
VITA.

1 Horatius [1] Flaccus Venuſinus [2], patre, ut ipſe tradit [3], libertino, & exactionum coacto-

HORATII VITAM, quæ e vetuſto quodam exemplari deſcripta ſine nomine auctoris hodie legitur, a Suetonio in libro de poetis, qui periit, compoſitam fuiſſe, id tale eſt, ut negari non poſſit, cum Suetonii ſtylus & ratio ſcribendi facile ab homine perito agnoſcantur. Dein palam id probaverit Scholiaſtæ veteris auctoritas, qui in Epiſt. II. 1. ſcribens, *Auguſto increpanti Horatium*, inquit, *quod non ad ſe quoque plurima ſcriberet, ut Suetonius auctor eſt.* Quo in loco ea ante oculos habuit, quæ ex epiſtola Auguſti ad Horatium protulit Suetonius n. 10. *Faber Epiſt.* II. 47. *Barth. Adv.* XXVII. 1: LII. 4. *Nann. Miſc.* III. 2.

2. VENUSIUM oppidum ſitum eſt in Appulorum, Lucanorum, & Samnitium confinio. Unde ipſe Horat. Sat. II. 1. 34.

—— ſequor hunc, Lucanus, an Appulus, anceps:

Nam Venuſinus arat finem ſub utrumque colonus.

Et Samnitibus, quod in Samnitium Lucanorumque finibus ſitum ſit, tribuere videtur Strab. VI. p. 175. Γρυμέντου.... μέχρι Ὀυενυσίας πόλεως ἀξιολόγου, ταύτην δ' οἶμαι καὶ τὰς ἐφεξῆς ἐπὶ Καμπανίας ἰόντι, Σαυνίτιδας εἶναι. *Grumentum.... uſque ad Venuſiam urbem præcipuam, quam ego, ut & reliquas, quæ ſunt in via ad Campaniam, Samniticas eſſe judico.* Vulgo nunc

coactore [4]: ut vero creditum eſt ſalſamentario [5], quum illi quidam in altercatione exprobraſſet; *Quoties ego vidi patrem tuum cubito emungentem* [6]? Bello Philippenſi [7], 2 excitus a Marco Bruto Imperatore [8], tribunus militum [9] meruit: victiſque partibus, venia impetrata [10], ſcriptum [11] quæſtorium comparavit [12]. Ac primo Mæcenati, 3 deinde Auguſto inſinuatus, non mediocrem locum in amborum amicitia tenuit. Mæcenas

nunc incolis dicitur *Venoſa*, ut dicit Cluver. Ital. ant. IV. 12. 10. Deſcribit illud quoque Leand. Ital. p. 372.

3. UT IPSE TRADIT Sat. I. 6. 45.

Nunc ad me redeo libertino patre natum:
Quem rodunt omnes libertino patre natum.

Quis *libertinus* V. ſupr. Claud. 24. 4. §. 14.

* 4. EXACTIONUM COACTORE I. tributorum vectigaliumve collectore. Hoc *exactionum* voce ſignificatur. Tacit. Hiſt. I. 20. 4. *Exactioni triginta equites Romani præpoſiti.* c. 90. n. 1. *Juſtiſſimum donum, & in ſpeciem magnificum, ſed feſtinata exactione uſu ſterile.* Hoc munus patris ipſe digito monſtrat Sat. I. 6. 85.

Nec timuit ſibi ne vitio quis verteret; olim
Si præco parvas, aut, ut fuit ipſe, coactor,
Mercedes ſequerer.

V. etiam *Maſſon. Horat. vit. p.* 10.

5. SALSAMENTUM omne id quod *ſale* ad diuturnum uſum conditur. Terent. Adelph. III. 3. 26.

——— *Salſamenta hæc, Stephanio,*
Fac macerentur pulcre.

Ubi Donatus. *Salſamenta ſunt, aut ſalſi piſces, aut laridum.* Gr. τὰ τάριχα dicuntur. Plutarch. Sympoſ. I. 9. Οἷόν ἐστι τὸ τάριχος ἂν ἅλμῃ βρέχηται, γλυκύτερον γίνεσθαι. *Ut quod ſalſamentum ſi rigetur aqua marina, fit dulcius.* Hinc *ſalſamentarius*, Gr. ταριχοπώλης, & ταριχέμπορος, qui *ſalſamenta* vendit. V. infr. §. 6.

6. CUBITO EMUNGENTEM helleniſmus eſt, ἀπομύττοντα pro ἀπομύττοντα ἑαυτόν. *Cubito emungere* ſe ſolebant ſalſamentarii. Docent hoc certatim Latini & Græci. Auctor Rhetor. ad Herenn. IV. 54. *Ut ſi ſalſamentarii filio dicas: quieſce tu, cujus pater cubito ſe emungere ſolebat.* Laert. in Bione p. 285. A. Ἐμοῦ ὁ πατὴρ μὲν ἦν ἀπελεύθερος, τῷ ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος, διεδήλου δὲ τὸν ταριχέμπορον. *Pater quidem meus libertus fuit, cubito ſe tergens, ſignificat autem illum ſuccidiam, & lardum vendere.* Plutarch. Sympoſ. II. 1. Ὁ γὰρ εἰπὼν ταριχοπώλην, αὐτόθεν λελοιδόρηκεν· ὁ δὲ φήσας, μεμνήμεθά σε τῷ βραχίονι ἀπομυττόμενον, ἔσκωψε. *Qui enim ſalſamentarium te appellat, is palam convicium facit: qui dicit, meminimus te cubito nares emungere, ſalſe pungit.*

7. BELLO PHILIPPENSI, quod V. ſupr. Aug. 13. 1. §. 2. Illo meruiſſe ſe dicit Od. II. 7. 9.

Tecum Philippos, & celerem fugam
Senſi, relicta non bene parmula.

Epiſt. II. 2. 49.

Unde ſimul primum me dimiſere Philippi,
Deciſis humilem pennis, inopemque paterni
Et Laris, & fundi.

8. A MARCO BRUTO IMPERATORE. Hinc de Horatio Sidon. carm. 4. n. 9.

Et tibi Flacce acies Bruti Caſſique ſecuto,
Carminis eſt auctor, qui fuit & veniæ.

Et ille de ſemetipſo Od. II. 7. 1.

O ſæpe mecum tempus in ultimum
Deducte, Bruto militiæ duce.

9. TRIBUNUM MILITUM ſe meruiſſe dicit ipſe Sat. I. 6. 48.

Quod mihi pareret legio Romana tribuno.

10. VENIA IMPETRATA Mæcenatis opera. Sidon. ſupr. §. 8.

* 11. SCRIPTUM ſimpliciter Schol. Juv. V. 3. *Aliud ſcriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat.* & *ſcriptum quæſtorium* eſt officium ſcribæ quæſtoris. Nomina enim verbalia neutrius generis, quale eſt *ſcriptum*, non ſemper τὸ ἀποτέλεσμα ſignificant, & quod actum eſt; ſed quod agitur & ipſam actionem, munus, officium.) Inde *ſcriptum facere* eſt ſcribæ munus exercere, ſcribam eſſe. Liv. IX. 46. *Invenio in quibuſdam annalibus, quum appareret ædilibus, fierique ſe pro tribu ædilem videret C. Flavius, neque accipi nomen, quod ſcriptum faceret; tabulam poſuiſſe, & juraſſe, ſe ſcriptum non facturum: quem aliquanto antea deſiiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius.* Gell. N. A. VI. 9. *Cn. Flavius patre libertino natus ſcriptum faciebat: iſque eo tempore ædili curuli parebat.* V. quoque *Valeſ. in Ammian.* XXVIII. 6. *Barth. Adv.* L. 1. *Urſat. de Not. Roman. Theſ. Antiq. Roman. Græv.* XI. *p.* 788. *b. Sarrav. Epiſt.* 79. & *Salmaſ. ad illum Epiſt.* 82. *Maſſon. in Horat. vit. p.* 74.

12. COMPARAVIT I. emit pretio. Decuriis ſcribæ cenſebantur, ut dixi ſupr. Aug. 57. 5. § 12. Has decurias interdum pretio emebant ſcribæ. Emerat ſibi illam Sarmentus. Docuit hoc nos Scholiaſtes Juvenalis ad Auguſti l. l. Unde ridet Cicero ſcribas, qui decuriam ſibi emerant ſupr. Aug. 45. 4. §. 16. * Liberti plerumque, & qui ſervi fuerant hujuſmodi decurias quæſtorias, ſive ſcripta quæſtoria ſibi *comparabant*, ut ad equeſtrem dignitatem pervenirent. Schol. Juven. ad Auguſtum laudatum. Ita Horatius, cum libertino patre natus eſſet, finita militia, quæ male ſucceſſerat, ſcriptum quæſtorium emit, ut pro equite Romano ſe poſſet gerere.

13. EPI-

Digitized by Google

4 Mæcenas quantopere eum dilexerit, ſatis monſtratur illo epigrammate [13]; ubi inquit:

Ni te viſceribus meis, Horati,
Plus jam diligo [14], *Titium ſodalem* [15]
Mimo [16] *tu videas* [17] *ſtrigoſiorem* [18].

5 Sed multo magis extremis [19] tali ad Auguſtum elogio: *Horatii Flacci, ut mei, me-*
6 *mor eſto.* Auguſtus ei Epiſtolarum officium obtulit: hoc ad Mæcenatem ſcripto ſignificat: *Ante ipſe ſcribendis epiſtolis amicorum ſufficiebam: nunc occupatiſſimus, & infirmus. Horatium noſtrum a te cupio abducere. Veniet ergo ab iſta paraſitica* [20] *menſa ad*
7 *hanc regiam: & nos in ſcribendis epiſtolis juvabit.* Ac ne recuſanti quidem aut ſuccenſuit

13. EPIGRAMMATE. *Conſtat enim Mæcenatem fuiſſe literarum peritum, & plura compoſuiſſe carmina: nam etiam Auguſti Cæſaris geſta deſcripſit, quod teſtatur Horatius dicens* Od. II. 12. 9.

——— *tuque pedeſtribus*
Dices hiſtoriis prælia Cæſaris
Mæcenas melius, ductaque per vias
Regum colla minantium.

Ut hoc nunc dicat..... inceptum una decurre laborem, i. adeſto, & ſimul ſcribamus. Serv. Georg. II. 39.

* 14. VISCERIBUS PLUS DILIGERE abundantiam amoris ſignificat. Huc illud referri poteſt, quod ſcribit Ariſt. Ἠθ. Νικομ. IX. 4. vulgus hominum ad ſummam perductum amicitiam ſignificare volens, comparatione utitur ad illam, quæ eſt alicui cum ſemetipſo: vel ut ipſe breviſſime, ἡ ὑπερβολὴ τῆς φιλίας τῇ πρὸς ἑαυτὸν ὁμοιοῦται. *Ritterſh. in Oppian.* p. 212.

15. TITIUM SODALEM. L. *Tu Titi ſodalis. Titii ſodales* notum genus ſacerdotii deſcripſi ſupr. Galb. 8. 1, §. 4. Credibile eſt, quendam ex iſtis vicinum Mæcenati, aut qui crebro ejus ædes præterveheretur, parum curato jumento inſidens, viciniæ, aut Cilnio ipſi, aut familiæ ejus occaſionem proverbii fingendi dediſſe, ut *Titii ſodalis* equum, vel mulum pro male curato, *Titii ſodalis* mulo ſtrigoſiorem pro macilento, male vivo, vix vivo, & monogrammo, ut Lucilius, dicerent. *Gronovius.*

16. MIMO. L. *ginno. Ginnus* brevis mulus. Mart. VI. 52. al. 77. 7.

Non aliter monſtratur Atlas cum compare ginno.

Ariſt. de Hiſt. anim. VI. 24. Generat. anim. II. 8. Οἱ δὲ καλούμενοι γίννοι, γίνονται ἐκ τῆς ἵππου καὶ τοῦ ὄνου, ὅταν νοσήσῃ ἐν τῇ κυήσει, ὥσπερ ἐν μὲν τοῖς ἀνθρώποις οἱ νάνοι, ἐν δὲ τοῖς ὑσὶ τὰ μετάχοιρα· καὶ ἴσχει δὲ, ὥσπερ οἱ νάνοι, ὁ γίννος τὸ αἰδοῖον μέγα. *Ginni qui vocantur, ex equo & aſino naſcuntur, cum in gerendo utero agrotavit, ut in hominibus pumiliones, & in porcis metachœrum: & habet, ſicut & nani, ginnus pudendum enorme.* Gronovium etiam vide.

17. VIDEAS genus eſt jurandi. Xiphil. LXI. p. 694. D. Ἦν δέ τις Μάρκος Σαλούιος Ὄθων, ὃς οὕτως ἔκ τε τῆς ὁμοιότητος τῶν τρόπων, καὶ τῆς κοινωνίας τῶν ἁμαρτημάτων τῷ Νέρωνι ᾠκείωτο, ὥστε καὶ ἐρεῖν ποτε πρὸς αὐτόν, Οὕτω με Καίσαρα ἴδοις, καὶ οὐδὲν διὰ τοῦτο κακὸν ἔπαθεν. *Cum Nerone autem M. Salvius Otho tanta morum ſimilitudine, & ſocietate ſcelerum conjunctus erat, ut Neroni aliquando dixerit: ſic me Cæſarem videas. Quod dictum ei nihil obfuit.* Gronovius.

18. STRIGOSUS *apud veteres morbus dicitur jumentorum, qui corpora ſtringat, aut fame, aut alia vitii cauſa, quaſi ſtringoſus. Maſſurius Sabinus* VII. *Cenſores, inquit, Publius Scipio Naſica, & M. Pompilius, cum equitum cenſum agerent, equum nimis ſtrigoſum, & male habitum, ſed equitem ejus uberrimum, & habitiſſimum viderent.* Nonius II. 762. Gell. IV. 12. Vocabulum eſt in jumentis proprium. Liv. XXVII. 47. *Quod Aſdrubal provectus ante ſigna cum paucis equitibus, ſcuta veterum hoſtium notavit, quæ ante non viderat, & ſtrigoſiores equos.* Frontin. Strat. I. 2. 9. *Aſdrubal frater Annibalis.... quod ab itinere ſtrigoſiores notabat equos, & coloratiora hominum, ut ex via, corpora.* * Epigramma eſſe mutilum nemo non ſentit, & quia nulla veſtigia literarum relicta ſunt, non auſim lacunas temeraria divinatione implere. *Nann. Miſc.* III. 2.

* 19. EXTREMIS. Videtur hic aliquid deeſſe, ut ſic legas: *Sed multo magis extremis verbis, vel multo magis in extremis, tali ad Auguſtum elogio: Horati Flacce mei memor eſto.* Iſta eſt extrema obteſtatio teſtamenta condentium, vel morientium ad eos, quos caros habent. Tale fere quiddam invenies & in teſtamento Cuſpidii. *Nann. Miſc.* III. 2. V. etiam ſupr. Aug. 100. 2. §. 14.

20. PARASITI olim vocabantur comites, & ſodales pontificum, & magiſtratuum. Athen. VI. p. 234. D. Τὸ τοῦ παρασίτου ὄνομα νῦν μὲν ἄδοξόν ἐστι, παρὰ δὲ τοῖς ἀρχαίοις εὑρίσκομεν τὸν παράσιτον ἱερόν τι χρῆμα, καὶ τῷ συνθοίνῳ παρόμοιον. Ἐν Κυνοσάργει μὲν οὖν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν, ἐν ᾗ ψήφισμα Ἀλκιβιάδου· τὰ δὲ ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων. F. Κλέαρχος δ' ὁ Σολεὺς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν βίων τάδε γράφει· ἔτι δὲ παράσιτον νῦν μὲν τὸν ἕτοιμον, τότε δὲ τὸν εἰς τὸ συμβιοῦν κατειλεγμένον. Ἐν γοῦν τοῖς παλαιοῖς νόμοις αἱ πλεῖσται τῶν πόλεων, ἔτι δὲ καὶ τήμερον, ταῖς ἐντιμοτάταις ἀρχαῖς συγκαταλέγουσι παρασίτους. *Paraſiti nomen nunc quidem ſordidum & infame, apud antiquos invenimus ſanctum, & perinde ac ſi dixiſſens* συνθοίνῳ *In coepulonem. Itaque in Cynoſargis Herculeo templo columna eſt, in qua*

ſuit quidquam, aut amicitiam ſuam ingerere [21] deſiit. Exſtant epiſtolæ [22]: ex qui- 8
bus argumenti gratia, pauca ſubjeci: *Sume tibi aliquid juris apud me, tanquam ſi vi-
ctor* [23] *mihi fueris: recte enim, & non temere feceris; quoniam id uſus mihi tecum eſſe vo-
lui, ſi per valetudinem tuam fieri poſſit.* Et rurſus: *Tui qualem habeam memoriam po-
teris ex Septimio* [24] *quoque noſtro audire; nam incidit ut ille coram fieret a me tui mentio.
Neque ſi tu ſuperbus amicitiam noſtram ſpreviſti, ideo nos quoque ἀνθυπερηφανοῦμεν* [25]. Præ- 9
terea ſæpe inter alios jocos puriſſimum penem [26], & homuncionem lepidiſſimum appellat:
unaque & altera liberalitate [27] locupletavit. Scripta quidem ejus uſque adeo probavit, 10
manſuraque perpetuo [28], ut non modo Seculare [29] carmen componendum injunxerit, ſed
& Vindelicam victoriam [30] Tiberii Druſique privignorum: eumque coegerit propter
hoc, tribus carminum libris, ex longo intervallo, quartum addere [31]: poſt Sermones quo-
que lectos nullam ſui mentionem habitam ita ſit queſtus: *Iraſci me tibi ſcito, quod non in
pleriſque ejuſmodi ſcriptis mecum potiſſimum loquaris. An vereris ne apud poſteros tibi infa-
me ſit, quod videaris familiaris nobis eſſe?* Expreſſitque elogium [32], cujus initium eſt:

Cum tot ſuſtineas, & tanta negotia, ſolus;
Res Italas armis tuteris, moribus ornes,
Legibus emendes: in publica commoda peccem,
Si longo ſermone morer tua tempora, Cæſar.

Idem Horatius habitu corporis brevis [33] fuit atque obeſus [34]: qualis a ſe ipſo & in 11
Satyris deſcribitur, & ab Auguſto hac epiſtola: *Pertulit ad me Dionyſius libellum tuum,*
quem

qua decretum Alcibiadis: quot menſibus cum paraſitis ſacerdos ſacris operator. Clearchus Solenſis libro primo vitarum ſcribit, paraſitum olim dictum promptum, paratumque hominem, nunc autem commutata ſignificatione victus ſocium. Itaque legibus antiquis civitates hodie quoque plurimas in maximis honoribus ampliſſimiſque magiſtratibus paraſitos reponere.

21. INGERERE i. obtrudere. *Ingerere* quale verbum, dixi ad Curt. IV. 2. 19. §. 85.

22. EPISTOLÆ, ſed illas confictas magis, quam dignas tanto principe, ejuſque ſumma eruditione: illudque cum alia multa, tum elocutionem inprimis probare putat *Crinit. de Poet. Lat.* III. 38.

23. VICTOR. Scribe *convictor*. Ea mens Auguſti certo. *Caſaubonus.*

24. SEPTIMIO forte illo, cui ſcribit Horat. Od. II. 6. 1. *Septimi Gades aditure mecum.*

25. Ἀνθυπερηφανοῦμεν i. *viciſſim ſuperbimus.* Nann. Miſc. III. 2. Sed ἀνθυπερηφρονοῦμεν in manuſcriptis eſſe monet *Rutgerſ. V. L.* II. 14.

* 26. PENEM. Sunt exemplaria, in quibus legitur *pœne*. Perſuadeo mihi legendum *pene*, genitali ſcilicet membro; antiphraſticôs eum libidinoſum dicit. *Nann. Miſc.* III. 2.

27. LIBERALITATE i. dono. V. ſupr. Claud. 29. 3. §. 10.

* 28. MANSURAQUE PERPETUO. Defectum hoc modo ſupplet codex regius, *ominatus eſt*. Pro quo repoſuerant alii (& inter illos Nann. Miſc. III. 2.) *credidit*. Rutgerſ. Lect. Venuſ. c. 30.

29. SECULARES ludos reſtituiſſe Auguſtum dixit noſter ſupr. 31. 4. Illos editurus, cum poetam quæreret, qui ſollenne carmen, Apollini & Dianæ canendum, digne conficeret, ſolus Horatius repertus eſt, quem tanto oneri parem judicaret. Ejus igitur principis juſſu hoc præclarum carmen poeta conſcripſit. Ovid. Triſt. II. 25.

Juſſerat & Phœbo dici: quo tempore ludos
Fecit, quos ætas adſpicit una ſemel.

Rutgerſ. Lect. Venuſ. c. 12. Scripſit autem, annum cum ageret nonum & quadrageſimum, ut ex chronologia Horatiana patet apud *Fabr. Epiſt.* II. 47.

30. VINDELICAM VICTORIAM Neronum deſcribit noſter ſupr. Aug. 21. 8. illuſtravit Horatius Od. IV. 4.

31. QUARTUM ADDIDISSE *tribus carminum libris*, ſed ab Auguſto juſſum Horatium produnt etiam ad libri initium Acro. *Statuerat Horatius uſque ad tertium librum carminum complere opus ſuum, quibus editis maximo intervallo hunc quartum ſcribere compulſus eſt ab Auguſto in laudem privigni ſui Druſi Neronis, qui victor de Rhætis Vindelicis fuerat reverſus.* Et Porphyrio. *Poſt conſummatos, editoſque tres carminum libros maximo intervallo hunc librum quartum ſcribere compulſus eſſe dicitur ab Auguſto, ut Neroni ejus privigno victoriam de Rhætis Vindelicis quæſitam illuſtraret.*

32. ELOGIUM, quod exſtat Epiſt. II. 1.

33. CORPORIS BREVITATEM Horatio objicere videtur Damaſippus Sat. II. 3. 308.

——— *longos imitaris, ab imo*
Ad ſummum totus moduli bipedalis.

34. OBESUM ſe eſſe agnoſcit Horatius Epiſt. I. 4. 15.

quem ego, ne accuſem te, quantuluſcunque eſt, boni conſulo. Vereri autem mihi videris, ne majores libelli tui ſint, quam ipſe es; ſed ſi tibi ſtatura deeſt. * *unde eſt* [35], *itaque licebit in ſextariolo ſcribas* [36] *: quum circuitus voluminis tui ſit* ὀγκωάντατος [37], *ſicut eſt ven-*
12 *triculi tui.* Ad res Venereas intemperantior traditur. Nam ſpeculato cubiculo ſcor-
ta dicitur habuiſſe diſpoſita: ut quocunque reſpexiſſet, ibi ei imago coitus referre-
tur. Vixit plurimum in ſeceſſu ruris ſui Sabini aut Tiburtini [38] : domuſque ejus
13 oſtenditur circa Tiburtini luculum. Venerunt in manus & *elegi* ſub titulo ejus, &
epiſtola proſa oratione [39] quaſi commendantis ſe Mæcenati: ſed utraque falſa puto. Nam
15 elegi vulgares, epiſtola etiam obſcura: quo vitio minime tenebatur. Natus eſt ſex-
16 to Idus Decembres, Lucio Cotta & Lucio Torquato Conſulibus [40]. Deceſſit quin-
to Kalendas Decembres, Cajo Marcio Cenſorino, Cajo Aſinio Gallo conſulibus [41],
poſt nonum & quinquageſimum annum [42], hærede Auguſto palam nuncupato [43]:
17 quum urgente vi valetudinis non ſufficeret ad obſignandas teſtamenti tabulas. Humatus & conditus eſt extremis Eſquiliis [44], juxta Mæcenatis tumulum.

Me pinguem & nitidum bene curata cute viſes.

35. Unde est. Annus eſt, inquit ampliſſimus Cuper. Obſerv. I. 5. ex quo ſerram hic reciprocant illuſtria ingenia, & vera corcula. Caſaubonus conjecit, *venter abunde eſt....* Ejus vero conjectura longius abit a vulgata, quam ut eam recipere auſit Rutgerſ. V. L. II. 14. Et tamen ejus veſtigiis inſiſtens, *ventris abunde eſt*, inde format Salmaſ. de mod. uſur. c. 10. p. 408. Eſt vero inde nata, quia in veteri libro legitur, *unde eſt.* Ex quibus, ſed diductis literis, *V. N. deeſt*, i. *venter non deeſt*, ingenioſiſſime faciebat P. Scriverius. Sed in aliis eſt, *corpuſculum non deeſt.* Sub quibus latere quid, a librario ævi ſequioris non intellectum, & *cor corpuſculo non deeſt*, legendum eſſe, & cordatum licet brevi in corpore dici Horatium putat Barth. Adv. XXVII. I. Sed fruſtra viros doctos, ut ibidem monet exactiſſimi judicii, quem modo laudabam, Cuperus, offendit vocis *corpuſculi* uſus, qui quod ad pinguedinem referri debuiſſet, de ſtatura intellexerunt. *Corpus* enim interdum pinguedinem & craſſitiem notat. Phædr. III. 8. 5.

Aut quo cibo tantum feciſti corporis?

Quod nihil aliud eſt, quam ex quo cibo tantam pinguedinem contraxiſti? Ita *corpus amittere* eſt maceſcere apud Cicer. Fam. VII. 26. *Et vires, & corpus amiſi.* Et *membra ſine corpore* macilenta ſunt apud Quintil. Declam. 8. Auguſtus, ut etiam ad brevem Horatii ſtaturam alluderet, *corpuſculum* non minori elegantia dixit. *Vena abunde eſt* legit Grævius.

36. In sextariolo scribas. Queritur nimis eſſe brevem Horatii libellum, ſive libri volumen, ſuadetque illi, quo craſſitiem ſuam imitarentur, deinceps libellos ſuos in *ſextario* ſcribere. *Sextarium* ad granum intelligit. Si ad eam craſſitiem libelli tui molem exæquent, fac eos ſcribas *in ſextario*, ſic exæquabunt. *Salmaſius de mod. uſur. c.* 10.

37. Ὀγκωάντατος. Depravatiſſime editur hæc vox Græca. Reſtitue ὀγκωδέστατος i. *latiſſimus*. Caſaubonus. * Ut tumor libelli ad aqualiculum Horatii alludat, *Nann. Miſc.* III. 2.

* 38. Sabini, aut Tiburtini non ita accipienda ſunt quaſi duo prædia habuerit. *Satis* enim *beatum unicis Sabinis* ſe dicit Od. II. 18. 14. Sed quod id prædium in confinio agri Sabini & Tiburtini ſitum eſſet, ut dubium foret, ad quam regionem pertineret. Talis ille Catulli erat fundus 44. 1--5. Sic Horatius ſcribit Sat. II. I. 34. anceps eſſe, num *Appulus* an *Lucanus* ipſe ſit. Nimirum, quod Venuſia, cum in finibus utriuſque regionis ſita eſſet, an ad Lucanos, an ad Appulos pertineret, incertum foret. *Rutgerſ. Venuſ. Lect. c.* 30.

39. Prosa oratio quænam V. ſupr. Aug. 85. I. §. I.

40. Aurelio Cotta, et L. Manlio Torquato consulibus ſe natum dicit ipſe Od. III. 21. I.

O nata mecum conſule Manlio
Teſta.

Et ideo *Torquatum* vocat *ſuum conſulem* Epod. 13. 8.

Tu vina Torquato move
Conſule preſſa meo.

Fuerunt hi conſules anno ab U. C. 688. *Faſti Capitolini*, *Pigh. Ann.* III. *p.* 316. *Maſſon. Horat. vit. p.* I.

41. C. Marcio Censorino C. Asinio Gallo consulibus I. anno ab U. C. 745. *Faſti Capitolini*, & *Pigh. Ann.* III. *p.* 525.

42. Post nonum et quinquagesimum annum. Imo ſeptimum & quinquageſimum. Hieron. in Chron. Euſeb. ad a. 2007. *Horatius quinquageſimo ſeptimo ætatis ſuæ anno moritur Romæ*, *n.* abſoluto. Natus eſt numero 1952. Accedant 57. abſoluti. Mortuus ergo numero 2009. C. Aſinio Gallo, C. Marcio Cenſorino conſulibus. *Scalig. in Euſeb. p.* 158. *a.*

43. Nuncupato *hærede.* Et hinc teſtamentum, quod per *nuncupationem*, civili jure, fiebat. Quod quo modo a teſtamento ſcripto diſſet, pluribus docet *Cujac. ad tit. qui teſtamenta facere poſſunt Tom.* II. *p.* 211. *a. E.*

44. Esquilias V. ſupr. Tib. 15. I. §. 5.

LUCA-

LUCANI
VITA.

M. Annæus Lucanus [1] Cordubenſis [2] prima ingenii experimenta in Neronis laudi- 1
bus dedit quinquennali certamine. Dein civile bellum, quod cum Pompejo 2
& Cæſare geſtum eſt, recitavit. Qui tantæ levitatis & immoderatæ linguæ fuit, 3
ut in præfatione quadam ætatem & initia ſua cum Virgilio comparans auſus ſit dice-
re, *Et quantum mihi reſtat ad culicem?* Hic in initio adoleſcentiæ, cum ob infeſtum 4
matrimonium patrem ſuum ruri agere longe cognoviſſet, revocatus Athenis a Nero-
ne cohortique amicorum additus, atque etiam quæſtura honoratus [3]: non tamen per-
manſit in gratia. Siquidem ægre ferens, recitante ſe, ſubito, ac nulla niſi refrige- 5
randi [4] ſui cauſa, indicto Senatu Neronem receſſiſſe: neque verbis adverſus princi-
pem, neque factis exſtantibus [5] poſt hæc temperavit. Adeo ut quondam in latrinis 6
publicis clariore cum ſtrepitu ventris emiſſo, hemiſtichium Neronis magna cum ſeſ-
ſorum fuga [6] pronuntiarit: *Sub terris tonuiſſe putes.* Sed & famoſo carmine cum ipſum, 7
tum potentiſſimos amicorum, graviſſime proſcidit. Ad extremum pæne ſignifer Pi- 8
ſonianæ conjurationis exſtitit. Multis in gloriam tyrannicidarum palam indicenda [7]: 9
ac plenus minarum, uſque eo intemperans, ut Cæſaris caput proximo cuique jacta-
ret. Verum detecta [8] conjuratione [9], nequaquam animi conſtantiam præſtitit. 10

Facile

M. Annæus Lucanus filius fuit Mellæ. Tacit. Ann. xvi. 17. 4. *Idem, Mella, Annæum Lucanum genuerat, grande adjumentum claritudinis.* Ex Atillæ intr. §. 10.

2. Corduba ad Bætim ſita, Aſtigi finitima, octo leucas diſtans, vulgo *Cordova.* Deſcribit illam Strab. iii. p. 97. Πλεῖστον δ᾽ ἡ Κόρδυβα ηὔξηται, Μαρκέλλου κτίσμα, καὶ δόξῃ, καὶ δυνάμει, χώρας ἀρετῇ, καὶ μεγέθει, προσλαμβάνοντος καὶ τοῦ ποταμοῦ Βαίτιος μέγα μέρος. *Maxime autem gloria, & potentia crevit Corduba, Marcelli opus, ob agri bonitatem, & amplitudinem, magnam quoque partem Bæti fluvio conferente.* Ex recentioribus *Merul. Coſmogr.* ii. 2. 24. *Cluver. Introd. Geogr.* ii. 6. 7.

3. Honoratus i. donatus. V. ſupr. Aug. 45. 4. §. 20.

4. Refrigerandi i. omnium contemptui exponendi. V. ſupr. Claud. 41. 2. §. 4. Unde Tacit. Ann. xv. 49. 3. *Lucanum propria cauſa accendebant, quod famam carminum ejus premebat Nero, prohibueratque oſtentare, vanus adſimulatione.* Xiphil. lxii. p. 715. C. Ὁ δὲ δὴ Ἀνναῖος ἐκωλύθη ποιεῖν, ἐπειδὴ ἰσχυρῶς ὑπὸ τῇ ποιήσει ἐπῃνεῖτο. *Lucano vero, quod vehementer ob artem poeticam laudaretur, vetitum fuit, ne carmen faceret.*

5. Exstantibus, quorum fide clara, & teſtata eſt, quæ ſunt conſpicua, in oculos & aures incurrentia. *Notabilia* talia dicuntur ſupr. Domit. 20. 3. V. etiam *Barth. Adv.* xxiii. 28.

6. Sessores fugerunt pronuntiato ſcurriliter hemiſtichio Neronis, ut qui probe noverant, Neronem, licet multa joculariter, & ridicule faceret, hiſtrionem agendo, cantitando, ſaltitandoque impatientiſſime tamen ferre ſe irrideri. *Barth. Adv.* vii. 3.

7. Indicenda. L. *in dicendo.* Hoc adeo verum eſt, ut ne *in ſcribendo* quidem, nedum *in dicendo*, temperare ſibi potuerit a certis indiciis animi veteris libertatis revocandæ cupidiſſimi, & imperantibus infeſti. Lector attentus paſſim deprehendet in libris decem de bello civili. *Canterus.*

8. Detecta a Milicho Scevini conjurationis ſocii liberto. Is enim *cœpta luce in hortos Servilianos perrexit: & cum foribus arceretur, magna & atrocia afferre dictitans; deductus eſt ab janitoribus ad libertum Neronis Epaphroditum, mox ab eo ad Neronem, urgens periculum, graves conjurationes, & cetera, quæ audierat, conjectaveratque, docuit. Telum quoque in necem ejus paratum oſtendit, acciri que reum, Scevinum, juſſit. Is raptus per milites..... imbecillitate, an cuncta jam patefacta credens, nec ullum ſilentii emolumentum, edidit ceteros: ex quibus Lucanus, Quinctianuſque, & Senecio diu abnuere.* Tacit. Ann. xv. 55. 1: 56. 3.

9. Conjuratione *Piſoniana*, de qua ſupr. Ner. 36. 4. *Initium conjurationis non a cupiditate ipſius, Piſonis, fuit: nec tamen facile memoraverim, quis primus auctor, cujus inſtinctu concitum ſit, quod tam multi ſumpſerunt. Lucanus Annæus, Plautiuſque Lateranus conſul deſignatus, vivida odia intulere.* Tacit. ibid. 49. 1.

10. Ma-

11 Facile enim confeſſus, & ad humillimas devolutus preces, matrem [10] quoque innoxiam inter ſocios nominavit: ſperans impietatem ſibi apud parricidam [11] principem
12 profuturam. Impetrato autem mortis libero arbitrio. [12] codicillos [13] ad patrem corrigendis [14] quibuſdam verſibus [15] ſuis exaravit: epulatuſque largiter, brachia ad
13 ſecandas venas medico præbuit [16]. Poemata etiam ejus prælegi memini: confici vero, ac venalia proponi, non tantum operoſe & diligenter, ſed inepte quoque.

10. Matrem *nominaviſſe* Lucanum monet etiam Tacit. 56. 4. *Poſt promiſſa impunitate corrupti, quo tarditatem excuſarent, Lucanus Atillam matrem ſuam... nominavere.*

11. Parricidæ elogio notatur Nero non tantum apud noſtrum, ſed & paſſim apud alios auctores. Auſon. de mort. Cæſar. n. 6.

Matriquecida Nero proprii vim pertulit enſis.

Boeth. II. 6. 1.

Novimus quantas dederit ruinas,
Urbe flammata, patribuſque caſis,
Fratre qui quondam ferus interempto,
Matris effuſo maduit cruore,
Corpus & viſu gelidum pererrans,
Ora non tinxit lacrymis, ſed eſſe
Cenſor extincti potuit decoris.

12. Mortis liberum arbitrium V. ſupr. Domit. 8. 13. §. 29.

13. Codicilli quid fuerint V. ſupr. Tib. 22. 2. §. 4.

14. Corrigi *codicillis verſus* ſuos moriens voluit Lucanus, ſed cremari ſuos Virgilius. Auctor Virg. vit. p. 4. *Egerat cum Vario prius quam Italia decederet, ut ſi quid ſibi accidiſſet, Æneida combureret, & is ſe facturum pernegarat. Igitur in extrema valetudine aſſidue ſcrinia deſideravit crematurus ipſe.*

15. Versuum ſuorum neque in morte oblivisci ſolent poetæ. Tacit. Ann. XV. 70. 1. *Exin M. Annæi Lucani cædem imperat. Is profluente ſanguine, ubi frigeſcere pedes, manuſque, & paullatim ab extremis cedere ſpiritum, fervido adhuc, & compote mentis pectore intelligit; recordatus carmen a ſe compoſitum, quo vulneratum militem per ejuſmodi mortis imaginem obiiſſe tradiderat, verſus ipſos retulit: eaque illi ſuprema vox fuit.* XVI. 19. 3. C. Petronius interiens *audiebat referentes, nihil de immortalitate animæ, & ſapientium placitis, ſed levia carmina & faciles verſus.* V. & Barth. Adv. XXIII. 28.

16. Medico præbuisse *ad ſecandas venas* brachia Lucanum legitur etiam apud Hieron. in Chron. Euſeb. ad annum 2080. in anno Neronis 10. *M. Annæus Lucanus Cordubenſis poeta in Piſoniana conjuratione deprehenſus brachium ad ſecandas venas medico præbuit.*

PLINII VITA.

1 Plinius [1] Secundus Novocomenſis [2], equeſtribus militiis induſtrie functus, procurationes quoque ſplendidiſſimas, atque continuas ſumma integritate adminiſtravit; & tamen liberalibus ſtudiis tantam operam dedit, ut non temere quis plura in
2 otio ſcripſerit. Itaque bella omnia, quæ unquam cum Germanis geſta ſunt, viginti voluminibus [3] comprehendit. Item naturalis hiſtoriæ triginta ſeptem libros [4] abſolvit.

Plinii vita Suetonio perperam tribuitur, quum ſit ſequioris ævi, plus quam quatuor ſeculis poſt Suetonii obitum ſcripta. *Scalig. in Euſeb. p. 190. Voſſ. de Hiſt. Latin.* I. 29. *Fabric. Biblioth. Latin. p.* 128.

2. Novumcomum V. ſupr. Cæſ. 28. 3. §. 24. *Novocomenſem* etiam Hieronymus facit in Chron. Euſeb. 2125. *Plinius Secundus Novocomenſis orator & hiſtoricus inſignis habetur.* Sed hallucinatur uterque, dum confunduntur duo Plinii. *Novocomenſis* fuit Plinius Cæcilianus, cujus exſtant Epiſtolæ, & Panegyricus. Veronenſis vero naturalis hiſtoriæ ſcriptor, ut commentario in Faſtos ad a. 853. docet Onuphrius Panvinus. Nec hoc ignorat, qui caſtrenſe vocabulum *conterraneus* quid ſit, novit. Dicuntur enim *conterranei*, qui eidem matrici urbi attribuuntur, ut Sirmio, unde domo Catullus erat, accenſebatur Veronæ. Propterea Plinius Veronenſis, & Catullus Sirmionenſis conterranei ſunt. Plin. præfat. *Ut obiter emolliam Catullum conterraneum meum. Agnoſcis & hoc caſtrenſe verbum* V. etiam *Voſſ. de Hiſtor. Lat.* I. 29. & *Scaligerum.*

3. Viginti voluminibus, de quibus hæc narrat junior Plin. Epiſt. III. 5. *Bellorum Germaniæ viginti,*

vit. Periit clade Campaniæ [5]. Nam quum Miſenenſi claſſi [6] præeſſet, flagrante Veſevo [7], ad explorandas propius cauſas [8], Liburnicas [9] prætendiſſet: neque, adverſantibus ventis, remeare poſſet: vi pulveris ac favillæ oppreſſus eſt [10]: vel, ut quidam exiſtimant, a ſervo ſuo occiſus: quem, deficiens æſtu ut necem ſibi maturaret, oraverit [11]. 3

ti, quibus omnia, quæ cum Germanis geſſimus, bella collegit: inchoavit, cum in Germania militaret, ſomnio monitus. Adſtitit enim ei quieſcenti Druſi Neronis effigies, qui Germaniæ latiſſime victor ibi periit: commendabat memoriam ſuam, orabatque, ut ſe ab injuria oblivionis aſſereret.

4. LIBROS *naturalis hiſtoriæ* non ſine ratione Plinius junior ad hunc commendat modum. *Naturæ hiſtoriarum triginta ſeptem, opus diffuſum, eruditum, nec minus varium, quam ipſa natura.*

5. CAMPANIÆ. V. illam ſupr. Aug. 72. 5. §. 22.

6. MISENENSEM CLASSEM V. ſupr. Aug. 49. 2. §. 2. Præfuiſſe illi avunculum ſuum Tacito ſcribit Plin. Epiſt. VI. 16. *Erat Miſeni, claſſemque imperio præſens regebat.*


7. VESEVUS. V. illum ſupr. Tit. 8. 9. §. 20.

8. AD EXPLORANDAS CAUSAS. Plinius. *Magnum propiusque noſcendum, ut eruditiſſimo viro viſum.*

9. LIBURNICAS V. ſupr. Aug. 17. 6. §. 28.

10. VI PULVERIS ET FAVILLÆ OPPRESSUS EST. Ita enim de avunculi interitu Plinius. *Placuit egredi in littus, & e proximo adſpicere, ecquid jam mare admitteret, quod adhuc vaſtum & adverſum permanebat. Ibi ſuper abjectum linteum recubans, ſemel atque iterum frigidam popoſcit, hauſitque: deinde flammæ, flammarumque prænuntius odor ſulphuris, alios in fugam vertunt, excitavit illum: innixus ſervis duobus aſſurrexit, & ſtatim concidit, ut ego conjecto, craſſiore caligine ſpiritu obſtructo, clauſoque ſtomacho, qui illi natura invalidus & anguſtus, & frequenter interæſtuans erat.*

* 11. ORAVERIT. De *Plinio* ſi quis plura noſſe cupierit quam hic ex Suetonio ſit excerptum, is legat Plinii junioris epiſtolam quintam libri tertii, & ſextam decimam, ac viceſimam libri ſexti. *Vinetus.*



C. SUETONII TRANQUILLI

OPERUM,

quæ perierunt,

FRAGMENTA.

Catalogus operum Tranquilli.

Suidas in Τράγκυλλος.

Τράγκυλλος ὁ Σουητόνιος χρηματίσας, γραμματικὸς Ῥωμαῖος, ἔγραψε περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν βιβλίον ά. περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωρικῶν καὶ ἀγώνων βιβλία β'. περὶ τοῦ κατὰ Ῥωμαίους ἐνιαυτοῦ βιβλίον ά. περὶ τῶν ἐν τοῖς βιβλίοις σημείων ά. περὶ τῆς Κικέρωνος πολιτείας ά. ἀντιλέγει δὲ τῷ Διδύμῳ, περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδεῶν ἐσθημάτων καὶ ὑποδημάτων, καὶ τῶν ἄλλων, οἷς τις ἀμφιέννυται. περὶ δυσφήμων λέξεων, ἤτοι βλασφημιῶν, καὶ πόθεν ἑκάστη. περὶ Ῥώμης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν βιβλία β. Συγγενικὸν Καισάρων. περιέχει δὲ καὶ βίους καὶ διαδοχὰς αὐτῶν ἀπὸ Ἰουλίου ἕως Δομετιανοῦ, βιβλία ή. στέμμα Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων.

De Regibus Libri III.

Auſonius Epiſt. 19.

His longe jucundiſſimum poema ſubdideras, quod de tribus Suetonii libris, quos ille de regibus dedit, in epitomen cogiſti tanta elegantia, ſolus ut mihi videare aſſecutus, quod contra naturam eſt, brevitas ut obſcura non eſſet. In his verſibus ego iſta cognovi.

Europamque Aſiamque duo vel maxima terræ
Membra, quibus Libyam dubie Salluſtius addit,
Europæ adjunctam: poſſit quum tertia dici.
Regnatas multis, quos fama obliterat, & quos
Barbara Romanæ non tradunt nomina linguæ.
Illibanum, Numidamque Avelim, Parthumque Venonem,
Et Caranum, Pellæa dedit qui nomina regum,
Quique magos docuit myſteria vana Nechepſi,
Et qui regnavit ſine nomine mox Seſooſtris.

De Institutione Officiorum Liber.

Priſcian. VI. p. 697. *Edit. Putſch.*

Quod tamen comprobat etiam Suetonius, diverſos ponens uſus in libro, qui eſt de inſtitutione officiorum.

Præ-

PRÆTORUM LIBRI.

Priſcian. VIII. p. 793.

Suetonius in VIII. Prætorum. Faſti dies ſunt, in quibus jus fatur, id eſt, dicitur, nefaſti in quibus non dicitur.

Idem VIII. p. 794.

Suetonius autem paſſive protulit in IV. Prætorum. Lætoria, quæ vetat minorem annis XXV. ſtipulari, ἐπεφρᾶσθαι.

Idem XVIII. p. 1164.

Suetonius in IV. Prætorum. Minor XXV. annorum ſtipulari non poteſt, paſſive dixit.

DE LUDIS ET SPECTACULIS LIBER.

Gell. IX. 7.

Sed de finibus rarius dictum & mirabilius eſt; quam rem & alii docti viri & Suetonius etiam Tranquillus in libro ludicræ hiſtoriæ primo ſatis compertam eſſe, ſatiſque ſuper ea conſtare affirmat; nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias ſonare.

Tertull. de ſpectac. c. 6.

Et quibus idolis ludos conſtituerint, poſitum eſt apud Suetonium Tranquillum, vel a quibus Tranquillus accepit.

Tzetzes Hiſtorici Chiliade VI. 85. 17.

Τράγκυλλος Σουητῶνος τὶς ἐν παιδιαῖς Ἑλλήνων,
Πολλὰς μὲν ἄλλας παιδιὰς καὶ συμποσίων λέγει.

Euſtath. Homeri Odyſ. I. p. 28. *n.* 15.

* Ὁ δὲ τὰ περὶ Ἑλληνικῆς παιδιᾶς γράψας, διαφορὰν καὶ αὐτὸς ἰδίως κύβων καὶ πεσσῶν, καὶ παλαιοτάτην εἰπὼν τὴν κυβευτικὴν παιδιάν.

Et n. 51.

* Λέγει ἐκεῖνος ὁ τὰ περὶ τῆς καθ' Ἕλληνας παιδιᾶς γράψας.

Serv. Georg. III. 24.

Apud majores, theatri gradus tantum fuerunt. Nam ſcena de ligno tantum ad tempus fiebat; unde hodieque permanſit conſuetudo, ut componantur pegmata a ludorum theatralium editoribus. Scena autem, quæ fiebat, aut verſilis erat, aut ductilis. Verſilis tunc erat, cum ſubito tota machinis quibuſdam convertebatur, & aliam picturæ faciem oſtendebat. Ductilis tunc, cum tractis tabulatis hac atque illac ſpecies picturæ nudabatur interior. Unde perite utrumque tetigit, dicens, *Verſis diſcedat frontibus*: ſingula ſingulis complectens ſermonibus. Quod Varro & Suetonius commemorant.

Idem

Digitized by Google

Idem Æn. V. 602.

Ut ait Suetonius Tranquillus, luſus ipſe, quem vulgo pyrricham appellant, Troja vocatur: cujus originem expreſſit in libro de puerorum luſibus.

Diomedes de Art. Grammat. lib. III. *p.* 489. *Edit. Putſch.*

Primis temporibus, ut aſſerit Tranquillus, omnia, quæ in ſcena verſantur, in comœdia agebantur. Nam pantomimus & pithaules & choraules in comœdia canebant.

DE RE VESTIARIA LIBER.

Serv. Æneid. VII. 612.

Suetonius in libro de genere veſtium dicit, tria eſſe genera trabearum. Unum diis ſacratum, quod eſt tantum de purpura. Aliud regum, quod eſt purpureum: habet tamen album aliquid. Tertium augurale, de purpura & cocco.

DE REBUS VARIIS LIBER.

Soſipater Chariſ. Inſtit. Grammat. lib. II. p. 175. *Edit. Putſch.*

Suetonius Tranquillus præverbium putat dici debere, quod ante, vel adverbium, quod poſt verbum appellatio etiam nomenque nonnunquam ponatur.

Idem ibid. p. 210.

C. Julius Romanus de præpoſitionibus libro Ἀφορμῶν ita refert: Suetonius Tranquillus de rebus variis, Præpoſitiones, inquit, omnes omnino ſunt Græcæ duodeviginti: qui numerus inter omnes Criticos Grammaticos perfecte convenit.

DE VOCIBUS OMINOSIS.

Auctor Etymologici magni.

Ἀρχολίπαρος, ὁ λιπαρῶν ἵνα ἀρχῆς τύχῃ. ἢ ἐκ τοῦ ἄρχειν λιπαινόμενος; οὕτω Τράγκυλλος περὶ βλασφημιῶν.

DE GRAMMATICIS ET RHETORIBUS.

Hieron. Epiſtol. IV. *ad Deſiderium*, & *in præfatione Catalogi Scriptorum Eccleſiaſticorum.*

V. ſupr. Judicia & teſtimonia virorum eruditorum.

Joſ. Scal. Commentariis in Culicem Virgilii. p. 3.

Suetonius Tranquillus in vita Lucani, quæ adhuc formis excuſa non eſt, ait, Lucanum inter æqualium ſuorum plauſus, cum magno ſucceſſu ac favore poema aliquod a ſe compoſitum recitaſſet, ut oſtenderet, quanto junior quam Virgilius, poeticam attigiſſet, exſultabundum dixiſſe, *Quantum mihi reſtat ad culicem?*

EX LIBRIS INCERTIS.

Cenſorinus de Natali die c. 20.

Annum vertentem Romæ Licinius quidem Macer & poſtea Feneſtella ſtatim ab initio duodecim menſium fuiſſe ſcripſerunt, ſed magis Junio Gracchano, & Fulvio Varroni, & Suetonio, aliiſque credendum, qui decem menſium putaverunt fuiſſe, ut tunc Albanis erat, unde orti Romani.

Cell.

Gell. N. A. XV. 4.

Eundem Baſſum Suetonius Tranquillus præpoſitum eſſe a M. Antonio provinciis Orientalibus, Parthoſque in Syriam introrumpentes tribus ab eo præliis fuſos ſcribit, eumque primum omnium de Parthis triumphaſſe, & morte obita publico funere ſepultum eſſe.

Serv. Ecl. III. 105.

Dicta ulna ἀπὸ τῶν ὠλενῶν, id eſt, a brachiis. Unde & λευκώλενος ἥρη. Licet Suetonius unum cubitum velit eſſe tantummodo.

Idem Georg. III. 27.

Quod autem ait, *Victoriſque arma Quirini*, non eſt contrarium: nam, ut etiam in primo Æneidos diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Auguſto commemorat, quodam tempore tres partes populi conſentiente Senatu obtuliſſe ei tria nomina, Quirini, Auguſti, Cæſaris. Ille, ne unum eligendo, alias offenderet partes, primo Quirinus eſt dictus: inde Cæſar: poſt in nomine permanſit Auguſti.

Iſid. Orig. XVIII. 2.

Tranquillus autem triumphum Latine potius appellatum, quod is, qui triumphans Urbem ingrederetur, tripartito judicio honoraretur.

Idem XVIII. 6.

Tranquillus autem dicit: Dum cujuſdam gladiatoris in ludum emiſſi gladius curvatus fuiſſet ex acie recta, procurrit unus ad eum corrigendum, tumque a pugnante reſponſum eſt. Sic pugnabo, inde ſicæ nomen datum eſt.

Soſipater Chariſ. Inſtit. Grammat. II. *p.* 180. *Edit. Putſch.*

Rex qui vocabat ad coenam, ſi ſibi ea res exhibenda indiceretur, quam exhibere non poſſet; non reſpondit, ut Tranquillus refert, iſto vilius hominis erit coena.

Commentator vetus Horatii ad carmen de arte Poetica.

Scriptor, librarius, bibliopola, ut veteres dicebant, quod & Tranquillus affirmat.

Suidas.

Ἀσσάρια, ὀβολοί. Νύμμας ὁ πρῶτος βασιλεὺς μετὰ Ῥωμύλον Ῥωμαίων γεγονώς, ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα (νομίσματα) πρῶτος ἐχαρίσατο Ῥωμαίοις τῶν πρὸ αὐτοῦ πάντων, διὰ σκυτίνων καὶ ἐςρακίνων τὴν χρείαν πληρούντων, ἅπερ ὠνόμασεν ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νύμμια, ὥς φησι Τράγκυλλος.

Serv. Georg. IV. 127.

Corycos enim civitas eſt Ciliciæ, in qua antrum illud famoſum pæne ab omnibus celebratum. Et per tranſitum tangit hiſtoriam memoratam a Suetonio. Pompejus enim victis piratis Cilicibus, partim ibidem, partim in Græcia, partim in Calabria, agros donavit.

Idem Æneid. XII. 185.

Homo rebellis dicitur: res ipſa rebellio, non rebellatio: ſic Suetonius.

Iſid. Orig. VIII. 7.

Poetæ unde ſint dicti, ſic ait Tranquillus: Cum primum homines exuta feritate rationem vitæ habere coepiſſent, ſeque ac deos ſuos noſſe, cultum modicum ac ſermonem neceſſarium commenti ſibi, utriuſque magnificentiam ad religionem Deorum ſuorum excogitaverunt. Igitur ut templa illis domibus pulcriora, & ſimulacra corporibus ampliora faciebant: ita eloquio quaſi auguſtiore honorandos putaverunt, laudeſque eorum & verbis illuſtrioribus & jocundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur, quæ ποιότης dicitur, poema vocitatum eſt, ejuſque fictores poetæ.

Diomedes de Art. Grammat. I. *p.* 361. *Edit. Putſch.*

Inchoavi Inchoo. Sic dicendum putat Julius Modeſtus, quia ſit compoſitum a chao, initio rerum. Sed Verrius & Flaccus in poſtrema ſyllaba aſpirandum probaverunt: cohum enim apud veteres mundum ſignificat: unde ſubtractum incohare. Tranquillus quoque his aſſentiens, libello ſuo pleniſſime aedem incohatam ita diſſeruit.

DE VITIIS CORPORALIBUS.

Servius Ecl. III. 8.

Hirqui autem ſunt oculorum anguli, ſecundum Suetonium Tranquillum, in vitiis corporalibus.

Hoc loco innui Suetonii librum, de vitiis corporalibus inſcriptum, negat Boxhornius, & Servii mentem putat eſſe, hirquos oculorum angulos inter corporis vitia recenſeri. Quod tamen ego plane ἀπροσδιόνυσον eſſe non dicerem, cum & hujus libri meminerit.

Idem. Æneid. VII. 627.

* Arvina ſecundum Suetonium in libro de vitiis corporalibus eſt pingue durum, quod eſt inter cutem & viſcus.

Iſid. Orig. XII. 1.

Nam hirci ſunt oculorum anguli ſecundum Suetonium.

IN-

INSCRIPTIONES ANTIQUÆ ILLUSTRIORES DE

CÆSARIBUS SUETONIANIS.

D. JULIO CÆSARI.

I.

In Hiſpania Terraconenſi.

BELLVM CAESARIS
ET. PATRIAE. EX. MAGNA. PARTE. CONFECTVM
SEX. ET. CN. MAGNI. POMPEII. FILIIS. HIC. IN. AGRO
BATESTANIORUM. PROFLIGATIS.

II.

Auguſtæ Taurinorum.

C. IVL. CAESAR. C. F.
DE
GALLEIS
ET
ALLOBROGIBVS
TRIVMPHAVIT.

III.

Treveris.

CAES. PRO. EXERC. IMP. P. P.
S. C. AV. TREVE
INGRESSVM. H. CASTRA. SARRAE
FLV. PRO. MIL. CVSTODIA
BIEN. POTITVS. EST.

IV.

Eboræ.

DIVO IVLIO
LIB. IVL. EBORA
OB. ILLIVS. IN. MVN. ET. MVN
LIBERALITATEM
EX. D. D. D.

QVOIVS. DEDICATIONE
VENERI. GENETRICI
CÆSTVM. MATRONÆ
DONVM. TVLERVNT.

D. AVGVSTO CÆSARI.

I.

Tergeſtæ.

IMP. CAESAR. COS. DES. TERT. III. VIR. R. P. C. ITERVM.
MVRVM. TVRRES. QVE. F.

II.

SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS
IMP. CAESARI. DIVI. IVLI. F. COS. QVINCT
COS. DESIGN. SEXT. IMP. SEPT
REPVBLICA. CONSERVATA.

III.

IMP. CAES. DIVI. F. AVGVSTVS. PONT. MAX
COS. XI. TRIBVNIC. POTEST. X. IMP. VIIII
ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATIS. TEMPLO
IANI. CLVSO. ET. REP. P. R. OPTIMIS. LEGIBVS
ET. SANCTISSIMIS. INSTITVTIS. REFORMATA
VIAM. SVPERIOR. COS. TEMPORE. INCHOATAM
ET. MVLTIS. LOCIS. INTERMISSAM. PRO
DIGNITATE. IMPERI. P. R. LATIOREM
LONGIOREM. QVE. GADEIS. VSQ. PROMOVIT.

IV.

Romæ.

I M P E R A T O R
CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS. IMP
XII. COS. XI. TRIB. POT
XIV. AEGYPTO. IN. POTESTATEM
POPVLI
ROMANI. REDACTA
SOLI. DONVM. DEDIT.

V.

Romæ.

IMP. CAES. DIVI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS
IMP. XIII. COS. XI. TRIB. POTEST. XV
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. ROMANVS
ANNO. NOVO. APSENTI. CONTVLIT
NERONE. CLAVDIO. DRVSO
T. QVINCTIO. CRISPINO. COS
VOLCANO.

VI.

LARIBVS. PVBLICIS. SACRVM
IMP. CAESAR. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS.
TRIBVNIC. POTESTAT. XVIII
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. EI
CONTVLIT. K. IANVAR. APSENTI
C. CALVISIO. SABINO
L. PASSIENO. RVFO. COS.

VII.

Romæ.

COLLEGIO. CENTONARIORVM. . . . . CVM. BASI. MARMOREA. ET. CERIOLARIB. DVOBVS. ÆREIS. HABENTIBVS. EFFIGIEM. CVPIDINIS. TENENTIS. CALATHOS. L. SEXTILIVS. SELEVCVS. DECVRIO. D. D. HOC AMPLIVS. ARK. RET. P. COLLEGII. SS. DONVM. DEDIT X- V. VT. EX. VSVRIS. CENTESIMIS. EIVS. QVANTITATIS QVÆ. EFFICIT. ANNVOS. -X- DC. DIE. VIII. KAL. OCTOB. NATALI. DIVI. AVGVSTI. EROGENTVR. EX. ARK.

VIII.

Romæ.

IMP. CAESAR. DIVI. IVLI. F. AVGVSTVS
PONTIFEX. MAXIMVS. COS. XII
TRIBVNICIÆ. POTESTAT. XIX. IMP. XIIII
RIVOS. AQVARVM. OMNIVM. REFECIT.

Digitized by Google

I X.

Seduni in Valeſia.

ex emendatione Caſauboni.

IMP. CAESARI. DIVI. IVLI. F
AVGVSTO. COS. XIII
TRIBVNITIA. POTESTATE. XXVIII
PATRI. PATRIAE.
PONTIFICI. MAXIMO
CIVITAS. SEDVNORVM
. . . PATRONO.

X.

In Piceno.

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVST
PONTIFEX. MAXIMVS. COS. XIII
TRIBVNITIAE. POTESTATIS. XXXII
IMP. XVI. PATRIS. PATRIAE
MVRVM. DEDIT.

TIBERIO NERONI. CÆSARI.

I.

Romæ.

TI. CLAVDIVS. TI. F. NERO
PONTIFEX. COS. ITERVM
IMP. ITERVM
LVDOS. VOTIVOS. PRO. REDITV
IMP. CAESARIS. DIVI. F. AVGVSTI
PONTIFICIS. MAXIMI
IOVI. OPTIMO. MAXIMO. FECIT.
EX. S. C.

I I.

Alliæ.

TI. KAISARI. AVG. F
DIVI. IVLII. N. AVGVSTO
PONT. MAX. COS. V. IMP. VIII. TRIBVNIC
POTEST. XVIII
PONTIFICES. ALBANI
Q. IVLIVS. Q. F. FAB. RVFVS
C. IVLIVS. C. F. SCA. BASSVS
T. IVLIVS. TIB. F. FAB. MERVLA
M. IVLIVS. C. F. FAB. SENICIO.

I I I. In

III.

In Hiſpania.

TI. CAESARI. DIVI. AVG. F. DIVI. IVLI. N.
AVGVSTO. PONT. MAX. TRIB. POT. XXIIX
COS. IIII. IMP. VIII. AVGVRI. XV. VIRO. S. F.
VII. VIRO. EPVLON
T. PAPIRIVS. EVRVS.
DECRETO. ORDINIS. ILVRCONIENSIS
A. F.
Q. MARCIO. BAREA } COS.
T. RVSTIO. NVMMIO }

IV.

Romæ juxta Ædem S. Andreæ.

OSSA.
TIB. CAESARIS. DIVI. AVG. F. AVGVSTI
PONTIFICIS. MAXIMI
TRIB. POTEST. XXXIIX
IMP. VIII. COS. V.

TI. CLAVDIO DRVSO.

I.

Ravennæ.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONT. MAX. TRIB. POT. II. COS. DES. III. IMP. III. P. P. DEDIT.

II.

Romæ.

TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAESAR. AVGVSTVS. GERMANICVS. PONTIFEX. MAXIMVS. TRIB. POTEST. V. IMP. X. P. P. COS. DESIG. IIII. ARCVS. DVCTVS. AQVAE. VIRGINIS DISTVRBATOS. PER. C. CAESAREM. A FVNDAMENTIS NOVOS. FECIT. AC. RESTITVIT.

III. In

Digitized by Google

III.

In Hiſpania.

CLAVDIO. CAES
AVG. GERMAN. PONT. MAX
TRIB. POT. V. IMP. X. P. P. COS. DESIG. IIII.
OPTATVS. REBVRRI. L.
IMAG.
CAES. AVG. IMP.
D. S. P. D.
EAMQVE. CVM. OPTATO. ET. REBVRRO
FILIIS. DEDICAVIT
SENATVS. CENSVIT. PERPETVO
BONIS. PVBLICIS. INTERESSE.

IV.

PRO SALVTE.

TI. CLAVDI. CÆSARIS. AVG. GERMANICI. PONTIF. MAX TRIB. POT. VII. COS. IIII. IMP. XV. P. P. CENSORIS. . . . . LIBERORVM. QVE. . . . . EX. VOTO. SVSCEPTO. C. IVLIVS. SEX. F. COR. POSTVMVS. PRAEF. AEGYPTI. TI. CLAVDI. CAESARIS. AVG. GERMANICI. EX. AVRI. P. XVI.

V.

Romæ.

TI. CLAVDIVS
DRVSI. F. CAISAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT
VIIII. IMP. XVI. COS. IV.
CENSOR. P. P.
AVCTIS. POPVLI. ROMANI
FINIBVS
POMERIVM
AMPLIAↃIT. TERMINAↃIT. QVE.

VI. PRO

VI.

PRO SALVTE.

TI. CLAVDI. CAES. AVG. GERMANICI. PONT. MAX
TRIB. POTEST. X. IMP. XIIX. COS. IIII. DESIGN. V
SIGN. ARGENTI. P. X. ET. PRO. SALVTE
NERONIS. CAESARIS. F. AGRIPPINAE. AVG
SIGN. ARG. P. V.. .VOTO. SVSCEP
VIATORES. ET. SCRIBAE. LIBR. ET. PRAEF
PRINCEPS. ET. LVTINVS. FELIX. DED.

NERONI CLAVDIO CÆSARI.

I.

Romæ.

NERONI. CLAVD. CAIS.
AVG. PONT. MAX
OB. PROVINC. LATRONIB
ET. HIS. QVI. NOVAM
GENERI. HVM. SVPER-
STITION. INCVLCAB
PVRGATAM.

II.

Neapoli.

Q. VOLVSIO. SATVRN
P. CORNELIO. SCIP. COS
AVGVSTALES
QVI. NERONI. CLAVDIO
CAESARI. AVGVST. ET
AGRIPPINAE. AVGVSTAE
I. O. M. ET. GENIO. COLONIAE
LVDOS. FECER. XIII. XII. K. MART.

SERGIO GALBÆ CÆSARI.

I.

Romæ.

IMAGINVM. DOMVS
AVG. CVLTORIBVS. SIGNVM
LIBERTATIS. RESTITVTAE
SER. GALBAE. IMPERATORIS. AVG
CVRATORES. ANNI. SECVNDI
C. TVRRANIVS. POLYBIVS
L. CALPVRNIVS. SENA
C. MVRDIVS. LALVS
C. TVRRANIVS. FLORVS
C. MVRDIVS DEMOSTHENES

In ſiniſtro latere.

DEDIC. IDIB. OCTOB
C. BELLICO. NATALE } COS.
P. CORNELIO SCIPIONE. ASIATIC. }

A. VITELLIO.

I.

Romæ.

A. VITELLIVS. L. F.
IMPERATOR
COS. PERP.

D. VESPASIANO.

I.

Romæ.

PACI. ÆTERNÆ
DOMVS
IMP. VESPASIANI
CÆSARIS. AVG
LIBERORVMQVE. EJVS
SACRVM
TRIB. SVC. JVNIOR
DEDIC. XV. KAL. DEC
L. ANNIO. BASSO } COS.
C. CÆCINA. PÆTO. }

II.

VICTORIÆ. AVGVSTI
SACRVM
PRO REDITV
IMP. CÆS. T. FLAVI
VESPASIANI. AVG
PONT. MAXIM
TRIB. POT. COS. II.
P. P.
STATVAM. EX. ÆRE
ORDO. SPOL. CONLOC.

III.

IMP. CÆSAR. VESPASIANVS. AVG. PONT. MAX. TRIB POT. II. IMP. VI. COS. III. DESIGN. IIII. P. P. AQVAS. CVRTIAM. ET. CÆRVLEAM. PERDVCTAS. A. DIVO. CLAVDIO ET. POSTEA. INTERMISSAS. DILAPSAS. QVE. PER. ANNOS NOVEM. SVA. IMPENSA. VRBI. RESTITVIT.

IV.

Cumis.

IMP. CÆSARI
VESPASIANO. AVG
PONT. MAX. TR. POT. III
IMP. IIX. P. P. CONS. III. DES. IIII
S. PVTEOL
QVOD. VIAS. VRBIS
NEGLIGENTIA
SVPERIOR...... TEMPOR
CORRVPTAS. IMPENSA. SVA
RESTITVIT.

V.

IMP. CÆSARI
VESPASIANO. AVG
PONTIF. MAX. TR. POT. IIII
IMP. VIIII. P. P. COS. IIII
LEG. III. AVG.

V I.

EX AVCTORITATE.

IMP. CÆS. VESPASIANI
AVG. P. M. TRIB. POT. IIII
IMP. X. P. P. COS. IIII. DES
V. CENSORIS
C. CALPETANVS. RANTIVS
QVIRINALIS. VAL. CESTVS
CVRATOR. RIPARVM. ET
ALVEI. TIBERIS. TERMINAVIT
R. R. PROX. CIPP. P. CLXXIIII.

V I I.

Romæ.

IMP. CAESARI. VESPASIANO
AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. IIII
COS. VIII. DES
SACRARVM. ÆDIVM. RESITVTORI
ET. RITVVM. ANTIQVORVM
CONSERVATORI
SODALES. TITII

V I I I.

IMP. CÆSAR
VESPASIANVS AVG
PONTIF. MAX. TRIBVNIC
POTESTAT. VI. IMP. XIIII. P. P.
COS. VI. DESIGN. VII. CENSOR
LOCVM. VINEAE. PVBLICAE
OCCVPATVM. A. PRIVATIS
PER COLLEGIVM. POTIFICVM
RESTITVIT.

Digitized by Google

IX.

IMP. CÆSARI
VESPASIANO. AVG.
PONT. MAX. TRIB
POT. VIII. IMP. XIIX.
COS. VIII. P. P.
L. PORCIVS. SABELLVS
II. VIR. PEQVNIA. SVA
D. D. D.

X.

Romæ.

FRANCISCVS DE ALBERTINIS,
Lib. ii. De Mirandis Veteris Romæ, edit. ibid. anno mdx.

In ærario & in templo Jovis Capitolini (ut ſupra diximus) multæ extabant æreæ tabulæ affixæ: e quibus unam tantum noſtro tempore in Lateranenſi baſilica proſpexi apud Tabernaculum ſacratiſſimi corporis Chriſti. Latitudo ejus ped. iv. *longitudo vero* vi. *in qua continentur infra ſcripta.*

Fœduſve cum quibus volet facere liceat, ita uti licuit Divo AVg. Ti. Julio Cæſari AVg. Tiberioque Claudio Cæſari AVg. Germanico. Vtique ei Senatum habere, relationem facere, remittere Senatuſconſulta per relationem, diſceſſionemque facere liceat, ita uti licuit Divo AVg. Ti. Iulio Cæſari AVg. Ti. Claudio Cæſari AVg. Germanico.
Vtique cum ex voluntate auctoritateve, juſſu mandatuve ejus, præſenteve eo Senatus habebitur omnium rerum jus perinde habeatur, ſervetur, ac ſi e lege Senatus edictus eſſet habereturque.
Vtique quos magiſtratum, poteſtatem, imperium curationemve, cujus rei petentes Senatui populoque Rom. commendaverit, quibuſque ſuffragationem ſuam dederit, promiſerit, eorum comitiis quibuſque extra ordinem ratio habeatur.
Vtique ei fines Pomerii proferre, promovere cum ex Republica cenſebit eſſe, liceat, ita uti licuit Ti. Claudio Cæſari AVg. Germanico.
Vtique quæcunque ex uſu Reipublicæ, Majeſtate divinarum, humanarum, publicarum, privatarumque rerum eſſe cenſebit, ei agere, facere

jus poteſtaſque ſit, ita uti divo AVg. Tiberioque Julio Cæſari AVg. Tiberioque Claudio AVg. Germanico fuit.

Vtique, quibus legibus plebeive ſcitis ſcriptum fuit ne Divus AVg. Tiberiuſve Iulius Cæſar AVg. Tiberiuſque Claudius Cæſar AVg. Germanicus tenerentur, iis legibus plebiſque ſcitis Imp. Cæſar Veſpaſianus ſolutus ſit; quæque ex quaque lege, rogatione Divum AVg. Tiberiumve Iulium Cæſarem AVg. Tiberiumve Claudium Cæſarem AVg. Germanicum facere oportuit, ea omnia Imp. Cæſ. Veſpaſiano AVg. facere liceat.

Vtique quæcunque ante hanc legem rogatam acta, geſta, decreta, imperata ab Imperatore Cæſare Veſpaſiano AVg. juſſu mandatuve ejus a quoque ſunt, ea perinde juſta rataque ſint ac ſi populi plebiſve juſſu acta eſſent.

S A N C T I O.

Si quis hujuſce legis ergo adverſus leges, rogationes, plebiſve ſcita, Senatuſve conſulta fecit, fecerit, ſive quod eum ex lege, rogatione, plebiſve ſcito, S. ve C. facere oportebit, non fecerit, hujus legis ergo id ei ne fraudi eſto, neve quid ob eam rem populo dare debeto, neve cui de ea re actio, neve judicatio eſto, neve quis de ea re *apud ſe* agi ſinito.

Omittitur particula ex anguli fractura.

D. TITO CÆSARI.

I.

Romæ.

IMP. T. CÆSARI
DIVI. VESPASIANI. F
VESPASIANO. AVG
PLEBS. VRBANA
QVÆ. FRVMENTVM
PVBLICVM ACCEPIT
ET
TRIBVS.

I I. Ro-

II.

Romæ.

IMP. TITO. CÆSARI
DIVI. VESPASIANI. F
VESPASIANO
CENSORI. CONSERVATORI. ÆDIVM. PVBLICARVM
ET. RESTITVTORI. ÆDIVM. SACRARVM
SODALES. FLAVII
P. MARTIVS. VERVS.

III.

IMP. TITVS. CÆSAR. DIVI. F. VESPASIANVS. AVG PONTIF. MAX. TRIBVNICIÆ. POTEST. IX. IMP. XV CENS. COS. VII. DES. IIX. RIVOM. AQVÆ MARCIÆ VETVSTATE. DILAPSVM. REFECIT. ET. AQVAM QVÆ. IN. VSV. ESSE. DESIERAT. REDVXIT.

IV.

Romæ.

IMP. T. CÆS. DIVI. F. VESPASIANVS. PONT. MAX. TRIB POT. X. IMP. XVII. P. P. CENSOR. COS. VIII. AQVAS. CLAVDIAM. ET. ANIENEM. PERDVCTAS. A. DIVO CLAVDIO. ET POSTEA. A. DIVO. VESPASIANO. PATRE. SVO. VRBI RESTITVTAS. CVM. A. CAPITE. AQVARVM. A. SOLO. VETVSTATE. DILAPSÆ. ESSENT. NOVA. FORMA. REDVCENDAS. SVA. IMPENSA. CVRAVIT.

V.

Ibidem.

IMP. TITO. CÆSARI. VESPASIANI. F
VESPASIANO. AVG. PONTIFICI. MAXIMO. TRIB
POT. X. IMP. XVIII. COS. VIII
PRINCIPI. SVO
S. P. Q. R.
QVOD. PRAECEPTIS. PATRIS. CONSILIISQ. ET. AVSPICIIS
GENTEM. IVDAEORVM

DO-

DOMVIT
ET
VRBEM HIEROSOLYMAM
OMNIBVS. ANTE. SE. DVCIBVS. REGIBVS
GENTIBVSQVE. AVT. PETITAM. FRVSTRA. AVT. OMNINO
INTENTATAM
DELEVIT.

DOMITIANO CÆSARI.

I.

CAESARI. AVG. F.
DOMITIANO
COS. DESIGNATO. II.
PRINCIPI. IVVENTVTIS
C. PAPIRIVS. AEQVOS. 7. LEG. III. AVG.
TESTAMENTO. PONI. IVSSIT
EX. AVRI. P. X.

II.

IMP. CAESAR. DIVI. VESPASIANI. F. DOMITIANVS. AVGV-
STVS. GERMANICVS. PONTIFEX. MAXIMVS. TRIBVNIC.
POTESTAT. XII. IMP. XXII. COS. XVI. CENSOR. PERPE-
TVVS. P. P. AD. III. IDVS. IVLIAS. M. LOLLIO. PAVLLINO.
VALERIO. ASIATICO. SATVRNINO. C. ANTIO. IVLIO. QVA-
DRATO. COS.

III.

IMP. CÆSARI.

DIVI. VESPASIANI. F.
DOMITIANO. AVGVST.
GERMAN. PONT. MAX.
TRIB. POTEST. XIII.
IMP. XXII. COS. XVI.
CENSOR. PERPET. P. P.
REG. VICI
VESTORIANI. ET
CALPVRNIANI.

IV.

IV.

In Tabulis Capitolinis.

A. P. R. C. DCCCXLI.

IMP. CAESARE. DIVI. VESPASIANI. FILIO
DOMITIANO. AVGVSTO. GERMANICO
MAGISTRO. XV. VIR.
EX. S. C. LVDI. SAECVLARES. FACTI.

Nomen Domitiani, quod eradendum ubique Senatus decreverat, Onuphrius hic reſtituit. Corollarium inſcriptionum eſto, quam Scaliger ad Euſebium laudat, illa non inficeta Palæmonis, cujus vita exſtat de Ill. Gramm. cap. XXIII.

PALAEMON. L. L. L. D. F.
GRAMMA. VEICET. ATQVE. RHET.
SIBI. ET. TVBERONIAE. CONTVBERNALI
ATQVE. BENEMERENTI
LAPIDEVM. STRVXIT. TVMVLVM
IN. EO. QVIDEM. CADAVER. QVIES. ESTO
ALIO. AVTEM. REVERTITO. ANIMVS.



Eeee eee MONU-

MONUMENTUM ANCYRANUM,

Juxta exemplar Augerii Busbequii, quod a Busbequio, qui hoc in Byzantina legatione in lapides inciſum, quantum a Turcica vaſtatione reliquum factum eſt, deſcribendum curavit, ſecum communicatum publici uſus fecit Antverpiæ 1579.

ANDREAS SCHOTTUS.

Ex Juſti Lipſii Auctario, Ancyræ in ſuburbio.

Series.

I.

RERVM GESTARVM DIVI AVGVSTI QVIBVS ORBEM TERRARVM IMPERIO POPVLI ROMANI SVBIECIT ET IMPENSARVM QVAS IN REMPVBLICAM POPVLVMQVE ROMANVM FECIT INCISARVM IN DVABVS AHAENEIS PILIS QVAE SVNT ROMAE POSITAE EXEMPLAR SVBIECTVM.

ANNOS. VNDEVIGINTI. NATVS. EXERCITVM. PRIVATO.
CONSILIO. ET PRIVATA. IMPENSA. COMPARAVI. 1. TERQVE.
M. . . . . FACTIONIS. OPPRESSAM. IN LIBERTATEM.
2. VINDICAVI. . . DECRETIS. HONORIFICIS. ORDINEM.
3. SVVM. . . . .

. . . .

. . . .

Cætera deſiderantur.

1. TERQ. M. . . Palam eſt eum loqui de primo exercitu comparato. Igitur expleam, PERQVEM ANTONI. FACTIONIS. quod valet Factiones, ut lapide hoc plerumque ſcriptum. Si placet ternarius numerus, poſſis legere, TERQVE. MEAM. PATRIAM. FACTIONIB. id eſt Factionibus. Ter autem, nempe primo Antoniano bello, Philippico, Actiaco.
2. VINDICAVI. . . . Expleo, ſi prior noſtra conjectura ſedet. REMP.
3. SVVM. Puto fuiſſe, SVMMVM. Summus ordo, ſenatus eſt.

II.

PATRICIORVM. NVMERVM. AVXI. CONSVL. QVINTVM.
IVSSV. POPVLI. ET. SENATVS. SENATVM. TER. LEGI. ET.
IN. CONSVLATV. SEXTO. CENSVM. POPVLI. COLLEGA. M.
AGRIPPA. EGI. LVSTRVM. POST. ANNVM. ALTERVM. ET.
QVADRAGESIMVM. FECI. (LEGI) QVO. LVSTRO. CIVIVM.
ROMANORVM. CENSITA. SVNT. CAPITA. QVADRAGIENS.
CENTVM. MILLIA. ET. SEXAGINTA. TRIA. .... CVM.
NVPER. LVSTRVM. SOLVS. FECI. LEGI. 1 CENSORVM.... SINIO.
COS. QVO. LVSTRO. CENSA. SVNT. CIVIVM. 2 ROMANORVM....
QVADRAGENS. CENTVM. MILLIA. ET. DVCENTA. TRIGINTA.
TRIA. ... IN. CONSVLATV. FI.... CVM. NVPERRIME.
LVSTRVM. 3 CVM. LEGA. TIBERIO. SEXT. POMPEIO. ET. SEXT.
APVLEIO. COS. QVO. LVSTRO. 4 ROM. CAPITVM. QVADRAGENS.
CENTVM. MIL.... IGINTA. ET. SEPTEM. MIL. LEGI. PNO.
... EXEMPLA. MAIORVM. EXOLESCENTIA. IAM. EX. NOS.....
MVLTARVM. RERVM. EXEMPLA. IMITANDA. . . . .

. . . .

Hæc etiam deſiderantur.

1. CENSORVM. Puto ſic: CENSORINO. ET. ASINIO. qui COSS. fuere anno DCCXLVII. Quod Dio ſolitarium hunc ſenſum referre videtur ad annum DCCLVII. de recenſu Italico tantum agit.
2. ROMANORVM.... In hiatu ſcribe, CAPITA.
3. CVM. LEGA. Facito COLLEGA.
4. Exple, CENSA. SVNT.

III.

HONORIS. MEI. CAVSA. SENATVS. POPVLVSQVE. ROMANVS. ANNVM. QVINTVM. ET. DECIMVM. 1. AGENTIS. CONSVLIS. DESIGNAVIT. VT. 2. CVM. MAGISTRATVM. INIRENT. POST. QVINQVENNIVM. EX. EO. DIE. 3. DEDVCTI. IN.

 4. EO-

4. EORVMVE. INTERESSENT. CONSILIIS. PVBLICIS. DECREVIT SENATVS. EQVITES. AVTEM. ROMANI. VNIVERSI. PRINCIPEM 5. HASTIS. ARGENTEIS. DONATVM. APPELLAVERVNT.

LIBRI. ROMANI. VIRITIM. 6.... CENOS. NVMERAVI. EX. TESTAMENTO. PATRIS. MEI. ET. 7. NOMINI. MEO. 8.... DRINGENOS. EX BELLORVM. MANVBIIS. CONSVL. QVINTVM. DEDI. ITERVM. AVTEM. IN CONSVLATV. DECIMO. EX. PATRIMONIO. MEO [illegible] BIS. QVADRINGENOS. CONGIARI. VIRITIM. ITERVM AERE [illegible] MERVI, ET. CONSVL. VNDECIMVM. DVODECIM. FRVMENTATI[illegible] NES. FRVMENTO. PRIVATIM. 9. COLVMELO. EMENSVS. SV[illegible] ET. TRIBVNICIA. POTESTATE. DVODECIMVM. QVADRINGENO[S] NVMMOS. TERTIVM. VIRITIM. DEDI. 10. QVALIMEA. CONG[IA]... FRVMENTI. 11..... NVM. NVNQVAM. MINVS. QVINQVAGINTA DVCENTA..... SIA. 12. DVODEVIGENTESIMVM. CONSVL. TRECEN[illegible] ET. VIGINTI. MILLIBVS. PLEBIS. VRBANAE. SEXAGENOS [illegible] DENARIOS. VIRITIM. DEDI. ET. QVINIS. MILITVM. [illegible] MEORVM. CONSVL. QVINTVM. EX. MANIBIIS. VIRITIM [illegible] NVMMVM. SINGVLA. DEDI. ACCEPERVNT. ID. TRI[illegible] CONGIARIVM. IN. COLONIAS. HOMINVM. CIRCITER. [illegible] ET. VIGINTI. MILLIA. CONSVL. TERTIVM. DECIMVM. [illegible] DENARIOS. PLEBI. QVAE. TVM. FRVMENTVM. PVBLICVM 13. ACC[illegible]

1. Valet, Agentes Conſules: eſtque ſermo de L. & C. Cæſaribus [illegible]
2. Puto, EVM. 3. Puto, QVO. 4. Facio, FORVM & divido [illegible] TERESSENT. ſententia longe alia. 5. Explerem IVV. [illegible] cipem iuventutis Caium. 6. Subſtituo, CENTENOS, [illegible] Dionis XLIV. qui diſerte ſcribit Octavianum ipſum ita trad[illegible] nimirum) etſi alii (inter quos Suetonius) trecenos ſcribant [illegible] Nomine. 8. Scribe QVADRINGENOS. ex Dionis LI. qui exp[illegible] ipſam ſummam congiarii, in eodem V conſulatu. 9. Fac, [illegible]
10. Puto, QVALIA. MEA. 11. Expleo, MEDIMNVM. 12. Eraſit ſculpt[illegible] largiter, faciendumque DVODECIMVM. 13. Facio, ACCEPIT [illegible]

III. Seriei continuatio.

EA. MILLIA. HOMINVM. PAVLLO. PLVRA. QVAM. DVCENTA [illegible] FVERVNT. 1. AGRIS. QVOS. IN. CONSVLATV. MEO. QVARTO. ET POSTEA. CONSVLIBVS. 2. MARCO. ET. CN. LENTVLO. AVGVRE. ADSIGNAVI. MILITIBVS. SOLVI. MVNICIPIIS. PA.... 3. ERTIVM. CIRCITER. SEXCENSIM. ITINERIS. EMIT. QVAM. ROMANIS. 4. ERAE..... NVMERAVI..... QVOD. PRO. AGRIS. PROVINCIA-

EI[illegible]

LIBVS. SOLVI. VNVS. ET. SOLVS. OMNIVM. QVI. DEDVXERVNT.
COLONIAS. MILITVM. IN PROVINCIIS. AD. MEMORIAM. AETATIS.
MEAE. FECI. POSTEA NERONE. ET. CN. PISONE. CONSVLIBVS. ITEM-
QVE. 5... GANTISSIMO. ET. D. LELIO. CONSVLIBVS. ET. 6. L. CANINIO.
ET. Q. FABRICIO. CONSVLIBVS. 7. .. QVOS. EMERITIS. STIPENDIIS.
IN. SVA. MVNICIPIA. 8. PRAEM... PERSOLVI. QVAM. 9... INSEST.....
MILI.... IMPENDI.

QVATER. 10. AVI. AERARIVM. ITA. VT. SESTERTIVM. MILLIA.
...... QVINGENTA. DED. .. RAVI. AERARIO. DETVLI.
QVOD. EX. CONSILIO. . . . . MILITIBVS.
QVIN. . . . .
. . . . . MERVISSENT. HS. MIL. . . .
. . . . O. DETVLI. . .
. . . . PI. CN. P. LENTVLO.
VLES. FVERVNT. CVM. D. . . . . CERENT. . . CENTVM.
MILLIBVS. HOMINVM. . . . . . O. FRV.
. . . .
. . . .

1. Videtur legendum, PRO AGRIS. 2. Intelligit M. Licinium Craſſum. 3. Fuit, SESTERTIVM. 4. PRAETORIBVS exple. Nam hi tunc AErario præerant. 5. C. ANTISTIO repoſito. 6. Horum alter hodie non in Faſtis, & male hunc C. prænominant. 7. Expleam MILITIBVS. 8. Malim REMIS. 9. Fuit, QVAM. IN. REM. 10. Anne ADMINISTRAVI? Intelligit duos Lentulos una conſules, anno DCCXXXVI.

Oppoſito latere.

Series.

I.

CVRIAM. ET. CONTINENS. ET I CALCHIDICVM. TEMPLVMQVE.
APOLLINIS. IN. PALLATIO. CVM. PORTICIBVS. AEDEM. DIVI. IVLII.
LVPERCAL. PORTICVM. AD. CIRCVM. FLAMINIVM. QVEM. SVM.
APPELLARI. PASSVS. EX. NOMINE. EIVS. QVI. PRIOREM. EODEM.
IN. SOLO. FECERAT. OCTAVIANI. PVLVINAR. AD. CIRCVM.
MAXIMVM. AEDES. IN. CAPITOLIO. IOVIS. FERETRI. ET. IOVIS.
TONANTIS. AEDEM. QVIRINIS. AEDES. MVNDO. ET. IVNONIS.

2\. ... ET IOVIS. LIBERTATIS. IN. AVENTINO. AEDEM. LARVM.
IN. SVMMA. SACRA. VIA. AEDEM. DEVM. PENATIVM. IN. VELIA.
AEDEM. IVVENTATIS. AEDEM. MATRIS. MAG. DEIAE. IN. PALACIO. FECI.
3\. SERTORIVM. ET. POMPEIVM. THEATRVM. VTRVMQVE.
OPVS. IMPENSA. GRANDI. REFECI. SINE. VLLA. INSCRIPTIONE.
NOMINIS. MEI. RIVOS. AQVARVM. COMPLVRIBVS. LOCIS. VETVSTATE.
LABENTES. REFECI. ET. AQVAM. QVAE. 4. MARIA. APPELLATVR.
DVPLICAVI. FONTE. NOVO. IN. RIVVM. EIVS. IMMISSO. FORVM.
IVLIVM. ET. BASILICAM. QVAE. FVIT. INTER. AEDEM. CASTORIS.
ET. AEDEM. SATVRNI. CAEPTA. PROFLIGATAQVE. OPERA. A.
PATRE. MEO. PERFECI. ET. EANDEM. BASILICAM. 5 CONSVMMATAM.
IN. .. AMPLIATO. EIVS. SOLO. SVB. TITVLO.... 6 NOMINIS.
FILIORVM. 7.:: VIVVS. NON. PERFECISSEM. PERFECI. AB. HAE-
REDIBVS. 8...... VIRGINE. EXEMPLVM. DEVM. IN. VRBE. CONSV.
FECI. FLVVIO. PRAETERMISSO. QVOD. TEMP...... ET.....

1\. Dionem vide LI. in actis anni DCCXXV. 2. Forte MINERVAE, quia jungi hæc tria numina Romanis ſolita.
3\. Plane non capio. 4. MARTIA. 5. Eſſe debeat CONSVMPTAM. INCENDIO. AMPL.
6\. Puto, C. & L. 7. CVM. 8. AQVA.

Continuatio I Seriei, oppoſito latere.

VLTORIS. TEMPLVM. 1 QVORVMQVE. AVGVSTVM. ET. TEMPLVM.
APOLLINIS. IN. SOLO. MAGNAM. PARTEM. 2....... EMPTO. FECI.
QVOD. 3. SVO. NOMINE. M. MARCELLI. 4. VENERI........ MANIBVS.
IN. CAPITOLIO. ET. IN. AEDE. DIVI. IVLII. ET. IN AEDE.
APOLLINIS. ET. IN. AEDE. VESTAE. ET. IN TEMPLO. MARTIS.
5\. VICTORIS. CONSECRAVI. QVAE. MIHI. CONSTITERVNT. CIRCITER.
MILLENIS. AVRI. CORONARI. PONDO. TRIGINTA. QVINQVE.
MILLIVM. MVNICIPIIS. ET. COLONIIS. ITALIAE. CONFERENTIBVS.
6\. AC. TRIVMPHOS. MEOS. QVINTVM. CONSVL. 7. REMISI. ET. POSTEA.
QVOCIESCVNQVE. IMPERATOR. M........ AVRI. CORONARIVM.
NOM. ACCEPI. DECERNENTIBVS. MVNICIPIIS.... QVAE. ANTE. DECRE-
VERAM.

TEMPVS. DEFVNCTARVM. AFRICANARVM.
MEO. NOMINE. AVT. FILIORVM. MEORVM.
ET. NEPOTVM. IN. CIRCO......... AVT. IN. FORO. AVT. IN.
AMPHITHEATRIS. POPVL.... QVIBVS. CONFECTA. SVNT. BESTIARVM
CIRCITER. TRIVM. MILLIVM. ET. QVINGENTA. NAVALIS. PRAELII.

SPE-

SPECTACVLVM. 8 POPVL........ LIBERVM. IN. QVO. LOCO. NVNC. NEMVS. EST. CAESARVM CAVATO. 9....... LONGITVDINE. MILLE ET. OCTINGENTOS. PEDES. IN. LATITVDINE. PEDES. DVCENTI. IN. QVO. TRIGINTA. ROSTRATAE. NAVES. TRIREMESQVE. PLVRIMAE. 10..... RVMORES. INTER. SE. CONFLIXERVNT. 11........ RVNT. PRAETER. REMIGES. MILLIA......... CIRCITER.......

1. FORVMQVE. 2. A ME. 3. SVB. 4. Reſtituo hæc: GENERI. DEDICAVI. E. MANIBIIS. 5. VLTORIS. 6. AD. 7. Hoc ipſum Dio notat in iſto ipſo conſulatu LI. 8. e Suetonio legam POPVLO. EXHIBVI. AD. TIBERIM. IN. QVO. LOCO. 9. SOLO. IN. 10. Lego: PRAETER. MINORES. INTER. II. CECIDERVNT: vel OCCVBVERVNT.

IN. TEMPLIS. OMNIVM. CIVITATVM. 1. P..... ET. ASIAE. VICTOR. ORNAMENTA. REPOSVI. QVAE. SPOLIATIS. 2. TEMPLIS... PRIVATIM. POSSEDERAT. STATVAE. 3...... .. QVADRAGENIS. ARGENTEIS. STETERVNT. IN. VRBE. AC. CIRCITER. QVAS. IPSE. SVSTVLI. EX. QVA. DE. PECVNIA. DONA. AVREA. IN. AEDEM. APOLLINIS. MEO. NOMINE. ET. 4. FILIORVM. QVAE. MIHI. STATVERVNT. HONOREM. HABVERVNT. POSVI.

1. P...... ET. An ne fuit, PELOPONNESI. ET? credo. Ea enim loca maxime vaſtavit Antonius. 2. TEMPLIS...... Expleo, ANTONIVS. furta enim ejus & ſacrilegia notat. 3. Hæc legam, PLVRES. QVADRINGENIS. ARGENTEAE. 4. Lego: ILLORVM. QVI.

II.

MARE PACAVI. A. PRAEDONIBVS...... DOMIBVS....... .... SVIS. . . . . I. CONTRA REM....... . . . . . DOMINI. . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Puto

1. Puto hæc fuiſſe de ſervis, quos coërcuit, ne contra rem famamve domini venirent, ut audirentur.

III.

REGIS PARTHORUM. . . . .

. . . .

AMB GENTES....... THORUM. ET. MEDORUM. . . . .

. . . .

IN. CONSULATU. . . . .

Cætera quoque corroſa & corrupta.

JUSTUS LIPSIUS

De Magnit. Rom. II. 13.

Vides, ſive audis lapidem, utinam perite ſatis aut fideliter deſcriptum! Inſigne monumentum antiquitatis eſt, & hiſtoriæ Auguſtææ quaſi ſummarium. Sed multa in eo corrupta, & quædam lacera: percurram locis, & alibi medicinæ, cauſâ.

In prima donatione eſt: LIBERI ROMANI. An id fuit, TRIB. P. ROMANI? id eſt, *Tribubus populi.* Res quidem eas tangit, & legavit Cæſar teſtamento viritim Romano populo. *trecenos ſeſtertios*, ut Suetonius ſcripſit; ut autem Dio, *centenos vicenos*, & adducit ipſum Auguſtum ejus rei teſtem. Et ſcripſerat hoc Auguſtus fortaſſe in Commentariis rerum ſuarum: ſed & hic ita in Breviario iſto fuit. Explendum igitur, CENTENOS. VICENOS. Ii ſunt, *tres Philippici* in ſingulos: ſi in totum populum, immenſum eſt; ſi in frumentantes, magnum.

In II. *Quadringeni nummi* viritim dati, item in populum: qui ſunt Philippici *decem.* Id factum in *quinto Conſulatu* ejus, ut ſcribitur? id eſt, ſtatim poſt Actiacam & Alexandrinam victoriam, ſub triumphum. Dio Caſſius ipſum notat in hoc anno, & in ſumma conſentit: ſed auget acceptores, & non *viros puhereſque tantum, ſed etiam pueros, in gratiam Marcelli, ſororis filii*, ſcribit *adjectos.* Hoc ſi fuit, ut fuit, quis non videt ſupra duplum fere donationem creſcere, & ut minimum fuiſſe ad *ſexcenta millia* capientium? Fiunt in pecunia impenſa *ſex milliones.*

In III. Conſulatu decimo, ſcribit ſe item populo dediſſe, congiarium *bis quadringenos.* An ſimul, ut *octingenos* dederit? an magis ſignificat, bis ſe dediſſe? ſicut & paullo poſt, *tertium quadringenos.* Quæ iterationes valde ſunt liberalitati augendæ: & tu attendes.

In IV. Quid ſit illud ÆRE. MERUI. quæro. An fuit, ÆRE. MEO. UT. penditque a prioribus? opinor. Illud autem jam certo aſſequor, in undecimo conſulatu datas *duodecim Frumentationes:* quas ita appellat, quæ ſingulis menſibus dari ſolebant. In caritate igitur annonæ, has extra ordinem, & de ſuo, ut ſcribit, addidit. Nam legendum inibi PRIVATIM. COEMPTO. ut dudum monui, cum lapidem hunc vulgavi.

In V. Tribunicia poteſtas duodecima, incidit in annum urbis DCCXLI. cum peregre & e Gallia rediit. Tunc igitur plebi refovendæ & conciliandæ, diſtri-

buit ter uno anno *quadringenos*: id eſt, Philippicos *ter denos* ſive in univerſum *triginta*. Verba aliquot in vitio, an ſic emendanda? QUALI. MEO. CONGIARIO. FRUMENTI. MODIUM. NUMQUAM. MINUS. QUINQUAGINTA. ET. DUCENTA. MILLIA. ut adſignificet, tantum frumenti ſe quoque dediſſe. An verius FRUMENTANTIUM. NUM. NUMQUAM. MINUS. QUINQUAGINTA. ET. DUCENTA. MILLIA? ut dicat *numerum* (id valet NUM.) qui frumentum acciperent, & ex conſequenti congiarium, tantum tunc fuiſſe. Sed poſtea alius numerus, dices: haud moveor, quia ſæpe id per recenſum mutavit. Cogitetur tamen. Vir doctiſſimus & acutiſſimus legebat, QUINQUAGINTA. ET. DUCENTA. SESTERTIA. & referebat ad Suetonii hæc verba: *Congiaria populo frequenter dedit, ſed diverſa fere ſumma: modo quadringenos, modo trecenos, nonnunquam ducenos quinquagenoſque nummos.* Sed refellit hoc ipſe lapis ſtatim, qui dicit bis datos *ſexagenos denarios*: quos non niſi in *ducenos quadragenos* nummos reſolvas. Quomodo ergo *numquam minus* dederit, ut hic ſculptum? Sed & Dio in anno DCCXLVII. adnotat datos *denarios ſexaginta*.

In VI. ſunt *ſexageni denarii in trecenta viginti millia capita*: quæ ad duos milliones *, paullo minus, ſe attollit.

In VII. tenebræ: videtur militaris donatio eſſe, ſed iis qui in colonias miſſi, aut mittendi.

In VIII. notetur numerus frumentantium, qui tunc fuit. Iſta de Auguſto ſufficiant: etſi liberalitates ejus plures ex facili dederim, ut ipſe dare facilis, etiam per ludum & jocum.

* *Sunt octo decies centena M.*

ISAACI CASAUBONI

ANIMADVERSIONES.

Vivo Auguſto aras & templa fuiſſe in provinciis poſita teſtantur & hiſtorici, & alia priſci ævi monumenta. Primus ipſe hoc in honorem patris ſui vel imperaverat, vel petentibus conceſſerat, ut eſt apud Dionem lib. LI. Quod poſtquam ſemel inſtitutum eſt, pleræque provinciæ exemplum ſecutæ, pro magno beneficio poſtularunt ſibi jus dari aræ ponendæ, aut templi, in aliqua ſuarum urbium, ubi communi nomine populi totius provinciæ honoris ejus cauſa, & ſacra facerent & ludos ederent: talis in Gallia Lugdunenſis ara, ad quam ſexaginta populos convenire ſolitos refert Strabo: talis in altera Galliæ parte ara Narbonenſis, & in aliis provinciis aliæ, tum Auguſto, tum Julio Cæſari poſitæ: tanto quidem ſtudio & adulatione, ut earum urbium incolæ quæ hujuſmodi templa apud ſe haberent, non alio magis nomine ſuperbirent, quam quod eſſent iſtorum νεοφύτων numinum æditui: quemadmodum olim in ſenatu Romano Lætorium eſſe locutum refert Suetonius libro II. capite V. Sic interpretor veteres illos nummos in quibus exſtat vox ΝΕΩΚΟΡΩΝ. cujuſmodi ſunt cum alii, tum illi ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ ΣΕΒΑΣΤΑ ΝΕΩΚΩΡ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΘΕΟϹ & ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Antiquarii, quorum diligentiæ & induſtriæ plurimum debemus, falſo exiſtimant, in hujuſmodi nummis vocem νεωκόρος idem ſignificare ac νεόκτιστος: quæ Græci ſermonis imperitia pluribus arguenda non eſt. Sunt etiam nummi in quibus adjecta particula δὶς ut ΚΝΩΣΙΕΚΟΡΩΝ, ΔΙΣΝΕΩΚΟΡΩΝ, & ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ ΔΙΣΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ea vocula putem (ſi ullus in re perobſcura conjecturæ locus) geminum templum notari, alterum D. Julio, alterum D. Auguſto ſacrum. Porro inter alias urbes quæ mature templum Auguſto extruxerunt urbs Ancyra fuit. Nam ibi divinos honores Auguſto vivo fuiſſe exhibitos, teſtis ipſe in edicto quod refert Joſephus Originum lib. XVI. cap. X. Verba edicti ſunt, Τό τε ψήφισμα τὸ δοθέν μοι ὑπ' αὐτῶν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, ἣς ἔχω πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ ὑπὲρ Καΐου Μαρκίου Κηνσωρίνου, καὶ τοῦτο τὸ διάταγμα κελεύω ἀνατεθῆναι ἐν ἐπισημοτάτῳ τόπῳ γενηθέντι μοι (malim ἀνατεθέντι μοι)

μοι) ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἀσίας ἐν Ἀγκύρῃ. ἐὰν δέ τις παραβῇ τι τῶν προειρημένων, δώσει δίκην οὐ μετρίαν. ἐστηλογραφήθη ἐν τῷ Καίσαρος ναῷ. Vulgo legitur in Joſephi codd. ἐν ἀργύρῃ: nullo ſenſu. Quare etiam Rufinus Joſephi vetus interpres ea verba omiſit. Sed docuit nos in magno opere De emendat. temporum Joſephus Scaliger, unicum literarum decus legendum eſſe Ἀγκύρῃ. qua conjectura meo judicio nihil certius. Etſi ſubit mirari, cur commune Aſiæ ei potius civitati illum honorem habuerit, quam Epheſo, quæ erat per illa tempora πρόσχημα & velut metropolis Aſiæ. At Ancyra non Aſiæ ſed Galatiæ tantum metropolis erat. Sed cauſſa fortaſſe fuit, quod Auguſtus peculiari cura & amore hanc urbem proſequeretur. Reperio enim etiam conditorem Ancyræ Auguſtum fuiſſe: cujus rei auctorem habeo Tzetzem, qui id narrat Chiliade prima, capite de Mida. Olim non totius Galatiæ, ſed partis tantum Tectoſagum metropolis ea urbs fuit: verum poſtquam tota Galatia per Auguſtum in unam provinciam eſt redacta, totius Galatiæ caput eſſe cœpit: quod non ex Strabone diſcas, quem mirari ſatis non poſſum, tam levem harum rerum feciſſe mentionem: ſed ex iſta veteri inſcriptione quam Romæ extare teſtimonio doctorum virorum diſcimus.

Λ. ΦΑΒΙΟΝ
ΚΕΙΛΩΝΑ
ΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΕΠΑΡΧΟΝ ΡΩΜΗϹ.
ΥΠΑΤΟΝ. ΤΟ. Β.
Η. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙϹ
ΤΗϹ. ΓΑΛΑΤΙΑϹ.
ΑΝΚΥΡΑ
ΤΟΝ ΕΑΥΤΗϹ
ΠΡΟϹΤΑΤΗΝ

Hinc eſt quod legimus apud Suidam, *Ancyranos* dictos eſſe, qui olim appellabantur Ἑλληνογαλάται. Auctor Itinerarii antiquiſſimi a Petro Pithæo editi, hanc urbem nunquam Ancyram, ſimpliciter: ſed ſemper cum adjectione Ancyram Galatiam aut Galatiæ nominat. Similiter & Græci Ἄγκυραν τῆς Γαλατίας, ut apud Epiphanium libro III. in Marcello Ancyrano. vel una voce Ἀγκυρογαλατίαν, ut apud Athanaſium in epiſtola quadam patrum Sardicenſium. Mortuo Auguſto quin multa ambitioſe decreta in ejus honorem fuerint & Ancyræ & in aliis pleriſque oppidis provinciarum, nemo dubitabit qui eorum temporum adulationes noverit. Tunc temporis videntur Ancyrani & petiiſſe & impetraſſe a Senatu facultatem transferendi in templum Auguſti quod in ipſorum urbe erat, hunc rerum geſtarum ejus indicem. quem manu Græcorum linguæ Latinæ prorſus imperitorum fuiſſe vel Romæ deſcriptum, vel poſtea ſculptum, res clamat ipſa: adeo multa ſunt perperam & contra omnem Latinitatem expreſſa. Multa in hoc nobiliſſimo vetuſtatis monumento nuper erudite animadverſa ſunt ab eruditiſſimo clariſſimoque viro Iuſto Lipſio: conabimur & nos aliquam illi lucem ex hiſtoria adferre.

Et impenſarum quas in rempubl. populumque Romanum fecit.] Non parum gloriari ſolitus fuit hoc nomine Auguſtus, ut refert Dio non uno loco: & in teſtamento quoque ſuo fecerat idem harum impenſarum mentionem. Breviter indicant illa apud Suetonium in compendio earum tabularum, *Quod pene omne cum duobus paternis patrimoniis cæteriſque hereditatibus in Rempub. abſumpſiſſet.*

Anno;

Annos undeviginti natus.] Vellejus Paterculus lib. II. *C. Cæſar* XIX. *annum ingreſſus, mira auſus, ac ſumma conſecutus, privato conſilio, majorem ſenatu pro Republ. animum habuit.* ubi vides adulationem hominis; ambitioſe enim uſus eſt voce *ingreſſus.* Melius Auguſtus, *natus:* nam anno qui præceſſit cædem Julii, nono Kal. Octob. ingreſſus annum XIX. erat, ac jam totum ferme confecerat, quando contra Antonium pro optimatibus bellum primum ſuſcepit. Atque hæc Octavii ætas in equeſtri ſtatua fuerat notata, quam ei ſenatus in Roſtris poſuerat, teſte eodem Vellejo. Florus qui Octavium quando furori Antonii cepit reſiſtere, ait fuiſſe *intra decem & octo annos tenerum*, ad calculum Octavii annos parum exegerat.

Exercitum privato conſilio & privata impenſa comparavi.] Florus de Octavio: *revocatis ad arma veteranis, privatus, quis crederet? conſulem aggreditur.* Idem elogium ab hiſtoricis etiam Pompejo non multo natu grandiori tribuitur. Vellejus, *Cn. Pompejus* XXIII. *annos natus, abhinc annos* CXIII. *privatis ut opibus, ita conſiliis magna auſus, magnificeque conata exſecutus, ad vindicandam, reſtituendamque dignitatem patriæ, firmum ex agro Piceno, qui totus paternis ejus clientelis refertus erat, contraxit exercitum.*

Ordinem ſuum.] Nihil putem mutandum in his verbis, ſed ſententiam aperte mutilam ita explendam, *ſenatus decretis honorificis ordinem ſuum mihi communicavit*, vel *in ordinem ſuum me aſcivit.* Decreta quæ ait, nota ſunt ex Cicerone & hiſtoricis. Dio inter alia iſtud fuiſſe ait, τὸ βουλεύειν Καίσαρα ἐν τοῖς ταμιευκόσι. quo dicendæ ſententiæ jus inter quæſtorios Octavio tributum.

Patriciorum numerum auxi conſul quintum.] Poſtrema verba non carent difficultate, ſive illa cum præcedentibus conjungas, ſive cum ſequentibus: ſæpius enim Auguſtus & patriciorum numerum auxit, & ſenatum legit. Vide Dionem in ſecundo ejus conſulatu libro XLIX. & lib. LII. ſub finem in actis anni DCCXXV. qui coſs. habuit Cæſarem V. & Sex. Apulejum. De eo anno loquitur hic Auguſtus: nam eodem & ſenatum ordinavit, & patricias gentes ſupplevit.

Conſulatu. ſexto. cenſum. populi. collega. M. Agrippa. egi.] Huc refer notam Euſebii in Chronico ad numerum MDCCCCLXXXIX. *Cenſu Romæ agitato inventa ſunt civium Romanorum* XLI. *centena, &* LXIV. *millia.*

Juſſu populi & ſenatus.] Dio lib. XLIX. ψηφισαμένης τῆς βουλῆς, & lib. LII. τῆς βουλῆς οἱ δῆθεν ἐπιτρεψάσης. de populo altum ſilentium: Tacitus contra, lege Sænia hoc negotium Auguſto fuiſſe mandatum ſcribit. Vere igitur Auguſtus juſſum ſe ait a populo & ſenatu.

In conſulatu ſexto cenſum populi collega M. Agrippa egi.] Anno priore conſul quintum cenſuram ſive regimen morum ſuſceperat Auguſtus: ſed cenſus eo anno non eſt actus: cum maximam ejus partem Roma afuerit.

Luſtrum poſt annum alterum & quadrageſimum feci.] Tot anni ſunt a noviſſimis cenſoribus Cn. Lentulo & L. Gellio, qui luſtrum condiderunt anno DCCXXVI. factum.

Feci, legi] *Facere luſtrum* & *condere luſtrum* Latina ſunt. *Luſtrum legere* quid ſit neſcio. Ita tamen mox iterum ſculptum: meo judicio latet mendum.

Cum nuper luſtrum ſolus feci.] Si ita ſcripſit, *nuper* poſuit pro poſtea.

Aſinio cos.] Anno vigeſimo poſt luſtrum ſuperius V. C. DCCXLVI.

In conſulatu ſi.] Hæc verba nihil hic ſignificant: prorſuſque erratum lapidicidæ eſſe videntur.

Cum nuperrimo.] Anno uno & vigeſimo poſt proximum luſtrum V. C. DCCLXVII. Ex hoc loco apparet paucis diebus ante ſuum ex Urbe noviſſimum diſceſſum, ſcriptum hoc ab Auguſto breviarium. Suetonius libro II. cap. XCVII.

Cum lega Tiberio.] Suetonius lib. III. cap. XXI.

Mil..... iginta & ſeptem mil.] Scr. *millia triginta & ſeptem millia.* Poſtrema vox vacat: non enim ſolet addi a Latine loquentibus, tamen ferri poteſt, & fortaſſe ita paullo ante expleri debent lacunæ poſt vocem tria, duobus locis. Ad hunc porro cenſum pertinent Euſebii verba in Chronico ad numerum MMXXVIII. *Auguſtus cum Tiberio filio ſuo cenſum Romæ agitans invenit hominum nonageſies trecentena millia,* cujus loci immaniſſimum numerum ex hoc lapide corrigendum eſſe recte obſervat Joſ. Scaliger.

Legi Pno...... exempla majorum.] *Legi* ad ſuperiora referri non poteſt. Scribo, *lectus Pontifex max.* Suetonius lib. II. de Auguſto pontifice maximo, *nonnulla etiam ex antiquis ceremoniis abolita reſtituit, ut Salutis Augurium, Diale Flaminium, Sacrum Lupercale, ludos ſeculares & compitalitios.* De eodem ſtudio Auguſti imitandi exempla majorum vide cap. LXXXIX. Horatius de eodem,

Et veteres revocavit artes,
Per quas Latinum nomen & Itala
Crevere vires, famaque & imperi
Porrecta majeſtas ad ortum
Solis, ab Heſperio cubili.

Ex nos.] Scribe *ex noſtra Rep.*

Multarum rerum exempla imitanda.] Sententia tale quid poſtulat *multarum rerum imitanda propoſui*, aut ſic potius: *multa reſtitui, aliaque exempla imitanda propoſui.* Videtur enim duplicem laudem ſibi tribuere; quod fugientia majorum inſtituta revocaverit, quodque multa ipſe egregia inſtituerit, quæ futura ſint exempla poſteris ad imitandum propoſita.

Annum quintum & decimum.] Hoc fortaſſe verum de Lucio: nam Cajum XIV. natum annos creatum fuiſſe conſulem ex hiſtoria Dionis, & veteri lapide, qui hoc diſerte continet, notum eſt. Quod igitur in altero verum erat, utrique συλληπτικῶς Auguſtus tribuit.

Agentis.] Scribe *agentes filios.*

Conſulos deſignavit.] Suetonius cap. LXIV. Sed vide hiſtoriam Dionis in anno DCCXLVIII. libro LV.

Intereſſent conſiliis publicis.] Vide ſupra ad cap. XXXVIII.

Principem.... haſtis argenteis donatum appellaverunt.] Mirum ita Auguſtum loqui, quaſi alter tantum filiorum eo honore fuerit affectus: nam certum eſt, ambos principes juventutis eſſe appellatos. etiam de haſtis argenteis diſſentit Dio, qui aureas vult fuiſſe lib. LV.

Libri Romani viritim.] Pro *liberis Romani viritim.* ſed illud *liberis* emblema eſt aſcititium: nunquam enim Auguſtus ita locutus: verum, civibus Romanis, aut *tribubus Romanis.*

.... *Cenos. numeravi. ex Teſtamento patris mei.*] Lego: *Trecenos nummos* (vel *ſeſtertios*) *num.* Suetonius in Julio Cæſare capite LXXXIII. *Populo hortos circa Tiberim publice & viritim trecenos ſeſtertios legavit.* Sed notamus ad hæc verba Suetonii Dionem, qui ipſum Octavium laudat, in numero diſſentire, & pro trecenis ponere *centenos vicenos.* quare ita potius hoc quoque loco reſcribendum fortaſſe fuerit.

Conſul quintum.] Poſt triumphum Actiacum. Vide Dionem lib. LI.

In conſulatu decimo.] Reverſus ex bello Cantabrico. Dio lib. LIII.

Bis quadringenos congiarii viritim.] Dio τῷ δήμῳ καθ' ἑκατὸν δραχμὰς δώσειν ὑπέσχετο, id eſt, *populo viritim quadringenos nummos daturum ſe promiſit.* Quare *bis* hoc loco, ſi ita ſcripſit Auguſtus, valet, iterum, πάλιν.

Iterum. ere. merui. & conſul. und.] Aſſentior viris eruditis, qui corrigendum putant, *Iterum ære meo viritim conſul undecimum.*

Duodecim frumentationes.] Videtur dicere, toto illo anno ſe privatis ſumptibus aluiſſe turbam frumentantium: nam in anno duodecim frumentationes, id eſt, frumenti largitiones fiebant. Vide cap. XL. De his gratuitis frumentationibus intelligit Suetonius cap. XLI.

Emenſus ſum.] Suetonius dicto cap. *viritim admenſus eſt.*

Tribunitia poteſtate duodecimum.) Is fuit annus V.C. DCCLI. quo rediit Auguſtus Romam ex itinere Gallico, triennio ante ſuſcepto. Eodem anno ludi votivi pro reditu Auguſti a Tiberio Nerone Cos. ſunt editi, & Auguſtus in locum Lepidi demortui Pont. Max. creatus, ludos pontificales, ut videtur, edidit. Hæ fuere cauſſæ liberalitatis hoc tempore collatæ. Vide Dionem lib. LIV.

Frumenti...... num.) Lego cum Lipſio *frumenti medimnum*: ſed hæc verba importune huc intruſa ſunt: nam oratio ita fuerat continuanda, *Qualia mea congiaria nunquam minus quinquaginta & duo.*

Qualimea congiaria frumenti...... num.) Conclamatus per me locus, ad cujus lucem, neque nos olim, neque alii poſt nos afferre quidquam potuimus, quod videatur vel mediocriter probandum. Omnino apparet Ancyranos uſos eſſe in monumento hoc in ſaxum incidendo opera lapidicidæ & negligentiſſimi & linguæ Latinæ ignariſſimi: quod in urbe Aſiæ ita accidiſſe, ubi nulla admodum Latinæ linguæ notitia erat, mirari nemo debet; quum etiam Romæ & in Italia ab id genus hominibus ſimilia perſæpe peccarentur. Hæc ſunt quæ Cicero appellat *errata fabrilia* ad Atticum libro VI. epiſtola prima.

Duodecimum conſul.) Hoc anno Cajum filium Auguſtus die tyrocinii in forum ſolemni cum pompa deduxit: quæ fortaſſe occaſio fuit hujus liberalitatis, nam ita ſolitum fieri, ſequentium principum hiſtoriæ docent. Suetonius cap. XXVI.

Trecentis & viginti millibus plebis urbanæ.) Hæc fuit frumentantium turba ante Julii Cæſaris recenſum & ordinationem, qui ad centum quinquaginta millia eam redegit, ut narrat Suet. lib. I. cap. XLI. Auguſtus, ut mox ſequitur, & Dio teſtatur, τὸ σιτοδοτούμενον πλῆθος εἰς εἴκοσι μυριάδας κατέκλεισε. Verum ad congiarium accipiendum quam ad frumentationes major, uti videtur, numerus admittebatur. Fortaſſe tamen etiam frumentum accipientium ante Auguſti conſtitutionem hic numerus fuit, eſtque hoc illud πλῆθος ἀόριστον quod vocat Dio lib. LV.

Sexagenos ſexagenos denarios viritim dedit.) Tolle alterum *ſexagenos*, vel fac *ſexagenos ſenos*, *aut ſeptenos.* Sic Claudius congiarium dedit τοῖς σιτοδοτουμένοις denarios ſeptuagenos quinos. Dio lib. LVIII.

Et quinis militum meorum conſul quinctum.) Intelligit donativum quod dedit poſt illos tres triumphos, quos egit anno V.C. DCCXXV. Vox *quinis* ſine dubio corrupta ex numero militum qui congiarium acceperunt: qui cum expreſſus non ſit ab hiſtoricis, jure tantum arbitrario conſtitui hujus loci lectio poteſt. Lego autem: *Et quinquag. mill. militum meorum.*

In colonias hominum circiter centum & viginti millia.) Deeſt verbum. Scribo *millia miſi.* vide ſupra cap. XLVI. non ſolum autem numerum deductarum coloniarum annotabant: ſed etiam civium qui id beneficium acceperant. Sic in Julio Suetonius, *Octoginta civium millibus in colonias diſtributis.*

Conſul tertium decimum.) Eo anno Lucium filium in forum deduxit, ut biennio ante Cajum, ſicut modo diximus.

In conſulatu meo quarto.) Videtur referendum ad hiſtoriam quam refert Suetonius cap. XVII. cum Auguſtus Brunduſium venire coactus eſt, & deſideria militum tumultuantium ordinare.

Conſulibus Marco & Cneo Lentulo.) Male ſculptum pro *M. Craſſo & Cn.* non enim ita ſcripſerat Auguſtus, ut eſt expreſſum. Horum conſulatus incidit in annum DCCXL. Vide Dionem lib. LIV. In cujus verbis obſcuram harum impenſarum Auguſti mentionem reperio: ὁ Αὔγουστος, inquit, πολλὰ μὲν ἀναλώσας ἐς ἑκάστους, πολλὰ δὲ καὶ παρ' ἑτέρων λαβὼν ἀπεκομίσθη.

Circiter ſexcenſim.) Scrib. *circiter ſexagiens* I M. hoc eſt, ſexagies & ſemel centum millibus. *Sexagiens* pro ſexagies, ea conſuetudine ſcribendi qua *totiens*, *quotiens.* Quia tamen hic numerus videtur infra modum pecuniæ expenſæ in emptionem agrorum, fortaſſe ſcribendum *ſexcenties*, aut *ſepsingenties* I.

Itineris emit.) Nihil hic video quod ad verborum reſti-

reſtitutionem: ſententiam quidem ſatis certo aſſequi mihi videor. commemorat enim agros a ſe militibus ſuis emptos, partim de municipiis, partim de ipſo pop. Rom. qui, ut videtur, agros publicos nondum diviſos aliquos habuit. Hos Auguſtus veteranis & legionariis ſuis diviſit, & pretium illorum prætoribus qui ærarium adminiſtrabant numeravit. Hoc, ni fallor, Auguſtus voluit: ſed videntur omiſſa quædam verba. *Emi* ſaltem legendum, non *emit*.

Romanis...... ræ.) Aliorum deſcriptio habet *præ*, quod firmat emendationem Lipſii *Præteribus*. Sed an ita locutus Auguſtus *Romanis præteribus?* non videtur. potius *Romæ* ſcripſiſſe eum putem.

Qui deduxerunt colonias militum.) Ut Sulla, Julius Cæſar, & triumviri. coloniarum militarium meminit Vellejus lib. priore.

Quater...... avi ærarium.) Lego, *Quater levavi ærarium*, aut *ſuſtentavi.* vult dicere quod Dio in actis anni DCCXXVI. initio libri LIII. ἐπειδὴ χρημάτων τῷ δημοσίῳ ἐδέησεν, ἐδανείσατό τινα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ. *Levare ærarium*, pro inopiam ærarii levare, breviter & eleganter dictum.

Seſtertium millia...... quingenta.) Scripſerat fortaſſe *millies & quingenties.*

Curiam. & continens. & chalcidicum.) Dio in quinto Auguſti conſulatu, libro LI. ἐπεὶ δὲ ταῦτα διετέλεσε, τό, τε Ἀθήναιον, καὶ τὸ χαλκιδικὸν ὀνομαζόμενον καθιέρωσε. hoc ædificium poſtea Domitianus refecit, ut eſt auctor Euſebius in Chronico, ad numerum MMCV. ubi de Chalcidico plura beatæ memoriæ vir Joſephus Scaliger, ὁ πάνυ.

Cum porticibus.) Ex iſto loco ſcribimus apud Suetonium capite XXIX. quod fugit nos monere. *Addit porticus, cum bibliotheca Latina Graecaque.* ſic codd. Memmianus, Viterb. & Groſlotii, non ut vulgo, *Addita porticus.*

Porticum ad circum flaminium, quem ſum app.p.) Leve mendum falſi notam Auguſto inurit. Lege, *quam.* & de porticu CN. Octavii accipe, quam refeciſſe ait, & ſiviſſe appellari veteri nomine. Ea fuit regione Urbis nona ad Circum Flaminium, ut hic Auguſtus narrat, & confirmat P. Victoris deſcriptio. Scribo deinde *Octaviam*, non *Octaviani.* Pulvinar Octaviani nuſquam legi: nec puto ſic accipiendum.

Ædes in Capitolio Jovis Feretrii & Jovis Tonantis.) Hanc fecit primus: Suetonius, Dio. illam vetuſtate dilapſam refecit. Livius libro quarto.

Ædem quirinis.) Barbare, pro *Quirini.* Dio in actis anni DCCXXXIX. τὸν τοῦ Κυρίνου ναὸν καθιέρωσεν ἐκ καινῆς οἰκοδομήσας.

Ædem deum penatium in Velia.) Hanc quoque refecit, non fecit. Dionyſius Halicarnaſſ. lib. I. loquens de Penatibus, ναὸς ἐν Ῥώμῃ δείκνυται τῆς ἀγορᾶς οὐ πρόσω, κατὰ τὴν ἐπὶ Καρίνας φέρουσαν ἐπίτομον ὁδὸν ἱδρυμένος, ὑπεροχῇ σκοτεινός, οὐ μέγας. λέγεται δὲ κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν ΟΥέλιαι τὸ χωρίον. ita ſcribi debet hic locus: nam olim falſus ſum, cum ex vulgata lectione corrupta ὑπελαίαις, emendabam Ὑποπαλαίαις. nihil quidem inepti continet conjectura, ut illa fatua quorundam & veſana hariolatio, quam refutabamus: vera tamen non eſt. Varro de vita populi Rom. lib. primo, *Tullium Hoſtilium in Veliis, ubi nunc eſt ædes deûm Penatum.* Meminit etiam Feſtus, in voce *Mutium.*

Sertorium.) Lego *Diribitorium.* quod mirandum ædificium ab Agrippa inchoatum, perfecit poſt illius obitum Auguſtus, & publicavit, ſine ulla nominis ſui inſcriptione. Lege Dionem in anno DCCLVII. lib. LV. Hoc niſi eſt, putem intelligi aliquam ex adſtructis ædibus Pompejano theatro, de quibus fecimus mentionem ad caput XXXI. Ea ædificia ſæpe incenſa, ſæpe reſtituta. Vellejus de Tiberio, *Quam magnifico animi temperamento, Cn. quoque Pompeji munera abſumta igni reſtituit!*

Duplicavi, fonte novo in rivum ejus immiſſo.) Julius Frontinus de aquæductibus Urbis Romæ. *Auguſtus in ſupplementum Martiæ quoties ſiccitates agerent, auxilio aliam aquam ejuſdem bonitatis opere ſubterraneo perauxit uſque ad Martiæ rivum, quæ ab inventore appellatur Auguſta*

Quod ſuo nomine.) Quo refertur iſtud *quod?* manifeſtiſſime deeſt in fine ſuperioris verſus aliquid. Lego totam ſententiam hoc modo, *Theatrum quoque ſub nomine M. Marcelli generi ex manubiis.* Suetonius, *Quædam opera ſub nomine alieno fecit, ut theatrum Marcelli.* repete ex proximo, *feci.* nam ut alii deſcribunt nobis hoc marmor, minimum intervallum relictum eſt vacuum ante vocem *manibus.* quod eo libentius amplector, quia neceſſario poſt hanc dictionem apponenda alia eſt: aperte enim ſequentia manca ſunt & claudicant.

In Capitolio.) Scrib. *dona in Capitolio.*

Quæ mihi conſliterunt circiter millenis auri coronari ponde, triginta quinque millium.) Donaria Auguſti partim margaritis gemmiſque maximæ indicaturæ ornata. utrumque hic ab eo fuerat expreſſum: & auri inquam, pondus, quod in ἀναθήματα impendiſſet, & pecunia qua conſtarent, tum manupretium, tum ornamenta alia. Auri ait fuiſſe circiter mille pondo: reliquam impenſam triginta quinque millium: hæc vero ſumma depravatiſſime & ineptiſſime notata eſt. taceo quod Latinitas eam lectionem non patitur. Omnino ſcripſerat Auguſtus, XXXV. HS. quod eſt, *tricies quinquies* HS. faber ſculptor, vel is potius qui Romæ deſcripſit, & in numerorum interpretatione peccavit inſulſe, & in nota HS. quam putavit millenarii numeri eſſe indicem. Stabilimus hanc noſtram & emendationem & interpretationem auctoritate Suetoniani loci, qui iſti plane geminus eſt, cap. XXX. *Ædes ſacras opulentiſſimis donis adornavit: utpote qui in cellam Capitolini Jovis ſedecim millia pondo auri, gemmaſque ac margaritas quingenties HS. una donatione contulerit.*

Quotieſcunque imperator m....... auri coronarium non accepi.) Lego, *quotieſcunque imperator ſum appellatus, aurum coronarium non accepi.* Moris veteris fuit, ut quotieſcunque duces exercituum re feliciter geſta Imperatores ſalutarentur a ſuis, provinciæ & ſociæ ci-

 vitates

vitates ac reges dono darent illis coronas aureas, vel auri tot pondo: quod appellatum eſt aurum coronarium. Sub Impp. retenta eſt hæc conſuetudo: nam illi toties ſalutabantur imperatores quoties ipſorum auſpiciis hoſtis inſigni clade afficiebatur: vide quæ notamus ad lib. pr. cap. LXXVI. & ſalutato aurum coronarium ex ritu offerebatur, non ſolum a provincialibus, ſed etiam ab Italiæ coloniis & municipiis: a quibus ſe non accepiſſe gloriatur Auguſtus. Dio in quinto conſulatu Auguſti lib. LI. παρὰ τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις προσῆκον οὐκ ἐδέξατο. Simile eſt quod narrat Spartianus de Hadriano, *Aurum coronarium Italiæ remiſit, in provinciis minuit.* Idem eſſe factum aliquando & a Juliano teſtis Ammianus Marcellinus.

Tempus defunctarum Africanarum.) Non ſolum corrupta ſunt iſta, ſed etiam mutila, & perturbata. ſententia tamen non obſcura: narrat enim magnificentiam ſuam in venationibus exhibendis. qua de re libro ſingulari plura, ubi hunc locum tractamus. Fortaſſe autem ſcripſerat Octavius: *Spectacula amplius mille ducentarum Africanarum.* ut in unam ſummam contrahatur numerus Africanarum, ad populi voluptatem exhibitarum. quem quidem numerum vereor ne juſto minorem longe faciam, quum certum ſit, unis aliquando ludis ſexcentenas Africanas Auguſtum exhibuiſſe: ut in commiſſione ludorum quibus Marcelli theatrum dedicabat. Dio LIV. καὶ τῇ πανηγύρει τῇ διὰ τοῦτο γινομένῃ, καὶ θηρία Λιβυκὰ ἑξακόσια ἀπεσφάγη.

In templis.) Pridem quo iſta pertinerent indicavimus ad lib. XIII. Strabonis. notat diligentiſſimus ille ſcriptor de quibuſdam ſignis furto Antonii ſublatis, ab Auguſto reſtitutis. Plinius quoque libro XXXIV. cap. VIII. *Fecit* Myro *& Apollinem, quem a Triumviro Antonio ſublatum reſtituit Epheſiis divus Auguſtus, admonitus in quiete.* Exemplum hujus æquitatis a P. Scipione, quem Siculis ablata ſigna & Romam illata, reſtituiſſe Plutarchus ſcribit in Apophthegmatis. εὑρὼν, ait, τὴν πόλιν ἀνδριάντων Ἑλληνικῶν καὶ ἀναθημάτων ἀπὸ Σικελίας μεστὴν οὖσαν, ἐκήρυξε τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παρόντας ἐπιγινώσκειν καὶ κομίζεσθαι.

Statuæ.) Adi caput LII. de iis enim ſtatuis intelligit Auguſtus, de quibus ibi Tranquillus.

Mare pacavi a prædonibus.) Vide ad illa cap. XCVIII. *per illum ſe vivere: per illum navigare.*

Regis Parthorum.) Pertinet ad miſſos obſides, & reddita ſigna a Parthis quæ M. Craſſo & M. Antonio ademerant. Nota hiſtoria: ſupra cap. XXI.

A me gentes P...... thorum & medorum.) *Parthorum & Med.* Loquebatur de Parthis & Medis qui regem ab ipſo petierunt. Strabo, Tacitus, Suetonius, Dio, alii.



MONV-

Digitized by Google

MONVMENTVM ANCYRANVM,

EX CHARTA DANIELIS COSSONII,

In cujus manum hoc venit, cum a Potentiſſimis Hollandiæ Ordinibus titulo Vice-Conſulis ornatus Smyrnæ ageret.

Tabula prima.

RERVM. GESTARVM. DIVI. AVGVSTI. QVIBVS. ORBEM TERRARVM. IMPERIO. POPVLI. ROM. SVBIECIT. ET. IMPENSARVM. QVAS. IN. REMPVBLICAM. POPVLVMQVE. ROMANVM. FECIT. INCISARVM. IN. DVABVS. AHENEIS. PILIS. QVAE. SVNT. ROMAE. POSITAE. EXEMPLAR. SVBIECTVM.

ANNOS VNDE VIGINTI NATVS EXERCITVM PRIVATO CONSILIO ET PRIVATA IMPENSA COMPARAVI PER QVEM REMPVBLICAM. . . . . INATIONE FACTIONIS OPPRESSAM IN LIBERTATEM. . . . . TVS DECRETIS HONORI. . . . . . . CISIN ORDINEM SVM. . . . . CONSVLIBVS. . . . . TEM LOCVM. . . . . . PERIVM MIHI DEDIT. . . . RESPVBLICA. . . . . PRAETORI SIMVL CVM. . . . . . . CONSVLIBVS. . . . . . AVTEM EODEM ANNO ME. . . . . . CONSVLEM CVM. . . . . ISSET ET TRIVM VIRVM REIPVBLICAE CONSTITVEN. . . .

QVI PARENTVM. . . NI. . . S. . . IN EXILIVM EXPVLI IVDICIIS LEGITIMIS VET. . . . . . . POSTEA. MECVM INFERENTIS REIPVBLICAE. . . . .

ARMA TERRAE MARIQVE. . . . NAQVE TOTO ORBE TERRARVM. . . VICTORQVE OMNIBVS. . . . VS CIVIBVS PEPERCI. . . EXIL. . . . . GENTES QVIBVS TVTO. . . . SERVARI QVAM EXCIDERE IN. . . . MILLIA CIVIVM ROMA. . . SACRAMENTO MEO FVERVNT CIRCITER. . . . TA EX QVIBVS DEDV. . . . AVT REMISI IN MVNICIPIA SVA STIPEN. . . TIS MILLIA ALIQVANTO. . . M TRECENTA IIS OMNIBVS AGRO A. . . . AVT PECVNIAM PROPR. . . DEDI NAVES CEPI SESCEN. . . . AS SIQVAE MINORES TRIREMES FVERVNT.

. . . . . . VANS TRIVMPHA. . . RVLIS TRIVMPHOS ET APPELLA. . . MEL IMPERATOR. . . . RIS TRIVMPHOS MIHI. . . . PER . . . . VS

DEPOSVI

DEPOSVI IN CAPITOLIO. . . VOQVE BELLO NVNC. . . TIS OB RES A. . . . OS AVSPICIIS. . . . TERRA M. . . . E PROSPERE GESTAS QV. . . QVIENS DECREVIT SENATVS. SVP. . . DVM ESSE. . . QVO SENATV CONSVLTO PVBLICATVM EST FVERE.

Tabula Secunda.

PATRICIORVM NVMERVM AVXI CONSVL QVINTVM IVSSV POPVLI ET SENATVS SENATVM TER LEGI ET IN CONSVLATV SEXTO CENSVM POPVLI COLLEGA M. AGRIPPA EGI LVSTRVM POST ANNVM ALTERVM QVADRAGENS CENTVM MILLIA ET SEXAGINTA TRIA MILLIA. . . . . CVM IMPERIO LVSTRVM. . . . FECI CENSO. . . . SINIO EOS. . . . QVO LVSTRO CENSA SVNT CIVIVM ROMANORVM. . . . QVADRAGENS CENTVM MILLIA ET DVCENTA TRIGINTA TRIA M. . . . CONSVLARI CVM IMPERIO LVSTRVM COLLEGA TIB. CA. . . SEX POMPILIO. ET SEX. APPVLEIO COS QVO LVSTRO ET. . . MANORVM CAPITVM QVADRAGENS CENTVM. . . . . GINTA ET SEPTEM MILLIA LEGIBVS NO. . . . . TEMPLA MAIORVM EXOLESCENTIA IAM EX NOS. . . . AVITARVM RERVM EXEMPLA IMI.

Tabula Tertia.

HONORIS MEI CAVSA SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS ANNVM QVINTVM ET DECIMVM AGENTIS CONSVLIS DESIGNAVIT VTRVM MAGISTRATVM INIRENT POST QVINQVENNIVM, ET EX EO DIE QVO DEDVCERVNT IN FORVM VT INTERESSENT CONSILIIS PVBLICVS DECREVIT SENATVS. EQVITES AVTEM ROMANI VNIVERSI PRINCIPEM IVVENTVTIS ROMANORVM PARM. . . T. . . . THASTIS ARGENTEIS DONATVM APPELLAVERVNT.

PLEBEI ROMANAE VIRILIA TRECENOS NVMERAVI EX TESTAMENTO PATRIS MEI ET NOMINE MEO QVADRINGENOS EX BELLORVM MANIBIIS CONSVL QVINTVM DEDI ITERVM AVTEM IN CONSVLATV DECIMO EX PATRIMONIO MEO IIS QVADRINGENOS CONGIARI VIRITIM TER NVMERAVI ET CONSVL VNDECIMVM DVODECIM FRVMENTATIONES FRVMENTO PRIVATIM COLLIPIO EMENSVS SVM ET TRIBVNITIA POTESTATE DVODECIMVM QVADRINGENOS NVMMOS TERTIVM VIRITIM DEDI QVAE MEA CONGIARIA PERVENERVNT. . . . VM MILLIA NVNQVAM MINVS QVINQVAGINTA ET DVCENTA. . . . . POTESTATIS DVODECIMVM CONSVLATIS TRECENTIS LT VIGINTI MILLIBVS PLEBIS VRBANAE SEXAGENOS DENARIOS VIRITIM DEDI. . . . MILLIVM MEORVM EX MANIBIIS CONSVL QVINTVM VIRITIM MILLIA NVMMVM SINGVLIS DEDI ACCEPERVNT

pervnt Id trIvmphale congIarIvm In. . . o. . . s homInvm cIrcIter centvm et vIgIntI mIllIa. Consvl tertIvm decImvm sexagenos denarIos plebeI qvae tvm frvmentvm pvblIcvm accepervnt dedI famIlIa homInvm pavlo plvra qvam dvcenta fvervnt.

PecvnIa. . . agrIs qvos In consvlatv meo qvarto et postea consvlIbvs. . . cn. lentvle avgvre adsIgnavI mIllItIbvs solvI mvnIcIpIIs pa. . . . . . r. . . vm sIrcIter mIllens fvIt qvam. . . . . olIanvs. . . praed. . . . nvmeravI et sIrcIter bIs mIllens et sescentIens qvod pro agrIs provIncIalIbvs solvI Id prImvs. . . dIvs omnIvmqve edvxervnt colonIas mIlItvm In ItalIa avt In provIncIIs ad memorIam aetatIs meae felIcI et postea. . . . neronI. . . cn. pIsonI consvlIbvs Item vc. c. antIstIo et d. IaelIo consvlIbvs et c. calvIsIo et IpasIeno cos. et n. . . m. messalla consvlIbvs et l. canInIo et q. fabrItIo. . . . . os. . . emp. . . rIteIs stIpendIIs In sva mvnIcIp. . . . merato ter solvI qvam In rem fest. . . . .
. . . .

Qvater pecvnIa mea IvvI aerarIvm Ita vt sestertIvm mIllIens et qvInqvIens adeo solvI praeerant aerarIo detvlerIm et In. . . . et ar. . . cos aerarIvm mIlItare qvod ex consIlIo. . . . . praemIa darentvr mIlItIbvs qvI vI. . . emervIssent hes mIllIens et septIngentI. . . . . eo detvlI. . . . . centvm mIllIbvs. . . . .
. . . .
. . . .
. . . . cn. et p. lentvle. . . . vles fvervnt cvm. . . . . cerInt.

Tabula Quarta.

CvrIam et contInens et calcIdIvm templvm sIve appollInIs In palatIo cvm portIcIbvs aedem dIvI IvlII lvpercar portIcvm ad cIrcvm flamInIvm qvam svm appellarI passvs ex nomIne eIvs qvI prIorem eodem In solo fecerat octavIanI pvlvInar ad cIrcvm maxImvm aedes In capItolIo IovIs feretrI et IovIs tonantIs aedem qvIrInI aedes mInervae et IvnonIs regInae et IovIs lIbertatIs In aventIno aedem larvm In svmma sacra vIa aedem devm pennatIvm In vIlla aedem IvventvtIs aedem matrIs magnae In palatIo fecI.

CAPITOLIVM ET POMPEIVM THEATRVM VTRVMQVE OPVS INPENSA GRANDI REFECI SINE VLLA INSCRIPTIONE NOMINIS MEI RIVOS AQVARVM IN PLVRIBVS LOCIS VETVSTATE LABENTES REFECI ET AQVAM QVAE MARTIA APPELLATVR DVPLICAVI CEN. . . . . IN RIVVM EIVS INMISSO FORVM IVLIVM ET BASILICAM QVAE IVLI INTER AEDEM CASTORIS ET AEDEM SATVRNI CAEPTA PROFLIGATA, QVAE OPERA A PATRE MEO PERFECI ET EANDEM BASILICAM CONSVMPTAM INCENDIO AMPLIATO EIVS SOLIO SVB TITVLO NOMINIS FILIORVM. . . . . . . NAVI ETSI VIVVS NON PERFECISSEM PERFECI AB HEREDITA. . . . . VINTI OCTOGINTA TEMPLA DEVM IN VRBE CONSVL. . . . . . . REFECI NVLLO PRETERMISSO QVOS. . . . . TEMP. . . . .

. . . .

. . . .

PRIVATO SOLO. . . . MARTIS VLTORIS TEMPLVM FORVMQVE AVGVSTVM. . . . . . . APPOLLINI SOLO MAGNA. . . . . PROFECI QVOD SVB NOMINE M. MARCELLI GENERIS NITESSIT. . . DEM. . . MANIRIS IN CAPITOLIO ET IN AEDE DIVI IVLII ET IN AEDE APPOLLINIS ET IN AEDE VESTAE ET IN TEMPLO MARTIS VICTORIS CONSERVAVI QVAE MIHI CONSTITVERVNT INCIRCITER MILLIENS AVRI CORONARI. . . . TRIGINTA ET QVINQVE MILLIA MVNICIPIIS ET COLONIS ITALIAE CONFERENTIBVS AD TRIVMPHOS MEOS QVINTVM CONSVL REMISI ET POSTEA QVOTIESCVMQVE IMPERATOR A. . . . . . RVM CORONARIVM NON ACCEPI DECERNENTIBVS MVNICIP. . . . . ADQVE ANTEA DECREVERANT.

. . . . GLADIATORVM DEDI MEO NOMINE ET QVIRIQVIENS FILIORVM. . . . . . . NEPOTVM NOMINE QVIBVS MVNERIBVS. . . NAVERVNT. . . . . . . DECEM. . . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

RVM AFFRICANARVM MEO NOMINE AVT FILIORVM MEORVM ET NEPOTVM IN CIRCO AVT IN FORO AVT IN ANPHITHEATRIS POP. . . . . . DEDI SEXENS ET VIGIENS QVIBVS CONFECTA SVNT BESTIARVM CIRCITER TRE. . . . . ET QVINGENTA.

NAVALIS PRAELII SPECTACVLVM POPVLO DEDI. . . . . IN QVO LOCO

CO

CO NVNC NEMVS EST CAESARVM CAVA. . . . . LONGITVDINEM MILLE ET OCTOGENTOS PEDES IN LATITVDINE. . . . DVCENTI IN QVO TRIGINTA ROSTRATAE NAVES TRIREMES. . . . . ES PLVRES AVT IN MINORES INTER SE CONFLEXERVNT. . . . . . CLASSIBVS PVGNAVERVNT PRAETER REMIGES MILLIA H. . . . CIRCITER.

IN TEMPLIS OMNIVM CIVITATVM. . . . . . . ASIAE VICTOR ORNAMENTA REPOSVI QVAE SPOLIATIS TEMP. . . . . . . CVMQVO BELLVM GESSERAM PRIVATIM POSSEDERAT.

STATVAE PEDESTRES ET EQVESTRES ET IN QVADRIGEIS ARGENTEAE STETERVNT IN VRBE VXC. CIRCITER QVAS IPSE SVSTVLI EX. . . . EA PECVNIA DONA AVREA IN AEDE APPOLLINIS MEO NOMINE ET ILLORVM QVI MIHI STATVARVM HONOREM HABVERVNT POSVI.

Tabula Quinta.

In apographo notantur punctis verſiculi octo & viginti tanquam eraſi, exciſi & corrupti.

FILIVM MEVM REGIARI. . . . DAM TRADIDI ET POSTEA. . . . . FILIO EIVS AARTAVIDI. . . . . . . QVI ERAT EX REGIO GENERE ARMENIORVM ORIVNDVS IN ID RE. . . . . . PROVINCIAS OMNES QVAE TRANS ADRIANVM MARE VERGV. . . . . NASQVS IAM EX PARTE MAGNA REGIBVS EAS POSSIDENTIBVS. . . . . SARDINIAM OCVPATAS BELLO SERVILI RECIPERAVI.

COLONIAS IN AFRICA SCICILIA CALCIDONIA VTRAQVE HISPANIA. . . . GALLIA NARBONENSI P. . . . . . DIA MILITVM DEDVXI ITALIA AVT. . . . ASQVE VIVO ME CELEBERRIMAE ET FREQVENTISSIMAE FVERVNT. . . . DEDVCTAS HABET.

SIGNA MILITARIA COMPLVR. . . . . ES AMISSA DEVICTI. . . . . EX HISPANIA ET GENT. . . . ATH. . PARTHOS TRIVM EXERCITVM ROMANORVM SPOLIA ET SIGNA RE. . . . . . MIHI SVPLICESQVE AMICITIAM POPVLI ROMANI PETERE COEGI. . . . . . EA AVTEM SI IN PENETRALI QVOD. . . . . TEMPLO MARTIS VLTORIS REPOSVI.

PANNONIORVM GENTESQVE. . . . . . NTE ME PRINCIPEM POPVLI ROMANI EXERCITVS NVNQVAM AD. . . . . DEVICTAS PERTI. . . . VEM QVI TVM ERAT PR. . . . VS IMPERIO POPVLI ROMANI. . . CI PROTVLIQVE. . . NVMINIS.

. . . .

. . . . EXERCITVS. . . . .

. . . .

Digitized by Google

JACOBI GRONOVII

N O T AE.

Per quem rempublicam. . . inatione factionis oppreſſam.] Ita auctius has voces vidit & excepit noſter, quum ab Busbequio tantum eſſet *terque m. . . factionis opp.* Unde Lipſius putavit ſe tantopere ſagacem fore, ut vera ac proba reſtitueret; quod tentavit duplici ratione, quæ utraque declarat nil niſi dentem ſatiſque id arroganter impactum eſſe ſolido: neutra enim eſt juſta, nec digna quæ toties in editionibus venditaretur. Legendum vero: *per quem rempublicam dominatione factionis oppreſſam.* Videtur quaſi has Auguſtei monumenti voces reſpexiſſe Vellejus lib. 2. cap. 60. *Aperte deinde Antonii ac Dolabellæ conſulum ad neſandam dominationem erupit furor. . . . Torpebat oppreſſa dominatione Antonii civitas.*

Decretis honori. . . . . . cis in ordinem ſum.] Quum veniſſet ab Busbequio *decretis honorificis ordinem ſuum*, tormentum ea ſcriptura dedit viris doctis, ut Lipſius pro voce poſtrema vellet, *ſummum*, Caſaubonus in ea quidem nihil putet mutandum, ſed ſententiam aperte mutilam ita explendam *ſenatus decretis honorificis ordinem ſuum mihi communicavit*, vel *in ordinem ſuum me adſcivit.* In neutro horum eſt aliquid Romanum. Nam neque Auguſti ætate tertio caſui adjungebatur verbum *communicare*, nec *decretis honorificis adſciſcere in ordinem* eſt ex Latino ſapore, nec *adſciſcere in ordinem* eſt locutio Auguſti, non ſoliti negligere uſitata verba. Et tamen quum noſtrum exemplar præmittat tres literas *tus decretis*, videtur quaſi in os ingerere vocem *ſenatus.* Sed egregie ſic pateſieri puto loquutionem Romanam *ornatus decretis honorificis*; quæ ut fuit Romana, ſic adhibita ab Auguſto. Hinc Lepidus *ornatus honoribus ampliſſimis a ſenatu* dicitur Ciceroni ad Brutum epiſt. 12. Sic Dejotarus *clariſſimorum imperatorum teſtimoniis ornatus*, de Aruſpic. reſponſ. cap. 13. Jam vero quod Caſaubonus notat hic ſignificari jus dicendæ ſententiæ inter quæſtorios Octavio tributum, dubito an id reſpiciat Auguſtus. Id enim contigit, quum Antonius inciperet aggredi Brutum, eſſetque adhuc inſtructus exercitu, & per legationes ageretur inter eum & ſenatum de armis ponendis: tunc nondum poterat dici vindicata reſpublica in libertatem, ſed potius contra cædes, quas putabant Antonium facturum, cuſtodita per Octavium, quoniam collectis ex Capua militibus, quos Evocatos appellarunt, receptaque Martia & Quarta legione ab urbe Antonium recedere coegit, ut patet ex Dionis libro XLV. & XLVI. pag. 310. quum pag. 318. inter conſulares dicat ei conceſſum. Vindicata demum videbatur fugato ab Mutina Antonio; quando Cicero cenſuit eum ſenatorem eſſe, ſententiamque loco prætorio dicere; ut liquet ex V. Philipp. atque etiam citato Dionis libro XLVI. Præterea an Auguſtus rerum omnium dominus voluit ad poſteritatem notare articulos, per quos ab infimo adſcendiſſet, aut vere ſenatum decepiſſet ſatis aſtute? Adeo videtur potius ſignificare aliquid geſtum a ſe, quod imputaret ſenatui, quodque ejus partem eſſe ſe pateretur. Unde ex Coſſoniani exemplaris fide ſuppleo: *Ornatus decretis honorificis ab ſenatu in ordinem ſum adlectus.* Nam & loquutio iſta fuit ſolennis *ornari decretis ſenatus*, & *allegi in ſenatum.* Sequentia in hunc modum ſuppleo: *ſed conſulibus mortuis in vacantem locum exercitus imperium mihi dedit; ac mox turbata reſpublica Ventidio Pratori ſimul cum Carrinate conſulibus factis. Antea autem eodem anno me ſolutum legibus conſulem quum feciſſet* &c. Suppleo *ſolutum legibus*, quum non intelligam niſi lege annali de ætate conſulatui præſtituta. Nam cæteris omnibus legibus primum ſolutus fuit anno Urbis DCCXXIX. quum jam diceretur Auguſtus. Nota eſt hæc formula publice, niſi illis, qui ſæpiſſime uſurpant.

Qui parentum. . . ni. . . s. . . in exilium.] Mirum eſt omnia quæ ſequuntur in hac prima ſerie, omiſſa eſſe ab Busbequiani exempli ſcriptore quum & multa ſint & certe notabilia. Suppono autem latere hic ſine dubio vitium ſcripturæ. Neque enim parentes hic tolerari poſſunt, ſive ſubjectos ſive cognatos intelligas. Loquitur autem de Julio & auctoribus neeis ejus, quod ſic videtur concepiſſe Auguſtus, QVI *in* PARENTEM *coNIurationis Socii fuerant.*

Judiciis legitimis vet.] Videtur ſupplendum VET*eri jure*, de quo ad Ciceronem lib. VIII. famil. epiſt. 8.

Arma terrae marique. . . . naque.] Hæc omnia videntur facile refici poſſe ad hunc modum. *Arma terra* (nam *terrae* error ſcribentis eſt) *marique Romana ſignaque toto orbe terrarum circumtuli, victorque omnibus ſuperſtitibus civibus peperci, & jam EX ILluſtribus gentes, quibus tuto licebat, ſervari quam excidere malui. Millia civium Romanorum adacta ſacramento meo fuerunt circiter quingenta, ex quibus deduxi in colonias, aut remiſi in municipia ſua ſtipendiis ſolutis millia aliquanto plura quam trecenta; iis omnibus agro adſignato, aut pecuniam propriam dedi. Naves cepi ſeſcentas roſtratas ſi quae* &c.

. . . . . . vans triumpha. . . . . rulis.] Hæc quoque ita commodam ſupplendi rationem præferunt *Bis ovans* (ex Suetonio in Auguſto c. 21. & loquitur ita Vellejus 2. 122. *Ordinatiſque rebus Orientis ovans triumphare debueris.* Valerius Max. 2. 8. *Neque aut ovans aut curru triumphavit*) *triumphavi, tris egi curulis*

rulis

rulis triumphos, & appellatus vities & ſemel Imperator, quum pluris triumphos mihi ſenatus decreviſſet, ſemper tantum laurus depoſui in Capitolio (ſcilicet antequam ipſe erexiſſet Marti Ultori templum, in quod illos qui ex provinciis victores rediſſent, inſignia triumphorum inferre ſtatuit, ut notum ex Suetonio) . . . *voque bello nunciato. . . tis. ob res amplas per duces ac legatos auſpiciis meis terra marique proſpere geſtas quinquagies & quinquiens decrevit Senatus ſupplicationes.* Quum autem numerus ille *vicies & ſemel* manifeſte confirmetur ab reſiduis literis *mel*, atque ita ipſe Imperator Auguſtus notet ad poſteros frequentiam Imperatorii nominis, & ex illo fideliter memoret Tacitus, non eſt, quod moremur aut inſcriptionem Ariminenſem, aut ſcriptorem commentariorum ad Piſana Cenotaphia inde dubitantem de hoc ipſo numero pag. 338. an non induci unius debeat, cujuſcunque etiam inſcriptionis alienæ prætextu.

Alterum quadragens.] Sive ſcribentis manus per incuriam hæc contraxerit, ſive quid aliud lateat, certe vulgo uberiora hæc ſic erant: *poſt annum alterum & quadrageſimum feci legi, quo luſtro civium Romanorum cenſita ſunt capita quadragiens centum millia.* In quibus quum Caſaubonus illud *legi* non intelligeret, ac fateretur ſe neſcire quid eſſet *legere luſtrum*, ſubvenerunt paternæ notæ ad Livium lib. 1. cap. 44. monentes emendare *feci lege.* Quoniam vero illa vulgata neceſſario requiri videntur; credibile eſt in Coſſoniano exemplari verſum præteritum fuiſſe ex ſimilitudine literarum, unde incipiunt voces *quadrageſimum* & *quadragiens.*

Sexaginta tria milia.] Hoc erat, quod expleri debuiſſe ſuſpicabatur quoque Caſaubonus, ut ex more lapidis vox *millia* iteraretur, & tam minori numero in ſequentibus, quam majori in præcedentibus apponeretur, ut Auguſtus adeo non conjunctiones tantum, de quibus nominatim teſtatur Suetonius, ſed & alia vocabula, quæ detracta afferunt aliquid obſcuritatis, etſi gratiam augent, iterare non dubitaverit. In Pigianis autem faſtis ex Euſebio dicuntur hoc cenſu cenſa fuiſſe civium quadragies ſemel centena & ſexaginta quatuor millia, tot millibus additis.

Cum imperio.] Sic eximitur ambiguitas Caſaubono, qui quum in exemplari edito reperiret *cum nuper*, notavit *nuper* poni pro poſtea; quod neſcio cur de Auguſto, tam minime ſcribendi obſcuro, crediderit vel ſcripſerit. Plane ex ſequentibus ſuppletur hic locus, ut ſcribi debeat in lacuna: *alterum conſulari cum imperio luſtrum ſolus.* Nam qua ratione inchoetur hæc periodus a voce *Nuper*, ut fit in magnis commentariis Piſanorum Cenotaphiorum pag. 83. non aſſequor.

Feci cenſo. . . . ſinio cos.] Ergo valeant vulgo cum ſuis *feci legi*, & *cenſorum.* Perſpicue enim hinc patet fuiſſe *feci Cenſorino & Aſinio conſulibus*, quod ſubodoratus fuit ſagaciſſimus etiam Lipſius, etſi obumbraretur falſa editione. Id mirum in Pigianis annalibus nihil de hoc ſecundo cenſu Cæſaris ſolius attingi; immo ſic agi ad annum DCCXLV. quo hi conſules ponuntur, ut vix credibile ſit egiſſe cenſum, quum dicatur exercitum duxiſſe in Galliam, & in provincia manens miſiſſe Tiberium contra Germanos, & quaſi nihil aliud ab Cæſare actum foret. Sed anno DCCLVI. Ælio Cato & Sentio Saturnino coſſ. cenſoria poteſtate legiſſe ſenatum ſine luſtro condito: quibus conſulibus etiam Auguſtum jure Cenſoriæ poteſtatis ſolum vicaim egiſſe cenſum ſcribit Panvinius luſtrumque nullum feciſſe. *Cos* autem pro *conſulibus* etiam ex inſcriptionibus hujus temporis habet Onuphrius. Supplebis autem *civium Romanorum capita quadr.*

Triginta tria m. . . . conſulari.] Primo colligimus ex hac ſcriptura erronee & non ſuo loco diſponi in vulgatis puncta, ubi edunt *tria. . . . in conſulatu*, quum tres iſtæ lineolæ ſint principium vocis *millia*, ut jam ſubolfecit Caſaubonus. Supple igitur, *tria millia. Tertium item conſulari cum imperio luſtrum.* Omnia enim perperam & ut de reſtituendo deſperari oportuerit, ſcripta ſunt in Busbequiano exemplari.

Collega Tiberio Cæſare feci Sex. Pompejo & Sex. Appulejo cos.] Ita legendum eſſe quilibet animadvertat. Male vulgo nomen alterius conſulis edunt *Apulejo* unica p. quum geminetur etiam in Inſcriptionibus apud Onuphrium: in quibus prorſus etiam duo prænomina ſic exhibentur, non *Sexto* & *Sext.* ut vulgati quidam perhibent, aliis concordantibus in *Sext.* Utrique nugaciſſime. Sed ineptius omiſerunt cognomen *Cæſaris* in Tiberio, qui adoptatus tribuniciam poteſtatem & omnia tenebat. Cæterum quam brevi ante mortem tempore hæc conceperit aut ſcribi curaverit Auguſtus, hunc patere notavit jam bene Caſaubonus.

Quo luſtro &. . . . manorum capitum.] Quam longe aliter deſcripſerunt hoc priores? Nunc contrahunt ita vocem *Rom.* quam paulo ſupra penitus explanabant, abſurda diverſitate; rurſum literas & omitti voluerunt, & ne lacuna hiaret, Lipſius interjicere & explere *cenſa ſunt*, quod vel puer cogitaret. Itaque etiam hinc monere Caſaubonus debuit τὸ *legi*, quod ponunt poſt *ſeptem mil.* (ita enim edunt, quum longe aliter in archetypo eſſe doceat editio noſtra) ad ſuperiora referri non poſſe, & ſcripturam aliam excogitare *lectus Pontifex Max.* tanquam eadem omnia quæ Suetonius de Auguſto memorat cap. 31. nunc quoque ab hoc marmore reſpicerentur, quum longe alia caput hoc tractet, & pontificis acta ſequantur demum. Immo hæc integra erunt, ſi reponas; *quo luſtro etiam cenſa ſunt Romanorum capitum quadragiens centum milia & ſeptuaginta & ſeptem milia. Legibus novis latis exempla.* Neque enim hic de ſacris agitur, quod Caſaubono monſtrare potuerunt exempla majorum exoleſcentia, ut ipſius tempore legebatur, non *templa*, ut in noſtro, quod patet eveniſſe ex parte prima vocis *exempla* jam huc uſque evanida facta. Hæc igitur *exempla majorum exoleſcentia jam ex noſtro uſu*, vel, *noſtra republica*, ut ſupplet Caſaubonus, ait ſe revocaſſe, *etiam privatim avitarum rerum*

exempla imitanda propoſuiſſe. Nam mirifice in his turbat Caſaubonus. Hunc vero numerum tertii cenſus quum edere videatur ipſe Auguſtus, idque paulo poſt eum peractum, atque etiam potuerint diu eruditi eum legere in aheneis pilis Romæ poſitis; tamen variant ac mutant mirifice poſteri. Tractavit frater meus in bibliotheca Medicæa volumen, in quo erant aliqua Flori Annæi, ita ut poſt bellum Gallogræcum ſequeretur contracta in breviſſimum epitome rerum deinde geſtarum, tandem his verbis ſequentibus: *Cenſum Roma cum Tiberio agitans invenit hominum nonagies trecenta* LXX. *millia, omnemque orbem venientis ihu* XPI *notum pacatum cenſeri præcepit.* Quod notabile, idem hic fere numerus, qui exſtat apud Euſebium in Chronicis, ubi inventa dicuntur ſupra nonagies ſexcenta & ſeptuaginta hominum millia; ſic ſcriptum in optimis & antiquiſſimis libris invenire ſe teſtante Voſſio Iſaaco de magnitudine veteris Romæ pag. 30. quum Scaliger edat, *hominum nonageſies ter centena milia*, quem numerum immaniſſimum vocant & Scaliger & Caſaubonus; in Pigianis faſtis ex eodem Euſebio nonagies ter centena & ſeptuaginta millia. Sed id prorſus in Voſſiano incredibile, in cenſu non accurate expreſſum fuiſſe numerum, quam potius ſupra certum numerum homines inventos eſſe. Utique probabile non eſt ab Euſebio ita ſcriptum, apud quem toties ante velut per formulam *deſcriptione Romæ facta inventa tot millia*, non *inventa ſupra tot millia*, quod foret incertum. Deinde idem iſte numerus ad veritatem exactus vix dici aut credi poteſt, quum ipſe Princeps Auguſtus, quo præſide collecta eſt ſumma, certum & alium proferat, cui parem ſcripſit Suidas ab eodem Voſſio allegatus. Αὐγοῦστος Καῖσαρ δόξαν αὐτῷ πάντας τοὺς οἰκήτορας τῶν Ῥωμαίων κατὰ πρόσωπον ἀριθμῆσαι, εὑρίσκονται οἱ τῶν Ῥωμαίων οἰκήτορες τετρακόσιαι δέκα μυριάδες καὶ χίλιοι δεκαεπτὰ ἄνδρες. Hunc numerum ſic Latine efferr Voſſius, *undecim millia & ſeptendecim ſupra quadragies centena hominum millia, ſive, ut ipſe Suidas loquitur, myriades* CCCCX. *&* *inſuper* MXI. An in Anglia, ubi hæc edidit, ſic rationes duci audierit neſcio. Certe ego illa poſtrema millia undecim expedire ex iſtis Græcis nequeo. Certe Suidæ numerus colligit quadragies ſemel centena & unum millia & ſeptendecim, non quadragies centena & undecim millia ac ſeptendecim, ut Voſſianus prior; non quadragies ſemel centena & unum millia ac undecim, ut poſterior. Et cur non advocat etiam illos δεκαεπτὰ? Quin etiam, ne quid huc pertinens omittatur, Scaliger ad Euſebii Chronica num. MMXXVIII. ita citat obiter ſupplens partim ex ſe, partim ex Lipſio. *cum. nuperrime. luſtrum. egi. conlega. Tiberio. Sext. Pompejo. & Sext. Apuleje. cos. quo. luſtro. Rom. capitum. quadragies. centum. milia. triginta. & ſeptem.* cenſa. ſunt. concipitque in numerales notas 4137000. Primum has ipſas miror: nam certe, qui numeros noverunt, dictant mihi oportuiſſe in hunc modum concipi 4037000. Deinde ex hac Scaligeri citatione patet, unde Caſaubonus & repleat *triginta* & pronuntiaverit τὸ *millia* poſt vocem *ſeptem*

vacare, non enim ſolere addi a Latine loquentibus: etſi mox ſe quodammodo inhibeat.

Utrum magiſtratum.] Sic exemplar noſtrum habet, quum publicaretur *ut cum*, certiſſimo indicio utrumque deſcriptorem non recte contemplatum eſſe tertiam literam, unde pro veriſſima haberi debet Lipſiana conjectura *ut eum.* Abſit autem, ut quum Auguſtus ſcripſerit *agentis* more vulgatiſſimo optimi temporis, pro eo obtemperemus Caſaubono jubenti ſcribi *agentes.*

Et ex eo die, quo deducerunt in forum ut int.] Sic noſtrum exemplar non modo egregie adjicit primam voculam, ſed & in ſequentibus admirabilis eſt explanatio, quum vulgo habeatur, *ex eo die deducti in eorumve int.* quibus pro perſpicacitate ſua eximie ſuccurrebat Lipſius non in his tantum notulis, ſed etiam in alteris ad Tacitum citans *ut eum magiſtratum inirent poſt quinquennium ex eo die, quo deducti in forum.* quomodo in longis illis commentariis ad Piſana Cenotaphia non veritus fuit allegare iſtorum ſcriptor, nulla vel certe ferrea fronte præmittens hæc ipſum Auguſtum loqui pag. 102. De quo ita judicare nos oportet, nempe Auguſtum non fuiſſe eum, qui verba neceſſaria omitteret, ac ſubſtantivum *ſunt* vel ſimile ſubintelligeret. Cæterum ea ipſa Lipſii citatio vel emendatio male hæc conjungit; neque enim utique in ineundo magiſtratu conſulari voluerunt ejus diei rationem habere, quum potuerit dies tirocinii fuiſſe, qui non incidebat in ſollennitatem ineundi conſulatus. Sed ad poſteriora id pertinet, ut poſt diem tirocinii liceret intereſſe ſenatui. Immo jam apparet ex noſtro exemplari plures litteras in marmore eſſe, quam excepit Busbequianus deſcriptor, aut publicavit Schottus, & ex τῷ *deducerunt* ſcribi debere *deducti erunt.* In hac autem parte ſtupide & obtuſe offendit ille idem auctor magnorum commentariorum, aperte colligens Cajum conſulem deſignatum fuiſſe, cum eo tamen, *ut eum magiſtratum iniret poſt quinquennium* non quidem inchoandum ex eo die, quo conſul deſignatus fuerat, ſed *ex eo die quo deductus in forum*, depoſita puerili prætexta, virilem togam ſumpſiſſet. Immo etiam repetit pag. 113. ut eum magiſtratum inirent poſt quinquennium EX DIE QVO DEDVCTI IN FORVM. Nihil profecto inanius & loquacius. Probet igitur etiam Kalendis Januariis Cajum induiſſe virilem togam; ut ſcribit pag. 110. (cum vero Cajus ineunte anno ſequenti V. C. 749. virilem togam acceperit) & clarius pag. 112. (cum autem Cajus Cæſar A. V. C. 754. Kal. Januariis conſulatum inierit, patet eundem Kal. Jan. A. V. 749. ſumpta virili toga ab Auguſto Conſule XII. in forum deductum.) Tanquam Kalendæ Januariæ A. V. 749. non ſatis occupatæ Auguſto Conſulatum duodecimum ineunti fuiſſent ex ritibus antiquæ ſollennitatis, ſed tunc quoque ei vacaverit Cajum deducere in forum potius quam ejuſdem natali. Sed ille nihil niſi ex loco palam corrupto ſtultiſſimam chronologiam comminiſcitur & ingentibus literis venditat, impingens lectori, quod nemo eſt recepturus.

Prin-

Principem juventutis Romanorum parm. . . . t. . . . thaſtis arg.] Inſignis debuit fuiſſe *ἀβλεψία* eorum qui pro his tantum in marmore potuerunt videre *principem. . . . . haſtis arg.* Scilicet quia diligenter veſtigia literarum perſequi noluerunt, eum in finem, ut quum ibi Lipſius expleviſſet in his quidem notis per has literas PRINCIPEM IVV. C. id eſt, principem juventutis Cajum; in commentariis vero ad Tacitum I. Ann. 3. PRINCIPEM IVVENT. CAIVM (quod ſic ab eo literis auctum opinor, quia totidem literas videbat eſſe in nummo expreſſas PRINC. IVVENT. ut revera in meis nummis video totidem, & citatur quoque ab Onuphrio, item in Pigianis Annalibus ad annum DCCLV. ſed perperam ediderunt in Croyano PRIN. IVVENT. quas literas ipſas venditat quoque Oudanius tab. 7. certo indicio iſtum hominem vidiſſe plures nummos in charta, quam in argento aut ære, atque ita etiam hunc ei fuiſſe cognitum) non modo interpres nummorum Ducis Arſchotani ad tab. XII. num. 2. citaret ex lapide Ancyrano PRINCIPEM. IVVENTVT. CAIVM. HASTIS. præter elegantiam illi viro inſigni ſolitam præterque fas mutata ſcriptura & ampliata, ſed etiam Caſaubonus miraretur ita Auguſtum loqui, quaſi alter tantum filiorum eo honore fuerit affectus: nam certum eſſe, ambos *principes juventutis* eſſe appellatos. Quo deducuntur viri iſti inſignes? Super quos tamen copriam agere concupivit auctor grandium commentariorum in Cenotaphia Piſana, non modo jam nominata pagina & rurſus pag. 105. ex Auguſti loquutione citans PRINCIPEM Cajum HASTIS ARGENTEIS DONATVM APPELLAVERVNT, ſed etiam pag. 106. defendit, quod contra Caſaubonum ac Lipſium cum Grutero omiſerit vocem IVVENTVTIS, deinde quod *Cajum* reſtituerit. Nec tamen docet uſpiam occurrere ſolam vocem *Principis*, ita ut de Principe juventutis intelligatur, ne poëtis quidem hoc jus ſibi concedentibus. Scilicet quum Piſis legitur *jam deſignatum juſtiſſimum ac ſimillumum parentis ſui virtutibus principem* illis ſane verbis Cajus Princeps juventutis indicatur. Quid ergo? an quum mortuus jam erat Cajus, non niſi deſignatus princeps juventutis haberi debebat? Atqui per vitæ univerſos annos, poſtquam appellatus ita erat, revera ſemper fuerat. Immo quum apud Suetonium jactatur verſiculus de Caligula,

In caſtris natus, patriis nutritus in armis,
Jam deſignati Principis omen erat,

intelligemus quoque Principem juventutis? Nihil intricatius iſta meditatione; nec ipſe auctor ſibi conſtat pag. 86. Porro quæ tandem apud eundem cauſa fuit, ut Auguſtus mori vicinus de honoribus uni Cajo præſtitis modo memoraret, de Lucio, cui iidem huc uſque contigerant, ſileret; præſertim quûm jam ambo ceſſiſſent fatis & ipſe in nummo, qui juſſu ipſius ſine dubio cuſus fuit, ambos eodem honore conjunxerit? Et adhuc nihil de *parmis*, quæ tam manifeſte extant in nummo ad hanc cauſam cuſo? Agnoſce igitur occaſionem peroptatam, quam præbet hoc exemplar ſupplendæ Auguſtæ manus ad hiſtoriæ veritatem *Principem juventutis Romanorum parmis utrumque & haſtis arg.* Quod certe admodum notabile. Nam qui ad nummum illum reſpexerunt, tum Lipſius in notis ad Tacitum, tum interpres Croyani nummi clypeos omnino vocare non verentur, quum tamen hic ex Dione parmas & haſtas alleget: quam rationem ſatis dedecere docet ipſe hic Auguſtus, ſed ex Coſſoniano ſpecimine. Et utique parmæ erant equitum, non clypei. Hoc autem exemplo deinde crediderim eundem equeſtrem ordinem Neroni ut principi juventutis parmam dediſſe, quæ expreſſa in nummo Croyano tab. XX. num. 4. Sed interpretes etiam illic de clypeo muginantur; etiam Commodo apud Angelonum, parma ſuperiores ſerti partes connectente. Aureas ab Dione nominatas haſtas, quas Auguſtus ait fuiſſe argenteas, ante Caſaubonum notavit Lipſius ad Tacitum pag. 3.

Plebei Romana viritim.] Nemo non digniſſimam hac temporum luce & neceſſariam ſtudiis noſtris obſervationem deſcribentis adorabit, ſi noverit prius hic crucem fixam fuiſſe ingeniis & legi ſolitum *libri Romani viriſim*; ubi deſpondente in notulis his Lipſio, tamen in Magnitudine Rom. rogante, an ſcribendum ſit, *trib. Romani*, Caſaubonus ſuſtinuit notare ſic dici pro *liberis Romanis*; ut adjiceret (ſed illud *liberis* emblema eſſe adſcititium.) Qua fronte, quæſo? ut in hoc exemplar addita ſit vox præter manum Auguſti? Tot magiſtratus, tot Romani privati Ancyram commeantes legenteſque id paſſuri fuerint? Pro cauſa exiſtimationis ſuæ adfert; nunquam enim Auguſtum ita locutum. Si nunquam, cur ipſe facit eum ita loquentem? credat potius corruptelam aliquam in iſta voce. Et quomodo igitur credidit Auguſtum loquuturum fuiſſe? addit, verum *civibus Romanis* aut *sribubus Romanis.* Sed, o bone, reſtabat adhuc tertium & unice verum; quod imitatus poſtea Tiberius, ſcribente Suetonio cap. ult. *Dedit & legata pleriſque, ac militibus univerſis, plebique Romanæ viritim.* Nonne hinc habuit Nerva, ut nummum cuderet cum literis? PLEBEI VRBANAE FRVMENTO CONSTITVTO S. C. Non ſilendum vero in exemplari noſtro eſſe perperam *virilia*. Quam prave autem hæc interpretari non erubuit noſtras Oudanius, *den vryen Romeynen* in Romana Magnitudine pag. 315. qui quum promittat ſe hunc locum ex illuſtratione Lipſii verſurum in Belgica, certe hoc ex illo non habet.

Trecenos numeravi.] Sic plane exemplar noſtrum, quo veritas Suetonii confirmatur & tollitur varietas Caſauboni, qui quum præter Lipſium dicere aliquid vellet, nihil potuit dicere, certe nihil dixit, niſi quod Lipſius. Nam quod *nummos* vel *ſeſtertios* interponit, in eo ſe errare debuit agnoſcere ex continuo uſu Romanorum.

Ex nomine meo quadringenos.] Non fuit igitur opus lacunulis & annotatiunculis Lipſii; etiam hic ipſe non aliter citat in libro II. Magnitudinis Rom. cap. 13.

Mani-

Digitized by Google

Manibiis.] Sic exemplar noſtrum quum vulgo *manubiis*, quod nonniſi futilium manuum & editionum eſt. Sane ab ipſo Auguſto manaviſſe noſtrum docent inferiora, in quibus ſæpius iteratur ſimiliter. Utique Auguſtus etiam *ſimus* in ſcribendo ponebat pro *ſumus*, teſte Suetonio. Etiam Achilles Statius ad Suetonii claros Rhetoras ſic notat CONTIBERNALI ex veteri monumento.

Iis quadringenos.] Ita noſtrum, quo tollitur ambiguitas, quæ in vulgato *bis quad.* reſidet, vel quaſi bis dediſſet hujuſmodi congiarium, vel quaſi octingentenos largitus eſſet uno congiario, ut intellexit Oudanius; *en wederom in mijn tiende Burgermeeſterſchap, uyt mijn eygen goet, tweemaal vierhondert, tot een uytdeeling, hooft voer hooft.* Quo nihil potuit excogitari ineptius; nec ſane hanc ambiguitatem expectamus ab Auguſto: nedum ut is velit *bis* valere iterum πάλιν, quod notabat Caſaubonus, non aliter ac ſi vellet Auguſtum erexiſſe novam civitatem novæ uſurpationi Latini ſermonis. Utique & Dio hactenus noſtram ſcripturam confirmat. At vero ut hiſtoria conſtet, non bis id dedit, ſed ait Auguſtus *ter numeravi*, ſic exemplari noſtro præclare memoriam liberalitatis Auguſteæ ſervante, & palam clamante quid lateret ſub illo nugaciſſimo & quod intelligi nequit, niſi ab Gutherio, opinor ita citante de jure manium lib. 11. cap. 10. *iterum aere merui*, quod ex Caſauboni notis patet, quemadmodum ipſe cum viris eruditis non correxerint, ut fruſtra ipſe loquitur, ſed infeliciter hariolando ipſe & alii violarint Auguſti manum. An Auguſtus eſt, qui quum præmiſiſſet *aere meo*, adhuc dicturus fuit, *frumento privatim coempto?* Quid inſulſius autem Oudanio? *heb ik op mijn koſten, de twaalef (maandelijcke) koorenmeetingen, het kooren byzonderlick gekoſt hebbende, uytgemeten.* Certe hi oſtendunt ſe magis in Augiæ ſtabulo moratos eſſe, quam in palatio Cæſaris Auguſti, & verius foret glande ſe implere, quam talibus verbis chartas bonas. Nihil autem hic numerus obſtat hiſtoriæ Dionis, in qua tantum agitur de promiſſo Auguſti, non de erogata ſumma.

Frumento privatim colliteje.] Sic noſtrum exemplar, quum prior manus quoad potuit inſequens literas, ut videtur, nonnihil obſcuratas, ederet *columejo*, quibus probabiliter ſubvenit Lipſius, facere jubens *coemto* in his notulis, quum in Electis lib. 1. cap. 9. & de Magnit. Rom. citet *columpio*, corrigat autem *coempto*, addita litera. In noſtro tamen exemplari eſt, ut dixi; quo indicatur p. literam inſerendam certe eſſe, ut fiat *coempto*, niſi voluit *collecto*. In Cenotaphiis Piſanis pag. 354. citatur *columello* neſcio unde, ut & paulo ante *are mao merui*: & eorum tamen auctor in aliis cernere valet, quo loco edant *illaſtrare*, quo *inluſtrare*.

Qua mea congiaria pervenerunt. . . . um millia nunquam.] Illuſtris profecto Cæſarei chirographi declaratio; neque poteſt ferri importunitas Caſauboni tantopere Ancyranos vituperantis, tanquam uſos opera lapicidæ & negligentiſſimi & linguæ Latinæ ignariſſimi, quum loca, quæ integra in hoc monumento repetiebat, ut contrarium probantia, debuerint illum vetare ab hac calumniæ & proterviæ plena pronuntiatione. Huc autem quum decurrat magnus ille vir, quid mirum, ſi Oudanius ſic fruſtatim hæc lancinet? *in welcke mijne zoodanige uytdeeling het getal niet min dan tweehonderd en vyftich duyſend menſchen bedragen heeft.* Videlicet talis numerus arceſſendus erat ad demonſtrandam magnitudinem Romanam (id illic agit) ſub Auguſto, quaſi ipſo prædicante, quum ante Julium trecenta & viginti millia eſſent ex plebe, quæ ſolerent accipere frumentum ſemper gratuitum. Miſerrimus profecto uterque in hoc loco explicando. Et Caſaubonus quidem primo aſſentitur Lipſio in hac vulgata editione *quali mea congiaria frumenti. . . . num nunquam.* Sed haud dubie animadvertens non eſſe Auguſti, qui dicat *frumenti medimnos*, cenſet hæc verba importune huc intruſa eſſe. Ipſa vox *congiaria* non patitur particularem mentionem frumenti. Sed quod addit Caſaubonus, longe ſuperat omnem abſurditatem; ait orationem ita continuandam fuiſſe; *Qualia mea congiaria nunquam minus quinquaginta & duo.* Et quæſo quod illis apponetur verbum? Quid autem? an ipſa congiaria vult eo numero fuiſſe? ſic abſurde addetur *nunquam minus.* Quin etiam an ſic curavit Caſaubonus has Lipſii notulas, ut Magnitudinem Romanam neglexerit? Atqui illic tentat; *quali meo congiarie frumenti modium numq. m. q. & d. millia:* aut etiam *frumentantium num. nunquam*, ut literæ *num* denotent numerum, ſcil. tantum tunc fuiſſe, qui frumentum acciperent, & ex conſequenti congiarium. Cur hæc non veniunt in partem? ſed omnia ſunt perinepta. Longe aliam patet in his vocibus fuiſſe ſententiam Cæſaris, præſertim ex hoc ſupplemento Coſſoniani exemplaris; quod integrum fuit, *qua mea congiaria pervenerunt ad nummum milia nunquam minus quinquaginta & ducenta. Pervenire* proprium apud Romanos de computo rationum, quo alludere videtur Petronius cap. 45. *Si ad trecenties HS. ſalvus pervenero.*

Poteſtatis duodecimum conſulari.] Vulgo erat *ſi a duodeviginteſimum conſul.* Et hinc infelix Oudanius *voor de achtiendemaal Burgemeeſter*, quum Lipſius ſatis monuerit erraſſe ſculptorem (debuit Lipſius ambigue loqui, nec enim ſculptoris error ad ipſum venit, ſed ſcribentis incuria) largiter, faciendumque *duodecimum*, nempe quum conſulatus Auguſti non exceſſerint numerum XIII. teſte Suetonio cap. 26. Deinde animadverti oportebat, nunquam in hoc marmore numerum poni ante ipſum honorem, ſed ſemper ſequi; ſic dixit *conſul quintum, conſulatu decimo, conſul undecimum, tribunicia poteſtate duodecimum*, infra *conſul tertium decimum, conſulatu meo quarto* non inverſa etiam ſerie verborum. Quod obſervare & attendere debuit ille craſſus commentator Cenotaphiorum Piſanorum, ne fragmentum quod ad inſtitutum facit, produceret, priori verbo cum Lipſio aliiſque correcto, DVODECIMVM CONSVL TRECENTIS &c. ut loquitur facitque pag. 117. Judicat ſcriptum

per-

Digitized by Google

perperam eſſe *Duodevigenteſimum conſul* ab iis qui eaſdem tabulas in Galatia primum exſcripſerant, cum Auguſtus ter ac decies tantum conſul fuerit. Sed non utique illi exſcriptores tam prave id intellexerunt, ut ipſe; nec licet ſic exſcripſerint, hæc etiam jungenda eſſe. Quanquam ne id quidem video ibidem dici, illis e plebe congiarium datum, qui FRVMENTVM PVBLICE ACCIPIEBANT: ſed de illis demum agitur in tertio decimo conſulatu. Hinc ſive in marmore eſt *duodecimum*, ſive *duodeviginteſimum*, perinde eſt, modo hiſtoriæ ſua ſit fides: quum utique illa vox numerandi ad præcedens referri velit, non ſequens. Sed etiam, quod refert conſiderare, vox illa nimis eſt infrequens, quam ut credi poſſit in apographum Busbequianum veniſſe non ex marmore ipſo: ut ideo illud pro genuino adſpiciens, hanc tribuniciam Auguſti poteſtatem ex illo lapide oſtentemus, quod ab faſtorum concinnatoribus fieri non potuiſſe apparet, quum & ſeptimam decimam & undevigeſimam ex inſcriptionibus proferant; hujus literatum teſtimonium, niſi ex nummis, non exſtet. Unde ſuppleo *Tribuniciae poteſtatis duodeviginteſimum*. Quum autem tempus illius tribuniciæ poteſtatis Auguſto contigit, tunc non geſſit conſulatum, quum ſibi jam ſuffeciſſet alium. Unde fieri nequit quin illa vox *conſulari*, ut in Coſſoniano, (etſi dubium ſit, an non exprimat *conſulatis*) vel *conſul*, ut in vulgato, ſit ex malis oculis profecta in apographa, pro quâ dabis *congiari*.

Et quinis militum meorum.] Voces duæ priores erutæ jam erant, quum ſcriptor Coſſoniani exemplaris ad marmor acceſſit. Nec viri docti oſtendunt ſe eas intelligere, Lipſio ponente tenebras, quaſi videatur militaris donatio, ſed iis, qui in colonias miſſi aut mittendi; clamante Caſaubono, vocem *quivis* (ita enim habet in notis differens ab eo, quod in contextu ponit) ſine dubio corruptam ex numero militum, qui congiarium acceperunt. Adverte, lector; an expectaviſſi unquam ab Caſaubono, ut ſtatueret Auguſteo ævo dictum fuiſſe, *milites accipere congiaria*? Spartiano & ſimilibus id relinquatur, non Auguſto, non æqualibus temporis ejus impingatur. Addit, cum is expreſſus non ſit ab hiſtoricis, jure tantum arbitrario conſtitui hujus loci lectionem poſſe, & ſe legere *quinquag. mil. militum meorum*. Id ſodes cui bono? an quum ſic arbitratum ſuum exſequutus eſt, judicat bonus vir verum numerum conſtitui? An Auguſtus tantum habuit quinquaginta militum milia? Accepiſſe dicuntur viritim ſingula milia nummum? an Auguſto glorianda res viſa fuit erogaſſe quinquaginta milia nummum in milites? ſi plura habuit, quid? reliquis nihil datum? An lapicida, ſit vel inertiſſimus, pro literis & vocibus *quinquag. mil.* ſculpet *quivis* vel *quinis*? Maximus ille vir fere ſe ipſum exſuit. Quid autem inficetus Oudanius? nempe *en voor de vyſde maal Burgemeeſter heb ik. . . . en vyf. . . . myner krygs-knegten*: ut videas quum in marmore & editionibus tam Lipſii quam Caſauboni exiſtat lacuna nulla, hunc tamen ſuſtinuiſſe lacunas duas ſupponere. Ut infauſta omnia, ſic inprimis ridiculum, putare aliquem dum fornax ejus coquit teſtas ac tegulas, poſſe de rebus reconditis ſcribere. Sed homines ſibi placent; ſibique ignoſcunt. Lege *& cuivis militum meorum*. Sæpe q pro c ponitur.

In colonias.] Ita vulgo editur, unde Caſaubonus ſtatim ſubjicit deeſſe verbum, & ſe ſcribere *millia miſſi*, & neſcio quid addit de annotatione numeri civium, qui in colonias deducebantur. Quod ſi pro bono habeatur, unde pendebit præcedens verbum *Acceperunt*? Eo tempore, quum ſcriptor exemplaris Coſſoniani Ancyram venit, literæ vocabuli ſecundi magnam partem evanuerant, unde nihil ei reſtare videbatur, niſi *in. . o. . s hominum*. Sine dubio fuit *in coloniis*. Et certe non aliter conſideravit Oudanius *dit zegepralende geſchenck hebben in de volkplantingen ontfangen omtrent honderd en twintich duyſend menſchen*. *In coloniis* dicit ad differentiam eorum, qui revera adhuc militantes etiam acceperunt, ut quemvis militum ſuorum intelligat ſive illo adhuc tempore, ſive jam exauctoratorum, modo ſub ipſo militaſſent. Ex hinc jam patet, quantopere diſceſſerit Caſaubonus ab vero numero eorum qui id acceperunt: adeo quinquaginta milia pauciora ſunt, ut centum & viginti milia tantum pars eorum fuerint.

Quæ tum frumentum publicum acceperunt.] Ita exemplar noſtrum, quum vulgo conciſe *acce*; ex quo Lipſius quum in Magnitudine Rom. citaſſet *acce. . . .* in notuiis *accepit*: in Electis lib. 1. cap. 8. *acceperat*: non cogitans jam de collectivo. ª *Plebs acceperunt*, ut *utraque pars avidi* apud Livium 23. 24. de quo pater in Pecunia Vet. lib. 11. Cæterum patet eos qui ediderunt hoc marmor, & in ſeries aut ſeriei continuationes diſſecuerunt, perperam egiſſe, quum verſum primum ſequentis partis hinc amputantes illuc rejecerunt. Verba enim illa prorſus huc pertinent, ut multitudinem plebis tum frumentantis hinc diſcamus, nempe paulo plura quam milia ducenta fuiſſe. Quæ diſtinctio notabiliter decepit Noriſium in grandibus illis commentariis ad Cenotaphia Piſana, ubi agens de agris ab Auguſto comparatis & diſtributis, hunc quoque verſum addi debere judicavit, quaſi ea multitudo ad colonias pertineret. Eſt enim hæc ejus citatio pag. 24. EA. MILLIA. (contra marmor) HOMINVM. PAVLLO. PLVRA. QVAM. DVCENTA. FVERVNT. AGRIS. QVOS. IN. CONSVLATV. MEO. QVARTO. ET. POSTEA. CONSVLIBVS. MARCO. ET. CN. LENTVLO. AVGVRE. ADSIGNAVI. MILITIBVS. SOLVI. MVNICIPIIS. Tanquam hæc ita jungi deberent, aut ſenſum haberent, aut Auguſtus ſic loqui potuiſſet. Error autem ex exemplaris noſtri *familia*, pro *ea milia*, ut ſcribunt illam vocem probatiſſimi codices.

Pecunia. . . . agris.] Id vero eximium ſcripti Cæſarei jam pereuntis auxilium, quum tota prior vox abolita eſſet, & augeret Lipſius *pro agris*. Quod ſi ſolum retinemus, quæſo quæ Latinitas exiſtet? *pro agris ſolvi municipiis tot ſeſtertia itineris emit*. Quanto

venuſtius erat hæc ulcera non tangere quam adſerre, quod quiſque facile videat, quum ad difficiliora perinde cæcutias. Omnino magis probo ſilentium Caſauboni. Quum autem nunc ex Coſſoniano exemplari præter repoſitam primam vocem redierit in ſuum locum τὸ *fuit* pro vulgato *emit*, quod tantopere impoſuit Caſaubono, habemus mirabile ſulcimentum veræ ſcripturæ. Legendum enim & inſtauranda omnia: *Pecunia quam pro agris* &c. *ſolvi municipiis pacto, ſeſtertium circiter miliens fuit, quam* &c. Hæc ſi ultro apparentia ex eo quo dixi exemplari, contuleris cum eis quæ antehac ad ulceratiſſimas vulgatæ editionis literas *ſexgenſimitineris emit* annotarunt viri docti, agnoſces ſane pretium operæ. Caſaubonianum (quanquam præter Romanos prætores Lipſii nihil exſculpat) *ſexagienſim*, hoc eſt, ſexagies & ſemel centum milibus, quale eſt? Primo ubi in hoc marmore numerus unus per notam conceptus, & non ſuis integris literis perſcriptus? Deinde ita rotundo numero noluit uti Auguſtus, ut τὸ *ſemel* addere voluerit τῷ *ſexagies*? Itidem litera M deſignat centum milia? Si ſic tabulas teſtamentorum explanare licuiſſet nonnullis liguritoribus Romanis, ſane plus accepiſſent, quam hi Romani prætores Lipſiani ab Auguſto. *Paciſci ſeſtertio ſexagies* quid ſit apud auctorem belli Alexandrini, docuit res nummaria patris lib. IV. cap. IV.

Quam Romanis prae.] Non ſi ſic legatur in marmore, utique *pratoribus* explanandum: neque ſi Caſaubonus præter Romanos prætores Lipſii nihil exſculpat, talem fabulam comminiſci debuit de agris populi Romani publicis, quos habuerit ſub Auguſto. Non potuit etiam iſta ſententia in tam brevibus verbis comprehendi; quæ ſi ſequamur ſuppletionem Lipſianam, non aliud diceret, niſi eam ſummam quam municipiis ſe ſolviſſe dicit Cæſar, numeraviſſe Romanis prætoribus, quod ultra omnem fidem & menſuram abſurdum. Et ſive Romæ, ſeu extra ejus urbis mœnia numeraverit, quidquam referebat in hoc marmore notaſſe? Et noſtrum quidem exemplar præfert *praed*, pro vulgato *erae*, e commutato cum p, ſicut infra *empriteis* pro *emeriteis*; ut pateat in hac voce aliquid fuiſſe mutilum. Dum omnia conſidero, ſuboritur mihi cogitatio magnæ in his corruptelæ. Nam vocabulum, quod in vulgatis exſtat SEXGENSIM ante iſta præcedentia ITINERIS EMIT, etſi in Coſſoniano exemplari non annotatum, vix tamen credere audeo in Busbequianum exemplar temere immiſſum fuiſſe, & perquam vereor, ne ab verſu inferiore ad ſuperiorem ſit elapſum. Imo exiſtimem id clare patere ex Coſſoniana charta, & eſſe id ipſum, quod mox ſequitur *& ſeſcentiens*. Ergo quum Auguſtus milites in Italia alios poſuiſſe videatur in municipalibus agris, alios in agris, quos a privatis emit, alios in provinciis, de his tribus nunc agens forſan ſcripſerit: *Seſtertium circiter miliens fuit; quam pro agris Romanis praediatoribus numeravi, ea circiter bis miliens; & ſeſcentiens, quod pro agris provincialibus. Solvi id primus & ſolus* &c. Quas tres ſummas ſi recte procedere animadvertes, exoſculaberis, lector, in Coſſoniano exemplari hanc inſignem & omnino requiſitam verborum ſeriem ſic auctam & conſervatam, *& ſirciter bis miliens & ſeſcentiens*, quam temere omiſerant vulgo, unde non poterat intelligi nec reſtitui hic locus.

Solvi id primus. . . dius omniumque eduxerunt.] Vulgo, *ſolvi unus & ſolus omnium qui deduxerunt.* Quid autem *unus & ſolus* iſta differunt? An etiam in inſcriptionibus verboſitatem Auguſti criminabimur? Immo *Primus & ſolus* videntur vera. Sic enim ſolebant, ut inſcriptio Athenienſis in itinerario Sponii: Μαρκος Τυλλιος Απαμευς της Βιθυνιας, Αθηναιος Κορινθιος Σμυρναιος μονος και πρωτος των απ αιωνος νικησας. Et inter Arundeliana Γ. AVT. Σιπτιμιος πεταλος Περγαμηνος και Σμυρναιος και Αθηναιος καὶ Εφεσιος κιθαρωδος μονος και πρωτος των απ αιωνος νικησας.

Colonias militum in Italia aut in provinciis.] Non poteſt, quin hoc ſit aureum prorſus ſupplementum, quod hiſtoria & res ipſa confirmat. Forſan & anteceſſit *eaſque*. Eſt enim eadem materia, quæ in prioribus, quam nunc denotando vices & annos coloniarum, quas modo appellavit, explanat.

Poſtea. . . . . Neroni. . . . Cn. Piſoni.] Credo has lacunas omnino tales exſtare in marmore, etſi vulgata exemplaria eas negligant. Auguſtus enim ſine dubio ſcripſit, *poſtea Tiberio Nerone & Cn. Piſone.*

Item VC. C. Antiſtio & D. Laelio Conſulibus.] Potuit Lipſius ex corruptis vulgatæ editionis literis *itemque Ganiſſimo* collegam Lælii ex Faſtis producere; non potuit ſequentia duo paria, quæ interciderant negligentiâ deſcribentium, reſtituere, unde notabiles illi anni per deductiones militarium coloniarum memorando ſigno demonſtrantur. Quum autem in MS. ſit *& C. Calviſio & Ipaſieno Cos. & n. . . M. Meſſalla conſulibus*, cuilibet apparere poteſt, qui & nomina reſtituenda ſint, & lacuna ſupplenda. Succeſſerunt enim C. Calviſio & L. Paſſieno Coſſ. Cn. Cornelius Lentulus & M. Valerius Meſſalla, quod cognomen etiam ex hoc Coſſoniano apographo adſeritur: quæ paria quum non memoret exemplar Busbequianum, ideo etiam per hos annos deductas ab Auguſto colonias ignoravit Noriſius, ut patet ex pagina 24. citata.

L. Caninio & Q. Fabricio conſulibus.] Non deſiit acutus ille Lipſius ad hoc par ſic vulgo editum adhibere faſtos, ita ut videret alterum hodie in iis non eſſe, & Caninium male Cajum prænominari. Bene hoc poſtremum, nec video cur Cajum edant; certe nihil memorant. Sed in priore cur non proceſſit, quum jam in Pigianis annalibus ponatur ſuſpicio hunc conſulatum non fuiſſe annuum Auguſto; ejus autem loco quiſnam ſuffectus fuerit, obſcurum nobis eſſe. At jam quidem id non poteſt ſtudioſis eſſe obſcurum, prædicante ipſo Auguſto, quem ſibi in conſulatu tertio decimo ſuffecerit; quod etiam advertit idem Noriſius ad Cenotaphia pag. 183.

Fabricio conſulibus quos emeriteis ſtip.] Miror anſam quam

habuerit Lipſius in explenda voce integra *militibus*, quum in vulgatis editionibus lacuna nulla ſit; ſed neque vox ea deſideretur, quum relativum *quos* reſpiciat ad vocem *militum*, quæ exſtat in ſuperioribus *colonias militum in provinciis* &c. An habuit Lipſius in exemplari, quod conceſſum ei erat, notatas lacunas perinde ut in hoc noſtro exemplari? quas ego vero juſtas & probas eſſe opinor, & ſic ſupplendæ videntur. *L. Caninio & Q. Fabritio conſulibus veteranis quos identidem emeriteis ſtipendiis in ſua municipia remiſi, praemia aere numerato ter ſolvi.* Hoc enim retineo, non ut vulgo *perſolvi*. Certis enim temporibus fiebant illæ recognitiones exercituum ac veteranorum inde miſſiones: unde Sueton. Tib. 48. agnoſcit rariſſimas veteranorum miſſiones. Illa autem ſunt duo vocabula Auguſti ex annotatione Suetonii, ſcribentis ad certam ſtipendiorum præmiorumque formulam adſtrinxiſſe Auguſtum milites. *Emeriteis* autem quum habeat noſtrum exemplar, ea terminatio mutari non debebat, quum & in Columna Roſtrata ſic exſtet *caſtreis*, in Varrone *Libyceis*, & in Auguſti hujus arcu Ariminenſi CELEBERRIMEIS ITALIAE VIEIS CONSITIS, in Faſtis Capitolinis DE ETRVSCEIS, GALLEIS, in Cenotaphio Piſano *devicteis. . . . gentibus.*

Quam in rem ſeſt.] Vides egregie probatam Lipſii ſagacitatem, etſi dolet interitus numeri & modi impenſarum.

Quater pecunia mea juvi aerarium.] Quanto probabilius, venuſtius, perfectiuſque hoc exemplar noſtrum vulgatis illis *quater. . . avi aerarium*, aut iſto Lipſii *adminiſtravi*? Itane inde Lipſius auſit ſtatuere ab Auguſto adminiſtratum ærarium, cui prætores præfuiſſe mox antea notavit? Ut Caſaubonus in hariolatione ſuſpenſa & ambigua τοῦ *levavi* vel *ſuſtentavi* (& id forſan in Pigianis annalibus ad annum DCCXXV. reſpexerunt, dum ſcribunt *ærarium publicum privata pecunia ſua vel mutuo ſumpta ſuſtentavit*) licet ſententiam exciperet, tamen notaret breviter & eleganter dictum *levare ærarium*, pro inopiam ærarii levare. Certe idem juſtius in noſtro *juvare* no aſſet: nec ſolum, ſed & proprie dictum in cauſa pecuniaria, & præſertim amatum Tacito, ut 2. Ann. 48. *nobilitatem pecunia juvandam*. 4. Ann. 64. *ignotos etiam & ultro aſcitos munificentia juverat*. 3. Hiſt. 65. *affectam ejus fidem prajuviſſe*. Dio lib. LIII. in principio id vocat ϛρατιωταῖς χρήματα χαρίσασθαι.

Seſtertium milliens & quinquiens.] Rem acu tetigit Caſaubonus: neque enim *ſeſtertium millia & quingenta* efficiebant ſummam, in qua gloriari poſſet Auguſtus; neque ſatis integrum videtur. Et quum non dixerint *ſeſtertium quinquies*; ſed eam formam numerandi primo inchoaverint in τῷ *decies*, poſtremam vocem mutabat in *quingenties*. Cæterum forſ fuat, ut in lacuna, quæ in vulgatis patet, atque etiam in noſtro exemplari eſt, licet non notata punctis, ſic ſuppletum quondam fuerit *milliens & viciens quinquiens*. Sequentia verba *adeo ſolvi praerant* quo dirigant, vix ſcio. Equidem Dio hanc partem ita extulit; Καὶ ἐπειδὴ χρημάτων τῷ δημοσίῳ ἐδέησεν, ἐδανείσατό τινα, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ πρός τε τὴν διοίκησιν σφῶν, δύο κατ' ἔτος ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων αἱρεῖσθαι ἐκέλευσε. Quæ citavit & Lipſius in Excurſu ſecundo ad Taciti XIIIum annalem, nec ad hanc partem marmoris tam bene ab illo lecti reſpexit. An igitur potuit Auguſtus parentheſeos inſtar huic relationi inſeruiſſe, ac ſcripſiſſe? *adeo ſolute praerant*. Hoc autem quum ſit totum, quod in his laceratiſſimis rupturis tentare auſi fuerunt viri docti, nunc præclaram omnibus lucem inſpergit charta Coſſoniana, præter liberalitatem Auguſti erga ærarium Senatus ac populi in his manifeſtatam, ſignificans deinde aliquam mentionem nobiliſſimæ inſtitutionis factam, qua is ipſe Cæſar illud militare ærarium provide admodum introduxit, quod egregie conſtat hic fuiſſe deſcriptum, ſi benevola fata eam deſcriptionem non invidiſſent & avertiſſent.

Oppoſito latere ſeries I.

Curiam & continens & Chalcidicum.] Sic edunt utraque exemplaria, & tum Scaliger in Euſebianis nihil niſi ſic allegans, quam Lipſius & Caſaubonus ſolum illud Chalcidicum hinc & ex Dione contemplari amant: quum merito ab eis poſceretur continentis hujus veſtigatio, cujus nec in Dione nec in alio auctore occurrit memoria. Deſiderius igitur Heraldus eſt, qui in notis ad Arnobii librum tertium hæc verba ſic citare voluit *curiam continens & Ch.* plane non bono more; quum & copulam in inſcriptione temere deleri is velit, & Latinæ loquutionis ratio nulla ſit, ut maluerit Auguſtus dicere *Curiam continens*, ac non ſimpliciter *Curiam*. Quod enim Curiam continens dici poteſt, id ſub nuda voce Curiæ etiam continetur. Propterea agitatus iſta tam fæda deſperatione vel audacia tandem decrevi Auguſtum ſcripſiſſe *Curiam & continens ei Chalcidicum*. Eſt autem iſta conſtructio ſæpe apud ipſum Ciceronem.

Templumque Apollinis.] Hanc veram Cæſaris manum cenſeo; is tamen qui deſcripſit noſtrum exemplar, fecit *templum ſive Apollinis*.

Lupercal.] Noſtrum *Lupercar*.

Quam ſum app.] Ita plane noſtrum exemplar, non *quem*, ut vulgati, rejectum ab Caſaubono juſte.

Aedem Quirini.] Sic quoque noſtrum, non *Quirinis*: ut nihil hic barbarum cogamur ſuſpicari cum Caſaubono.

Aedes Mundo & Junonis. . . . & Jovis.] Mirifica vulgati antehac exemplaris corruptela, quam hactenus exigere tentavit Lipſius, ut poſt vocem quartam insereret *Minerva*, quia jungi hæc tria numina Romanis ſolita. Notitia antiquitatis certiſſima. Sed quomodo ſibi perſuaſit Auguſtum, qui ſequentia ſcribit per genitivum *Junonis & Jovis*, ſcripturum fuiſſe præcedentia per dativum *aedes Mundo*? Immo unde Dei Mundi cultus apud Romanos? Nota ſunt Tulliana ex libro III. de natura Deorum cap. 9. Deinde non quia in Capitolio diu ante Auguſtum juncta cernebantur hæc numina, ideo etiam junxit Au-

 guſtus;

guſtus, quippe qui ſcribit non ædem a ſe his tribus junctim factam, ſed ædes, ſine dubio ſeparatas ſingulis. Itaque potior mihi videbatur mea ratio, qua lacunam hanc ſupplebam *Junonis Siſpitae & Jovis*, exortam putans ex convenientia poſtremarum literarum. Sed agnoſco eximie hæc inſtaurata ab ſcriptore Coſſoniani exemplaris, partim emendatius, partim integrius, dum exhibet *aedes Minervae & Junonis Reginae & Jovis*. Quum non ſine cauſa Minervam priorem appellare dignatus fuerit, ut quæ ſemper ad dextram Jovis, cedere coacta Junone.

Deum Penatium in Velia.] Ea eſt vetus apographi editio, quam confirmat Caſaubonus illic fuiſſe, ſed non ab Auguſto conditam. Noſtrum exemplar *Villa*, quaſi intellexiſſet Villam publicam? Sed *Velia* rectum eſt. Ab Donato, & aliis, qui Romam deſcripſerunt, probationes affatim multæ collectæ ſunt.

Aedem Matris Magnae in Palatio.] Ita ſimpliciter noſtrum exemplar, quum prius, *Matris Mag. Deiae in Pal.* quod plane opinor prodere errorem deſcribentis, niſi turbatos fuiſſe dicamus ejus oculos in contemplando *Idaeae*, ut paſſim in Inſcriptionibus vocatur. Sed verum eſt *Magnae*.

Capitolium & Pompejum theatrum.] Habemus quid latuerit ſub vocabulo *Sertorium*, tantopere corrupto, ut non continuerit ſe Lipſius, quin fateretur ſe plane non capere. Caſaubonus exceſſerit ad *diribitorium*, quod ab Agrippa inchoatum perfecerit. Sed non ita conſiderat Auguſtus, qui ſe hoc quidquid eſt, ſcribit refeciſſe, ut abſolutum antea fuerit, perinde ac Pompejum theatrum. Unde opportunior modus ſuccurrendi videbatur, ſi proxime ad veteres literas, quas negari nequit non modo minima diverſitate unde ſeparari, ſed plane eodem dirigere, cogitaretur *Emporium*, aut *Praetorium*, quodcunque illud Romæ fuerit. Certe id longe vincebat ſpecie ſua conjecturam Jacobi Gutherii, arbitrantis ſcriptum pro vulgato STAT. TAVRVM, quia, ait Statilii Tauri theatrum unum fuit Auguſti ſuaſu conſtructum. Eat igitur, & doceat etiam Romanos dixiſſe *Taurum theatrum*. Sed probabile præ omnibus apographum Coſſonianum; quippe quum omnia refecit Auguſtus, indignum eſſet non etiam in ipſo Capitolii Jovis templo atque etiam area Capitolina aliquid refeciſſe, quum & Capitolinæ areæ ſpatium vacuefecerit tranſlatis inde ſtatuis virorum illuſtrium in campum Martium, ut ſcribit Suetonius Calig. c. 34. prætertim quum diſcamus ex Dione init. lib. LV. fulminibus καὶ τὸν τοῦ Διὸς Καπιτωλίου τότε σύνναον αὐτοῦ καταλῦσαι.

Compluribus locis.] Exemplar noſtrum *in pluribus locis*.

Qua Martia appellatur.] Non aliter legit exemplar noſtrum.

Fonte novo in rivum ejus emiſſo.] Ita vetus deſcriptio (niſi quod accuratus ille vetuſtatis obſervator in commentariis ad Cenotaphia Piſana pag. 471. voluerit allegare potius *Novo fonte*) & ſic loquitur Frontinus lib. 1. de aquæductibus: *Auguſta fons, quia Martiam ſibi ſufficere apparebat, in Claudiam derivatus eſt*, Itaque ſi recte ſpectavit, nihil eſt quod moveatur. Sed in noſtro exemplari legitur *ceu. . . . in rivum ejus immiſſo*, tanquam ſignificaret *canali novo*.

Et Baſilicam qua ſuis.] Noſtrum exemplar, *quae Juli.*

Conſumptam incendio.] Ergo manifeſte noſter deſcriptor vidit, quod Lipſius ſuſpicando aſſequutus eſt.

Sub titulo nominis filiorum. . . . . . navi etſi vivus.] Ita noſtrum exemplar, quum vulgo tantum ederetur *ſub titulo. . . . nominis filiorum. . . . . . . vivus.* Unde Lipſius ut & excitas appellationes ipſas alieno loco reponeret & cætera præter manum principis Romani inſtauraret, hoc modo legit, *ſub titulo Caji & Lucii nominis filiorum cum vivus.* Quod poſtremum ita ſequitur auctor Commentariorum ad Cenotaphia Piſana pag. 351. ut citet *ſub titulo nominis filiorum* (CAI F.F LVCI) *eum vivus.* At longe præſtantius noſtrum exemplar ſic omnia reſtituenda clamat *ſub titulo nominis filiorum Caji & Lucii renovavi, & ſi vivus.*

Perfeci ab haeredibus. . . . virgine. exemplum. Deum.] Sic vulgata: ab quibus immenſo diſcrimine abit exemplar Coſſonianum, *Perfeci ab heredita. . . . vinti octoginta templa Deum.* & haud dubie veriſimilius. Quomodo enim ſcriptor iſte pervenit ad Virginem, aut Lipſius ad aquam virginem, de qua non niſi in actis Agrippæ legimus, non etiam in Auguſti, ut probant Collectanea Chiſletii ad præclaram gemmam de aqua illa ipſa Virgine? Nec ſi quid rei cum ea fuiſſet Auguſto, nunc locus commodus erat de ea loquendi, quum de rivis aquarum & aqua Marcia nominatim jam fuerit loquutus. Eamque inconcinnitatem ſatis oſtendunt ſequentia *fluvio praetermiſſo*, qui fluvius, ut vara vibiam, debuit Virginem ſequi, quum id intelligi nequeat, ubi egregie in noſtro eſt *nullo praetermiſſo*, nempe templo, quod non repararem, ſi reparatione opus haberet, quia temporis vetuſtas carpſerat. Denique quomodo potuit ſcribere Auguſtus, ſe perfeciſſe ab hæredibus? Suiſne, an illorum? Itaque nunc videtur poſt enumerationem ſatis, ut illi videbatur, longam generaliter quædam & quaſi ſummam ex reſiduis colligere voluiſſe.

Privato ſolo. . . . . Martis.] Ita principium hujus verſus concipitur in exemplari noſtro, quum hæc omnia abſint in reliquis, non aliter hic agentibus ac ſi vox *Ultoris* incepiſſet novum verſum. Satis indecenter. Intelligit *Privato ſolo comparato* vel *conſecrato*. Dein ſuppleo *Martis Ultoris templum forumque Auguſtum exſtruxi*. Neque enim dubito, quin ex Auguſti ahenea pila Mauſoleo appoſita ſublegerit Suetonius verbum, quod bis adhibet cap. 29. *Publica opera plurima exſtruxit. Exſtruendi fori cauſa fuit.*

Et templum Apollinis in ſolo magnam partem. . . . empto.] Vel ut ſupplet Lipſius *a me empto*, quod quilibet facile conceperit, ſed neſcio an vere, melius foret *ab privatis empto*. Non enim erat ſolum reipublicæ, non patens area, ſed ab privatis poſſeſſum & coædificatum. Ab Auguſto emptum quis non

Digitized by Google

non ſupponat? Unde & Caſaubonus ab illa dedicatione juſte abiens, male repeti ex proximo vult verbum, quod nunquam cogitavit Auguſtus. Etiam vacuum in noſtro punctis notatum capacius eſt, quam illarum modo literarum *in partem a me em.* Ita autem quum legatur in exemplaribus ante nos diu evulgatis, debuit tempore Busbequii integrius etiam fuiſſe marmor, quam hac ætate, qua noſtrum deſcriptum eſt. Cæterum quum hæc fuerint adeo palam nota, miror ab nullo illud Apollinis templum in foro Auguſti apud Martem Ultorem memorari; tantum conſtat ex Plinio lib. VII. c. 53. Apollinem eboreum fuiſſe, qui ejus ætate erat in foro Auguſti.

Quod ſub nomine M. Marcelli Veneri. . . Manibus.] Rectius fuerat in hoc loco deficere, quam per quisquilias ſupplementorum inquinare aliena. Quid enim? ſi ut voluit Lipſius, parte corrigamus & huc immittentes verbum legamus *Generi dedicavi e manibiis*, ſcilicet quia mox ſequitur *conſecravi*; An templum Apollinis vel ſolum vel ſimul cum præcedentibus dedicavit Auguſtus ſub nomine Marcelli? Theatrum modo notavit Caſaubonus ex Suetonio. Porro quid tum judicabit Lipſius eſſe illud, quod conſecraſſe ſe mox teſtatur in tot templis? Imo an templa dedicabantur e manibiis? Quis talia ab Auguſto exſpectet? Hactenus ergo optanda fuit reſtitutio vel potius ſanctior deſcriptio exemplaris Coſſoniani, in quo ſic egregie legitur *ſub nomine M. Marcelli generi niteſcit* · generum vocans, cui deſponderat Juliam, licet eam non duxerit.

. . dem. . . Manicis &c.] Non poteſt videri abſonum, quum Summanus in Capitolio ædem habuerit, & jam Lemures obtinuerint ſua Lemuralia, Febris quoque occupaviſſet Palatium, Manes denique eodem honore uſos, ut vult nobis perſuadere Busbequianum exemplar. Sed etiam novimus Manes extra urbem cultos: & ſi habuerunt templum, idque in Capitolio, id potuerit negare Symmachus, non noviſſe Prudentius? In noſtro eſt, ut cernis. Unde poſſet videri Cæſarem hic agere de eo, quod etiam teſtatus fuit Suetonius cap. 30. ædes ab eo reſectas & ceteras opulentiſſimis donis adornatas: utpote qui in cellam Jovis Capitolini ſedecim milia pondo auri gemmaſque ac margaritas quingenties HS una donatione contulerit. Ac ſi vellet *dona demum in atriis in Capitolio* &c. Sed mihi videtur ad lucem temporis noſtri vix poſſe quidquam elegantius produci, quam beneficio Coſſonii nanciſcimur. Nam in apographo noſtro patet prorſus legi debere *Maricis*. Maricam enim Nympham Laurentem nominarat Virgilius: eam ſequentes dubitarunt Circen an Venerem intelligerent, Servio vel hanc intelligente vel poeticam in ea licentiam, Laurente Marica ſumpta pro Minturnenſi. Hanc opinor quoque poſtea accepiſſe ſedem in illo Capitolio, quod curiam Deorum interpretatur Tertullianus, ſed in plurali numero, perinde ut Veneres complures diſtinguuntur; & Maricas factas, ſicut quum alibi Levæ fanum agnoſcatur, alibi Sulevæ honorantur ſub titulo Matrum.

Et in templo Martis Victoris.] Sic quoque Coſſonii charta. Unde nihil facilius leviuſque eſt, quam cogitare de Marte Ultore, ut facit Lipſius. Nimium celebris ille fuit ſub Auguſto, quam ut non ſtatim ille menti ſuccurreret, & ubilibet prompte inculcaretur: & nec ipſe Auguſtus in hac recenſione rerum ſuarum eum ponere aliquoties omiſit; ut mirer rationem Julii Ryckii in ſcripto de Capitolio hæc citantis & cognomen hoc penitus negligentis. Quum autem ex fide utriuſque chirographi credi oporteat in lapide ipſo extare *Martis Victoris*, licet hujus mentionem in nummis Auguſti etiamnum notis non habeamus, immo ex Galbæ & mox Vitellii aliorumque inſequentium nummis primo cum ſpectemus, non dubito tamen ita illum diu Romæ, ubi varia templa ejus conſtat extitiſſe, cultum fuiſſe, ut in hujus etiam velut parentis Romanorum templo aliqua pretioſa conſecraverit hic Princeps. Commendaverit Romanis ſuum Ultorem; id minime vetat dediſſe etiam aliquid vetuſtiori Victori, ſicut & Soli donum dediſſe teſtatur vetus inſcriptio, & haud dubie multis aliis diis. Certe non temere id mutem, & in indicibus Inſcriptionum Gruteri tum hinc ille Mars Victor oſtentatur, tum ex aliis lapidibus, quorum ætatem quis indicavit? Manes in Capitolio cultos omittunt.

Conſtiterunt circiter millenis.] Sequentia ſunt ab his aliena, & debet loquutio hic abrumpi. Unde immenſum delirat idem Ryckius, quum in appellato ſcripto cap. XXI. citat ex hoc indiculo, ut vocat, Ancyrano: *quae. mihi. conſtiterunt. circiter. millenis. auri. coronari. pondo. triginta. quinque. millibus.* non ſecus ac ſi ita plane legeretur in editionibus; ubi etiam vocem *Victoris* non cunctatur omittere, ut dixi. Nec tamen eſt in his perfecta ſententia, quæ præclare oſtenditur ex noſtro exemplari: *conſtiterunt incirciter miliens*, niſi quod male *conſtituerunt* ſcribebatur, nempe ſeſtertio. Sequitur; *Auri coronarii pondo triginta & quinque milia.* Sic enim ex utroque exemplari eſt componendum.

Quotieſcumque Imperator a. . . . . rum coronarium.] Sic noſtrum exemplar; cui licet antiquum non conveniat, utpote in quo eſt *Imperator m. . . . . auri coronarium*, tamen adeo certa apparent lacunæ ſupplementa, ut debeamus noſtrum pro præſtantiore habere. Scripſit enim Auguſtus, *Quotieſcumque Imperator appellatus ſum, aurum coronarium.*

Tempus defunctarum Africanarum.] Hæc in prioribus exemplaribus admodum ſunt confuſa, tam multis verbis, imo verſiculis omiſſis, & ſic poſita, ut omnino ſpectator non poſſit ſibi imaginari ordinem & cælaturam marmoris. Sine dubio etiam hinc corrupta. Unde & ſeſe confundit ſimul corrumpitque Jac. Gutherius lib. 3. de jure Pontificio ſcribens Schottum edidiſſe QVAE ANTE TEMPVS DEFVNCTARVM AFRICANARVM DECREVERAM, & ſe legere *ſtatutiſque ante tempus defunctarum Africanarum decreveram. mox nepotum in circo ludos*, item

amphitheatris populo XIII. *feci.* Omnia ejuſdem inanitatis. Nam nec *tempus* nec *defunctarum* huc quidquam faciunt. Et profecto quod non erubuit cogitare pro his fortaſſe ſcripſiſſe Octavianum & in marmore ſic corrigere *ſpectacula amplius mille ducentarum Africanarum*, quid niſi mera luxuria eſt? An quum ipſe Auguſtus dicat in his ſpectaculis confecta eſſe beſtiarum circiter tria millia, aliquis noſtrum dicet in illis tantum fuiſſe amplius mille ducentas? Quanta inſania? Itaque & ordo ſcripturæ, & literæ, prout in Coſſoniano exemplari afferuntur, indigetant fuiſſe *venationes beſtiarum Africanarum.* Vox *tempus* pereat. Beſtiarum Africanarum venationes dicuntur in Inſcript. 409. 3. & apud Dionem lib. LIII. pag. 515. *Λιβυκὰ θηρία*, ut notavit etiam Caſaubonus.

In circo aut in foro aut in amphitheatris.] Hæc conveniunt cum Suetonianis cap. 43. ubi multi virorum doctorum conatus rejiciuntur per hæc ipſa Auguſti verba. Cæterum quum in vulgatis ſequatur *popul..... quibus*, apparet induſtria & cura egregia in Coſſoniano exemplari adhibita, ut illas literas retinuerit *pop... dedi ſexens & vigiens quibus*: modo ſuppleris *populo.*

Beſtiarum circiter trium millium.] In tot annis, in tanto principe, tanto ſpectaculorum apparatu & abundantia, nimium certe minutus numerus; ut longe veriſſimum ſit, quo lectoris oculos per hæc fragmenta *beſtiarum circiter tre. . . . & quingenta* deducit ad *beſtiarum circiter trecenta milia & quingenta.*

Navalis prælii ſpectaculum popul. . . . liberum.] Hæc prior fuit editio, unde Lipſius ita ſupplebat *populo exhibui ad Tiberim.* Hæc verba ad exiguitatem lacunæ in vulgatis non ſunt aptata, ſed ad ſpatium Coſſoniani exemplaris. Præterea hæc verba patet ab eo hauſta ex Suetonianis, *Item navale prælium circa Tiberim cavato ſole, in quo nunc Cæſarum nemus eſt*, quorum poſtrema videtur item Suetonius ex his Auguſti monumentis recepiſſe, qui tamen & in Julio dixerat *Populo horros circa Tiberim publice legavit.* Sed ſi Lipſius idem ſtatuit de prioribus, cur non maluit retinere *circa Tiberim?* Immo cur credidit Auguſtum uſurpaſſe *exhibui*, quum Suetonius uſurpet verbum *edere?* Suetonius ut ſic deſcriberet, tot annis Auguſto poſterior, nemo poteſt male ferre: Auguſtus ut id faciat, & locum naumachiæ monſtret, quum viverent qui viderant, neſcio quam ob cauſam id facturus ſupponatur. Et tamen ſupplementa Lipſii adoptavit explanatio Cenotaphiorum Piſanorum pag. 181.

In latitudine pedes. . . . ducenti.] Quum præcedat *octingentos pedes*, neſcio qui ferre potuerint viri docti hunc primum caſum. Apparet quoque lacunam, etſi ea ſit prorſus vitioſe obſcurata in Busbequiano apographo, ampliorem eſſe, quam ut non pluribus literis credatur patuiſſe. Sed neque proportio latitudinis ducentorum pedum reſpondet mille & ducentis in longitudine; quum parum abſit, quin eadem latitudo requiratur. Mihi certum eſt ab Auguſto editum *in latitudine erant mile & ducenti.*

Triginta roſtratæ naves triremes. . . . . . . es plures.] Ita noſtrum exemplar, quum vulgata *triremeſque plurimæ*, abſque ulla lacunæ nota. Sciebant tamen viri doctiſſimi, etiam triremes fuiſſe roſtratas perinde ac aliæ bellicæ. Propterea ſpatii vacuitas in Coſſoniano ſcripto juſta quum ſit, etiam poſtremæ literæ indicant quid perierit; non minus ac ſequentia, quæ brevi auxilio adjuta præbebant ſententiam veriſſimam & Auguſti manum, nempe *triremes & quadriremes, plures autem minores inter ſe conflixerunt.* In ſequentibus ſignificare voluit, quarum gentium vexilla ab claſſibus fuerint prælata, ut in Julii naumachia biremes ac triremes quadriremeſque Tyriæ & Ægyptiæ claſſis; in Claudii naumachia Siculæ & Rhodiæ, conflixiſſe dicuntur apud Suetonium. Sed horum nominum notitiam invidit vetuſtas aut mala Turcæ alicujus manus, etſi fruſtra. Sic enim proceſſit ſermo ex Coſſoniano exemplari *Atticis & Perſicis claſſibus pugnaverunt præter remiges millia hominum circiter*, quod ex vulgaris nequaquam fiat vel ſola Lipſii depravatione id oſtendente, qui de numero cæſorum hic agi putabat. Auxilium mihi memineris datum ab illis Ovidianis:

> *Quid modo quum belli navalis imagine Cæſar*
> *Perſidas induxit Cecropidaſque rates?*

Quæ ſpoliatis temp. . . . . cum quo bellum geſſeram.] Sic quum laudabili prorſus reſtitutione noſtrum exemplar conſervet quatuor voces poſtremas, quæ vulgo erant ignotæ; tum eximie adjuvare mihi videtur vigilantiam Lipſii cogitantis de Antonio, cujus ſacrilegia innuuntur: neque enim ullus alius ſub hæc verba poteſt deſcribi, ut propterea hunc quoque elegerim. Immo etiam quum & Lipſius vulgatam ſcripturam commode non modo emendaverit, ſed etiam intelligere ſe oſtenderit; itidemque oſtenderit Caſaubonus ex Strabonis citatione: non intelligo elegantiam Chr. Adami Ruperti in Diſſertationibus ad Valerii Maximi librum primum ſcribentis ita ſe ſupplere *civitatum Graeciae victor* (quum poſt vocem *civitatum* in Busbequiano exemplari ſequatur P.' unde Lipſius humaniſſime *Peloponneſi* ſupplevit) & ad ſacrilegia Antonii & Antonianorum citantis Strabonem, utique & ipſum citatum Caſaubono. Nam quod etiam ſupplet *M. Antonius privatim poſſederat*, quis oſtendit ſe id neſcivisse? An vero *τὰ & Aſiae* expellemus? Eheu! quale genus commentandi?

Statuae. . . . . . . quadragenis argenteis] Hic locus obſitus ſtigmatibus imperitiæ & vetuſtatis, atque omnino deſperatus debuit Lipſium admonere prudentiæ potius ad abſtinendum, quam ad inchoandum temere quod feliciter cedere nequibat. Non potuit ipſe affirmare ſtatuas plures quadringenis argenteas fuiſſe. Per Muſas! an tanto numero magnitudinem Romanam inſtruere Lipſius potuit? non ipſe explicare, quid eſſet illud *in urbe ac circiter*: quouſque enim quouſque id ſe porrigeret? Qui potuit autem ferre *ex qua de pecunia?* Magis mirum de ſequentibus, *qua mihi ſtatuerunt honorem habuerunt*, quod tamen Caſaubonus & hic relinquere & ad Suetonii caput 52. allegare potuit, ubi tamen quam caute omiſſo *ex* citat *qua de pecunia?* Hic unus locus ſi ab exemplari tantum

tentum noſtro fuiſſet ſanatus, certe tanti fuiſſet, ut hanc editionem maturaremus. Id quod facit benignitate prorſus admirabiliore, quam ullus unquam Pæon uſus eſt. Dicit enim ſtatuas fuiſſe pedeſtres & equeſtres, quas multas extitiſſe nummi & hiſtoriæ prædicant, & ſi de utriſque notiſſima placet recognoſcere, inſpici poſſunt Commentaria Cenotaphiorum Piſanorum pag. 414. & ſeqq. Addit *& in quadrigeis*, de quibus ne ſomniare quidem auſus fuit quiſquam; & tamen eſt veriſſimum, ut hinc ſcias, unde ortum ſit iſtud futile *quadrugenis*. Quod ſi poſt Lipſium exortus eſt aliquis etiam hujus in hiſtoria partis curioſior, ut ſcire cupiat numerum ſtatuarum, quas illo tempore in urbe, & ſola illa, non etiam in ſuburbanis habuerit Auguſtus, ipſe fatebitur dicendo *ſtetiſſe in urbe* VXC. *circiter*, ut videas, unde illa falſa copulativa *ac* exſtiterit. Hinc diſcat Lipſius ſuffecturas quinque & octoginta. Has ſe ſuſtuliſſe ſcribens addit Auguſtus, *exque ea pecunia* (ita plane patere opinor ex noſtro exemplari emendandum eſſe) dona aurea in aede Apollinis meo nomine & illorum *qui mihi ſtatuarum* (agnoſce præſentem utique medicinam in conclamato illo *ſtatuerunt*) *honorem habuerunt* poſui.

Filium meum Regi ari &c.] Nobilia hæc & omnium hiſtorias ſuperatura Auguſti verba hactenus reſervavit noſtrum exemplar, ut ſatis patet, de Armeniæ regno agentia, ſed admodum lacera, quæ ut non dixerim, an ſic conceperit Cæſar, ita ad literas proxime reſpiciendo videbantur reſarciri: *Armeniae regnum per Tiberium* FILIVM MEVM REGI ART*axiae ademptum Tigrani cui*DAM TRADIDI, ET POSTEA *illo mortuo Parthis adimentibus* FILIO EJVS AARTAVIDI *Ariobarzanem* QVI ERAT EX REGIO GENERE ARMENIORVM ORIVNDVS IN ID RE*ſtitui* vel RE*duxi*. Sunt omnia ex fide Taciti lib. II. annal. cap. 3. *Scelus Antonii, qui Artavaſden regem Armeniorum ſpecie amicitiae illectum; dein catenis oneratum, poſtremo interfecerat. Ejus filius Artaxias memoria patris nobis infenſus, Arſacidarum vi ſeque regnumque tutatus eſt. Occiſo Artaxia per dolum propinquorum, datus a Caeſare Armeniis Tigranes, deductuſque in regnum a Tiberio Nerone. Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis ejus, quamquam ſociatis more externo in matrimonium regnumque. Dein juſſu Auguſti impoſitus Artavaſdes, & non ſine clade noſtra dejectus. Tum C. Caeſar componendae Armeniae deligitur. Is Ariobarzanen origine Medum praefecit.* &c. Dio lib. LIII. pag. 527. *Τῶν Ἀρμενίων τῶν ἑτέρων καὶ τοῦ Ἀρταβάζου κατηγορησάντων, καὶ τὸν Τιγράνην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ ὄντα μεταπεμψαμένων, μετέπεμψε τὸν Τιβέριον, ὅπως τὸν μὲν ἐκβάλῃ τῆς βασιλείας, τὸν δὲ ἐς αὐτὴν ἀποκαταστήσῃ*: mox addit Artabazen ab Armeniis jam ante adventum Tiberii occiſum.

Trans Adriaticum mare vergu. . . . . naſque.] Puto fuiſſe *vergunt ad orientem, Aſianaſque*. Mox perge, *jam ex parte magna Regibus eas poſſidentibus, Siciliamque ac Sardiniam occupatas bello ſervili reciperavi.* Huc ego referendos exiſtimo nummos Auguſti, qui reperiuntur cum literis modo IMP. IX. SICIL. modo IMP. X. SICIL. item IMP. XI. SICIL. & IMP. XII. SICIL. in quibus plerumque Diana oſtenditur. Eſt & iſta bellica Dea. Scio etiam, quid de illis ſcripſerint alii. Mihi videtur titulum Imperatoris quidem ex illo, quod ſuſtinet appellare ita, bello ſervili admiſiſſe; non tamen Martem in eo agnoviſſe, ſed Dianam; non ſecus ac venatio quædam belluarum contigiſſet, ac per fugitivarios comprehenſi & retracti fuiſſent fugitivi. Dio lib. L. inter regiones, quæ ab Auguſto ſtabant contra Antonium, Siciliam Sardiniamque memorat, nec poſtea in rebus Auguſti quidquam ultra, niſi quod *λῃστρικῶς* quidam tumultus Sardiniam moverit lib. LV.

Utraque Hiſpania. . . . .] Nempe *multas collocavi*. Mox ſuppleo, *ex Gallia Narbonenſi praeſidia militum deduxi*, ſcilicet anno Urbis DCCXXXI. aut XXXII. ut alii. Sic enim ipſe exprimit quod Dio lib. 54. *Τότε καὶ τὴν Γαλατίαν τὴν Ναρβωνησίαν ἀπέδωκε τῷ δήμῳ, ὡς μηδὲν τῶν ὅπλων αὐτοῦ δεομένην*; quum libro LIII. pag. 504. dixiſſet jam ſimiliter.

Italia aut. . . . . ubſque vivo &c.] Integra fuerunt ITALIA AVT*em coloni*AS QVAE VIVO ME CELEBERRIMAE ET FREQVENTISSIMAE FVERVNT, *duodetriginta* DEDVCTAS HABET, ex Suetonii capite 46.

Signa militaria complur. . . . et amiſſa devicti. . . . ex Hiſpania.] Integra extitiſſe ſic videntur: COMPLVR*es per duc*ES AMISSA DEVICTI*s hoſtibus recepi* EX HISPANIA ET GENT*ibus forſan* ATL*anticis*.

Signa re. . . . . mihi.] Reſtituo RE*mittere*. Quid autem fuerit, cur de ſpoliis & ſignis tantum loqueretur, non etiam de civibus captivis, quos habuerant Parthi, non intelligo, quum & nummus de eis loquatur *civib. & ſignis milit. a Parth. recuperat.* (ut citat Onufrius ad annum DCCXXXVII. quum in nummo Croyano tantum ſit SIGN. MILIT. A. PARTHIS. RECVP. prout etiam reſtituit eum nummum Nerva. & in altero *civib. & ſign. milit. a Parth. reſtitutis*, habetque plures Occo Mezzobarbianus pag. 35. & 45. ſed nuſpiam *RECVPERAT.*) & Juſtinus tota Parthia captivos ex Craſſiano ſive Antonii exercitu recollectos ſignaque cum his militaria Auguſto remiſſa ſcribat; & Dio lib. LIV. *τά τε σημεῖα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους, πλὴν ὀλίγων, οἳ ὑπ' αἰσχύνης σφᾶς ἔφθειραν, ἢ καὶ κατὰ χώραν λαθόντες ἔμειναν ἀπέπεμψε*. Quin etiam Auguſtus id videatur jam ante caviſſe. Nam eidem Dioni in fine libri LIII. Phraati remiſiſſe filium dicitur *ἐπὶ τῷ τούς τε αἰχμαλώτους καὶ τὰ σημεῖα τὰ στρατιωτικὰ ἁλόντα κομίσασθαι*.

Ea autem ſi in penetrali quod. . . . templo.] Utrum dicemus ſcripſiſſe EA AVTEM SI*c* IN PENETRALI QVOD *eſt in* TEMPLO, ut *ſic* dicat, nempe prout ab Parthis ea accepi? Non renovavi ſcilicet aut in militiam adhibui, quippe infauſta & capta: quoniam tamen ſacra, prout erant, in ſacrum locum abdidi tanquam in quaſdam foviſſas & quidem Marti ſignorum præſidi ſacras. An ſtatuemus hiatum, licet is annotatus punctis non ſit, & addemus

EA

EA AVTEM SIGNA IN &c. Enimvero per hæc præclare hiſtoria confirmatur, & quid ſignis illis fuerit factum, docemur nunc ab ipſo Auguſto, quum antea id ſciremus ſolummodo ex Dionis libro mox allegato poſt ea ipſa verba. Καὶ αὐτὸς ἐκεῖν& Auguſtus, ὡς καὶ πόλεμόν τινα τὸν Πάρθον νενικηκὼς ἔλαβε· καὶ γὰρ ἐφρόνει μέγα, λέγων ὅτι τὰ πρότερόν ποτε ἐν ταῖς μάχαις ἀπολόμενα, (agnoſce, quam egregie id decerpſerit collegeritque ex hujus inſcriptionis ad Mauſoleum ſuſpenſo alicuo exemplari) ἀκονιτὶ ἐκεκόμιστο· ἀμέλει καὶ θυσίας ἐπ' αὐτοῖς, καὶ νεὼν Ἄρε& Τιμωροῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κατὰ τὸ τοῦ Διὸς Φερετρίου ζήλωμα πρὸς τὴν τῶν σημείων ἀνάθεσιν καὶ ψηφισθῆναι ἐκέλευσε.

Pannoniorum gentes quæ. . . . nte me.] Omnia hæc ita videntur ſanari velle PANNONIORVM GENTES QV*as* a*N*TE ME PRINCIPEM POPVLI ROMANI EXERCITVS NVNQVAM AD*ierant*, DEVICTAS PER TI*berium Nero*NEM QVI TVM ERAT PR*ivignus me*VS IMPERIO POPVLI ROMANI *ad*IeCI.

Et hæc ſunt, Præſtantiſſime & aliarum rerum perinde ac Medicinæ diligens inveſtigator & arbiter elegans, PETRE COSSONI, & tu, florente honoris dignitate non magis quam judicio ac cujuſlibet humanæ rei peritiâ præcellens & egregie BERGI; nam definere cupio in iiſdem nominibus, quæ colo, & a quibus hoc textum ordiebar. Hæc, inquam, ſunt, quæ dum per quatuor menſes proſtratus ab morbis adhucdum non vitam perago, & ingratam mihi inertemque tarditatem indicentes vetant uti, quod ſolebam & amabam, acri corporis ſervitio reliquiæ eorum, & tamen commune bonum fovere geſtio, ſpectanti mihi pulcherrimum hoc apographum non quidem in mentem venerunt, (iſtorum enim major copia eſt) ſed digna viſa ſunt, quibus cum maxime editionis feſtinationem indulgerem. Unde ſi nihil aliud, id certe apparet horas bene multas ab præclaris viris inutiliter & incaſſum collocatas fuiſſe, quas ſine controverſia longe melius glorioſiuſque poſuiſſent inſpecto hoc noſtro exemplo: etiam non paucos errores in eorundem ſcriptis indicatos, etiam multas malas & incommodas ſuſpiciones vel in legendo marmore vel in alio librorum aut antiquitatis genere ex eruditionis noſtræ area per id everri & amoveri: tum plurima egregia de Auguſti Cæſaris & manu & imperio, atque etiam conſpectiſſimo Romanæ Majeſtatis ac Linguæ tempore redintegrari. Propterea pro generoſa veſtra & benefica in literas ac veritatem omnem indulgentia (qua utinam fruerentur illi magnates, intra quorum manus tot egregia ſtrangulantur non niſi ad jactationem poſſeſſa & ſolummodo ad interitum ſervata:) non pœnitebit vos, ſpero, dediſſe veniam petitioni meæ ad id ipſum publicandum, quo ſic omnium, qui ſtudia vera non habent odio, εὐλογίαν evocarem ad DANIELIS COSSONII nomen poſt fata quoque irerandum. Tantum debuiſſe intercedere temporis, ut poſt primam aliquam exſcriptionem raptim factam inter tot peregrinantium diſcurſus non niſi ab DANIELE noſtro primum curatum ſit, quò attentior & exactior literarum ejus marmoris perſecutio contigerit? Præcipue quum omnes, ad quos ullo modo vetuſtas hujus monumenti pertinuit, adeo ſategerint in teſtificando, quantum a ſingulis curæ & antiquitatis adhibitum fuerit in renovando conſpectu ac literarum recenſu. Nam præter illa, quæ tetigimus pag. 45. apertius infortunatam hujus marmoris deſcriptionem manifeſtat epiſtola Car. Cluſii ad Andr. Schottum, tum ab hoc, tum ab Grutero, in Inſcriptionum corpore edita. Inde intelligimus fuiſſe exemplar penes Antonium Verantium, Archiep. Strigonienſem, & quidem ab ipſo deſcriptum; alterum item apud J. Sambucum; qua uniuſcujuſque diverſitate, illic videri poteſt. Quam magnis deinde nominibus uſum ſe ſcribit Cluſius, ut Verantianum exemplar ad ipſas tabulas Ancyræ componeretur? quam bella narratiuncula de duobus nobilibus Germanis? qui nunquam de ſuo aliquid exhibuerunt, nunquam indicarunt. Ergo nec Cluſius ſic abire poteſt ſine ſollicitudinis ſuæ imputatione. Ille nimirum eo libentius habiturus exemplar ipſum Busbequii, quoniam minus mendoſum exiſtimaſſet quam reliqua, rogatu ſuo urſit ipſum heroa, ut omnes ſchedarum faſciculos evolveret ad exemplar tabularum Ancyranarum ab ipſo, dum Cæſ. legatus ad Turc. Imperatorem eſſet, exceptum inveniendum. Sed fruſtra; quum poſtea ſuccurreret id alicui, cujus nomen excidiſſet, commodatum & non reſtitutum. Sic quàm agant iſti; Caſaubonus tamen alios aliter hoc marmor deſcripſiſſe, & minimum intervallum reliquiſſe notat vacuum ante vocem *manibus*, de qua pag. 1165. unde neſcio quid colligit. Schottum opinor comparans cum Gruteri Inſcriptionibus. Sed lætemur lætitiam, quæ ex inſperato ſic noſtris diebus contigit; ac porro vocamus, ut veniat denique tempus, quo nobile iſtud vitæ Auguſteæ breviarium veſtro favore hactenus ſincerum penitus reſarciatur: quod donec fiat, mi lector, ab his diſcedens.

ΕΥΧΟΥ ΤΑ ΛΟΙΠΑ.

MO-

MONVMENTVM ANCYRANVM

A JACOBO GRONOVIO

Ad fidem utriuſque exemplaris reſtitutum.

Tabula Prima.

Rerum. geſtarum. Divi. Auguſti. quibus. orbem. terrarum. imperio. populi. * Romani. ſubjecit. et. impenſarum. quas. in. rempublicam. populumque. Romanum. fecit inciſarum. in. duabus. aheneis. pilis. quæ. ſunt. Romae. poſitae. exemplar. ſubjectum.

Annos. undeviginti. natus. exercitum. privato. conſilio. et. privata. impenſa. comparavi per. quem. rempublicam. *dom*inatione. factionis. oppreſſam. in. libertatem. vindicavi *orna*tus. decretis. honorificis. *ab. ſenatu.* in. ordinem. ſum. *adlectus. ſed.* conſulibus *mortuis. in. vacan*tem. locum. *exercitus. im*perium. mihi. dedit. *ac. mox. turbata.* reſpublica. *Vemidio.* praetori. ſimul. cum. *Carrinate.* conſulibus. *fa&lis. antea.* autem. eodem anno. me. *ſolutum. legibus.* conſulem. cum. *feci*ſſet. et. triumvirum. reipublicae. conſtituen*dae.* : . . .

Qui. *in.* parentem. *conjurationis.* ſocii. *fuerant.* in. exilium. expuli. judiciis. legitimis. ve*teri. jure.* poſtea. mecum. inferentis. reipublicae. . . .

Arma. terra. marique. *Romana. ſig*naque. toto. orbe. terrarum. *circumtuli.* victorque. omnibus. *ſuperſtitib*us. civibus. peperci. *etiam.* ex. i*lluſtribus.* gentes. quibus. tuto. *licebat.* ſervari. quam. excidere. m*alui.* milia. civium. Roma*norum. adacta.* ſacramento meo. fuerunt. circiter. *quingen*ta. ex. quibus. dedu*xi. in. colonias.* aut. remiſi. in. municipia. ſua. ſtipen*diis. ſolu*tis. milia. aliquanto. *plura. qua*m. trecenta. iis. omnibus. agro a*dſignato*, aut. pecuniam. propr*iam.* dedi. naves. cepi. ſeſcent*as. roſtra*tas. ſiquae. minores. triremes. fuerunt.

Bis. ovans. triumph*avi. tris. egi. cu*rulis. triumphos. et. appella*tus. vicies. et. ſe*mel. imperator. *cum. plu*ris. triumphos. mihi. *Senatus. decreviſſet. ſem*per. *tantum. lau*rus. depoſui in. Capitolio. . . . . voque. bello. nunc*iato.* tis. ob. res. a*mplas. per. duces. ac. lega*tos auſpiciis. *meis.* terra. m*arique.* proſpere. geſtas. qu*inquagies. et. quin*quiens. decrevit ſenatus. ſup*plicationes.* . . . dum. eſſe. . . . . . quo. ſenatu. conſulto. publicatum eſt. fuere.

Tabula Secunda.

Patriciorum. numerum. auxi. conſul. quintum. juſſu. populi. et. ſenatus. ſenatum. ter legi. et. in. conſulatu. ſexto. cenſum. populi. collega. M. Agrippa. egi. Luſtrum. poſt
Iiii iii annum.

* Notes velim, lector, me in ſuperiore exemplo poſuiſſe *Rom.* quia ſic ſcriptum eſt in Coſſonii charta, quod accidit, quia illæ tres literæ finiebant primum verſum, ita ut quum locus plane nullus eſſet, etiam τὸ M duabus prioribus ſit ſuperinſcriptum. Sic ab arbitrio ſcribentis id veniſſe ratus nunc totam vocem explanavi, ut ſit in Busbequii charta. Auguſtus & inde ſculptor hujus marmoris unum tenorem ſervaverunt, ut etiam me credere oſtendi pag. 1157.

annum. alterum. et. quadrageſimum. feci. lege. quo. luſtro. civium. Romanorum cenſita. ſunt. capita. quadragens. centum. milia, et. ſexaginta. tria. milia. *Alterum conſulari.* cum. imperio. luſtrum. ſolus. feci. Cenſor*ino. et. A*ſinio cos. quo. luſtro cenſa. ſunt. civium. Romanorum. *capita.* quadragens. centum. milia. et. ducenta tria mi*lia. Tertium. item.* conſulari. cum. imperio. luſtrum. collega. Tib. Caeſare. feci. Sex Pompejo. et. Sex. Appulejo. Cos. quo. luſtro. et*iam. cenſa. ſunt. Ro*manorum. capitum quadragens. centum. *milia. et. ſeptua*ginta. et. ſeptem. milia. Legibus. no*vis. latis*. exempla. majorum. exoleſcentia. jam. ex. no*ſtro. uſu. etiam. privatum.* avitarum. rerum. exempla. imi*tanda. propoſui*.

Tabula Tertia.

Cajum. et. Lucium. filios. meos.

honoris. mei. cauſa. ſenatus. populuſque. Romanus. annum. quintum. et. decimum agentis. conſulis. deſignavit. ut. eum. magiſtratum. inirent. poſt. quinquennium. et. ex eo. die. quo. deducti. erunt. in. forum. ut. intereſſent. conſiliis. publicis. decrevit. ſenatus. equites. autem. Romani. univerſi. Principem. juventutis. Romanorum. parm*is utrumque*. et haſtis. argenteis. donatum. appellaverunt.

Plebei. Romanae. viritim. trecenos. numeravi. ex. teſtamento. patris. mei. et. nomine meo. quadringenos. ex. bellorum. manibiis. conſul. quintum. dedi. Iterum. autem. in conſulatu. decimo. ex. patrimonio. meo. iis. quadringenos. congiari. viritim. ter. numeravi. et. conſul. undecimum. duodecim. frumentationes. frumento. privatim. coempto. emenſus. ſum. et. tribunicia. poteſtate. duodecimum. quadringenos. nummos tertium. viritim. dedi. quae. mea. congiaria. pervenerunt. *ad. numm*um. milia. nunquam. minus. quinquaginta. et. ducenta. Tribuniciae. poteſtatis. duodevigeſimum congiari. trecentis. et. viginti. milibus. plebis. urbanae. ſexagenos. denarios. viritim dedi. et. *cuiv*is. militum. meorum. ex. manibiis. conſul. quintum. viritim. milia. nummum. ſingula. dedi. Acceperunt. id. triumphale. congiarium. in. coloniis. hominum circiter. centum. et. viginti. milia. Conſul. tertium. decimum. ſexagenos. denarios plebei. quae. tum. frumentum. publicum. acceperunt. dedi. Ea. milia. hominum. paulo. plura. quam. ducenta. fuerunt.

Pecunia. *quam. pro.* agris. quos. in. conſulatu. meo. quarto. et. poſtea. conſulibus. M. *Craſſo. et.* Cn. Lentulo. Augure. adſignavi. militibus. ſolvi. municipiis. pa*cto. ſeſterti*um circiter. miliens. fuit. quam. *pro. agris. R*omanis. praed*iatoribus.* numeravi. ea. circiter bis. miliens. et. ſeſcentiens. quod. pro. agris. provincialibus. ſolvi. id. primus. et. ſolus. omnium. qui. deduxerunt.

Colonias. militum. in. Italia. aut. in. provinciis. ad. memoriam. aetatis. meae. feci. et poſtea. *Tib.* Nerone. *et.* Cn. Piſone. conſulibus. item. Vet. Antiſtio. et. D. Laelio conſulibus. et. C. Calviſio. et. L. Paſſieno. cos. et. Cn. *Lentulo. et.* M. Meſſalla. conſulibus. et. L. Caninio. et. Q. Fabritio. *conſulibus. veteranis. quos. identidem.* emeriteis ſtipendiis. in. ſua. municip*ia. remiſi. praemia. aere. nu*merato. ter. ſolvi, quam. in. rem. ſeſt*ertium.* mili*a*. . . . impendi.

Quater. pecunia. mea juvi. aerarium. ita. ut. ſeſtertium. miliens. et. *viciens.* quinquiens. adeo. ſoluti. praerant. aerario. detulerim. et. M. *Aemil*io. & L. Ar*runtio.* cos. *in.* aerarium. militare. quod. ex. conſilio. *uxoris. Liviae. inſtitui. ut. inde.* praemia. darentur. militibus. qui. vi*ginti. ſtipendia.* emeruiſſent. HS. miliens. et. ſeptingenti*ens.*

. . . . eo detuli.

. . . . centum. milibus. hominum.
. . . . o. . . fru. . . . .
. . . .
. . . .
. . . . . Cn. et. P. Lentule. . . . ules. fuerunt. cum. d. . . cerent.

Tabula Quarta.

Curiam. et. continens. *ei.* Chalcidicum. templumque. Apollinis. in. Palatio. cum. porticibus. aedem. Divi. Julii. Lupercar. porticum. ad. circum. Flaminium. quam. ſum appellari. paſſus. ex. nomine. ejus. qui. priorem. eodem. in. ſolo. fecerat. Octaviam pulvinar. ad. Circum. Maximum. aedes. in. Capitolio. Iovis. Feretrii. et. Iovis. Tonantis. aedem. Quirini. aedes. Minervae. & Iunonis. Reginae. et. Iovis. Libertatis. in Aventino. aedem. Larum. in. ſumma. ſacra. via. aedem. Deum. Penatium. in. Velia aedem. Iuventatis. aedem. Matris. Magnae. in. Palatio. feci.

Capitolium. et. Pompejum. theatrum. utrumque. opus. inpenſa. grandi. refeci. ſine. ulla inſcriptione. nominis. mei. Rivos. aquarum. in pluribus. locis. vetuſtate. labentes. refeci. et. aquam. quae. Marcia. appellatur. duplicavi. fonte. novo. in rivum. ejus. inmiſſo. Forum. Iulium. et. Baſilicam. quae. fuit. inter. aedem. Caſtoris. et. aedem. Saturni. caepta. profligataque. opera. a. patre. meo. perfeci. et. eandem. Baſilicam. conſumptam. incendio. ampliato. ejus. ſolo. ſub. titulo. nominis. filiorum. *Caji. et. Lucii renov*avi. et. ſi. vivus. non. perfeciſſem. perfici. ab. heredibus. *meis. curavi.* . . . vinti. octoginta. templa. Deûm. in urbe. conſul. . . refeci. nullo. praetermiſſo. quod temp. . . et.

Privato. ſolo. *comparato.* Martis. Ultoris. templum. forumque. Auguſtum. *exſtruxi. ſed* et. templum. Apollinis. in ſolo. magnam. partem. *etiam. ab. privatis.* empto. feci. quod ſub. nomine. M. Marcelli. generi. niteſcit. *Dona.* dem*um.* Maricis. in. Capitolio. et. in. aede. Divi. Iulii. et. in. aede. Apollinis. et. in. aede. Veſtae. et. in. templo. Martis. Victoris. conſecravi. quae. mihi. conſtiterunt. inciriter. miliens. Auri. coronarii *pondo.* triginta. et. quinque. milia. municipiis. et. coloniis. Italiae. conferentibus. ad triumphos. meos. quintum. conſul. remiſi. et. poſtea. quotieſcumque. Imperator. *appellatus. ſum.* aurum. coronarium. non. accepi. decernentibus. municipiis. . . . . adque. antea. decreverant.

Saepe. ſpectacula. gladiatorum. dedi. meo. nomine. et. quinquiens. filiorum. *meorum. et* nepotum. nomine. quibus. muneribus. *pug*naverunt. . . . . .
. . . . . decem. . . . .

Sequuntur ſeptem verſiculi penitus eraſi.

*venationes. beſtia*rum. Africanarum. meo. nomine aut. filiorum. meorum. et. nepotum. in. circo. aut. in. foro. aut. in. amphitheatris populo. dedi. ſexens. et. vigiens. quibus. confecta. ſunt. beſtiarum. circiter. *trecenta milia.* et. quingenta.

Navalis. praelii. ſpectaculum. populo. *dedi. circa. Tiberim.* in. quo. loco. nunc. nemus eſt. Caeſarum. cavato. ſolo. in. longitudine. mille. et. octingentos. pedes. in. latitudine. *erant. mille. et.* ducenti. in. quo. triginta. roſtratae. naves. triremes. *et. quadrireme*s. plures. aut*em.* minores. inter. ſe. conflixerunt. *Atticis. et. Perſicis.* claſſibus. Pugnaverunt. praeter. remiges. milia hominum. . . circiter.

In. templis. omnium. civitatum. Peloponneſi. et. Aſiae. victor. ornamenta. repoſui. quae

Iiii iii 2 ſpolia

ſpoliatis. templ*is. M. Antonius.* cum. quo. bellum. geſſeram. privatim. poſſederat. Statuae. pedeſtres. et. equeſtres. et. in. quadrigeis. argenteae. ſteterunt. in. urbe. VXC. circiter. quas. ipſe. ſuſtuli. exque. ea. pecunia. dona. aurea. in. aede. Apollinis. meo nomine. et. illorum. qui. mihi. ſtatuarum. honorem. habuerunt. poſui.

Mare. pacavi. a. praedonibus.... domibus.... ſuis.... contra. rem.... domi.

Ex XXVII. *verſiculis penitus deletis in Coſſoniano exemplari ope Busbequiani voces praecedentes recepi velut fragmenta trium verſiculorum, ut reſtent* XXIV.

Armeniae. regnum. per. Tiberium filium. meum. Regi. Art*axiae. ademptum. Tigrani. cui*dam. tradidi. et. poſtea. *illo. mortuo. Parthis. adimentibus.* filio. ejus. Aartavidi. *Ariobarzanem.* qui. erat. ex. Regio. genere. Armeniorum. oriundus. in. id *reſtitui.* Provincias. omnes. quae. trans. Adrianum mare. verg*unt. ad. orientem. Aſia*naſque. jam. ex. parte. magna. Regibus. eas. poſſidentibus. *Siciliamque. ac.* Sardiniam. occupatas. bello. ſervili. reciperavi.

Colonias. in. Africa. Sicilia. Caledonia. utraque. Hiſpania. *multas. collocavi. ex.* Gallia Narbonenſi. p*raeſi*dia. militum. deduxi. Italia. aut*em. colonias.* quae. vivo. me. celebermae. et. frequentiſſimae. fuerunt. *duodetriginta.* deductas. habet.

Signa. militaria. complure*s. per. duces.* amiſſa. devict*is. hoſtibus. recepi.* ex. Hiſpania. et gent*ibus.* Atl*anticis.* Parthos. trium. exercituum. Romanorum. ſpolia. et. ſigna. *remittere.* mihi. ſupliceſque. amicitiam. populi. Romani. petere. coegi. . . . ea. autem ſi*c.* in. penetrali. *quod. eſt.* in. templo. Martis. Vltoris. repoſui.

Pannoniorum. gentes. qu*as.* ante. me. principem. populi. Romani. exercitus. nunquam ad*ierant.* devictas. per. T*iberium. Nero*nem. qui tum. erat. pr*ivignus. m*eus. imperio populi. Romani. *ad*ieci. protulique. . . . numinis. . . . exercitus.



Digitized by Google

CAJI SUETONII TRANQUILLI

Vita deſcripta a Johanne Gerardo Voſſio de Hiſtoricis Latinis I. 31.

C. Suetonius Tranquillus vixit temporibus Trajani, & Hadriani, ſub quo & Epiſtolarum magiſter fuit; ut ex Spartiano ſcimus in Hadriani vita. Patrem habuit Suetonium Lenem, anguſticlavium: ut ipſe in Othone cap. x. ſcribit: non Suetonium Paullinum, virum conſularem: quam opinionem cap. xxvi. refellebamus. Videmus autem hinc, ut cum pater vocaretur Lenis, quod Tranquillus dici maluerit: quod idem notat. Unde Gaſper Sanctius in primum caput Actorum Apoſtolicorum colligit, Actorum ſcriptorem, qui Lucas eſt, poſſe dici Lucium, quem Apoſtolus jubet ſalutari ad Rom. cap. xvi. Patris exemplo & ipſe tribunus militum fuit, ſed honorem eum mox in alium tranſtulit, ut eſt apud Plin. iii. viii. Liberos habuit nullos, ſed jus trium liberorum ei Plinius impetravit, ut eſt lib. x. Epiſt. Plinii. Quam amico ſit uſus Plinio Novocomenſe, ex multis hujus epiſtolis ſatis liquet. Cumque is Ciſalpinus fuerit, & Suetonium fuiſſe Ciſalpinum liceat ſuſpicari. Hanc amicitiam cogitanti minus veriſimile fit, vitam Plinii Veronenſis, quæ Suetonii nomen præfert, eſſe genuinam. Nimis illa jejune, & perfunctorie exarata, quam ut de amici tanti avunculo eam ſcripſerit Suetonius. Ac ne dictio quidem Suetonii eſt; ſed omnino alicujus multo junioris. Nec Suetonius neſciſſet Plinium hunc fuiſſe Veronenſem. At ille Novocomenſem facit. Nempe duos Plinios confudit: uti & Hieronymus in chronico Euſebiano. Et veriſimile eſt, hunc ſcriptorem ab Hieronymo. Ex genuinis, quæ edi petit Plinius lib. v. epiſt. xi. Libitinam evitare atque effugere potuerunt vitæ xii. Cæſarum, quas ſi codd. ſtandum, libris viii. perſcripſit, ac pari libertate, ac ipſi vixerunt: ut recte cenſet B. Hieronymus. Etiam pervenere ad noſtra tempora illuſtres ejus Grammatici, & aliquot Rhetores. Nam melior pars ejus operis deperdita eſt. Uti & pæne omnis liber de Poetis. Nam nihil ejus habemus præter vitam Terentii, quæ non Donati, ſed Tranquilli eſt, uſque ad illa verba, *Hæc Suetonius Tranquillus.* Item vitam Horatii, quam ei etiam tribuit Porphyrio interpres. Ad hæc fortaſſe, tum vitam Lucani; tum illam Perſii, quæ veteribus gloſſis præfigitur. Præterea condidit libros tres de regibus, teſte Auſonio Epiſt. xix. Multa quoque alia reliquit, ut librum περὶ Ῥώμης, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν: cujus meminit Suidas. Ad hæc libros ludicræ hiſtoriæ: quorum primum Gellius citat lib. ix. cap. vii. Puto ejus operis partem fuiſſe παιδιᾶς Ἑλλήνων, quas Tzetzes laudat Chil. vi. Hiſtor. lxxxv. item Suidas in Τράγκυλλος, ubi & laudat ejus opus *de Romanorum ſpectaculis, & certaminibus*: item στέμμα Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἐπισήμων, ſive *opus de illuſtribus familiis Romanorum.* Item alia edidit, quorum Servius, Priſcianus, Suidas, & Etymologus Græcus, meminere. Auctor eſt, Vopiſci judicio, *emendatiſſimus, & candidiſſimus, & cui familiare ſit amare brevitatem.* Ludovico Vivi lib. v. de tradendis diſciplinis dicitur eſſe *Græcorum & Latinorum ſcriptorum diligentiſſimus atque incorruptiſſimus.* Vere quidem ſi de Vitarum ſcriptoribus loquamur. Nam qui iccirco eum Livio, Salluſtio, Tacito, præponere velit, inſignita, meo judicio, injuria adficiat tan-

tos ſcriptores. Vitam Suetonii hujus ſcripſit Sicon Polentonus. Sed ea vix aſſis eſt, etſi doctiſſimus Pighius non veritus ſit illam, emblematis inſtar, annalibus ſuis inſerere. Pæne enim quicquid dicit, pertinet ad Suetonium Paullinum; quem cum Mureto falſo credidit eſſe Suetonii hujus patrem. Atque ut, quæ Tacitus de Suetonio refert, perperam accommodat hiſtorici hujus parenti: ita & falſo putavit, eum ſignari a Plinio in hiſtoria naturali, ubi ex Paullino quædam refert de Africa, & Canariis inſulis. Similis error, cum libros de inſtitutione officiorum, de illuſtribus ſcriptoribus, deque hiſtoria ludicra, non a Tranquillo hoc, ſed a patre ejus, ſcripta fuiſſe, arbitratur. Qui error ab eodem fonte, unde priores, dimanat. Dubitant viri eruditi, an non Tranquilli nomen debeat reponi apud Lactantium lib. I. cap. x. ubi legas: *Æſculapius & ipſe, non ſine flagitio Apollinis natus, quid fecit aliud divinis honoribus dignum, niſi quod ſanavit Hippolytum? mortem ſane habuit clariorem, quod a Deo meruit fulminari. Hunc Tarquitius, de illuſtribus viris diſſerens, ait, incertis parentibus natum, expoſitum, & a venatoribus inventum, canino lacte nutritum, Chironi traditum, didiciſſe medicinam: fuiſſe autem Meſſenium, ſed Epidauri moratum.* Hic Xyſtus Betulejus, in editione ſua, pro *Tarquitius* repoſuit *Tranquillus*; quod eum de illuſtribus viris ſcripſiſſe conſtaret. Sed egit ille de Romanis: quos inter nullus eſt Æſculapio locus. Adhæc cur *Tarquitium* rectum videatur, facit, quod non tantum ita ſit in codd. MSS. item editione Aldina; eaque, quam Michael Thomaſius recenſuit: ſed illud quoque, quod hic ſermo ſit de Æſculapio fulmine percuſſo: & Tarquitius de fulguritis, & omni augurum, atque aruſpicum, diſciplina egerit in libris ſuis de rebus divinis. Ammianus Marcellinus lib. xxv. *Confeſtim itaque ante lucis primitias Hetruſci aruſpices arceſſiti, conſulti quid aſtri ſpecies portenderet, nova vitandum eſſe, cautiſſime reſponderunt, nequid tunc tentaretur: ex Tarquitianis libris, in titulo DE REBUS DIVINIS, id relatum eſſe demonſtrantes; quod, facie in cœlo viſa, committi prælium vel ſimile quidquam, non oporteat.* Atque hinc etiam liquet, cur Tarquitium inter eos, e quibus profecit, reponat Plinius in indice libri ſecundi, proximeque ſubjungat cum Cæcinæ, quem de Hetruſca diſciplina ſcripſiſſe dicit. Vide & quæ de Tarquitio hoc notavit Petrus Pithœus Subſecivorum lib. I. cap. xx. ubi docet, pro Tarquinio Priſco ἁπλῶς *Tarquitium* legi debere apud Macrobium lib. II. Saturn. cap. XVI. Quod Tarquitii nomen remanſit lib. III. Saturn. cap. VII. etſi ibi vir eruditus, in Notis ſuis, ex veteri libro *Tarquinius* malit. Sed mihi *Tarquitius* magis placet propter ea, quæ diximus.

SEQUUNTUR EA,

QUÆ AD

SUETONII GENUS, VITAM,

Studia, & hoc opus de duodecim Cæſaribus pertinent.

Cal. 19. 8.

Avum meum narrantem puer audiebam, cauſam operis ab interioribus aulicis proditam, quod Thraſyllus mathematicus anxio de ſucceſſore Tiberio, & in verum nepotem

(a) *Avus.*

potem proniori, affirmaſſet non magis Cajum imperaturum, quam per Bajanum ſinum equis decurſurum.

Oth. 10. 1.

Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertiæ decimæ legionis tribunus anguſticlavius. Is mox referre crebro ſolebat, &c. a

Dom. 12. 6.

Interfuiſſe me adoleſcentulum memini, cum a procuratore frequentiſſimo conſilio inſpiceretur nonagenarius ſenex an circumſectus eſſet. b

Ner. 57. 5.

Denique cum poſt viginti annos adoleſcente me extitiſſet conditionis incertæ qui ſe Neronem eſſe jactaret, tam favorabile nomen ejus apud Parthos fuit, ut vehementer adjutus, & vix redditus ſit. *Apparet incidere natalem Suetoni in principia Veſpaſiani: non longe certe abeſſe.*

Suidas.

Σευητόνιος ὁ Τράγκυλος χρηματίσας, γραμματικὸς Ῥωμαῖος. c

Plinius Epiſt. 1. 24.

Tranquillus, contubernalis meus, vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur. Rogo cures quanti æquum eſt emat. Ita enim delectabit emiſſe: nam mala emptio ſemper ingrata eſt, eo maxime quod exprobrare ſtultitiam domino videtur. In hoc autem agello (ſi modo arriſerit pretium) Tranquilli mei ſtomachum multa ſolicitant, vicinitas urbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, modus ruris, qui avocet magis quam diſtringat. Scholaſticis porro hominibus, ut hic eſt, ſufficit abunde tantum d ſoli, ut relevare caput, reficere oculos, reptare per limitem, unaque ſemita terras omneſque viticulas ſuas noſſe, & numerare arbuſculas poſſint. Hæc tibi expoſui, quo magis ſcires quantum ille eſſet mihi, quantum ego tibi debiturus, ſi prædiolum iſtud quod commendatur his dotibus, tam ſalubriter emerit, ut pœnitentiæ locum non relinquat. Vale.

Ælius Spartianus Adrian. c. 11.

Septicio Claro præfecto prætorii, & Suetonio Tranquillo epiſtolarum magiſtro, multiſque aliis, quod apud Sabinam uxorem, injuſſu ejus, familiarius ſe tunc egerant, quam reverentia domus aulicæ poſtulabat, ſucceſſores dedit.

Plinius Tranquillo ſuo S. Epiſt. 111. 8.

Facis pro cætera reverentia, quam mihi præſtas, quod tam ſolicite petis, ut tribunatum, quem a Neratio Marcello clariſſimo viro impetravi tibi, in Cæſennium Sylvanum propinquum tuum transferam. Mihi autem, ſicut jucundiſſimum ipſum te tribunum, ita non minus gratum, alium per te videre. Neque enim eſſe congruens arbitror, quem augere honoribus cupias, huic pietatis titulos invidere, qui ſunt omnibus honoribus pulcriores. Video etiam, cum ſit egregium & mereri beneficia, & dare, utramque te laudem ſimul aſſecuturum, ſi, quod ipſe meruiſti, alii tribuas. Præterea intelligo, mihi quoque gloriæ fore, ſi ex hoc tuo facto non fuerit ignotum, amicos meos non gerere tantum tribunatus poſſe, verum etiam dare. Quare ego vero honeſtiſſimæ voluntati tuæ pareo. Neque enim adhuc nomen in numeros relatum eſt: ideoque liberum eſt nobis Sylvanum in locum tuum ſubdere: cui cupio tam gratum eſſe munus tuum quam tibi meum eſt. Vale. e

Plinius

(a) *Pater.* (b) *Adoleſ. Tempora.* (c) *Vita genus.* (d) *Studia Tranquilli.* (e) *Tribunatus mil. Suetonii.*

Plinius Trajano Epiſt. x. 95.

Suetonium Tranquillum, probiſſimum, honeſtiſſimum, eruditiſſimum virum, & mores ejus ſecutus & ſtudia, jampridem Domine, in contubernium aſſumpſi: tantoque (a) magis diligere cœpi, quanto hunc propius inſpexi. Huic jus trium liberorum neceſſarium faciunt duæ cauſæ. Nam & judicia amicorum promeretur, & parum felix matrimonium expertus eſt: impetrandumque a tua bonitate per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegavit. Scio, Domine, quantum beneficium petam: quod peto a te, cujus in omnibus deſideriis meis pleniſſimam indulgentiam experior. Potes autem colligere, quantopere cupiam, quod non rogarem abſens, ſi mediocriter peterem.

Trajanus Plinio S. Epiſt. x. 96.

Quam parce hæc beneficia tribuam, utique mi Secunde cariſſime, hæret tibi: quum etiam in ſenatu affirmare ſoleam, non exceſſiſſe me numerum, quem apud ampliſſimum ordinem ſuffecturum mihi profeſſus ſum: tuo tamen deſiderio ſubſcripſi, & ut ſcias dediſſe me jus trium liberorum Suetonio Tranquillo, ea conditione, qua aſſuevi, referri in commentarios meos juſſi.

Plinius Tranquillo ſuo S. Epiſt. I. 18.

(b) Scribis te perterritum ſomnio vereri, ne quid adverſi in actione patiaris: rogas ut dilationem petam, & pauculos dies. Certe proximum excuſem, difficile eſt: ſed experiar.

---- Καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν.

Refert tamen, eventura ſoleas, an contraria ſomniare. Mihi reputanti ſomnium meum, iſtud quod times tu, egregiam actionem portendere videtur. Suſceperam cauſam Julii Paſtoris, quum mihi quieſcenti viſa eſt ſocrus mea advoluta genibus, ne agerem, obſecrare. Et eram acturus adoleſcentulus adhuc: eram in quadruplici judicio: eram contra potentiſſimos civitatis, atque etiam Cæſaris amicos: quæ ſingula excutere mentem mihi poſt tam triſte ſomnium poterant. Egi tamen λογισάμενος illud,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνασθαι περὶ πάτρης.

Nam mihi patria, & (ſi quid carius patria), fides videbatur. Proſpere ceſſit: ideo illa actio mihi aures hominum, illa januam famæ patefecit. Proinde diſpice, an tu quoque ſub hoc exemplo ſomnium iſtud in bonum vertas: aut, ſi tutius putas, illud cautiſſimi cujuſque præceptum. QUOD DUBITAS NE FECERIS; id ipſum reſcribe. Ego aliquam ſtropham inveniam, agamque cauſam tuam, ut ipſam agere, cum tu voles, poſſis. Eſt enim ſane alia ratio tua, alia mea fuit. Nam judicium centumvirale differri nullo modo, iſtud ægre quidem, ſed tamen poteſt. Vale.

Plinius Tranquillo ſuo S. Epiſt. IX. 34.

(c) Explica æſtum meum. Audio, me male legere duntaxat verſus: orationes enim commodius, ſed tanto minus verſus. Cogito ergo, recitaturus familiaribus amicis, experiri libertum meum, Hoc quoque familiare, quod elegi, non bene, ſed melius ſcio lecturum; ſi tamen non fuerit perturbatus. Eſt enim tam novus lector, quam ego poeta. Ipſe neſcio quid illo legente interim faciam, ſedeam defixus & mutus, & ſimilis otioſo? an (ut quidam) quæ pronuntiabit, murmure, oculis, manu perſequar? Sed puto me non minus male ſaltare quam legere. Iterum dicam, explica æſtum meum, vereque reſcribe, num ſit melius peſſime legere, quam iſta vel non facere, vel facere. Vale.

(a) *'Ατεκνία Suetonii.* (b) *Religio Suetonii.* (c) *Plinius conſilium petit a Suetonio.*

SAMU-

SAMUELIS PITISCI
INDICES
IN
CAJI SUETONII TRANQUILLI
OPERA:

Quorum primus Editiones, ſecundus Auctores, & laudatos, & obiter explicitos, tertius res & antiquitates exhibet.

In illis vitæ Imperatorum literis, ita ut J. *Julium*, A. *Auguſtum*, Tib. *Tiberium*, C. *Caligulam*, Cl *Claudium*, N. *Neronem*, G. *Galbam*, O. *Othonem*, V. *Vitellium*, Fl. *Flavium Veſpaſianum*, T. *Titum*, D. *Domitianum*: Grammaticorum, Rhetorum, & Poetarum ſyllabis, ita ut Gr. *Grammaticos*, Rhet. *Rhetores*, Ter. *Terentium*, Juv. *Juvenalem*, Perſ. *Perſium*, Hor. *Horatium*, Luc. *Lucanum*, Plin. *Plinium* deſignet: vitarum capita, & numeri, zifris, ut vocantur, ſignantur.

INDEX I. EDITIONUM.

CAJUS SUETONIUS TRANQUILLUS
PRODIIT.

1470 Romæ.
1474 Romæ impreſſus, ſervatur in Laurentiana Bibliotheca Sereniſſimi magnæ Etruriæ Ducis. κτῆμα Angeli Politiani, qui in margine de ſuo hic illic notas adjecerat.
1475 Mediolani.
1490 Venetiis de vita Cæſarum XII. & aliorum cum commentariis M. Antonii Sabellici in fol.
1496 Venetiis cum commentariis Philippi Beroaldi & Marci Antonii Sabellici in fol.
1506 Venetiis cum commentariis M. Antonii Sabellici & Philippi Beroaldi apud Aldum in fol.
1508 Lugduni in 8.

1509 Pariſiis cum notis Guidonis Morilloni in 8.
1510 Mediolani additus Juſtino & Floro in fol.
1510 Florentiæ in 8.
1512 Pariſiis cum commentationibus Philippi Beroaldi, & paraphraſtica interpretatione M. Antonii Sabellici, opera Magiſtri Johannis Philippi, ære, nec non impenſis Ludovici Hornken, & Gothofredi Hittorpii in fol.
1515 Florentiæ in 8.
1516 Venetiis præmiſſus Aurelio Victori juniori, Eutropio & P. Diacono apud Aldum in 8.
1522 Venetiis additus Aurelio Victori, Eutropio, P. Diacono cum annotationibus Johannis Baptiſtæ Egnatii & Deſiderii Eraſmi apud Aldum.
1533 Baſileæ præmiſſus Dioni Caſſio, Ælio Spartiano, Capitolino, aliis apud Frobenium in fol.
1535 Pariſiis ex recognitione Deſiderii Eraſmi, cum ejuſdem, & Johannis Baptiſtæ Egnatii annotationibus in 8.
1542 Pariſiis apud Robertum Stephanum in 4.
1543 Pariſiis apud Robertum Stephanum in 8.
1548 Lugduni cum Johannis Baptiſtæ Egnatii, Marci Antonii Sabellici, & Philippi Beroaldi commentariis apud Sebaſtianum Gryphium in 16.
1548 Antwerpiæ in 8.
1558 Lugduni apud Gryphium in 12.
1563 Baſileæ cum vitæ virorum illuſtrium auctoribus Æmilio Probo, Plinio, Petrarcha in fol.
1565 Lugduni cum annotationibus Johannis Baptiſtæ Egnatii in 8.
1568 Cum annotationibus Johannis Baptiſtæ Egnatii inter Romanæ hiſtoriæ ſcriptores, quos Henricus Stephanus publicavit in fol.
1571 Antwerpiæ cum commentariis Lævini Torrentii.
1574 Antwerpiæ cum notis Theodori Pulmanni, Johannis Baptiſtæ Egnatii, & Deſiderii Eraſmi in 8.
1578 Antwerpiæ apud viduam Plantini & Johannem Moretum in 4.
1588 Francofurti ad Mœnum cum Johannis Baptiſtæ Egnatii, Deſiderii Eraſmi, Henrici Glareani, Theodori Pulmanni annotationibus Tomo II. hiſtoriæ Romanæ ſcriptorum, quos Fridericus Sylburgius edidit in fol.
1595 Antwerpiæ Fulvii Urſini notæ in Cæſares non additos, cum hiſtoricorum fragmentis ab Antonio Auguſtino editis apud viduam Plantini, & Johannem Moretum in 8.
1596 Genevæ cum commentariis Iſaaci Caſauboni in 12.
1596 Lugduni Batavorum cum notis & lectionibus variantibus in 8.
1607 Apud Samuelem Criſpinum ex Iſaaci Caſauboni recenſione cum animadverſionum appendicula in 16.
1610 Pariſiis cum notis & animadverſionibus Iſaaci Caſauboni, Philippi Beroaldi, Marci Antonii Sabellici, Lævini Torrentii, Theodori Pulmanni, Johannis Baptiſtæ Egnatii, Deſiderii Eraſmi, Henrici Glareani, Fulvii Urſini, Juſti Lipſii, & aliorum in fol.
1610 Offenbacchii cum Juſti Lipſii commentariis in Veſpaſianum, Titum, & Domitianum in 8.

1610 Lu-

Digitized by Google

1610 Lutetiæ Pariſiorum liber VIII. ſive tres Imperatores Cæſares Veſpaſiani interpretati, & emendati a Theodoro Marcilio Profeſſore Eloquentiæ Regio.
1611 Genevæ cum Iſaaci Caſauboni animadverſionibus, & Theodori Marcilii expoſitionibus in 4.
1511 Hanoviæ cum Jani Gruteri notis hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptorum Tom. I. in fol.
1612 Francofurti cum Marcelli Donati Dilucidationibus apud Nicolaum Hofmannum in 8.
1615 Coloniæ Allobrogum ex recenſione Iſaaci Caſauboni in 12.
1617 Antwerpiæ apud Petrum & Johannem Belleros.
1619 Amſtelodami 't leeven der twaalf eerſte Keiſeren in 4.
1621 Pariſiis Suetone illuſtre par Johannem de Boudoin in 4.
1621 Amſtelodami additus Curtio in 12.
1628 Pariſiis Suetone de la vie des douze Cæſars apud Eſtienne Richer iu 4.
1630 Amſtelodami cum obſervatis politicis Zeveeotii in Julium Cæſarem in 16.
1636 Amſtelodami cum diverſorum annotationibus apud Johannem Janſſonium.
1644 Pariſiis e typographia regia in 12.
1647 Argentorati cum animadverſionibus Iſaaci Caſauboni, & diſſertationibus politicis Johannis Henrici Boecleri ex officina Philippi Mulbii in 4.
1647 Lugduni Batavorum cum notis Johannis Schildii in 8.
1655 Argentorati Matthiæ Berneggeri diatribæ in Julium, Auguſti quædam, & Titum in 4. ſumptibus Johannls Joachimi Beckenhofferi.
1661 Amſtelodami cum notis Marci Zuerii Boxhornii apud Ægidium Janſſonium Valckenier in 12.
1662 Lugduni Batavorum cum commentario Johannis Schildii ex officina Franciſci Hackii in 8.
1666 Gieſſæ Haſſorum hiſtoria Auguſti, Tiberii, Caligulæ & Claudii a Johanne Conrado Dieterichio deſcripta typis & ſumptibus Friderici Kargeri in 4.
